




















AVICENNÆ
ARABVM MEDICORVM PRINCIPIS.

Ex Gerardi Cremonensis uersione, & Andreæ Alpagi Bellunensis castigatione.

A Ioanne Costæo, & Ioanne Paulo Mongio Annotationibus iampridem illustratus.

Nunc vero ab eodem Costæo recognitus, & nouis alicubi Obseruationibus adauctus.


Quibus Principum Philosophorum, ac Medicorum consensus, dissensusq; indicantur.

Tomus Secundus.



VENETIIS, M D X C V.

Apud Iuntas.





INDEX CAP. LIB. QVARTI CANONIS PRINCIPIS AVICENNAE. Tomi Secundi.

INCIPIT Liber Quartus canonis, de ægritudinibus particularibus, quæ quum accidunt, non appropriantur uni membro, continens septem Fen. quę compræhendunt 24. Tractatus & summas duas.

FEN prima, est de febribus, & continet quatuor tractatus.

TRACTATVS primus de febre ephemera, & continet Capita 44.

R. Siccitate uel asperitate.

Index Capitulorum

Cura-

R. Vigilia superflua uel non naturali.

† R. Et eius uiscositate.

R. Angustiæ.

Index Capitulorum

De

B. ossium.

B. clauicularum.

B. puluillorum.

B. ossis male restaurati.

De

Index Capitulorum

nere

Cura-

Index Capitulorum

F I N I S.





AVICENNAE ARABVM MEDICORVM PRINCIPIS. LIBER QVARTVS CANONIS.

DE AEGRITVDINIBVS PARTICVLARIBVS, quæ cum accidunt, non appropriantur vni membro.

EX GERARDI CREMONENSIS VERSIONE, ET ANDREAE ALPAGI BELLVNENSIS CASTIGATIONE.

A IOANNE COSTAEO ET IOANNE PAVLO MONGIO, ANNOTATIONIBVS IAM PRIDEM ILLVSTRATVS.

Nunc vero ab eodem COSTAEO recognitus, & nouis alicubi obſeruationibus adauctus.

Quibus principum Philoſophorum ac Medicorum conſenſus diſſenſusq́ue indicantur.

Tractatus primus de febre ephemera.

De diffinitione febris, & generibus febris. Cap. 1.

F[1]EBRIS eſt calor extraneus accenſus in corde, & procedens ab eo mediantibus ſpiritu, & ſanguine, per arterias, & venas in totum corpus: & inflammatur in eo inflammatione, quæ nocet operationionibus naturali- 10 bus, non ſicut caliditas iræ, & laboris, [a] [quum non vltimatur, & impedit operationem, ita vt retineatur.] [2] Et ſunt quidam hominum, qui diuidunt febres in duas diuiſiones primas, ſcilicet in febrem ægritudinem, & in febrem accidens, & ponunt febres apoſtematum de genere febris accidentis. Et intentio quidem ſermonis eorum eſt, quòd febris ægritudinalis eſt illa, inter quam & cauſam, quæ non eſt ægritudo, non eſt medium: ſicut 20 febris putredinis, putredo enim eſt cauſa eius abſque medio, & non eſt putredo in ſeipſa ægritudo, immo eſt cauſa ægritudinis. Febris verò apoſtematis eſt accidens apoſtemati exiſtens, dum eſt apoſtema, ſequens ipſum, & apoſtema eſt ægritudo in ſeipſo, & contradicenti quidem ineſt ut dicat, quoniam ſi propterea, quod febris apoſtematis ſequitur caliditatem eius, & ſequitur ex dolore ipſius, [b] [eſt ſimile,] vt ſit febris accidens, tunc oportet, vt ſit plurimum febrium ephemerarum accidens, & ſi ipſa ſequitur putredinem, quæ eſt in apoſtemate, tunc apoſtema non eſt cauſa eius prima, vnde eſt apoſtema, imò quantum ad putredinē, quæ eſt in ipſo: cauſa igitur eius, quæ eſt eſſentialis, eſt putredo, & apoſtema non eſt cauſa 10 eius niſi per accidens. Et dicimus, ꝙ ſi non ſignificauerint per febrem accidens, hoc; immo non intellexerunt per eam, niſi ꝙ ipſa ſequitur apoſtema hoc, [c] [& inueniunt eam] per inuentionem apoſtematis: ſimiliter ergo eſt diſpoſitio febrium putredinis per comparationem ad putredinem. Verum occupatio in huiuſmodi contradictionibus eſt illud, quod non confert in ſcientia medicinæ aliquid, & facit medicum procedere ex arte ſua ad inquiſitio- 20 nes, quæ fortaſſe impediunt ipſum ab arte ſua. Procedamus ergo ſecundum id, quod conſuetum eſt. Dicamus ergo, propterea quòd febres apoſtematum, & oppilationum ſunt febres accidentes, & aliæ febres ſunt ægritudines; tunc conueniens eſt vt dicamus, [3] quoniā, propterea quòd omnia, quæ ſunt in corpore hominis, ſunt tria genere, ſcilicet membra con

a B. quū nō peruenit ad hoc ut ſit accenſa, & noceat operationibus. Alia litera. ita ut ſit accenſa ſeu firmata, & noceas operationibus.

b B. uidetur.

c B. inuentu m

tinentia illud quod est in eis de humiditatibus & spiritib. quorum cōparatio est comparatio parietum balnei:& humiditas d [recondita ;] & eius comparatio est comparatio aquæ balnei,& spiritus animalis & vitalis & naturalis, & vapores effusi, & comparatio eorum est cōparatio aeris balnei,& e [aer balnei] f [

] quando infrigidatur illud quod est vicinum ei, non oportet ut g [ipse] extinguatur, imò possibile est vt remaneat,& redeat,& calefaciat illud quod ei uicinum est h [similiter est]vnū istorum trium generum, extra i [quod] non inuenitur in homine genus corporeum. Nam si accendatur febris in membris radicalib.accēsione prima; sicut accenditur adustio, verbi gratia,in parietibus balnei,aut k [per follem] ferrarij,aut l [per ollam]coci,tunc illud genus febrium nominatur febris hectica.Et si accendatur febris accensione prima in humorib.deinde accendatur ex eis in membris, sicut accidit vt effundatur aqua calida in balneo,& ignianatur lateres eius causa eius,aut ius calidum in olla,& accendatur olla causa eius, tunc illud genus febrium nominatur febris humoris. Et si accendatur febris accensione sua prima in spiritibus, & vaporibus,deinde accendatur ex eis in membris,& humoribus,sicut accidit, vt perueniat ad balneum aer m † [ ] ignis, qui accendatur in eo,& calefaciat aerem eius, & perueniat ad aquam,& parietes, tunc genus illud febris nominatur febris ephemera,quoniā est accensa in re subtili,quę resoluitur cum velocitate, & raro pertransit diem cum nocte sua,nisi conuertatur ad genus aliud febrium Hæc ergo diuisio febrium est per modum propinquum diuisioni eueni enti per differentias. Et diuiduntur febres alio modo. Dicitur enim quòd de febrib.sunt febres acutæ,& de eis sunt nō acutæ.Et de eis sunt chronicę & de eis sunt non chronicę.Et de eis sunt nocturnę,& de eis sunt diurnæ. Et de eis sunt salubres recte,& de eis sunt habentes accidentia horribilia. Et de eis sunt dimittentes, & de eis sunt inseparabiles,& de inseparabilibus sunt quædam, quibus insunt n [remissiones,& de eis sunt quib. sunt intensiones,& de eis sunt, quibus sunt extortiationes.]& de eis sunt similes. o † [

] & de eis sunt frigidę habentes rigorem, aut horripilationem.Et de eis sunt simplices, Et de eis sunt compositę.

d B. contenta.

e —— B.

f † B.accensum cum caliditate extranea inflammatione prima est illud quod quando ipsum extinguitur infrigidatur quod ei uicinatur, &c.

g B.ipsum.

h B existens.

i B.quæ.

k B.in folle.

l B.in olla.

m † B. calidum aut.

n B.intensiones & remissiones seu tepores. Alia litera intē siones & ex fortiationes.

o † B. & de eis sunt calidæ.

ANNOTATIONES.

1 *Febris est calor extraneus,&c. Febris,ait Gale.lib. de cau.mor.est quædam totius corporis immoderata caliditas.Idem 1.de diff.feb. unam esse ex intemperierum numero asserit,quando in corde quædam præter naturam caliditas generatur.Et 8. meth. unum esse ex morbis dicit,qui per intemperiem fiunt:quum adeo immodicè auctus est calor,ut & hominem offendat,& actiones lædat. Primo autem aphor. naturalem esse calorem scribit, conuersum in igneum:quod & primo de rat.uict.in acut.& alibi Auerroes 3. coll.calorem esse ait compositum ex calore naturali & extraneo putredinali, misso a corde ad totum corpus, qui lædit actiones & passiones omnes. Aliter Auicennas hoc loco definit,ut patet.Hæc ergo quum de febris ratione varia afferantur,discrepant inter se recentiores.tum de febris genere.tum de actionum offensa,quam a febre fieri dictum est.De genere alij naturalem esse calorem cōuersum in igneum, & ipsam planè substantiam febrem putant, quod sentire & Galenus in aphor,& in Com.de rat. vict. in acut.quod & Auerroes uelle uidetur,quum calorem dicit esse naturalem præternaturali mistum. Alij solam innati caloris qualitatem auctam,& a naturali statu deflectentem febris genus esse arbitrantur. Alij etiam,non calorem præter naturam, sed calidam intemperiem : alioqui enim si calorem dixeris,causam aiunt morbi,non morbum fore, Alij demum non puram esse caliditatem, sed caliditatem siccitati coniunctam. Ita & de actionibus dissentiunt:atq; alij offendi omnes corporis functiones asserunt,alij non omnes. In tanta discordia admiramur sæpenumero hominum nostri temporis studia, quæ iam non de rebus, sed de ipsis tantum vocibus ac scriptorum authoritatibus sunt. Quamuis Galenus febrem innatum esse calorem dicat, conuersum in igneum, quis tamen tam imprudens fuerit, ut febrem calorem naturalem uel substantiam asserat? quum idem alibi unam ex intemperierum numero esse uelit: & calidam intēperiem alibi nuncupet; ac in lib.de diff.feb.nomen quanti impropriè certe rei quali,quæ.s.de qualitatum genere est,ascribi affirmet: dici tamen & de febre magnū & paruum ut de mille alijs rebus, quę in qualitate substiunt? Adde etiam,quòd hi morbum substantiam faciunt. Neque uerò morari nos debent Auerrois uerba, quum per calorem cum compositum intelligere se dicat permutationem caloris permutari in quantitate & qualitate operandi in corpore operationes non naturales, aut in materia non naturali,quibus uerbis constat, non substantiam, sed qualitatem,excessum uidelicet in qualitate & quantitate ipsum intelligere. At uerò,an calor præter naturam ipsa sit febris,an,ut alij volunt,calida intemperies, res est, quæ ad morborum naturam reuocat, de qua non est hic locus,disserendi. Sed,per calorem præter naturam non aliud docti, quam calidam intemperiem intelligunt,a qua actiones sine medio læduntur,neque alioqui calor corporis immodice auctus morbificæ causæ nomen potest suscipere,quum non ipse calor causa sit calidæ intemperiei, sed causa calfaciens,uel corpus quidpiam calidum,uel putredo,atque alia id genus.Utrum uerò febris calida tantum sit intemperies,an etsicca,disputatio est ob uaria ex Gal. promiscue desumpta loca: nempe quod is & primo de rat. vict. in ac.& 1.de tuen. ualet. morbum esse dicat calidum et siccum: li. autem de caus.mor.et de diff.morb.& calidum tantum.Sed id a quo in omni febre actiones læduntur,calor est immodicus et in diarijs,et in putridis,& in hecticis: huic,quia immoderatus est, succedit siccitas,quæ quamuis aliquando, non tamen semper actiones lædit.ita ut probe et author noster,& Galenus febrem per calorem, non etiam per siccitatem finiant,& una etiam Hippocrates primo aphor. uictum humidum febricitantibus omnibus exhibeat,desumpta,non ab ipsa quidem febre,indicatione: sed ab eo,quod febri plerunque coniungitur.Quòd si quispiam rursum obiecerit,febrem definiri per calorem non posse,quum in ea extrema sæpenumero frigescant, & pulsus parui ac tardi fiant,& frigida quandoq; exspiratio reddatur, id quod in febribus perniciem minari Hippocrates scribit,primo prognost. Respondere licet febrium initio innatū calorem intro reuocari,quare & eo destitutæ extremæ et externæ partes algēt.tunc uerò tēporis parui pulsus eduntur, etsi ob intro reuocatum*

Cap.2. Cap. 3. Cap.1. Com.14.& 16. Text. 18. Cap.3. Cap.1. Text.18.& 45. Cap.7 Cap.3. Cap.6. Text.24.

reuocatum calorem cor maximè calescat, ob id, quod refrigeratæ externæ arteriæ sunt, neque satis sustolli possunt: alioqui enim magnos esse pulsus oporteret, nisi hæc externarum partium frigiditas obsisteret. In emorientibus verò alia ratio est. nempe propterea frigida redditur exspiratio, quòd innatus iam calor contabuit, & vitales refrigerati sunt spiritus: neque ij solum, sed & humores & cor & quæ circa cor, omnia. Ita ut tandem de febris genere, iudicio nostro, uana sit quæstio. Sed & de actionibus quoque, etsi alij omnes, alij non omnes lædi a febre existimant: non tamen tantum inter se se hos discrepare arbitrandum est. læsa profectò cordis actione consentire & cæteras omnes necesse est: simul tamen offendi omnes, quod sensu dignoscatur, non est necesse. Etsi etiam non actiones omnes uitales, naturales, animales speciatim aut particulatim læduntur: ex omnibus tamen actionum generibus læduntur aliquę, & animales & uitales, & naturales; pręsertim autem vitales. His ergo ita animaduersis, quòd alij febris rationem a Galeno, alij ab alijs traditam probent, non laboramus. Videtur certè nobis ea, quam hoc loco Auicennas scribit, uti omnia simul explicat, quę Galenus sparsim docuit; ita etiam paulò absolutior. meminit namque & de instrumentis, ipsis. s. uenis & arterijs, sine quarum ope accendi febris non potest. Etsi enim possunt etiam incalescente corde, quæ illi proximæ sunt partes, contactu incalescere: & quæ his rursum coniunctæ sunt usque ad extremas: fieri tamen id non ita expeditè potest. uideturq; non alia ratione, (id quod & Alexander Aphrod. in libello de febribus) [Cap 6.] *eam quæ contra naturam est caliditatem uniuerso corpori impartiri, quam per uenas & arterias, per spiritus & sanguinem, per quæ naturalem impartitur. Vnum addit author in febris ratione, quod & Galenus, obesse febrem operationibus naturalibus, per naturales eas quę secūdum naturam sunt actiones intelligens. At Auerroes non actiones dūtaxat sed etiam passiones offendi ait. Verùm neque hic discrepant hi inter se: per actiones nempe nō eas solum quæ verè actiones sunt, sed & eas quoque, quæ παθήματα uocantur, intelliguntur. Ita & in morbi finitione per actiones non ueræ solùm actiones, sed & passiones, & vsus intelliguntur.*

Et sunt quidam hominum, &c. Affert quorundam sententiam, qui febrem aliam morbum, aliam symptoma esse assererent: explodereq; eā uidetur. Existimarit ergo aliquis hunc Galeno aduersari, qui primo ad Glau. & 4. aphor. febres alias symptomata, alias morbos uocat. Licèt & ipsemet lib. de diff. morb. eos accusandos asserat, qui de febre id arbitrantur, si post sensibilem alicuius membri aduenerit affectum, accidens esse, ægritudinem alioqui censendam. Cęterùm, quod ad hac controuersiam pertinet, quòd febris alia sit accidens, alia morbus ex Galeni sententia, uidere aperte est locis iam citatis, ad Glau. & in aphor. [Cap. 3. & 4. Com. 66. Cap. 5.] *Neq; alioqui obstat authoritas posteriori loco obiecta, quando illic non eos propterea damnat, quia febrem modo accidens, modo morbum esse uelint: sed quoniam quum ij illius essent hęreseos, quod actio læsa sit morbus, ipsi tamen suam non seruantes hypothesim, conuulsionem, quæ lęsa est actio, quandoque morbi, quandoque symptomatis nomine appellarēt, ita & de febre sentirent, si post sensibilem alicuius membri affectum aduenerit, accidens, alioqui esse morbum. ita ut non rem ipsam Galenus damnet, sed eorum inconstantiam At uerò utrum verè detur febris symptoma & febris morbus: paucis nos explicabimus quod sentimus. Si symptoma id perpetuò est, quod absque medio morbos sequitur, iri inficias non potest, febres quæ buboni succedunt; imò (quod quis fortasse admiretur) febres ex obstructione omnes esse symptomata, quia alios morbos sequuntur, eadē tamen, quum, siue morbum siue causam morbi sequantur, primo lædant actiones, nunquam non in morborum genere sunt reponenda. At curationis gratia, quamuis de hac re diutius contendere medicum non deceat, quod etiā author noster monet, non parum referre uidetur, quia coniuncti plerunq; sunt morbi: quid primo, quid secundo loco adueniat, animaduertere. Si bubo febris causa fuit, curatione bubonis ipsa tolletur febris, non tamen si febricitanti bubo superuenerit. Si ex obstructione febris aduenit, non nisi ablata obstructione curatur: at si præcedente febre inciderint, uel ob male obitam coctionem, uel ob uictus rationem obstructiones, alia curandi erit ratio. Ita ergo curationis gratia, febris quandoque symptomatis, quandoque morbi rationem habet, quamuis semper sit morbus. Sicuti & dolores, qui symptomata semper sunt, nonnunquā tamen morbi & morbificæ causæ rationem obeunt. Quod tamen author noster improbare hanc sententiā uideatur, id animaduersa febris essentia dici putamus: non, si uel ad curationē respicias, uel ad affectus alios, quos absque medio febris sequitur, qui aliquando causæ, aliquando ipsi sunt morbi.*

3 Quoniam propterea quod omnia quæ sunt in corpore, &c. Aemulatur Galenum primo de diff. feb. ubi Hippocratem commendat essentiales febrium differentias breuissime explicantem. & eas maxime proprias uocat, quæ ex triplici sumuntur materia in qua febris accenditur. Hanc diuisionem ait Auicennas propinquam esse diuisioni euenienti per differentias, quasi uelit diuisionem hanc esse ueluti generis in species, non quidem, ut intelligunt quidam, quòd calores hecticæ, ephemeræ, & putridæ febris specie inter se differre putet. imo, quum eiusdem sit generis calor, ex huius tamen subiectis specie differentib. diuersæ quoque species emanant, nisi has malis differentias non species appellare, id quod medicis non multum laborem facit. Neque enim alioqui ignorauit hic author, has a Galeno substantiales differentias nuncupari, quod a febrilis caloris natura, qui quia qualitas est, in subiecto est, quodammodo desumantur. dixit tamen non absolutè per differentias, sed per modum propinquum diuisioni per differentias, quia eæ ueræ differentiæ specificæ febris non sunt, quę a subiecto caloris, non ab ipsa eiusdem essentia eueniant. quamuis febrium nulla fortasse alia propinquior sit hac, quæ ex materia sumpta est, differentia.

De præparatis ad febres. Cap. 2.

DIxerunt quidam, quod corpora vehementius præparata ad febres sunt corpora calida & humida: & propriè quum humiditas est fortior caliditate, & isti quidem sunt fœtidi sudoris, & vrinæ, & egestionis. Et corpora calida & sicca iterum sunt præparata ad febres [a] [calidas:] & incipiunt plus ephemeræ, deinde festinant ad putredinem, & adustionem: & quādoque faciunt cadere in hecticam, & sequuntur ea ambo, quæ æquantur in humiditate & siccitate, & dominatur caliditas, & ista sunt de genere eorum, in quib: incipit febris uaporis calidi, deinde permutatur ad febrem humoris. Postea illa, in quibus æquantur calor & frigus, & multiplicatur humiditas, & istis quidem febres putredinis accidunt secundum plurimū incipiētes, & corpora frigida & humida, & frigida & sicca, sunt lōginquiora corpora a febribus, & propriè ab ephemera.

a B. acutas.

ANNOTATIONES.

Quæstio hoc in loco est, quæ nam corpora febribus corripi promptiora sint. Hinc absolutè (quamuis aliorum

ſententiam referat) præfert calida & humida. At Gal. 8.meth.calida & ſicca promptius febricitare aſſerit. Sedatur tamen paucis hæc diſcordia. putridis febribus maxime omnium obnoxia ſunt,quæ calida & humida. ephemeris, de quibus Galen.eo lib. method. octauo, calida, & ſicca.

Cap.8.

De horis febrium. *Cap.* 3.

FEbrium horæ ſunt ſicut reliquarum ęgritudinum principium,& augmentum, & ſtatus apud vltimum,& declinatio. a † [ ] Et ſunt quandoq; particulares b [cauſa cuiuſque paroxyſmi.] & timor eſt in principio vſq; ad ſtatum: apud declinationem verò non moritur æger ex ipſa febre, niſi per id,quod dicemus de cauſa c [communiter.] Et principium quidem eſt hora, in qua calor naturalis pręfocatur a materia d [ſubmerſa] in membro e [tã diu,donec non appareat] maturationi,aut diuerſitati eius contrariæ maturationi veſtigiũ. Et principium quidem eſt inuentum in omni ægritudine: verùm quandoque occultatur,ſicut eſt eius occultatio in ſynocho, & epilepſia, & apoplexia.Et quando principium eſt occultum paucorum accidẽtium, exiſtimatur quòd non ſit principium in ea.Et ſimiliter quãdoq; in die primo febrium acutarum uidentur nubes,& ſignum maturitatis,& exiſtimatur quòd non ſit ei principium,& non eſt ita. Et augmẽtum quidem eſt hora,in qua commouetur caliditas innata ad reſiſtendum materiei motu manifeſto,& apparent ſigna digeſtionis, aut ſigna contraria digeſtioni. Et ſtatus eſt hora,in qua vehemens eſt pugna inter naturam & materiã; & apparet uictoria unius ambarum earum ſuper aliam,& eſt hora pugnę.& eius ſpatium eſt in habẽtibus paroxyſmos acutos,paroxyſmus vnus;& non cognoſcitur niſi per illum, qui ſequitur ipſum, aut duo paroxyſmi,& cognoſcitur in tertio eius, f [ideo quòd] non addit ſuper illos ambos in pluribus niſi in ęgritudinibus macronoxijs: fortaſſe enim aſſimilantur paroxyſmi plures in omnibus iudicijs ſuis,& illic apud ſtatum completur veſtigium digeſtionis aut contrarij eius. Et declinatio quidẽ eſt hora,in qua calor innatus iam dominatur materiei & g [uincit [eam,& exiſtit in congregationis eius ſeparatione .ſ. rei poſt rem, & tunc alleuiatur caliditas h [caloris occulti,] & expellitur ad extremitates, donec reſoluitur, & multoties i [ingroſſatur.]Et ſtatus quidem diuerſificatur in ægritudinibus.Ægritudinum enim ualde acutarũ longinquior ſtatus eſt uſq; ad quattuor dies; & febres ephemerę ſunt de hac ſumma; ueruntamen ipſę non numerantur acutæ;quoniam non ſufficit in acuitate ægritudinis, ut ſit ſtatus eius proximus; imò ſit de ægritudinibus habentibus timorem, & ſequuntur eas,febres acutæ abſolutæ k [non ualde;] & ſunt illę,quarum ſtatus l † [ ] peruenit vſque ad xiiij.dies; m † [ ] & quod eſt ſupra id.Et cognitio quidem ægritudinum acutarum in ordinibus ſuis, & chronicarum, eſt iuuatiua in regimine cibi ęgri, ſecundum quod dicemus in ſequentibus. Et plures quidem febrium complent principium, & augmentum,& ſtatum in paroxyſmo uno, & faciunt paroxyſmum alium declinando. Et febres quidem diuerſificantur in his temporibus de eis enim ſunt,quarum augmentum prolongatur,& de eis ſunt quarum declinatio prolongatur.

a † B. Et ſunt quandoque iſtę horæ vniuerſales.
b B. ſecundum quemlibet paroxyſmum.
c —— B.
d B. ſubmergẽte ipſum.
e B. & eſt hora in qua non apparet Alia litera. in hora qua non apparet.
f B.&.
g B. Alia litera. vicit.
h B. intrinſeca.
i B. accidit error. Alia litera. accidit error in ſtatu.
k —— B.
l † B eſt vſque ad ſeptimũ diẽ ſicut febris aduſtiua, ſeu cauſon, & tertiana continua. Et ex eis ſunt, q̃ ſunt minus acutę, q̃ illę, & ſunt illę quarum ſtatus.
m † B. & quæ ſunt: poſt illas ſunt acute cronice, vſque ad xxj. diẽ poſtea ſunt cronice vſque ad xl.& lx.

ANNOTATIONES.

Galenus ſalubres morbos omnia habere tempora,generatim ſtatuit,li.de totius morb.temporib. quod & hic Auicen.inſalubres verò ipſa carere declinatione 1. de criſibus quod hic item author confirmat. Idem in lib. de opt. ſecta ad Traſyb.acutiſſimos morbos,qualis apoplexia eſt,ſimul atque inuaſerunt,ad extremum aſcendere vigorem ait,& qui indicantur inclinatione prorſus mutilari:id quod in ijs quoq; morbis,qui adhibitis uel initio; uel augmento præſidijs ſoluuntur,fieri neceſſe eſt.Cæterum quum hęc Gal.ſentiat,non uidentur tamen vacare repræhenſione. At primũ quidem,quòd ſalubres morbi omnia habeant tempora, eo reprobatur, quòd, qui adhibitis initio pręſidijs curantur, hos reliquis temporibus carere oportet,ut Gal. quoq; ſcribit.Vnde & is inconſtantiæ notandus uidetur. Item uerò, quod morbi aliqui ad uigorem abſque augmento perueniant,fieri nullo pacto poteſt,quum nihil ad ſummum, niſi per gradus aſcendat.Adde,quòd priuari inclinatione morbos,qui per criſim ſoluuntur,non perpetuò uerum eſt.nempe quum ijs qui in ſtatu bene iudicantur, ſuccedat etiam declinatio.Adde tu,ut Galenum erroris arguas;ſi eius ſententia,morbi qui iudicantur,in ſtatu iudicantur, carereq́; propterea eos inclinatione oportet: profectò ex ſalubribus multi iudicantur, quos declinatione mutilari oportebit; propterea uerum eſſe uidetur,quòd etſi uniuerſalia morborum tempora quattuor ſint,non plura:idem tamen in acceſſionum partibus ſeu temporibus ita ſe habeat.Quamuis enim de uniuerſali morborum tempore uerum ſit inclinante morbo nullum mori:in ipſa tamen acceſſione, mori in particulari inclinatione aliquis poterit,a prioribus.ſ.temporibus uehementer confractus,adeo ut inclinantem etiam acceſſionem ſuſtinere nequeat. Huc accedat,quòd in morbis quibuſdam inæquales acceſſiones infeſtant præter quattuor illa tempora:ut propterea inter principium & augmẽtum inæqualitatis tempus addatur. Sed & alij quoq; morbi nulla particularia habent tempora, quicunque.ſ.nullam acceſſionem habent.alij uerò,qui ex intermittentium ſunt genere,pręter prædicta tempora quattuor interualli etiam num tempus habent: ita ut non abſolutè morbi particularia tempora quattuor habeant: ſed quandoque ijs,aut omnibus,aut aliquibus careant: quandoque etiam plura obtineant His ergo & Auicennas notandus erit, qui Galenum æmulatus febrium, & aliorum morborum tempora quattuor enumerat, tũ uniuerſalia,tum particularia Cæterum,ut nos ad hæc breuibus ſatisfaciamus.Morborũ tempora quæ ſenſu deprehendantur,& ex artis ſint uſu,ut Gale.ſcribit,quattuor ſunt, non plura uel pauciora. hæc tamen non in morbis ſunt omnibus.ſalubres certè morbi nunquam initio,augmento, ſtatu,inclinatione carent, quamuis non ſemper uel ſenſu id pateat, uel ex artis ſit uſu. ſeu enim per artem ſoluantur morbi,ſeu per naturam; inclinatio, ſolutionis tempus intelligitur. ita & cætera tempora, quamuis in ipſo ſtatim principio, uena ſecta,uel exhibito pharmaco uel aliter ſoluti morbi fuerint. nunquam tamen deſunt. dimetienda uerò tunc tempora ex ſymptomatum ſunt magnitudine.atque is morbi ſtatus erit,quo

Cap. 3. & 4.
Cap. 2.
Cap.47.

maxime

maxime æger affligitur: augmentum, quo minus, initium, tempus primo insultui propinquius. at hæc tempora frequenter neque sentiuntur, neque, si sentiuntur, medico agẽdum quidpiam significarent: proptereaq́; nihil artem iuuarent: sicuti in acutissimis morbis euenit, qui, quum ad statum ueniant, inchoasse certe, auctosq́; esse antea quam ad vigorem eant, necesse est: is tamen adeo præceps per eiusmodi tempora transitus est, ut neque sensui pateant, neque ullam medici operam queant suscipere: quibus propterea temporibus si carere eos morbo dixeris, non errabis. De insalubribus uerò alia ratio est. pereunt ægri quandoq; morbi initio, quandoque in cremento, sæpe in statu, ut subsequẽtia semper tempora deesse necesse sit: nunquam tamen inclinante morbo intereunt, uere. s. inclinante, non falsò. ut Auer. 3. Coll. aduertit. falsa uerò inclinatio intelligitur, in qua, quum symptomata minuantur, & pugna naturæ aduersus materiam dirimi uideatur, id tamen, non naturę sed morbi uictoria euenit: natura. s. ipsa e pugna subtrahente sese, contrahenteq́; a morbi uiolentia, id quod Hermocrati accidit, de quo Hipp. 3. uulg. morb. sect. 1. qui, quum ad uigesimum diem solutus morbo uideretur, uigesima tamen septima interijt. Constare ergo hactenus existimamus, quo modo per uniuersalia tempora aliquando omnia, nonnunquam non omnia morbi decurrant. Sed de particularibus quoque non uidetur dispar esse ratio, quamuis enim transacto iam statu, hoc est acriori pugnę tempore, quo inclinasse iam morbum dixeris æger intereat: non fuit tamen ea uera inclinatio: sed non illi dissimilis, de qua iam dictum est, proptereaq́; remitti uidetur omnia, quòd deiecta a morbi uiolẽtia natura sese a pugna subtrahit: ut idcirco de particulari inclinatione non aliter statuendum sit, quàm de uniuersali. Verùm, quod præterea de inęqualitatis tempore adijciunt, quam morbi partem inter principiũ & incrementum quam mediam ponunt: non multi nobis momenti esse uidetur. est enim iudicio nostro inæqualitas hæc differentia temporis, nõ tempus. aliquãdo inæquale principium est, aliquando & inæquale incrementum, quod compressum ascensum, seu compressam annotationem uocari a Gal. existimamus 1. de diff. feb. Ita & interuallum, quod inter exactam iam & futuram accessionem est in intermittentibus morbis, non morbi est tempus, neque morbi pars dicenda est, quum tunc temporis in naturali fere statu sit æger, in eo. s. in quo & conualescentes, quos ægrotare non dicas. An uerò, quod postremo loco dicebatur, alioqui sint morbi, qui particularibus temporibus mutilentur omnibus, ambiguum non est, id uerò neque Gal. neque Auicennas, aut alij negant.

Tex. 5.

Cap. 7.

Et principium quidem &c.] Quum tripliciter principium morborum dicatur, annotante Gal. 1. de crisib. & sæpe alibi: de primo morbi insultu: de tribus primis diebus: ac de toto eo tempore, quo crudus est morbus: primæ duæ significationes etiam uulgaribus sunt manifestæ: tertia solis medicis propterea per coctionem uel cruditatem morbi principium ab Auicenna definitur: quod. s. artificiosum est, quamuis & ex alijs quoque principijs uarias medicis agendi indicationes suggeri non negem. nempe, quum & dierum decretoriorum numerus ex die decubitus inchoetur, qui quandoq; primo ipso insultu, quandoque primis tribus diebus, quandoque etiam postea accidit, unde & dies decubitus inter morborum principia a Gal. reponitur, non quidem, quod decubitus principium sit uel pars morbi: sed quòd non rectè habentis corporis testimoniũ est, & signum incipientis morbi. contingitq; hic promiscuè in principio quocunque modo sumpto. ut errare propterea illos oporteat, qui decubitum, quartum principij modum ab alijs tribus distinctum putant. Verùm dubitabit quispiam, quid sit, quòd Auicennas principium per cruditatem uel coctionem definiat, quum tamen perpetuum non sit principij indicium cruditas: apparet enim, ut fatetur hic author, quandoque in febrium principio coctio: quum etiã non in omnibus morbis coctio expectetur, ueluti in ephemeris febribus, & nudis intemperiebus. Profectò difficilior quæstio hæc est, quam quis crediderit. Putãt aliqui principium hoc in loco morborum dumtaxat materialium describi: in quo certè morborum genere dubium nullum est, petenda morborũ esse indicia ex notis cruditatis uel coctionis. Quũ tamen Gal. lib. de tot. morb. temp. omnibus in uniuersum salubribus morbis, in quorum numero plures sunt nudæ intemperies, & immateriales morbi, commune id esse statuat, & habere omnia tempora, & per coctionis ac cruditatis signa cognosci: uidentur certe qui traditam hoc in loco definitionem de morbis tantum materialib. intelligunt, Galeno aduersari. Adde, quòd si hæc principij ratio non omnibus morbis communis esset, afferenda erat ab authore nostro alia communis definitio: errareque Auicennam oportet, qui statim, hoc principiũ in omni morbo reperiri pronũciat, a Galeno uerò recensendum hoc principium inter ea significata non erat, quæ omnibus morbis sunt communia. Existimarunt alij, quamuis cruditatis & coctionis notæ in omnibus esse morbis queant, de ijs tamen solùm a medico, qui sensu in primis fidit, hanc principij rationem intelligi, in quibus coctio & cruditas possint apparere, id quod nõ in omnibus morbis contingit. Verùm, quum ut diximus, omnibus solubilibus morbis generatim conuenire id Gal. putet, ut per cruditatis & coctionis signa cognoscantur: inter solubiles verò morbos plures sint, in quibus neque spectari, neque esse cruditatis indicia vlla possunt: neque his uidetur a calumnia Galenus uendicari, neque videtur hæc principij significatio esse communis. Nobis ergo a priori solutione discedendum non uidetur. esse hanc principij rationem morbis, non omnibus, sed dumtaxat materialib. communem: immateriales uerò morbos alijs notis, ueluti symptomatum occursibus distingui. Quamuis autem Galenus solubilibus. i. ut intelligendum uidetur, salubribus omnibus commune faciat, eorum tempora signis coctionis & cruditatis cognosci: res tamen ipsa docet, nõ salubres omnes morbos coctione uel cruditate cognosci. Afferri autem hanc principij rationem cum alijs eiusdem uocis significationibus, quæ communes sunt morbis omnibus, nihil obstat. neque id dignum accusatione Galenum facit, qui, etsi cum alijs principij significatis tertium quoque hoc protulit: non tamen communissimum hoc esse morbis omnibus initium dixit. Author verò noster, etsi principium, quod in febrib. est, definit: non tamen de alio quam de febrium materialium initio intelligit. quare, quũ statim reperiri principiũ hoc in omni morbo subiungit, de materiali morbo erit intelligendum. Vnde & in definiendo, ait, principium horam esse propositam, qua calor innatus præfocatur a materia. Dubitandum tamen adhuc de Auicenna uidetur, qui, quum febrium generatim principium definiat, includere & ephemeras uidetur: in quib. tamẽ, ut iam dicebamus, coctio non expectatur. Sed de hac re aliàs fortasse diligentius.

Cap. 6. 7. 8.

Cap. 5.

Et status est hora &c. æmulatur Galenum 1. de crisibus & 1. aph. Est tamen hic magna inter doctos rixa. Pugnæ profectò inter naturam, & morbum signa symptomata sunt, quæ dum luctantur natura & morbus, sequi necesse est, & in maiori pugna maiora. unde & secunda aphor. Hippocrates in principijs imbecilliora, sed in statu fortiora omnia asserit. atque id de symptomatibus Galen. explicat. Rursum uerò statum definit hic author esset apud quem completur uestigium coctionis, id quod & Galenus passim, principium cruditate: augmentum coctione obscura, statum manifesta coctione, sed nondum perfecta: declinationem uerò, & manifesta,

Aphor. 30.

Aphor. 30.

& exacta coctione distingui scribens. Quæstio ergo est, an & symptomatum, & coctionis summum simul in morbis accidant. plurimum.n. hęc nosse, ad status notitiam & ad totam uictus rationem confert, qua inspecto status futuri tempore instituitur. Medici ergo, alij concurrere & symptomata & coctionem aiunt: alij negant. Quòd concurrant, authoritas Galeni est, qui quum 1. aph. morbi statum tunc aſserat, quando symptomata sunt in summo, idem coctionis eiusdem nota morbi statum describit. Vnde & idē, quum Hipp. consistente morbo, 1. eo aph. tenuissimum uictum præscribit, duplici id ratione fieri, ait, oportere: tum quòd in summo symptomata sunt, tum quòd natura circa coctionem maxime uersatur. Passim uerò & in lib. de tot. morbi temp. & alibi confirmare eandem sententiam uidetur. Cęterùm quum contra, idem Gal. 3. de rat uict. in ac. morbi uigorem interdum cum ipsa accidere coctione scribat. interdum quoque non accidere testari uidetur. Atque, quum ibidem, sępius affectionem, qua laborant ægri, mitiorem esse, sed symptomata augeri dicat: summum morbi, summum coctionis, & summum symptomatum uigorē non semper cōiungi docet. Confirmari hoc, & experientia, & Hippocratis authoritate uidetur. experientia quidem, quoniā in pleuritide, ubi crudus adhuc est morbus, tunc maxime lateris dolor, respirandi difficultas, tussis, & febres affligunt, et hæc omnia, ubi sputum album, lene, et æquale redditur, multo sunt imbecilliora. Authoritate uerò, quoniam dum pus conficitur, dolores & febres maiores fiunt, quam confecto iam pure: confectum autem ipsum est in statu, conficitur uerò ante statum. Sanè difficillima hæc quæstio est, & in qua soluenda laborarunt docti plerique omnes. periclitabimur tamen & nos quoque ipsi, scribere, quid sentiamus. Quòd non semper summum & coctionis & symptomatum concurrat, apertius profectò pleuritidis exemplo est, quàm ut controuersia locum habeat. Contra etiam quod frequenter & coctionis & accidentium summum simul accidant, uidere in febribus est. Nobis ergo res ita se habere uidetur: si de particularib. morbis egerimus, non oportere, ut & coctionis & morbi simul sit uigor. At in febribus, quæ totius corporis sunt morbi, perpetuo concurrere hæc uidemus: nisi forte febris, alicuius partis inflammationem sequatur. Hoc pacto uidentur nobis obiectæ utrinque rationes sedari non difficile. Libenter tamen de hac re aliorum sententiam expectabimus.

Com. 70.

cap. 3. Com. vltim.

Cognitio horarum uniuersalium ægritudinis & propriè status. Cap. 4.

COgnitio horarum ægritudinis uniuersalium quandoque est ex specie ægritudinis: nam spasmus siccus, & epilepsia, & apoplexia, & squinantia sunt ex acutis valde. & tertiana pura, & causon de acutis non valde. & quartana, & paralysis de macronoxijs, & quandoque ex motu ægritudinis: nā si paroxysmi sūt breues, significant quòd status est propinquus: sicut tertiana pura: tempus.n. paroxismorum eius est ex tribus horis vsque ad xiiij. horas; & si sint prolixi, significant quòd materia est grossa, & status longinquus: sicut in tertiana nō pura. & si non fuerint illic paroxysmi, imò materia eius fuerit acuta, sicut synochi: tunc ęgritudo erit acuta, & si [a] [fuerint signa eius signa materię frigidę grossæ,] aut decliuis ad grossitudinem, tunc ægritudo erit non acuta. [b] † [ ] & si remanserit cum dispositione sua, tunc ægritudo non erit illius acuitatis, & quandoque est ex uirtute ægri, cui uelociter aduenit debilitas, quare est ęgritudo acuta, aut non apparet illud, & est ægritudo non acuta. Et quandoque est ex ętate, & tempore, nam in tempore calido, & ętate calida festinat status ęgritudinum, & in temporib. frigidis, & ętatibus frigidis tardatur status ęgritudinum, & similiter est dispositio regionum. Et ex pulsu, nam si est uelox, frequens, magnus, tunc ægritudo est ad acuitatem decliuis, & si non, tunc non est acuta. Et ex rigore, nam si est prolixi spatij, tunc ęgritudo est decliuis ad prolixitatem, & si est breuis spatij, tūc ęgritudo ad acuitatem tendit. Et quando nullo modo est rigor, tunc [c] [abbreuiatur eius extensio.] Et cognoscuntur horæ ęgritudinis quandoque ex parte horarum paroxysmorum, nam si fuerint procedentes secundum antecessionem superfluentem [d] [ita ut unus antecedat superfluitatem alterius, tendens] ad additionem, tunc ęgritudo erit in augmento, quoniam de ægritudinibus sunt quæ currunt vsque ad finem horarum suarum secundum [e] [augmentum,] & sunt quandoque de genere tertianæ, & de genere [f] [assiduæ.] si autem steterit [g] [antecessio] & steterint superfluitates, tunc sine dubio erit ęgritudo in statu. Et seruans horam unam est longi spatij, & si postponuntur, tunc ægritudo est in declinatione, & similiter cognoscitur dispositio horarum ex augmento accidētium febris, & statione eorum, & declinatione ipsorum, & ex additione paroxysmorum eius in lōgitudine, & breuiatione ipsorum, & fortasse diuersificantur, & non assimilantur, & quandoq; cognoscuntur ex dispositione euacuationum, nam quum accidit in paroxysmo aliquo sudor aut uentris fluxus, & paroxysmus secundus, qui est post ipsum, est in similitudine uehementiæ primi, & fortitudine eius, aut supra ipsam, tunc euacuatio eius est propter multitudinem, non propter fortitudinem, & ægritudo iudicatur longa. Et quandoque cognoscuntur ex parte digestionis, & contrarij digestionis, secundum quòd diximus, uerbi gratia quādo apparet sputum cū digestione aliqua, aut urina, in qua est nubes aliqua. tunc est principium augmenti, deinde quandoque multiplicatur illud, et apparet, aut contrarium eius, tunc est status, et iterum quando apparet digestio, aut contrarium eius uelociter ex sputo, aut nube, tunc scias quòd status est propinquus, & si tardatur, tunc scias, quod status est longinquus Cognitio autē horarum particularium sic accipitur, nam hora principij paroxysmi est hora, in qua coarctatur pulsus, & tu iam sciuisti intentionem eius, & plumbeus fit color extremitatum, & infrigidātur extrema, & propriè extremitas auris, & nasi, vsque ad horam, in qua sentitur sparsio caliditatis, & quandoq. associantur principio alteratio coloris, et pigritia, et āgustia, & tarditas motuū, & profunditas somni, & mollificatio palpebrarum, & grauitas sermonis, & horripilatio inter spatulas, & in dorso, et fortasse accidit in eo rigor fortis, & quādoq; accidit rursus saliuę & saltus temporum, et tinnitus auriū, et sternutatio, et [h] [commotio] membrorum corporis. Et

a B. fuerit materia eius grossa frigida.

b † B. Et quandoque ex forma seu figura, quum si ipsa extenuetur uel tornatilis fiat uelociter, & cōtabescāt facies & hypochōdria tunc ægritudo erit acuta.

c B. ipsa est ex breuiori genere ipsius.

d B. ad illā quæ antecessit superfluitate tēdente

e B. additionē.

f B. quotidianæ

g B. post antecessionem.

h B. tensio.

Et vehementius quidem debilitatur virtus propter debilitatem, quę est in principio, aut statu, & horæ augmenti medietas prima est hora, in qua pulsus incipit apparere, & magnificari, & velox fieri: & spargitur calor in toto corpore secundum ęqualitatem, & medietas eius altera est hora, in qua non cessat hæc caliditas sparsa cum æqualitate augmentari. Et hora status est hora, in qua remanet caliditas sparsa cum æqualitate, & accidentia cum dispositione sua; & pulsus fit maior quam vnquam, & fit uehementius velox, & frequens, & hora declinationis est hora, in qua incipit diminutio, & incipit pulsus temperari, et ęquatur. deinde illa, in qua incipit corpus sudare, & perducit ad eradicationem. Et multoties quidem accidit apud mortem dispositio, quę est sicut declinatio, & est quasi ęger euaserit, & non oportet ut tu occuperis in hoc, imò cognoscas dispositionem pulsus, & an magnificetur, & fortis fiat. Et si tibi uidetur ponam tibi exemplum de tertiana. Attende ergo quod cum tertiana in pluribus dispositionibus incipit horripilatio, deinde frigus, & rigor, postea sedatur rigor, & minoratur frigus, et incipit calefactio, postea æquatur calefactio, deinde additur, postea stat, deinde incipit minui usquequo eradicetur, et scias q̄ ᵃ [ægritudo quandoque] prolongatur, aut propter multitudinem materiei, aut propter grossitiem eius, aut propter frigus eius, & quandoque adiuuant ad illud tempus frigidum, & regio frigida, et ætas frigida, et debilitas caloris innati, et soliditas corporis.

ᵃ B. tēpus ægritudinis.

ANNOTATIONES.

Quomodo morborum, & accessionum tempora dignoscas, docuit Hipp. 1. aph. quum scribit, accessiones & constitutiones, morbi indicabunt & anni tempora, & circuituum successiua incrementa &c. quo loco quatuor ueluti fontes proponit morbum. i. morbi speciem: anni tempora, id est temporum naturam: circuituum successiua incrementa, hoc est, vt Gal. interpretatur, tum accessionum anticipationem, longitudinem, uehementiam, tum accessionum reditus: & mox apparentia, symptomata. s. & decretoria signa: quæ omnia fusius Gal. & in eius loci Commentarijs & 1. de crisib. explicat. Aemulatur ergo Hippocratē hoc in loco author. amplificat tamen rem, & alia addit. ac primò quidem (quamuis in aliquibus codicibus hoc non legatur,) ægrotantis figuram; nempe si ægroti faciem & corpus primis statim diebus ualde fuerit extenuatum, quia hoc multum innati humidi dissolutum significat, acutum quoque morbum, & qui cito terminabitur, indicat. Affirmat uerò hoc & Hippo. 2. aph. Febricitantium, dicens, nō omnino leuiter permanere corpus, & nihil minui: uel etiā, plusquam ratio postulat, contabescere, malum: illud. n. morbi longitudinem, hoc uerò imbecillitatem significat. quod ēt in libro præceptionum testari uidetur, quum ait, in morbo tranquillitas longitudinem significat. Addit Auicēnas et ægri uires, quæ si cito collabantur, morbi acuti sunt signa. Subscribit huic & Gal. 3. prognost. Placidissimas, ait, natura ęgrotationes ocyssime superat, a difficillimis uerò celerrimè uincitur. Addit & ætatem, de qua re Gal. 1. aph. in calida. n. ætate, & iuuenili (adde & corpore natura calido) & regione calida, citò terminabiles morbi adueniunt: in frigido, contrarij. Subiungit etiam pulsum. nempe quòd ex hoc morbi aduersus uitalem facultatem impetus & uis ipsa planè significatur. Subdit etiam rigorem: quoniā, quum in hoc innati caloris ad internas partes fiat reuocatio: ex huius longitudine & breuitate, materiæ ostenditur crassitudo ac tenuitas; crassior enim quæ est, non ita facile discutitur, ut calor extra reuocetur. Hæc quum ad primos quatuor propositos ab Hippocrate fontes adiungat author noster, meminit etiam de ijs (quod quidem primo loco facit) de quibus & senex; in quibus tamen omnib. passim controuersiæ sunt. Ac primum, quum ait [Et spasmus sic cus &c.] de morbi natura agens, epilepsiam, & attonitū morbum inter ualde acutos ponit, tertianam uerò puram, & ardentem febrem non ualde acutos morbos esse ait. At, quum & epilepsia, & apoplexia ex frigida materia præsertim eueniant, quum ijdem morbi febre plerunque careant, quam tamen acutis morbis semper coniunctam esse Galenus testatur 1. aphor. non rectè inter acutos morbos referri uidentur; præsertim uerò si tertianæ & ardenti febri contuleris. Verùm breuibus, de hac re alias quoq; dictum a nobis fuit. Acutissimus morbus apoplexia est, quandoq; etiam epilepsia, non materiæ certè gratia, quæ frigida quum sit, inducias dat curandi, neque suapte natura symptomata facit sęuiora. at affecti loci gratia, propterea quòd obstructæ spirituum sunt uiæ, qui uitæ ministri & instrumenta sunt, facillime necant, & maxime acuti sunt morbi, qui tamen impropriè acuti a Galeno uocātur 3. de diffi. respiran. quibus etiam febrem coniungi necesse non est. Sed aliud hoc in loco dissidium apparet in ijs uerbis [Et quandoque ex motu ægritudinis &c. Si accessiones breues sint, morbum cito solui asserit, sin minus, contra. At Gal. 3. de crisib. ubi accessiones producuntur, continuas esse ait: sunt uerò cōtinuæ febres interpollatis breuiores. Adde, quòd, quum accessiones morborum initio breues sint, ubi eæ producuntur, incremēti indicium est: & morbus ad statum & solutionem citius accedit. Verùm ad hæc, si interpollatam febrem interpollatæ, & continuam continuæ conferas, cuius accessiones breuiores sunt, breuior & febris erit: nempe minorem copiam, & minus crassam adesse materiam significatur. Secus, si intermittentem continuis cōparaueris. tunc enim quum in continuis materia intra uenas sit, promptius accenditur, quam si extra uenas, et morbus propterea breuior euadit. Ita etiam si unum tempus alteri conferas, dubium non est accessiones, ubi breues initio fuerint, si postea producantur (si tamen una & magnitudo & anticipatio adsit) status proximi & celerioris solutionis fore indicia. non tamen si idem tempus eidem comparaueris, principium principio, et augmentum augmento. Auicennas ergo & interpollatas interpollatis, & idem tempus eidem tempori comparauit. Verum dubitatio rursum est in ijs uerbis. Et quandoque est ex uirtute &c. Ait ex uirium imbecillitate acutum morbum significari. At Gal. 2. de diff. feb. imbecillitatem facultatis causam esse lōgitudinis morbi testatur. Sed breuibus controuersia est nulla. Et si enim facultatis imbecillitas morbi causa est longioris, non tamen indicium.

Cognitio autem horarum particularium &c.] Particularia accessionum tempora docet. pro qua re pete Gal. li. de morb. temporib. habes & pulchre ex Aetio lib. 5.

(Marginal notes: Aphor. 12. — Cap. 6. — Aphor. 28. — Com. 6. — Aphor. 7. — cap. 9. — cap. 4. — cap. 3. & vlt. — cap. 3. cap. 11. & deinceps.)

Sermo uniuersalis de febribus ephemeris. Cap. 5.

Causę omnium specierum febris ephemeræ sunt causæ primitiuæ calefacientes essentialiter, et calefacientes per accidens, de summa occurrentium, et assumptorum, s. in cibo et in potu, et passionum corporearum, et animalium, et ex doloribus, et apostematibus ᵃ [apparentibus, et sunt de eis] ex oppilationibus, quarum causa non est primitiua, et non proueniunt

Alia litera. Tractatus secundus.

ᵃ B. extrinsecis & quandoque quædam ex eis funt.

niunt causæ earum cum vehemētia sua ad hoc, vt pertranseat illud quod inflammat spiritum, nam si pertranseant illud, faciunt cadere in hecticam: aut in speciem febrium humorum, quā dicemus. Causæ enim primitiuæ plerunq; mouent antecedentes. φ si mouerint eas ad putredinem, erunt febres putredinis. Et sunt quidam hominum, qui existimant quòd febris ephemera non fit nisi ex labore spiritus, & corporis, & illud est error. Et istæ quidem febres secundū plurimum recedunt in die vno, & raro pertrāseunt tertium diem. nam si pertranseant illam quantitatem, existimatur de esse earum, φ ipsæ permutantur. Et intentio quidem permutationis est, quòd b [retentio] caliditatis pertrāsit spiritum, aut ad corpus aut humorē: licet sint de hominibus qui dicant, quòd ipsa quandoq; remanet sex diebus, & consumitur integra consumptione, cui non esset similis, si permutaretur ad genus aliud. Et hęc quidem febris est facilis curationis, & difficilis cognitionis, & similiter principium hecticæ. Et homines quidem velocius cadentes in febres ephemeras: & qui vehementius lęduntur ab eis, si erretur in eis, sunt illi, in quibus calor & siccitas sunt magis uincentes, quoniam perueniunt velociter ad hecticam, & tertianam. Deinde illi, in quib. calor & humiditas vincunt, quoniam perueniunt velociter ad febrem putredinis. Deinde illi in quib. calor est plus. Deinde illi in quibus est plus siccitas, & quum illi, qui habent complexionem siccam & calidam accidit fames, & c [aduenıunt cum ea] uigilia, & labor animalis, & labor corporeus, festinat ad ipsum febris ephemera cum horripilatione quadā. Quòd si non succurratur, & cibetur statim, festinabit ad ipsum febris putredinis.

b B. accensio.

c B. associantur ei.

ANNOTATIONES.

Cap. 7.

Causas ephemerarum, febrium primitinas. i. externas esse ait, quod & Gal. 1. de diff. feb. præcipuum scribens & inseparabile ephemerarum esse indicium, a procatarcticis causis fieri. Ponunt tamen & Gal. & Auic. hoc in loco inter harum febrium causas, iram, uigilias, alui fluorem, et bubones, quas omnes constat non externas, sed internas esse et corporeas. Itemq́; Auic. paulo post, ex his febribus aliquas esse scribit, quæ sunt ex oppilationibus, neque earum causa primitiua est. Sanè de hac re alibi dictum est a nobis pro Galeno. neque ignoramus alios alia asserere. Nunc tamen paucis. procatarcticæ causæ ea intelliguntur, quæ omnibus manifestæ sunt. in harum ergo genere hæ quoque omnes sunt, de quibus iam est dictum. si quis irascatur, atque post iram febricitet, arbitrantur omnes ex ira febricitasse. ita & de reliquis sentimus: ut propterea non perperam a Gal. atque Auicen. inter procatarcticas causas reponantur. Quum uerò Auic. ex diarijs aliquas esse ait, quæ ex obstructionibus fiunt, quarum causæ primitiuæ non sunt: id de diarijs plurium dierum dictum existimamus: quæ ex obstructione, ut ait Gal. 9. meth. ob glutinosos uel crassos uel copiosos, succos inciderit. quæ sanè febres, quia in ijs neque humor subest putrescens, neque solida corporis substantia febrilem calorem ut habitum suscepit, proptereaq́, neque putridæ sunt, neq; hecticæ, & inter diarias reponuntur. natura quidem eadem constantes, qua diariæ, nomine autem non eodem. Constat ergo diarias febres, quæ uerò diariæ sunt. ab externis omnes causis dependere.

Cap. 1.

Hæc quidem febris est facilis curationis &c.] Idem & Gal. 1. ad Glau. Verùm idem tamen Gal. 1. de dif. feb. se prima statim accessione sæpe diarias cognouisse asserit, & lotum hominem ad consuetas exercitationes dimisisse, uelut non aliam accessionem habiturum: neque se falsum esse. Sed paucis. vere ait, inexpertis & non satis diligentibus medicis difficiliorem hanc esse cognitu primo insultu quam uel putridam, uel hecticam: non tamen peritis id difficile est.

Cap. 2. Cap. 7.

Signa propria febrium ephemerarum, distinguentia eas ab alijs, Cap. 6.

De proprietatibus earum est, quòd ipsę nō fiunt a causis antecedentibus: neque incipiunt cum coarctatione. & est quòd ipsæ non incipiunt secundum plurimum cum rigore, & frigore extremitatum, & profundatione caliditatis, & declinatione ad pigritiam, & somnum & submersionem pulsus, & diuersitatem eius, & paruitatē ipsius. Imò fortasse accidit in principio earum similitudo frigoris, & horripilationis, & punctio, et cuius causa est uapor chymi mali, & remouetur uelociter, & accidit, sed rarò, rigor propter multitudinem uaporum lędentium lacertos propter punctionem suam a [superflua multitudine.] & est eius inflammatio non mordicatiua aspera. b [ ] imò bona, sicut caliditas corporis laborantis, & ebrii, & quum est urina in primo die digesta, & pulsus bonus, tunc iudica, quod est febris ephemera, & illud ideo, quoniam urina non alteratur in ea, inquantum ipsa est ephemera, et est sedimen eius digestum, non decliue ad colorem humoris, & est quandoque nubes eius pendēs, & quandoque est natans, boni coloris, & quandoq; accidit ut non æquetur color eius, tamen eius substantia est æqualis, & non alteratur color eius, nisi propter id quod associatur ei de causa alterationis urinę, quamuis non sit illic febris ephemera ex eo, quod dicemus in c [in tertiana.] & similibus ei, & pulsus est decliuis ad spissitudinem, & fortitudinē, et magnitudinē, nisi in ea, quæ est a passionib. debilitantib. & nisi fuerit in stomacho humor mordicatiuus, aut frigidus, aut causa alia de his, quęd [mutāt] pulsum præter febrem, & raro quidem diuersificatur, si uero diuersificetur, erit ei ordo: nā si diuersificetur illud, tunc erit propter causam aliam antecedentem febrem: aut e [vicinantē] ei, sicut est labor uehemens, aut mordicatio uehemens in uiscerib. & similia his, & quandoq; accidit ut induretur pulsus propter frigus uehemens, & inspissans, infrigidans, aut pp caliditatem solis uehementem exsiccantem, aut propter uehementem laborem exsiccantem, aut famem, aut angustias, aut uigilias, aut euacuationes, & quandoq; festinat in eo dilatatio, & tardatur constrictio, et non festinat plusquā naturalis nisi raro, & cum uelocitate pauca, quoniā necessitas euentationis in eo est uehementior, quā necessitas educendi uaporem corruptum. uapor nanq; in eo non est corruptus comparatione sui ad æqualem, imo est f [bonus] cōparatione sui ad eum, & quū ambiguus sit tibi pulsus, & constrictio ipsius, tunc scias ex anhelitu, et pul-

a B. plurimam superfluam.

b † B. Alia libera. sicca.

c B. ephemera ex labore.

d B. paruificāt.

e B. associatam

f B. calefactus.

& pulsus quidem redit post eradicationem eius ad consuetudinem eius naturalem in illo corpore, & hoc est signum bonum, & scias penitus, quod quoties urina & pulsus sunt boni, significant quod febris est ephemera, & quando non sunt boni, non oportet vt non sit ephemera: multoties. n. est in ea vrina tincta, & pulsus diuersus & debilis, & paruus. Et de illis, quę significant, quòd ipsa est febris ephemera. est ut principium eius facile, & leue, & sit augmentum eius non addens supra duas horas, & neque associentur statui accidentia vehementia. g † [ ] & vt non accidāt in ea accidentia praua, & non sit in ea h [bullitio] caloris vehemens, & minorentur cum ea dolores. Quod si cum ea dolor fuerit capitis, aut dolor alius non sit fixus, inseparabilis, post eradicationem eius, & hoc quidem significat quòd ipsa est ephemera, & plurimum quidem eradicationis eius fit per sudorem, & humorositatem similem sudori naturali, non humoroso, & non sit vehemens superfluitas iterum in quantitate sua, imò appropinquat sudori naturali quātitate sua: sicut est proximus ei in qualitate sua. Si enim videris sudorem plurimum, tunc febris erit non ephemera. Et de eīs, de quibus febris ephemera experitur, est vt ingrediatur balneum habens eam: quumque morā fecerit, euenire in eo quasi horripilationem non consuetam, scitur quòd febris est febris putredinis, & egrediatur habens eam ex balneo illico, & si nihil alteratur a dispositione sua, tunc febris est ephemera.

g † B. Et in febre putrida est contrarium.
h B. acuitas.

ANNOTATIONES.

De proprietatibus earum &c.] Idem & supra. Et Gal. quoque 1. de diff. febr. proprium ait & inseparabile esse ephemerarum, a procatarctica causa fieri. At quòd inseparabile non sit hoc indicium eo contenditur. quòd ex ira, bubone, fluxione alui, hæc quoque febris fieri solet. Quòd proprium itidem non sit, eo constat, quod & alijs conuenit: id quod tum ratione, tum Galeni authoritate probatur, ratione quidē, quando morbi omnes, non hæ solum febres, a procatarctica fiunt causa, quum morbus omnis sit uel cōis uel dispersus, & cōis ex aere, dispersus verò sit ex victu. Authoritas verò Galeni est. 1. de diff. febr. vbi in omnium febrium constitutione causas pręcipere testatur, quæ omnibus sunt manifestæ. Verum ad hæc, quòd nulla diaria febris non a procatarctica fiat causa, supra etiam explicatū est. An uerò id proprium sit harum febrium indicium, ambigendum non est quin exactè potius Galeni uerba perpendenda sunt, qui (id quod a diligentiss. Paterno animaduersum nouimus) non a procatarctica absolute. sed a procatarctica recenti fieri ephemeras scriptum reliquit. Quamobrem, etsi & morbi omnes (quod ratio antea obiecta) & febres omnes manifestis. i. præincipientibus causis eueniunt, id quod Gal. affirmat, non ab ijs tamen recentibus, quod ephemerarum est proprium.

Cap. 7. Cap. 3.

Et est quòd ipsæ &c.] Annotationem incompressam intelligit, in qua (ait Gal. 1. de diff. feb.) neque horror aliquis, neque extremarum partium frigefactio facta est: neque ueluti quædam dormitatio, neque aliqua insignis pigritia, aut omnino inæqualitas aliqua, uel in caliditate, uel in pulsu, neque paruitas aut debilitas. Hoc indicium Gal. eodem 1. de diff. feb. inseparabile & proprium hecticarum esse ait. non ergo alicui febri alteri præter hecticas conuenire oporteret. Idem tamē ibidem, esse ab ephemeris quoque inseparabile tradit: propterea que quum & diarijs conueniat, astipulante etiam Auicenna, inconstātiæ Gal. accusādus uidetur. Sed uerè explicat rem hanc Gal. in lib. eodem adest sanè in hecticis annotatio incompressa: sed in ijs allato cibo febrilis calor accenditur, id quod in ephemeris non euenit. proprium ergo hecticarum signum est totus ille signorum concursus, non unum tantum seorsum indicium. excepto verò eo, quòd allato cibo incalescant: cætera ab ephemeris quoque inseparabilia sunt, ut Gal. ait. Limitat tamen hic author Galeni sententiam, etsi enim neque uera frigefactio, neque horror, rigor, atque alia eius generis signa accidunt, possunt tamen accensi spiritus & uapores, aliquid facere ijs simile, dum in sentientes & carnosas particulas feruntur. At rursum ambiget quispiam quomodo ergo ephemeræ a putridis distinguuntur, & uera incompreßa annotatio a nō uera dignoscitur. Crediderim ex horroris, frigorisque uehementia discerni, quam certe tā accensis spiritib. quàm humorib. minorem esse oportet. adde & ex pulsibus, qui longè erunt in ephemera dissimiles atque in putrida.

Cap. 9. Cap. 7. Cap. 9.

Et cum est urina &c.] Idem & Gal. 1. de diff. febr. nēpe, duo hæc propria & inseparabilia ephemerarum signa eße testatur: quod etiam Auer. 4. Coll. Contra tamen 1. de crisib. Galenus cum putridis febribus nonnunquam coctionem in urina eße primis diebus testatur: id quod profectò obseruatum est in tertianis febribus sæpenumero. Sanè, quod ad hanc dubitationē facit, etsi in alijs pręter ephemeras intermittentib. febrib. primis dieb. urina cōcocta, apparet, in quibus .s. nondum cum internis uasis putredo communis est facta, uerè tamen concocta urina dici non potest, quum non talis per omne tempus appareat. atque ita uera coctio propria erit diariarum febrium nota, neque alijs cōueniet. At verò, si ita dixerimus, quomodo rursum ex urinę coctione distingui ephemeræ ab alijs, primis diebus possint quod Galen. ait, non uideo: nisi fortaße exploranda tunc cætera eße indicia dicamus,

cap. 7. cap 25. cap 17.

Et pulsus est decliuis ad spißitudinem &c.] Gal. 1. de diff. feb. in ephemeris pulsus eße ait ad magnitudinem, celeritatem, ac frequentiam accedentes. Auicennas uerò, quum de frequentia & magnitudine uerba faciat, nihil tamen de celeritate; sed addit hic uehementiam, de qua Gal. nihil. Profectò non ignoramus, plura in hanc rem dici posse; ostensuque non eße difficile, in diarijs, quia ualidæ sūt uires, impellente calore uehementiore, & maiores pulsus, & clariores & frequentiores sæpenumero fieri ut propterea adiungi & celeritas possit, de qua Gal. & uehementia de qua Auic. Quum tamen magnitudinem & uehementiam pulsuum non semper frequentia & velocitas sequatur: in uiris enim quod testatur Gal. in li. de pulsib. ad Tyron. maiores & fortiores pulsus quum sint, simul tamen rariores & tardiores fiunt. propterea meo periculo affirmarim mendum in hoc codice esse: ponendamque pro fortitudine, celeritatem, ut Galeno hic author consentiat. De hac tamen re alij iudicent. Plura author de diariarum indicijs subiungit, pro quibus pete Gal. 1. de diff. feb. & 1. ad Glauconem.

cap. 7. cap. 7. cap. 2.

Permutatio febris ephemerę. *Cap.* 7.

QVum expedit, ut febrem ephemeram patiēs cibetur, & errat medicus super eam, & non cibat ipsum, permutatur febris in corporibus cholericis ad hecticam a [incendentem,] & in corporibus carnosis ad synocham, quæ est absque putredine. et fortasse permutatur ad illam, quę est cum putredine. & similiter

a B. & incensiuam.

ter quando necessarium est adiutorium in aperiendo poros, & rarificãdo corpus,& non fit; fit inflammatio in humoribus retentis in corpore,inflammatione [b] [eius quod calefacit cũ fortitudine eius,quod putrefacit.]

b B. quæ fit calefactio cũ fortitudine, & putrefactio.

ANNOTATIONES.

Diarias febres facillime in aliud febris genus migrare,testatur & Gal. 9.meth.& 1.de diff.feb. & sæpe alibi. Huius verò causa,& medici et ægroti & ministrantiũ esse error potest,ut Gal.eo.9.meth.testatur.præsertim tamen passiua,quam vocant,ægrotantis corporis potentia ad hoc vel illud morbi genus parat. Quare non iniuria author noster aptos eos esse dicit ut ab ephemera in hecticas transeant, qui sicciores & calidiores sunt: paratos verò continenti vel putridæ uel non putridæ, qui carnosi sunt.hoc est, quibus sanguis redundat copiosior. Tu pro hac re adi Gal.8.meth.

Cap.1. Cap.1. Cap.2.

Signa permutationis febris ephemoræ ad febres alias. Cap. 8.

Significatio illius est,quòd ipsa declinat absque sudore,aut humorositate. aut cum sudore absq; mundificatione per sudorem,& est declinatio longa,difficilis,& absque mundificatione pulsus: imò remanet in pulsu aliquid. & remanet dolor capitis si fuerit, & hoc totũ significat permutationem ad febrem putrefactionis humoris,aut [a] [hecticam:nam] si causæ fuerint vehementes, aut prolongetur mora eius,permutabitur ad hecticam. Quòd si ad hecticam permutetur,videbis tactum arteriarũ calidum valde,& videbis febrem similem. vel fixam,& in omnibus membris additur calefactio super repletionem, & in tẽpore acceptionis cibi:aut videbis pulsum seruare æqualitatem cum duritie.& paruitate. Et videbis signa reliqua quæ diximus de signis hecticæ,& quãdo permutatur ad genus febrium sanguinis, quod nominatur synocha absq; putredine, videbis additionem, & repletionem caliditatis, & inflammationem faciei,& quando permutatur ad febres putredinis; apparent horripilatio & diuersitas pulsus. & paruitas, & coarctatio, & est caliditas mordicatiua sicca, & vehementia accidentium. In vrina autem fortasse remanet digestio [b] [ex substantia.] & in pluribus nõ apparet in ea digestio.

a B. Alia litera: ad sãguineã,&. Alia litera. ad hecticam,&.

b B. substantiæ. Alia litera. rei præcedentis.

ANNOTATIONES.

In diarijs sicuti & Gal. 1.de diff.feb.ac 1.ad Glau.& supra Auicennas,quum de earum signis ageret,explicauit inclinatio cum sudore,plerunque,vel rore,aut vapore optimo facilis,cum pulsus ad naturalem statum reditu, & sine omni prorsus morbi vestigio esse solet. Quare vbi non talis declinatio apparuerit,conuerti diariam in aliud febrium genus,erit existimandum. In quas uerò febres,putridasne an hecticas uertatur, ex harum febrium signis dignosces,de quibus postea.

Cap.7. Cap.2.

Curationes febris ephemeræ secundum modum uniuersalem. Cap. 9.

IN omnibus speciebus febris ephemeræ oportet,vt afferantur super corpora patientium eas,ea quæ nutriat eos nutrimento bono,cum velocitate digestionis, quoniam febriens est æger,& æger est læsus.[a] † [ ] An quibusdam eorum concedi tur declinari ĩ ea:sicut patienti ex labore,& angustia,& fame, & illis in quorum corporibus cholera plurima est.Et qui conqueritur se pati horripilationem in principio, deglutiat cibum infusum in aqua,& vino, vt sit magis penetrans,& isti quidem cibantur etiam in principio febris.Et quibusdam prohibetur deliciari in ea,& innuitur eis vt fiat subtiliatio, sicut in patiẽte febrem ex oppilatione,& soliditate, & ex apostemate.Et melius quidem est, vt post ponatur cibatio usque ad declinationem, nisi in illis,quos excepimus. Et aqua frigida quidẽ oportet vt non prohibeatur in principio rei, quoniam virtus est fortis: quare non timetur debilitas eius,& est melior cura in infrigidando.[b] † [ ] verùm si fuerit ibi lic debilitas in visceribus,& febris iam extenditur,aut fuerit [c] [vehemens,] tunc melius est,vt de ea non multum sumatur.Et conceditur eis balneum,quum eorum paroxysmus consumitur in febribus ephemeris propter [d] [accidentia,] de quibus est humectatio,& de quibus est sudatio,& rarificatio pororum, & de eis est infrigidatio in [e] [quieta] dispositione, & prohibetur, vbi timetur casus putredinis. & non oportet, vt euitet balneum nisi habens eam ex oppilatione, [f] [propterea quòd] balneum generat ægritudinem putridam, & similiter patiẽs eam ex satietate nauseatiua,nisi in fine rei, & quum dilatantur pori,& descendit nauseatiua satietas, illic enim oportet, vt balneet. & habens catarrhum non balneetur, nisi sit adustiuus, & omnes habentes febres ephemeras oportet, vt non prolongent moram in aere balnei,imò in aqua eis quantum volunt,nisi habentes eam ex soliditate,& ex spissitudine: eis enim conuenit,vt prolongent moram in aere balnei,donec sudent.[g] [Embrochatio] autem si fuerit effundendo,aut liniendo tantum, oppilat poros,& in curatione omnis febris ephemeræ,quæ est ab oppilatione extrinseca, aut intrinseca,fricatio aperit poros habentis eam. deinde si obuiat humiditati plurimæ,resoluit eã; & si nõ obuiat humiditati paruæ,exsiccat [h] [eam,] Euacuatione autem non indiget aliquis eorum,nisi habens oppilationem repletionalem,& habens nauseatiuam satietatẽ, & qui habent febrem ephemeram ex soliditate,cuius corpus est repletum.

a † B. Alia litera. & læsus non digerit,aut tarde digerit.

b † B. spiritus.

c B. febris ex oppilatione.

d B. intẽtiones.

e B. secunda.

f B. quandoque enim.

g B. inunctio.

h B. corpus.

ANNOTATIONES.

Diariæ curationem fusius descripsit Gal.8.meth.& 1. ad Glauc. Habes & ex Paulo lib. 2. ca. 16. Videtur tamen hic locus esse cõtrouersiæ. Auicennas de balneo agens ijs uerbis [Et non oportet ut deuitet balneum nisi habens &c.] quum antea balneum omnibus diaria laborantibus consuluerit,hic eos excipit, qui ex obstructione laborant. At Gal. 1.ad Glauc. generatim omnibus ephemera correptis cõducere balneas testatur.& idem 8.meth.particulatim diaria ex cutis astrictione laborantem frequentatis balneis curatum scribit. Auerroes quoque 7.Col.quũ balneas his omnibus curã esse uniuersalem dicat, eos quoque quibus

Cap.2. & 3. Cap.3. Cap.3. Cap.1. Cap.6.

quibus denſata eſt cutis,iiſdem monet eße medicandos. Sed paucis.per febrem ex oppilatione, non ea,iudicio noſtro,intelligenda eſt,quę ex cutis aſtrictione;ſed quæ crapulam & internam obſtructionem ſequitur. Embrochatio autem ſi fuerit &c.] Per embrochationem,quam nominat, an frigidæ an calidæ affuſionem intelligat, ambiguum eſt. Videtur tamen utrunque poſſe intelligi.nempe ſi uice balnei calida quis aqua febricitantis corpus perſuderit, quum ſtatim refrigeretur,occludi externos cutis meatus neceſſe eſt.Ita etiam ſi frigida uſus fueris,ut propterea vtraque et frigidę & calidæ affuſio lædat,quia obſtruit. At contra,ſi de frigida intellexeris, aduerſari author noſter Galeno uidebitur,qui tum alibi,tum.8.meth.poſt balneum frigidam affundi iubet. Profectò,quod ad hanc rem pertinet, Auer. 7.Coll.Galenum duplici nomine accuſat, cum quòd ſæpius diaria correptis balneas conſulit,quæ tamen non niſi aßuetis conueniunt:tum quòd poſt balneas frigida eos perfundit,quæ perfuſio,ut Auerroes ait,pororum occluſionem facit,neque propterea opportuna eſt,niſi cutis meatus apertiores,aut corpus nimis ſit calefactum. Nobis tamen de Galeni & Auerrois diſcordia modò non diſſeritur. ſed pro huius loci ſententia, Bellunenſis lectio arridet magis, qui non embrochationem,ſed inunctionem legit.quum enim actum antea ſit de balneis,apte ſubiungi uidetur de corporis inunctione,quam 1.ad Glauc.Gal.commendat. Quòd ſi rurſum obijcias hunc itidem Galeno aduerſari,quum inunctionem non probet quia obſtruat,non putamus aduerſari. & ſi enim olei iniectio & affuſio cutis meatus ſolet obſtruere,ſi tamen perfrictionem plurimã adiunxeris Galeni exemplo,diſcuties quicquid in cutis meatus craſſioris impactum eſt,& rarefacies.

cap.2. cap.6. cap.3.

Spec es febris ephemeræ. *Cap.* 10.

DE febribus ephemeris ſunt, quæ omnino comparantur ad diſpoſitiones animales. Et de eis ſunt,quæ comparantur ad diſpoſitiones corporeas.& de eis ſunt,quæ proportionãtur ad res,quæ eueniunt deforis, & de comparatis ad diſpoſitiones animales eſt illa, quæ fit ex anguſtia,& illa quæ fit ex triſtitia,& illa quæ fit ex exiſtimatione, & cogitatione,& ira, & vigilijs,& ſomno,& tranquillitate, & timore, & gaudio. & de proportionatis ad diſpoſitiones corporeas ſunt illæ, quę comparantur ad res quæ ſunt actiones & motus,& de eis ſunt, quæ comparantur ad non actiones & motus, & ad contraria eorum, & comparatę ad res, quę ſunt motus. a † [ ] eſt quæ fit ex labore,& illa quæ ex tranquillitate,& illa quę fit ex euacuatione,& de eis eſt febris ephemera ex dolore, & de eis eſt febris ephemera, quæ eſt cum ſyncopi,& de eis eſt illa,quæ fit ex fame, & de eis eſt illa, quæ fit ex ſiti,& de comparatis ad ea,quæ non ſunt actiones,eſt illa. quę fit ex oppilatione,& de eis eſt illa, quæ fit ex nauſeatiua ſatietate, & de eis eſt illa q̃ fit ex apoſtemate,& de eis eſt illa,quæ fit ex b [ſoliditate.] Cõparatæ autem ad res,quæ accidunt deforis, sũt ſicut illa,quę fit ex aduſtione, c [quęcunque aduſtio fuerit,] & ſicut quæ fit ex d [frigore,& ſoliditate,& ex ablutione.] dicam itaque vnamquamque earum cum curatione ſua.

a † B. & contraria eorum.

b B. ſiccitate cutis.

c B. ſolis.

d B. condenſatione cutis facta ex frigore & facta ex ablutione cum aquis ſtypticis.

De febre ephemera ex anguſtia,et ſignis eius. *Cap.* 11.

QVãdoque accidit ex motu ſpiritus ad interiora,& a [occultatione] eius ĩ eis,propter ſuperfluitatem anguſtiæ febris ſpiritualis. Cuius ſigna sũt igneitas vrinę, & acuitas eius, ita vt habens eam ſentiat acuitatem ipſius, propter dominium ſiccitatis in ea,& eſt motus oculi ad clauſionem decliuis, & eſt oculus ſubmerſus propter reſolutionem cum quiete b [& ſubcluſione,] & facies eſt tendens ad citrinitatem propter profunditatem caliditatis. Et pulſus eſt ad debilitatem, & paruitatem decliuis, & forte declinat ad duritiem.

a B. conculcatione.

b B. teporis. Alia litera. & tepore.

De cura. *Cap.* 12.

OPortet,vt habens eam multiplicet introitum tinæ. & ponat plurimum ſuæ intentionis in balneatione cum aqua balnei,abſque aere eius. & multiplicet eam inunctionem cũ a [fricatione] poſt illud: oleum enim b [aliquod] eſt magis iuuatiuum ei quàm balneum & vtatur lenificantibus, & odoriferis frigidis. et ponat ſuper pectus ſuum epithemata infrigidantia ex mucillaginibus & ſuccis,& aquis c [bonis,] & ſumat in potu vinum plurimæ cõmiſtionis:eſt enim bonum medicamen ei.

a B. oleo.

b——B.

c B. boni odoris.

De febre ephemera ex triſtitia. *Cap.* 13.

QVandoque accidit ex multitudine triſtitiæ propter rem quęſitam motus laborioſus,ſpiritum calefaciens, faciens cadere in febrem cuius ſigna sũt ſimilia ſignis eius,quæ ex anguſtia,niſi quia motus oculi cum profunditate ſua,propter reſolutionem,eſt ad partem extrinſecam,& pulſus non eſt demiſſus, depreſſus,imò eſt in eo a † [ ] cum debilitate, b [ſed eſt cum eo ſaltus.] Et cura eius eſt ſicut cura eius,quæ eſt ex anguſtia.

a † B eleuatio aliqua.

b B ſi ipſa debilitas fuerit cum eo.

De febre ephemera ex cogitatione. *Cap.* 14.

QVandoque accidit ex multitudine cogitationis in rebus,febris ſimilis illi.quę eſt ex a † [ ] triſtitia, niſi quia motus oculi eſt æqualis,nõ ad clauſionem, neque ad exitũ decliuis,& eſt decliuis ad profunditatem,& pulſus eſt diuerſus in b [dilatatione & conſtrictione,] & plurimum quidem eſt ęqualis,& facies eſt ad citrinitatem decliuis. & cura eius eſt cura illius,quæ eſt ex triſtitia.

a † B. anguſtia &.

b B. eleuatione & depreſſione.

De febre ephemera ex ira. *Cap.* 15.

QVandoque accidit propter ſuperfluitatẽ motus ſpiritus ad exteriora ĩ diſpoſitione iræ.calefactio ſuperfluat, a [adurens ſpiritũ,] & febris. Cuius ſigna ſunt, rubedo faciei, niſi permiſceatur ei timor,quoniam citrinatur, & inflatio faciei ſimilis ei,quæ inflatur in b [dormitione.] Et ſunt oculi rubei,tẽdentes exterius propter uehementiam motus ſpiritus ad exteriora, & quandoque accidit quibuſdam eorũ tremor,propter motum humoris,aut propter debilitatem naturarum.& eſt aqua rubea,acuti tactus,propter acuitatem ſuam,& quandoque eſt cum ea aliquantulum claritatis. & pulſus eſt groſſus,plenus. c [pulſans,] frequens.

a B. accenſa in ſpiritu.

b B. febre cauſata ex uigiliis.

c B. eleuatus.

De

De cura. *Cap.* 16.

FAc eos quiescere,& fac,vt occupentur leti ficantibus,& narrationibus,& vocibus bonis,& ludis mirabilibus,& fac eos ingredi balneum in aqua tepida non plurimi caloris, & inungantur plurimum cum aliquo oleo plurimo.illud enim est magis cõueniens eis,quàm aqua calida. Et cibentur eis,quæ infrigidant,et humectant.Et prohibeantur a uino omnino, non enim est eis uia ad ipsum.

De febre ephemera ex vigilijs. *Cap.* 17.

QVandoque etiã accidit ex vigiliis febris ephemera.cuius signa sunt,antecessio ui giliarum,& grauitas palpebrarum.[a][quoniam] fortasse non aperit eas, & profundatio oculi propter resolutionem, & inflatio palpebrarũ propter corruptionem cibi, & multitudinem vaporis, Et conturbatio vrinæ propter priuationem digestionis.Et debilitas pulsus. Et citrinitas faciei,propter malitiam digestionis.et inflatio eius propter[b] [excitationem]ex malitia digestionis:sed non est cum rubedine, sicut in illa quæ est ex ira.

a B.tumefactio nem factam.

b B.&.

De curatione. *Cap.* 18.

CVratio autem eius est ociari, & quiescere, & dormire, & embrochare caput cum eis: quæ infrigidant & humectant. & balneum humidum, & cibi bonorum chymorum,& inũctiones humectantes.Et vinum est ex rebus magis conferentibus eis,& sumant in potu ipsum sine timore,nisi fuerit dolor capitis.

De febre ephemera ex somno, & quiete. *Cap.* 19.

A Spiritu quandoque resoluuntur vapores calidi per uigilias,& motus.Quum ergo prolongatur somnus,& tranquillitas,& non resoluuntur, accidit ex eis calefactio spiritus, & febris eius.Cuius signa sunt ista:significãt enim eam antecessio somni,& tranquillitas plurima & proprie quę non est in consuetudine,& cadit contrarium consuetudinis & significat ipsam repletio vaporosa,& pulsus.

De curatione eius. *Cap.* 20.

CVratio eius est sudatio in aere balnei, & ablutio æqualis cum aqua calida.& paucitas cibi & declinatio eius ad id, quod infrigidat, & humectat ipsum, & exercitium temperatũ, & non oportet ut bibat uinum.

De febre ephemera ex gaudio. *Cap.* 21.

QVandoque accidit ex gaudio febris,sicut illa,quæ fit ex ira.Cuius signa sunt proxima signis eius, quæ est ex ira, nisi quia forma oculi est forma gaudentis, non forma irascentis.Et est frequentia in pulsu minor.Et cura eius est proxima curationi eius, quæ est ex ira.

De febre ephemera ex timore. *Cap.* 22.

QVandoque accidit ex timore febris secundum semitam. quæ accidit ex angustia. Proportio nanque timoris ad angustiam est proportio irę ad gaudium,ex hoc,quòd motus timoris est ad interiora,& iræ ad exteriora, & fit subito,& aliorum modorum fit gradatim. Cuius signa sunt proxima signis eius, quæ fit ex angustia, nisi quia diuersitas in pulsu est uehementior,& forma oculi eius est forma territi.Curatio eius est proxima curationi eius,quę fit ex angustia, & oportet ut securetur a timore, & ueniatur ad eum cum nuntiis gaudere facientibus,& [a] [lætificantia sunt iuuatiua ei.]

a B.vinum confert.

De febre ephemera ex labore. *Cap.* 23.

LAbor quandoque peruenit ad summum calefaciendo [a] [corpus &] spiritum,ita ut fiat febris nocens operationibus:& est plurimi nocumenti,& grauitatis ipsius super uitalem, & animalem. Signa sunt antecessio laboris,& additio calefactionis iuncturarum super alia, & [b] [tactus] lassitudinis, & siccitas corporis. Et quandoque accidit in fine eius humectatio si fuerit labor temperatus [c] [in eo. i. quando non est in eo exsiccatum,] aut frigus prohibens sudorem. Si autẽ labor fuerit superfluus minoratur humectatio,& sudor, & quãdoque sequitur ipsum tussis sicca propter communitatem pulmonis & est pulsus eius paruus,debilis,& quandoque declinat ad duritiem, & vrina est citrina, [d] [calida] propter motum, & subtilis propter resolutionem.

a — B.

b B. sensatio.

c B. & nõ fuerit calor exsiccans.

d B. acuta.

De cura. *Cap.* 24.

CVratio eorum est tranquillitas, & balneatio in tina & inũctio [a] [fricando proprie] super iuncturas, & acceptio cibi boni chymi, humectantis,secundum quantitatem,qua digeratur. de genere carnium pullorum,& hædi,& piscium [b] [paruorum.] Et quoniam uirtutes eorum sunt debiles,tunc non oportet vt confidant de se,posse digerere,quod digerebãt in dispositione sanitatis,imò minus illo,& propter hoc cibentur eis, quorum paucum nutrit plurimum,sicut ea quę diximus,& sicut vitelli ouorum sorbilium, & testiculi gallorum sunt eis boni. Quidam tamen existimauerunt,quòd oportet ut patientium lassitudinem regimen plus subtilietur quàm aliorum, sed illud non est rectum. Et oportet ut sumant de fructibus humidis, & sumant in potu uinum plurimæ commistionis,si fuerint assueti,aut iuleb, & aliud,si non fuerint consueti.et oportet,ut eorum inunctio sit plurima,quàm inunctio aliorum cum oleo aliquo vt humectentur eorũ mẽbra,& iuncturæ exsiccatæ,& iterum vt mollificetur illud,quod accidit eis de tensione, & oleum uiol.est de oleis melioribus eis.Et oportet ut communicet inunctio eorum corpori, & proprie capiti,& collo, & spondylibus dorsi,& iuncturis omnibus,& propriè post balneationem.& oportet vt [c] [sternantur] strata eorum,& aromatizentur indumẽta eorũ,& sedilia

a B.cum fricatione leui.

b B. petrosoru.

c B.mollificentur.

lia eorum,& si indigent iteratione balnei propter reliquias, iterentur omnia quæ scripta sunt in capitulo suo.

De febre ephemera ex euacuatione. *Cap.* 25.

QVandoque accidit ex commotione humorum post ventris solutionem motus spirituum superfluus,& inflammans in ipso febrem propter multitudinem lassitudinis,quę sequitur ipsam,& quandoque faciunt eam medicinæ solutiuæ, propterea quòd calefaciunt. Et quandoque sequitur phlebotomiam, propterea quòd [a] [redire facit humiditatem vaporum,] & sanguinitatem eorum ad furiositatẽ cholericam.

a B. Alia litera. remouet ab humiditatibus vapores. Alia litera. remouet ab humiditatib' vaporosis, & sanguineis earũ taliter, q̃ ipse cõuertãtur,& efficiantur fumosę cholericæ.

Curatio. *Cap.* 26.

OPortet, vt subtilietur in retinendo naturam per ea, quę sũt ordinata in capitulis suis, & ut cibetur æger cum eo, quod confortat plus & secundum quantitatem,qua digeratur,de eis quæ infrigidãt,& humectant, & sint in eo pontica,styptica, & ponantur super stomachum emplastra, & embrochæ confortantia,calefacta non tepefacta. Nam omne tepidũ est mollificatiuum, & resoluit virtutem. & de hac summa est lana infusa in oleo nardino,aut oleo frigidiore eo, aromatizato, & exprimatur adeo,donec separentur ab ea partes olei, & ponantur super cor, & hepar ea, quę infrigidant.

De febre ephemera ex dolore. *Cap.* 27.

DOlor quandoque calefaciunt spiritum ad eo,donec inflammetur febris. *Signa.* dolor in capite,aut oculo,aut aure,aut dente, aut iuncturis,aut extremitatibus,aut colica,aut hęmorrhoidibus, aut alijs de dolorib. furunculorũ.

De cura eius,quæ fit ex dolore. *Cap.* 28.

REgatur dolor cum eo,quod oportet,in capitulo suo:deinde curetur cura eius, quæ fit ex labore. Quòd si timeatur ex potu uini motus doloris,non detur in potu.

De febre ephemera ex syncopi. *Cap.* 29.

QVandoque accidit ei cui superuenit syncopis propter commotionem spiritus diuersam,calefactio,& conuertitur in febrem, & quandoque remanent de ea post ablationẽ timoris ĩ syncopi reliquię. *Signa.* Vicinitas syncopis,& casus uirtutis absque signis febrium aliarum, quæ non sunt ex febribus ephemeris: & pulsus in ea est diuersarum dispositionum. quandoque enim cadit, & destruitur,quando vincit frigus, & quandoque fit velox, & apparet,quum dominatur caliditas,& similatur pulsui patientium extenuationem exsiccatiuam, in duritie,cum [a] [verminatione.]

a B. dispositione pulsus vermicularis.

Curatio. *Cap.* 30.

CVra eius est cura syncopis,& dare cibos velocis digestionis,boni chymi,de illis,quos sciuisti,& si indigueris vt des in potu vinum, fac, & non cures de febre, Quum ergo liberatur ex syncopi, & remanet febris similis ei, quæ est cum extenuatione, curetur cum eo, quod est in canone de infrigidatione,& humectatione.

De febre ephemera ex fame. *Cap.* 31.

QVandoque acuũtur vapores in corpore, quando non inueniunt nutrimentum, & generant febrem. Et eius pulsus est debilis, paruus,& quandoque declinat ad duritiem. *Curatio.* Cibatio quidem in febre est sicut ex sorbitionibus factis ex Kist hordei cum oleribus, & post illas cum cibis bonis confortantibus, & balneetur, & effundatur super caput eius aqua plurima,tepida, & sedeat in ea, & humectetur corpus eius cum eis,quæ sunt sicut oleum vio. & ros.& cucurbitinum.

De febre ephemera ex siti. *Cap.* 32.

HAec proxima est ei,quæ est ex fame, & est dignior vt accidat propter defectum [a] [eius quo sedatur de aqua] caliditas fortis in vaporibus. *Curatio.* [b] † [ ] dare in potu aquã frigidam,& aquas fructuum frigidorum, & propriè granatorum. & humectare corpus cũ tina,& si possibile est ei balneatio cum aqua frigida,faciat.

a B. Alia litera. aquæ cum qua sedatur.
b † B. est.

De febre ephemera ex oppilatione. *Cap.* 33.

OPpilationes fiunt in poris cutis, propter [a] [spissitudinem] eius,& paucitatem ablutionis,& multitudinem [b] [ciborum,] & propter frigiditatem, & propter ablutionem cum aquis frigidis stypticis, & propter adustionem solis.Et quãdoque fit in uiis venarum,& [c] [meatibus] earum,& orificiis ipsarum, & cursibus [d] [&] vijs earum.Et quum dicitur febris ephemera ex oppilatione,nõ innuitur nisi ad hanc speciem.Nam plurimum accidit vt minoretur resolutio,& multiplicetur repletio, & coarctatio.& priuetur respiratio,& aggregetur vapor plurimus, [e] [†] & non resoluatur, & tunc eueniat caliditas superflua,& dum perseuerauerit eius inflammatio in [f] [debiliori] ex corporibus,quod est spiritus, erit febris ephemera,quum ergo inflammatur in sanguine,est species famosa synochæ, quam dicemus,& est illa quæ est de summa febrium humorum, & non est propter putredinem, imò est propter inflammationem,& ebullitionẽ. Quòd si pertrãseat illud ad putredinem,quàm facit oppilatio & priuatio respirationis, permutatur ad febres putredinis, & huiusmodi quidem oppilatio,aut fit ex multitudine humorum, & sanguinis: aut ex grossitudine eorum, aut ex viscositate eorum:aut propter casum rei de causis oppilationis in instrumento,non in [g] [cursu,imo] sicut frigus constringens,aut apostema coarctãs,aut nascẽtia rei:aut aliud de illis, quorũ te oportet rememorari. & hæc quidẽ febris de febribus ephemeris parũ permutatur ad hecticã;quoniã corpus in ea plurimæ materię.

a B. siccitatem.
b B. Alia litera. pulueris.
c B. in ramis.
d B. seu.
e † B. calidas.
f B. Alia litera. subtiliori.
g B. meatu.

Et

Et in hac febre iterum est sitis,& inflammatio, & adherentia caliditatis,& vrina media inter igneam.[h] † [ ] Et hæc febris est difficilis ad cognoscendum,cuius similitudo est proxima similitudini febrium humorum. Et hec febris quandoque remanet vsque ad diem tertiũ.[i] [& in eo quod est post ipsum] si sunt oppilationes plurimæ fortes,& non [k] [inspissantes . & non condensantes] deforis,& si sunt[l] † [ ] paruæ,festinat eius eradicatio,si non fuerit error. et hæc febris inter febres ephemeras, quandoque accidit, & redit propter fixionem oppilationis,quæ est causa, quare fiunt ei[m] † [ ] paroxysmi:Et hæc quidem febris multoties permutatur ad frigus,& horripilationem, & significat quòd ipsa sit putrida,& cum illa,quę est ex oppilatione facit accidere dolorem post phlebotomiã in latere sinistro[n] † [ ] nõ, est excusatio iterationis phlebotomiæ,præcipue quũ sedatur febris, & perseuerat dolor. *Signa*. Quando accidit febris ephemera non a causa primitiua, & est longe declinationis, tũc existima,quòd ipsa est[o] [oppilatio,]& propriè quando declinat sine euacuatione[p] [cum humectatione.]Et verificant existimationem tuã signa repletionis, in corporibus plurimi sanguinis,& generantibus eum aut grossorum humorum,viscosorum. & differentia quidem inter ea ambo est,quoniam si oppilationes in eis sunt propter grossitudinem humorum, & viscositatem eorum,significant ea signa nota eis & non est illic inflatio corporis,& rubedo, & extensio,& ad summum signa multitudinis. et in illis,in quibus causa est repletio, sunt signa repletionis ex rubedine faciei, & exuberatione uenarum,& inflatione,& tensione, & alia apparentia.& si superfluunt oppilationes, pulsus est paruus,& si non superfluunt, non oportet ut minoretur pulsus.*Cura*.Quum causa est multitudo humorum,& repletio ,tunc oportet ut in principio properes ad phlebotomiam, & euacuationem. Et vt phlebotomes eum quum iam non febrit,tunc est melius. Et quando febris,si non fuerit necessitas, tunc statio est magis conueniens,phlebotomia enim facit humores currere,& permiscet inter eos. Si autẽ nõ fuerit excusatio,tunc non oportet, vt postponatur,& tardetur phlebotomia, & euacuatio. Deinde fiat occupatio in eis,quæ aperiunt oppilationes,& mundificant meatus.et non properes ante euacuationem ad mundificandos meatus,& apertionem. Illud enim fortasse fit causa ad attrahendum humores subito ad quosdam meatus, & inuiscandum in eis, & illud est res in qua sunt errores plurimi, & fortasse addit in oppilationibus,si fuerint grossi,& propriè si meatus in creatione sua fuerint stricti.[q] [Quum] phlebotomia iterum, & euacuatio quandoque educant superfluitates[r] [uiscosas] fumosas, facientes coarctatione sua hanc febrem,& prohibeant vt permutetur ad putredinem, & propriè quum ad ultimum facis eã peruenire. & facis approximare syncopi. et si non sentis multitudinem humorum,imò sentis oppilationes, & quòd ipsę sunt accidentes a grossitudine eorum,& uiscositate ipsorum,

Alia litera.

i —— B.

k B. oppilationes cũ inspissatione cutis causatæ.

l † B. oppilationes.

m † B. sicut.

n † B. post phlebotomiam lateris dextri.

o B. ex oppilatione.

p B. rorida.

q B. Verum.

r —— B.

tunc fortasse non indiges phlebotomia superflua,& euacuatione superflua,imò indiges apertione, & apertio quidem est cum abstergentibus ex medicinis,& cibis. Et propterea quòd egritudo est febris, non est possibile vt redeas in aperiendo ad abstergentia calida imò ad illa, quę sunt inter syrupum acetosum purum, usque ad illum,qui est cum seminibus,& aqua endiuiæ vsque ad aquam fœniculi.et cibus sit ille in quo est ablutio,& non in quo est uiscositas sicut kist hordei,et zuccarũ cũ hoc quod ipsum est propinquum cibo,est in ipso apertio & absterfio, non est ergo malum si misceatur cum kist hordei. Demum oportet vt consideres,quum euacuaueris,si necessaria fuerit euacuatio eius,&[s] [apparuerit sicut] diximus,an minuatur febris,& deficiat, & an, si paroxysmos habuerit,frangatur,& debilitetur paroxysmus eius secundus a primo. Et considera vrinam,& si inuenis eam non priuatam digestione,& in pulsu,& si inuenis eum non significare putredinem, procedes secundum hoc regimen.Et intromitte ægrum in die tertio post paroxysmum in balneum, hora mollificationis paroxysmi expectati, si fuerit febris:vsque ad quinque horas.et inunge eum, & frica ipsum cum rebus,in quibus est abstersio ęqualis. sicut quod est inter farinam fabarum vsque ad farinam orobi,& farinam radicum lilii, & aristolochiæ emollitæ cum aliquantulo mellis & aquæ.Quòd si fueris ausus uti fortiori hoc,tũc vtere spuma† nitri.et si existimas,quòd balneũ alterat naturam eius in aliquo,& facit accidere quasi horripilationem, non moretur in eo ictu oculi,oppilationes enim istæ non sunt de genere earum,quas aperit balneum. Quum ergo egreditur de balneo, non oportet ut approximet cibo,neque uino, nisi post securitatẽ ex paroxysmo.Si autem exigit dispositio,vt cibetur aliquantulum,& non tolerat,detur in potu id,quo est apertio,sicut aqua hordei subtilis plurimæ aquę,pauci hordei,plurimæ decoctionis,decocta cum apio,Quòd si paroxysmus nõ iteratur ei,tunc balnea eum secundo, si desiderauerit illud,& ciba ipsum et si fuerit paroxysmus diminutus a paroxysmo primo, & urina fuerit bona, tunc confidẽ in ueritate curationis.& paucitate oppilationis, & cura eum post eradicationem eius. sicut curasti, et ciba ipsum. Et si uenerit paroxysmus sicut fuit, aut fortior illo, & urina non fuerit sicut oportet, tunc ægritudo est tendens ad putredinẽ,& curatio eius est curatio putredinis.

s B. facta fuerit apertio sicut eis, quæ.

† baurac.

De febre ephemera ex nauseatiua satietate, & repletione. Cap. 34.

QVandoque accidunt ex nauseatiua satietate uapores mali ex quibus accenditur caliditas,et inflammantur spiritus, quare accidit febris,& propriè in corporibus cholericis, & in illis qui non habent amplos poros. Nam plurimum superfluitatum eorum uaporat uaporationes fumosas, & minoratur in eis eructatio acida. et de illis,qui sunt uehementius dispositi ad illam,sunt illi, qui incipiunt post nauseatiuam satietatem uti exercitio,& motu,

& ire

& ire ſub ſole, & balneatione poſtquam accidit eis hoc: multiplicantur enim in eis vapores fumoſi: & propriè quando habuerint in corporibus ſuis dolorem [a] † [ ] & proprie in viſcerib. eorũ. De materia verò eructuationis acetoſæ, & in habentibus eam, raró cõtingit, vt generetur febris. Si autem generetur, erit debilis imò non generatur. Et exiſtimamus [b] [quòd generatur ab eructuatione acetoſa, non eſt niſi ſatietas nauſeatiua.] Et iſti quidem, quum eorum ſoluuntur naturæ, iuuãtur valde, & remouetur febris eorum propter expulſionem ſuperfluitatis ſuperfluæ fumoſæ. Et diuerſificatur quidem curatio eius, cuius retinetur natura ex illis, & cuius ſoluitur. Et ſi natura illius, qui febrit ex nauſeatiua ſatietate leniatur duabus aſcellationibus, aut tribus, deinde phlebotometur, fortis fit ſuper eam fluxus ventris: & fortaſſe fiet fluxus hepaticus, quem ſignificabunt pulſus cordis, & nigredo linguæ. Et ſimilantur accidentia febris ephemeræ ex repletione, accidentibus febris [c] [ex ira,] rubẽt enim oculi, & facies valde, & fit inflammatio vehemẽs, & magnificatur pulſus, & fit velox, & rubet vrina. Amplius quũ plus remanet, non excedit tres dies. Et ſcias, quòd febris ephemera ex nauſeatiua ſatietate quandoque uenit cum periodis quatuor, aut ſeptẽ, & cum hoc eſt febris ephemera, verum pulſus eius eſt ſanus. Signa eius ſunt alteratio eructuationis ad acetoſitatem, aut fumoſitatem. Quũ ergo alteratur eructuatio ad ſanitatem, indicat ſanitatem. Et urina quidem iſtorum eſt priuata digeſtione, aquoſa. Et quando cauſa nauſeatiuæ ſatietatis eſt vigilia, eſt in facie, & faucibus eorum inflatio; & in palpebris eorum eſt grauitas.

a † B. & mordicationem.

b B. febrẽ generatã cũ eructuatione acetoſa eſſe propter cauſam aliam a ſatietate nauſeatiua.

c B. concluſæ.

De cura. *Cap.* 35.

PAtiens hanc nauſeatiuam ſatietatem non euacuatur, quin aut ſit natura eius non ſoluta, aut ſit ſoluta. Quòd ſi natura eius fuerit non ſoluta, tunc [a] [proculdubio oportet,] vt ſoluas eam. Et ſi fuerit aliquid cibi, aut fæcis, aut grauitatis remanens in ſtomacho, tunc oportebit ut facias vomere ipſum, deinde ſolue eum. Et conſidera vbi inuenit grauitatem, & conſidera tunc, an ſit rectius euacuare illud cũ clyſteribus, & ſuppoſitorijs, aut cum aliquo, qđ bibitur deſuper, vt ſoluat, aut deponat, aut digerat. Et ſignificat illud quod rectius eſt de hoc, diſpoſitio eructuationis, fortaſſe enim neceſſarium erit, ſi fuerit cibus ſtans deſuper, & ſit difficilis vomitus, vt nõ aſpiciatur ad febrem, ſed adminiſtretur diapipereon, vt præcipitetur, & deſcendat cum digeſtione: aut adminiſtretur, quod eſt debilius eo, & adminiſtrentur embrochæ, & emplaſtra digeſtiua cognita in capitulo digeſtionis, & ſolutiua cognita in capitulo ſolutionis. Quum ergo deſcenderit, tunc aut egredietur per ſe ipſum, aut iuuabitur cũ ſuppoſitorio. Et toleretur fames ſuper eum tam diu, donec non remaneat hæſitatio in deſtructione ſatietatis nauſeatiuæ: deinde ſumat cibum leuem, velocis digeſtionis, boni chymi, & [b] [ſit intentio ad famem, & ſomnum tantum, quod excuſat ſolicitudinem] in alleuiatione repletionis. Quòd ſi natura fuerit ſoluta, conſidera an res, quæ euacuatur, ſit illud quod eſt corruptum. Et ſi fuerit illud, non retineatur donec totum euacuetur vſque ad poſtremum eius. Et expecta declinationem paroxyſmi, & fac ingredi ipſum tunc balneum, & ciba ipſum niſi fuerit illic ſuperfluum deſtruens virtutẽ; tunc enim nõ facias ipſum ingredi balneum, imò ciba ipſum, & conforta ſtomachum eius cum rebus, quas ſcies, & quarum quædam ſcriptæ ſunt in capitulis de ſolutione ventris: & de illis eſt lana infuſa in oleo, in quo eſt virtus abſinthij, aut etiam in oleo nardino, poſt quam fuerit expreſſa, & ſeparata fuerit ab ea maxima pars olei. Et ſi perſeuerat ſolutio, & inuenis id quod egreditur, abſque genere eius quod corruptũ eſt, adminiſtra oleum de cydonijs [c] [tepidum,] recens, ſecundum hunc modum, & oleum de maſtiche, & non eſt iterum in oleo nardino contrarietas eis. Et fortaſſe adminiſtrabimus cerataria, & proprie quando non ſuffert diſpoſitio ſtricturam eorum ſuper ventres eorum. Et quandoque indigemus emplaſtris fortiorib. hoc, de emplaſtris prædictis in cholerica paſſione. Et da eis in potu aquas fructuum, ſi [d] [tolerat] eas, & da ei ad comedendũ illud, cuius alleuiatur nutrimentum, & facilis fit digeſtio, ſicut teſticuli galli & piſces [e] [aradrach,] & præmitte ſuper illud aliquid de fructibus, & ſuccis, & robub ſtypticis. Et ſi abſcinditur de appetitu aliquid admoue ipſum cum eis quæ ſciuiſti, & propriè cum eis quæ fiunt ex cydonijs. Et quum [f] [euacuatum eſt,] non eſt malum, ut adminiſtres ei electuarium forte de illis, quæ digerunt, & confortant ſtomachum, & aperiunt oppilationes, & illud poſt ablationem febris, & accidentium. Et iter quidem ad phlebotomiam eſt, ut non fiat in ea, donec declinet, tunc enim fiat: & illud quod prius datur in potu, eſt aqua hordei. Et cib. ſit ſicut ille, qui fit de agreſta cum cucurbita, & amygdalis paucis. Et infrigidetur locus eius, & odoramentum eius, & trochiſci de camphora, in quibus non ponitur reubarbarum.

a B. conuenienſius eſt.

b B. feſtinatio ad famem, & ad ſomnũ, ẽ ex eis quæ ſunt ſufficiẽs curatio uel ſufficiens adiutorium.

c B. bonum.

d B. deſiderat.

e B. alradradi. i. parui, petroſi.

f B. expeditus fueris.

ANNOTATIONES.

Aemulatur Gal. 8. meth. Eſt tamen hic quæſtio non mediocris. Exhibet Auicennas ijs, qui ob cruditatem diaria febre laborant, medicamentum ex piperibus, tametſi plerunque ciborum cruditatem, a qua hæc oritur febris cũ fumoſa & nidoroſa qualitate eſſe exiſtimat. At nonne nidoroſi halitus, immoderati caloris indicia ſunt? Perperam ergo id medicamentum conſulitur. Sanè animaduertit hoc doctiſſimus Trallianus li. 12. quare & de Gal. maxime admiratur, tum quòd id medicamenti genus exhibeat, tum quod extrinſecus ipſi quoque uentriculo purpuram nardino oleo, abſinthio, & maſtiche imbutam applicet. neque is agenda hæc putat. Verũ, etſi ſumpta ex calida uentris intẽperie indicatione, huiuſmodi præſidia non conueniunt, fortaſſe tamen (id, quod author noſter aduertit) ſi corruptus cibus in uentriculo ſit, ac difficilis ſit uomitus, conducet non animaduerſa febre diapipereon quoque exhibere, præcipitandi, ut hic ait, corrupti cibi gratia, et per aluum excernendi. Ita uerò corroborandi uentriculi cauſa & medicamentũ ex cydonijs & purpuræ cum nardino alligatio prodeſſe poterit ſi, ut hic dicit, alui ſolutio pſeueret, neq; id

cap. 5.

ex-

excernatur quod corruptum eſt.ea enim. ut Gal. quoque ſcribit,tenuiori aſtringendi vi prædita altè penetrant, & ſiccandi etiam vim habent.Quod ſi fortè uerearis,ne hæc nimis calefaciant, tunc docet Gal.alia plura ex frigidorū numero,quibus vtaris,ex œnanthe,hypociſtide,balauſtijs & palmularum carne,quæ omnia uentriculo tum refrigerando,tum firmando ſunt idonea.

De febre ephemera ex apoſtemate. *Cap.* 36.

FEbres ſequentes apoſtemata interiora ſunt putridæ.et quandoque aſſociatur eis hectica,& non ſunt de numero febrium ephemerarum.Apoſtemata verò a[apparentia] ſicut ſunt furunculi,& exituræ,vel bubones quæ eueniūt in ea,& propriè apoſtemata magna,quæ fiunt in membris glandulosis , & in carnibus quæ uocantur molles,ſicut illa quæ fiunt in inguinibus a ſuperfluitatibus hepatis , & in aſcellis a ſuperfluitatibus cordis, & ſub aure a ſuperfluitatibus cerebri,quandoque ſequuntur febres , & non euacuantur quin aut ſit illud quod peruenit ex eis ad cor,donec igneat ipſum, calefactio ſola, aut cū putredine:quòd ſi fuerit calefactio ſola:tunc erit de genere febrium b † [ ] apoſtematum intrinſecorum. Et plurimum quod accidit de iſtis febribus ſequentibus apoſtemata ſequētia cauſas primitiuas ex vlceribus,& ſcabie,& doloribus,& percuſſionibus,& caſibus,ad quæ expelluntur materiæ,& retinentur in vijs apud carnes molles eſt de genere febris ephemeræ. Et plurimnm , quod accidit de iſtis febribus ſequentibus apoſtemata,quorum cauſæ ſunt antecedentes , ſicut repletiones & oppilationes prꝫteritæ c[ſunt putridæ, † & ſecundum plurimum] febres ſunt radices,& apoſtemata ſequentia,licet quādoque accidat econtrario.Et Hippocrates nominauit has febres malignas,quę ex eis ſunt ephemeræ, & quæ non ſunt ephemeræ.] d[et febres quidem ſequentes ea ſecundum plurimum ſunt ephemeræ , & ſi non ſunt ephemerę,ſunt malæ .] Et plurimum quidem harum ſequuntur apoſtemata ſanguinea , & quandoque accidunt ſequentes eryſipilam , & ſimilia ei.Signa earum ſunt ea, quæ diximus de antecesſione apoſtematum ante eas. et facies eſt inflata & rubea. et eſt additum in e [ea] ſuper diſpoſitionem ſanitatis. et non eſt caliditas vehementer mordicans,quanuis ſit multitudo eius in eis,quoniā huiuſmodi apoſtemata ſunt ſanguinea,niſi ſint febres ſequentes eryſipilam & tunc iſtis febribus ſuccedit humectatio.f † [ ] & eſt pulſus in eis velox,magnus, frequens propter repletionem,& caliditatem. Et eſt vrina aquoſa,alba, propter curſum materierum ad apoſtemata,& vlcera.*Cura*. Oportet vt anteceſſio fiat in ea cum phlebotomia , & fluxu ventris. et curetur apoſtema cum eo , quod oportet , in capitulo ſuo. et ſubtilietur regimen,& non bibat vinum omnino,& non cibetur,niſi poſt declinationem completam.et neceſſaria ſunt ei extinguentia, & infrigidantia humectantia, & emplaſtra infrigidata cum niue ſuper membrum infirmum apoſtemoſum.ita ut non noceant apoſtemati, neque faciant ipſum crudum:imò infrigidetur uia inter ipſum & cor,infrigidatione penetrante in profundum.

> a B.extrinſeca.
>
> b †B ephemerarum. Et ſi fuerit calefactio cum putredine tunc erit de genere febrium.
>
> c B. Alia litera. eſt febris putredinalis & plurimę illarū febriū ſequentiū ad ea ſunt ephemeræ quando febres ſunt ſequentes, & apoſtemata ſunt radices, & plurimæ illarū febriū ſunt putridę quando.
>
> †Non leguntur hæc in antiquis quibuſdā Codicibus manuſcriptis.
>
> Alia litera.
>
> d —— B.
>
> e B.his duobus
>
> f †B.Alia litera. uel roritas reſudans a corpore

De febre ephemera ex a [*terreſtreitate,ideſt quando cutis fit dura ut teſta.* *Cap.* 37.

HAec febris iterum ſequitur priuationem reſolutionis propter oppilationes non profundatas.et plures quidem hominum quū dimittunt conſuetudines ſuas balneandi,febriunt.et plures eorum ſunt illi,in quorum corporibus generatur vapor cholericus , propter complexionem corporum eorum , & ciborū ipſorum.& aquarum ipſarū malarum, & propter diſpoſitiones eorum accidentes ex vigiliis.b † [ ] Curatio eius eſt c [extinctio] & adminiſtratio balnei, & ſudare in eo poſt declinationem.et fricari cum eis, quæ ſunt ſicut furfur,& farina fabarum,& amygdala amara,ſemen melonis, & aliquid de d [aluſen] & † nitro. & ſit cibus eius extinguens, & humectans,& vinum eius ſit plurimæ commiſtionis.et iteret balneum multoties.

> a B.ſiccitate uel aſperitate.
>
> b B. Alia litera & labore.
>
> c B.mundificatio.
>
> d B.alaſnan.
>
> † baurach.

Febris ephemeræ ex calore. *Cap.* 38.

QVandoque accidit ex calore aeris,& calore balnei & ſimilium,febris ephemera & plurimum illius non accidit niſi ex vehemētia caloris ſolis. Et eſt prima ſuſpenſio eius cum ſpiritu animali;quum primum,quod eo læditur,ſit caput:calefacit enim aer eius, & peruenit ad cor,& fit febris ; deinde ſpargitur in totum corpus.et quandoque fit eius ſuſpenſio cum corde propter caliditatem anhelitus , & quando cuſtoditur caput a calore.Sed illa,quæ ex ſole accidit,plurimum imprimit in cerebro & capite,& propter illud qui non eſt mundus impletur caput eius,et illa quę non fit ex ſole , ſed fit ex diebus canicularibus,& ex balneatione,& ex alijs,impreſſionē facit in cor . *Signa*. Signa ſunt cauſa eueniens ex vehementia inflāmationis capitis in parte ſolari cerebri .et fortaſſe eſt cum grauitate,& repletione,ſi non fuerit corpus mundum. et magnitudo anhelitus in parte cordiali.Et illud,quod apparet de corpore,vehemētis calefactionis, calidius interiore eius.et de illis,quibus ſcitur illud,eſt,quod ſitis eius eſt minor ſiti illius,cuius caliditas eſt illa caliditas,& eſt in hac habitudine contraria vel diuerſa ei,quę eſt ex denſitate.*Cura*.Eſt neceſſarium , vt incipiatur in curatione eius cum eo,quod infrigidat ex embrochis ſuper caput, & pectus,& ex oleis frigidis,& propriè oleo roſ.infrigidato ſuper niuem,quod fundatur ſuper caput,& pectus ex loco lōginquo, et detur in potu aqua frigida , & quæ currunt curſu eius ,& ſine ceſſatione eius fiat illud vſquequo declinet febris : Quumque aufertur,ingrediatur a [tinam,& non tangat cum tina] ſi fuerit cum eo b[febris,& balnea eū cū aqua tepida, & nō permittas aerē eius calefacere ipſū,& nō timeas ex effuſione aquę calidę ſuper caput eius quoniā ipſa humectat , & reſoluit febrē, & neceſſitas ad balneādū plus eſt.quā neceſſitas ad c [adungēdū.] Quū ergo egreditur, d[tunc frica]

> a B. Alia litera balneū & nō curetur de catarrho ſi fuerit cū eo & balnea eū cū aqua tepida. Alia litera. tinam & non curetur de catarro.
>
> b —— B.
>
> c B.fricationem
>
> d B.iunge uehementer.

caput eius cum oleis frigidis, sicut est oleum rosaceum, & de nenuphare.

De febre ephemera, quæ accidit ex soliditate causata a frigore, & balneatione cum aquis frigidis. Cap. 39.

QVandoque accidit ex frigore, & balneatione cum aquis frigidis, vt condensentur pori a [apparentes,] & coarctentur vapores fumosi, secundum quod dictum est in illa, quæ fit ex b [æstuositate;] quare accidit febris, & multoties perducit ad putridam. Et non perducit ad illam febrem, nisi quando uapor præfocatus est acutus, non suauis; suauis enim non generat eam. Signa eius sunt causæ, & corpus in ea in primis quum tangitur, non est vehementis caliditatis. Quumq; figitur manus, sentitur calor eleuari, & pulsus non est in paruitate, in qua est in illa, quæ fit ex angustia, & tristitia, & fame, quoniam non est illic resolutio: sed est velox propter necessitatem. f. attrahendi aerem, nisi sit frigus c † [ ] vehemens, & fortasse declinat ad duritiem. & oculus non est profundus, immo quandoque est inflatus propter vaporem coarctatum, & vrina quãdoque est alba, quoniã caliditas est præfocata, & quandoque est tincta, quoniam caliditas quæ d [resoluitur] ex poris, expellitur ad viam urinæ. *Curatio*. Cooperiantur in febre, donec sudent. quum ergo declinant, ingrediantur balneum, & balneentur cum aqua ad caliditatem decliui, & cum aere calido: & embrochentur super ipsos aquæ, in quibus decocta sunt, sicut amaracum, & anethum, & sisimbrium. & fricetur cum eis, quæ diximus, quæ abstergunt poros, & mollificant eos. Et postponitur in eis inunctio vliqueque sudent, & fricentur, & balneentur cum aqua calida valde, & oportet ut antecedat balneatio cum aqua, balneationem cum aere: deinde inungatur cum aliquo ex oleis dilatantibus poros. Et fundatur super capita eorum sicut oleum de anetho, & keiri, & chamæmilla. Et cibentur leuibus, & aromatizentur. Et sumant in potu uinum album, subtile, commistum, & est melius eis quam aqua propter id, quod est in eo de sudatione, & prouocatione. Et inunctio cum oleo aliquo patientibus ex labore, est magis iuuatiua quam patientibus ex soliditate.

a B. extrinseci.

b B. siccitate vel asperitate cutis.

c † B. Alia litera. debilitans.

d B. resoluebatur.

De febre ephemera ex soliditate cutis causata ex aquis stypticis. Cap. 40.

QVandoque accidit illis, qui balneantur in aquis stypticitatem facientibus sicut super quam vincit uirtus aluminis, aut dragantbi, vt vehemens fiat spissitudo pororum a [apparentium:] quare comprimunt eorum vapores: & accidit eis quod diximus aliquoties, & multoties quidem perducit ad putredinem.

a B. extrinsecorum.

De signis. Cap. 41.

SIgnificant eã causę, & quod significatur de a [nigredine] cutis, quasi ipsa b [extensa] sit pręparata præparatione, qua præparantur coria: sicut si tangatur cutis infusa in aqua dragãthi, & est dispositio in additione caliditatis post tẽpus ex tactu c [cutis] sicut in alijs de illis, quæ accidũt ex oppilatione pororum. Et pulsus est debilior, & minor, & uehementioris uelocitatis, Et vrina est vehemẽtius alba, & tenuis, sicut vrina d [mulieris;] & non est in corporib. eorũ detumitio, neq; in oculis eorum profundatio. *Cura*. Oportet, vt curetur cum propinquitate curationis eorum, qui sunt ante eos; ueruntamen eis non datur in potu vinum, nisi post fiduciam uehementię amplitudinis pororum, nisi sit cõdensatio parua: fortasse.n. tunc aperit eam uinum, & oportet ut subtiliatio regiminis ipsorũ sit maior, & mora eorum in aere balnei, & balneatione eorum cum aqua calida, maior. Et oportet vt tardetur inunctio eorum plus.

a B. asperitate. b B. exsiccata.

c B. manus.

d B. ouium. Alia litera. hic Tractat' terti'. Sermo vniuersalis.

De febre ephemera ex uino. Cap. 42.

QVandoque accidit ex vino febris ephemera, & cura eorum est cura ebrietatis. Et fortasse indigent solutione cum aqua fructuũ, & similibus, et phlebotomia et uomitu, et proprie quando perseuerat dolor capitis eorum. Et oportet, ut ingrediatur balneum post declinationem.

De febre ephemera ex cibis calidis. Cap. 43.

SIbi calidi faciunt febrem ephemeram, & sicut illa quæ est ex sole secundum plurimum est cerebralis, et in spiritu animali, et illa quę fit ex balneo, est cordialis, & in spiritu uitali: similiter illa, quæ fit ex cibo, est hepatica, et in spiritu naturali.

De cura. Cap. 44.

EIus curatio est prouocatio cum infrigidantibus notis, & solutio naturæ est melior cũ siracost, & tamarindis. & rectificare hepar cum eis, quæ sunt aqua endiuiæ, et oleũ, et syrupus acetosus, et emplastra infrigidãtia ex sandalis, & camphora, et aqua ros. et oleo, et succo eius, et ex succis olerum infrigidatis actu, et extinctio cum cibis frigidis, & humidis.

Principium sermonis de febribus putridis. & complementum sermonis est in febribus sanguineis, & cholericis.

TRACTATVS II.

Sermo uniuersalis de febribus putridis. Cap. 1.

PVtredo accidit aut propter cibum malum, quũ est pręparatus, ut putrefiat illud quod generatur ab eo propter malitiam suæ substantiæ. Aut propterea quòd velociter recipit corruptionem, quamuis sit bonæ substantię, sicut lac. Aut quoniam est aquosus, nutrimenti mali, a [cuius aquositatem recipit sanguis,] sicut illud quod generatur a fructibus b [tardis] humidis valde. Aut quoniam est ex illis, quæ non conuertuntur ad sanguinem bonum: immo remanet humor malus frigidus, quem abhorret calor innatus, & c [succedit ei] extraneus,

a B. remouens sanguinẽ a substantia sua. Alia litera.

b —— B. Alia litera. tardis ad digerendum.

c B. putrefacit ipsum.

sicut ille qui generatur a cucumere, & citrulo, piris & similibus. Aut [d] [malitia artificii eius. Aut hora ipsius. Aut ordo] eius, secundũ quod scis. Aut propter oppilationem prohibentem respirationem, & euentationem propter complexionem corporis malam [e] [quum non põt digestionem facere bonam. & sunt iterum uirtutes de illis,] quæ non faciunt in cibo aut humore aliquid [f] [propter priuationem respirationis humorum,] quare dimittunt eum crudum. Et huiusmodi quidem complexio aut generat humorem malum, aut corrupit id quod generat, propter abbreuiationem suam in digestione, & quia mouet eum motu pigro, & istæ causæ sunt iuuantes in generatione oppilationis, generantis putredinem, aut propter dispositiones extrinsecas ex aeribus malis, sicut est aer pestilentiæ, & aer [g] [lacunarum, & locorum in fusorum, in quibus madefiunt res, ut linum, & asphaltum.] & quandoque aggregatur de eis numerus rerum plurimus, & plurimum causarũ putredinis humorum est [h] † [aut] propter multitudinem humoris aut grossitudinem suam, aut uiscositatem sui. Et causæ multitudinis humorum & uiscositatis, & grossitiei humorum sunt notę. Et [i] [inceptio] oppilationis est nota. Ergo quando fecerint oppilationẽ, accidit putredo propter euentationis priuationem, & propriè quum fuerint succedentes [K] † [ ] motus in non sua hora super repletionem, & nauseatiuam satietatem. Et balneationes similiter aut [l] [sol calidus,] aut sumere calefacientia super repletionem, & dimissio cautelæ obseruationis digestionis in stomacho, & hepate, & succurrendi defectui si acciderit [m] [propter calefactionẽ amborum, in epithematib.] & uaporationib. & putredo quidem quandoque est communis corpori, & quãdoque est in membro propter debilitatẽ suam, aut propter uehementiam caliditatis suæ extraneæ, & suæ acuitatis, aut doloris eius. & humor recipiens putredinẽ: aut est cholera [n] [talis modi, ut ab ea uapor egrediatur qui sit subtilis, fumosus ualde, aut sang. talis modi,] ut euaporet ab eo uapor subtilis: aut phlegma [o] [talis modi,] ut illud, quod euaporat ab eo, sit uapor spissus, aut melancholia [p] [talis modi], ut illud, quod euaporat ab ea, sit uapor fumosus, [q] † [ ] puluerulentus & putredo quidem choleræ facit tertianam. [r] † [ ] Et putredo sanguinis facit [s] [continuam.] & putredo melancholię facit quartanam, & quę currunt cursu eius. & putredo phlegmatis similiter ut multum, facit quotidianam & quæ currunt cursu eius, & sang. locus est intra venas. [t] † [ ] Cholera autem & phlegma, & melancholia quandoque putrefiunt intra uenas, & quandoque extra uenas, & quãdo putrefiunt extra uenas, si non est causa alia, neque est putredo in apostemate intrinseco, quod det cordi putredinem continuam, faciunt periodos quos diximus. [u] [Sed unicuique accidũt & eradicantur,] quamuis phlegmatica non eradicetur, quin ibi sint reliquiæ occultæ. Et quando putrefiunt intra uenas, faciunt adhærentiam febris, & non eradicantur, neque est proxima ei, quæ eradicatur, immo est assidua, in separabilis, sed ei est uehementia, per quam cognoscitur paroxysmus, qui est ei. Et quando putredo est intrinseca, [x] [dominans] super uenas omnes, aut super plurimum [y] [eius quod sequitur cor ex eis,] non sunt forsitan additiones & diminutiones apparentes. Quum autem est secundum contrarium eius, apparent alterationes manifestæ. Et febris putredinis quidem extrinsecæ non eradicatur, & redit, nisi quoniam materiei, quę putrefit, superuenit putredo in tẽpore paroxysmi, & [z] [finit] eius humiditates, ex quibus pendebat caliditas, & resoluuntur, & egrediuntur ex corpore, quoniam non sunt retentę in uenis, ita ut prohibeat eas illud a complemento resolutionis, & remanet cinereitas eius, & ipsius terreitas, quæ non sunt uehiculũ febris, & caliditatis, sicut uidetur de dispositione cumulorum stercorum paulatim, paulatim, [a] † [ ] donec fiat cinis totum: deinde non remanet caliditas. Et quando non remanet in humore adusto per putredinem, caliditas, destruitur febris, quousque aggregetur uice alia ad locum putredinis. Et iam remanserũt in ea reliquię caliditatis ex putredine prima quamuis non remaneat materia, aut propter intentionem causæ primæ putredinis in materia prima, & inflammatur in materia secunda secundum semitam putrefactionis. Res ergo putredinis [b] [resoluitur] secundum inuentionem caliditatis [c] [non] deficientis, putrefacientis, & resoluentis, & facientis cinerẽ, & pertranseuntis ad uicinum, donec [d] [abscindat terminum, & finiat materiam, & non inueniat] uicinum aliud, & [e] [remaneat febris expectans materiam aliam, & attrahat ad locũ suũ.] Quum autem putredo est intra uenas, tunc accidit, ut sit resolutio completa difficilis, & [f] [non resoluitur putredo per continuitatem quæ est in quibusdam uenis cum aliis,] & putrefit omnis res, quę uicina est ei: deinde [g] [resoluitur] ad vicinum aliud. Et iterum illud, quod comprehensum est in venis, est uehementioris [h] [continuitatis] ad cor, & istę quidem febres, quibus sunt paroxysmi eradicationis & teporis, quandoque dimittunt ordinem suum propter diuersitatem materierum in multitudine, & paucitate, & grossitudine, & tenuitate, & propter diuersitatem in eis in genere, ita ut permutentur quædam materiæ, & fiant de genere materiei alterius, quæ diuersificatur ab eis specie, non in multitudine & paucitate, & tenuitate & grossitie tantum, & quandoque fit ex malitia regiminis ægri, aut propter debilitatem eius: aut propter multitudinem sensus eius, & paroxysmi quidem, qui eradicantur, incipiunt secũdum plurimum cum horripilatione, aut frigore aut rigore, & resoluuntur per sudorem. & non incipiunt cum frigore aut horripilatione secundum plurimum, nisi aut propter frigus humoris, aut propter [i] † [ ] quare humor mordicat lacertos, aut propter profundationẽ caliditatis ad interiora euntis [k] [ad partem materiæ:] aut propter debilitatem uirtutis, aut propter frigus aeris, sicut contingit tempore hyemis, & illud, quod fit ex mordicatione caliditatis, est dignius, vt proportionetur ad horripilationem, quam ad frigus. Et plurimum quod accidit

d B. propter malitiam artificii eius. Aut horæ ipsius, aut ordinis.
e B Alia litera. aut est etiã fortior ex eis. Alia litera. Et ẽ fortior ex eis.
f —— B.
g B. albathaia & aer almẽstanchaat.
h † B. oppilatio. K: oppilatio quidem, aut est.
i B generatio.
K † B. ei
l B. statio sub sole.
m B. cũ calefactione ipsorum amborũ cũ linimẽtis, seu epithematibus, & somẽtationib.
n B. cuius natura est, ut illud quod ab ea vaporat sit uapor fumosus subtilis acut. aut sãguis cuius natura est.
o B. cuius natura est.
p B. cuius natura est.
q † B. spissus.
r † B & quæ currunt cursu eius.
s B. conclusam.
t † B. quare putredo eius est intra venas.
u B. vnicuique humori accidere & eradicari.
x B communis.
y B earum quæ vicinantur cordi, tunc.
z B. finiuntur
a † B. putrescentis.
b B. periodice procedit.
c —— B.
d B. Alia litera. abscindatur calor, & consumatur materia, & nõ inueniatur.
e B. remaneant reliquiæ febris expectantes materiã aliam, quæ effũdatur ad locum eius.
f B. quod procedit putredo propter continuitatẽ cuiusdam rei, quæ est in venis cũ quadam alia.
g B procedit.
h B. peruentionis.
i † B. Alia litera. acuitatẽ eius.
k B. versus materiam eius.

accidit de eo, est ut sit sicut pūctio acuū in omni membro. Verum resolutio materiei cum sudore est, quoniam caliditas putrefaciens resoluit humiditatem, & remanet cinereitas: quum ergo sit illa humiditas non obsessa in uenis, facilis fit expulsio eius per sudorem in poris Paroxysmi autem [inseparabilis minuuntur, & non eradicantur per sudorem, neque] incipiūt cum frigore, nisi propter debilitatem uirtutis, aut propter profundationem caloris innati: m [tunc enim] infrigidātur extremitates, & illud est signum malum. & in quibusdam febribus componuntur frigus, & horripilatio, quoniā, materia, quæ putrefit, est composita ex frigido, & mordicatiuo, & quandoque componuntur quædam febres putredinis tali compositione, qua fiāt in forma inseparabiles, & illud est verbi gratia, quando incipit humor putrefieri in loco, & quum superuenerit ei putredo, n [consumitur ab ea; deinde] incipit humor de genere eius, aut non de genere eius putrefieri, tunc obuiat paroxysmus secundus tempori eradicationis paroxysmi primi, deinde continuatur res ita. & quandoque componuntur febres putredinis modis aliis compositionis, quos distinguam in capitulis suis. Et paroxysmi quidem febrium prolongantur quandoq; & abbreuiantur: o † [ ] prolongatio eorum est p [ergo] aut propter grossitudinem materiæ, q [&] uiscositatem eius, r [&] multitudinē eius, aut ipsius quietem, aut propter debilitatem uirtutis, aut propter debilitatem sensus; aut propter spissitudinem pororum. quare non resoluitur humor. & eorum abbreuiatio est propter contraria eorum. Et paroxysmi iterum festinant, & tardantur, & tarditas eorum est, aut propterea quia eorum materia est pauca, aut tardi motus ad mineram putredinis propter grossitiem suam, & hoc quidem est sicut materia quartanæ, & uelocitas eorum est, quoniam ipsa est multa, sicut phlegma, nisi sit vitreum, quoniam paroxysmi eius quandoq; tardantur, aut subtilis, sicut cholera. Et deteriores quidem febres sunt inseparabiles, in quibus putredo est intra venas. Deinde illæ quæ eradicantur, in quib. est putredo in toto corpore, aut in partibus cordis. Et parum quidem accidit senibus febris valde accensa, propter frigus complexionis eorum, & paucitatem carnis ipsorum. Pulsus uero dispositiones diuersificantur in febribus putredinis, secundum diuersitatem earum in generibus suis: & secundum diuersitatem speciei unius earum in vehementia, & debilitate, & in fortitudine accidentium, & debilitate eorum. Et quandoque accidit ei durities, aut propter apostema calidum uehementis extensionis: aut propter apostema calidum in membro s † [duro,] aut propter uehementiam siccitatis, aut quum dominatur frigus in principiis. Et quandoque fit lenis propter materiam lenem phlegmaticam, & sanguineam, & propterea quod apostema est in membro leni, sicut illud quod est in hepate, & peripneumonia & lethargia, aut propter humorositatem, quum expectatur, quando uult, ut sudet. Et pulsus quidem in principio paroxysmorum est debilis, coarctatus propter aduentum uirtutis super materiam, & occupationem eius in mundando & euentando.

l B febris inseparabilis quę te pestit, & nō eradicatur non.

m B. quare.

n —— B.

o † B. &.

p —— B.

q B. aut.

r B. aut

s † B. neruosum, aut propter apostema durum.

ANNOTATIONES.

Quæ uiuunt omnia, sicuti per innatum calorem uiuunt, ita eiusmodi calor innato quodam humido nutritur, conseruaturq́. Quare corrupto uel calore uel naturali humido, corrumpi & uitam necesse est: sicuti per eorum conseruationem seruatur. Corrumpitur res quæuis a contrario, non a simili: quamobrem innatus calor a frigiditate, & humor a siccitate corrumpetur, proprie per accidens tamen, quia innato calori extraneus calor aduersatur, & innato humido extranea humiditas, corrumpi innatum calidum & humidum non a frigiditate solum & siccitate, sed etiam a caliditate & humiditate euenit. Priorem illam, quę a frigiditate & siccitate fit, corruptionem rebus vniuersim omnibus, quæ in sublunari hac sunt regione, naturæ instituto per ætatis decursum accidere uidemus. nempe & saxa quoque ipsa, quum calore quodam, tametsi imbecilli, & innato humido, philosophorum testimonio constent, seruenturq́, ætate tandem ingrauescente, refrigerato eorum calore & exsiccato humore corrumpuntur unde et eiusmodi corruptio naturalis solet nuncupari. Posterior verò non omnib. æquè accidit, sed multis. proptereaq́ naturalis nomen non meretur. Hæc quum ita se habeant, constare existimamus, cur putredinem Arist. 4. meteor. corruptionem esse quandam dixerit in unoquoque humido, proprie & secundum naturam caliditatis ab externo calore. Nempe, quia hæc quam putredinem uocamus, corruptio non extrema est, sed uia ad extremam, ad mortem uidelicet ipsam, corruptionem quandam philosophus dixit. Per proprium uero calorem in unoquoque humido, innatum singulis rebus calorem una cum connato eius pabulo, & humido intellexit. De effectrice dumtaxat huius putredinis causa uidetur res obscurior. quum enim sicuti dicebamus, calori frigiditas per se, & calor per accidens aduersetur, uidetur tamen philosophus unā dumtaxat ex contrarijs causis, calorem. s. extraneū assignare, quæ per accidens est, omissa propria. Verum quamuis in ipsa putredinis ratione de calore dumtaxat meminerit, statim tamen etiam de frigiditate uerba facit, putrefactionē, dicens, communem esse & frigiditatis propriæ & caliditatis alienæ passionem. De siccitate uerò propterea non meminit, quod eiusmodi corruptio non solet putrefactionis, sed tabis potius nomine nuncupari: sicuti & eiusdem calidi humidi a superfluo humore corruptio suffocatio potius, quam putrefactio dici debet. Quamobrem, quum de putrefactionis causis hæc ab Aris. habeamus: ac duæ potissimum effectrices putredinis sint causæ calor ambiens, et frigiditas propria, uidetur proxima eius causa semper esse propria frigiditas, quum corrupto calore augeri frigiditatem necesse sit: nisi forte frigiditatem putrefactionis potius effectum dixeris, quam causam, de qua re non est, ut hoc loco fusius disseramus: superestq́ propterea, ueluti communis putredinis omnis causa, extranea ipsa caliditas. quare & passim legere est in Galeni, & aliorum libris effectricem putredinis causā extraneum calorem esse. ut 3. in 3. uulg. morb. & 1. de diff. feb. & sæpe alibi uidere est. Quum ergo calor præter naturam putredinis in uniuersum sit author, putrescere aptiora ea sunt, quę humidiora, magis uerò etiam, quæ humiditati coniunctum calorem habent, id quod et Arist. 4. meteor. & Gal. sæpe testatum reliquit. sicca enim alioqui, & frigida non facile a putrido eo calore superantur. Constat ergo quantum nostri corporis humores sint, ut putredinem admittant, parati, qui actu et humidi & calidi sunt, de qua re hic agitur. Cæterum si extraneus calor putredinis rerum causa est, undenam, rogabit quispiam, id caloris genus

Text. 3.

com. 1. cap. 9.

nostrum corpus subit? Sanè discrepant hic inter se docti. Alij non ab alia causa putredinem & extraneum hunc calorem gigni in corporibus putant, quam ob prohibitam innati caloris transpirationem. quum enim ea ignis & caloris sit natura, ut contabescat, nisi perpetuò diffletur, id quod uidere quotidie est, & testatur Gal. libro de caus. morb. nē pe, si accensos carbones solido quopiam operculo obtegas, extingui uides: ijdem tamen cineribus operti igniti seruantur. quum, inquam, hęc caloris sit natura, nunquam in animalibus putrescere quidpiam existimant, nisi ob prohibitam huiusce caloris difflationem. alij uerò & ex putrido ambiente aere, & ex putridis & corruptui paratis alimentis putridum hunc calorem gigni arbitrantur. Verum, et si prohibita præsertim perspiratio putredinis potissima causa est, non una tamen ea & perpetua est. Videmus prauis et corruptu facilib. assumptis cibis; etiam paucis, putredinem concipi, euitari uerò hanc eorum abstinentia, quum corpus ęquè sit patens, & difflabile. Obseruare præterea est solo putridi uel pestilentis aeris inspiratu, putredine, quum totū corpus liberè diffletur, animalia corripi. Quamobrem non probandi uidentur, qui impeditam transpirationem vnam putredinis causam faciunt. & iure author noster præter prohibitam difflationem, ciborum quoq; prauitatem, aeris putridi inspiratum, et alia plura adiecit, nihil a Gal. uariās. Quòd si obijciat quispiam, non esse ergo febres omnes putridas ex obstructione. Gratis admittimus. sæpe. n. pestilentes febres absque obstructione fiunt solo putridi spiritus inspiratu, ut ex Gale. legere est 1. de diff. feb. Et si uerò copiosè totum hoc de putredinis causis negociū hic author noster prosequitur, tu tamen uide & Gal. 1. de diff. febr. 2. de alim. fac. & libro de cibis boni & mali succi.

cap. 4. cap. 4. cap. 2. cap. 8.

Et putredo quidem cholerę facit tertianam &c.] Supponit ex putredine febrem fieri, id quod & Gal. & cæteri ferè omnes sentiunt. Fuit tamen & de hac re controuersia, ut Trallianus lib. 12. memoriæ tradidit. Existimarunt namque alij febrem in uniuersum nunquam a putredine concitari: nempe, quod humores in uenis exardescant, non autem putrescant. Verum, quum frequenter ita corrumpantur, & a naturali statu decedant, ut nutriendo corpori nō amplius sint idonei, putridum etiam calorem suscipiunt: unde et febris ex putredine concitatur. Cæterum ambigunt hoc in loco docti de febrium circuitibus, quid in causa sit ut ex bile tertiani, ex pituita quotidiani, & ex atro humore quartani circuitus fiant. Atque, quum alij alia sentiant, magnum uidetur inter medicos, esse dissidium hac de re. Paucis tamē nos sicuti eorum sententiæ libenter subscribimus, qui id innatæ cuidam humorum naturæ ascribunt, id quod author noster infra tract. 4. confirmare uidetur, unicuique humori scribens periodum inesse, quæ sibi conuenit, ita cætera omnia propositam questionem non dissoluere certò scimus. Ad hunc modum fœtum in utero ad certum usque tempus seruari. & rerum tandem omnium generationem fieri, obseruare quotidie est. Agunt de proposita quæstione Gal. 2. de diff. feb. & Auer. 4. Coll. & Alex. Aphrod. 2. problem. Assentiuntur nobis duo nostræ tempestatis clarissimi uiri Paternus & Fernelius.

cap. 2. cap. 13. cap. 17. & 29. cap. ultim. Probl. 10.

Cholera autem & phlegma & melancholia quandoque &c.] Humores qui febrem faciunt, si intra uasa putrescāt, continuam febrem. si extra uasa, intermittentem facere, nō uno loco Gal. scriptum reliquit. Hunc sequitur author noster, & quotquot fere post Galenum fuere. Cæterum de intermittentium, & continuarum febrium differentia, fuit aliàs quidem discordia, & nunc quoque reuocata est eadem de re a maximis quibusdam uiris in medium quæstio. Alij ergo, ut Trallianus li. 12. scriptum reliquit, continuas ab intermittentibus nihil prorsus loci, sed quantitatis & qualitatis tantum ratione differre existimarunt. nempe si multa, & crassa materia sit intra uasa, continuas, quòd extra uasa emitti non possit: contra verò intermittentes, ubi tenuior materia est, quæ ut in extimam cutem feratur, magis idonea est. Alij uero differre etiam loco putant, quod Gal. & cæteri. Sed hi rursum inter sese discrepantes. Alij si in amplioribus uenis sit putredo, continuas: si in angustiorib. intermittentes oriri arbitrantur: quod sensisse Alexander Aphrod. uidetur 1. problem. Alij si intra uenas & arterias humores putrescant, continuas, si extra, & in corporis carnosis partibus, interpollatas fieri existimant, quod et Galenus & Auicennas & alij fere omnes. Recentiores tamē rursum aliqui de continuis quidem conueniunt, sed de intermittentibus dissentiunt: putantq́, harum omnium originem in prima esse corporis regione, circum præcordia, uentriculum, diaphragma, iecoris caua, lienem, pancreas, omentum, aut mesenterium. Profectò in tanto dissensu, quid sentiendum sit difficile est, ut quis statuat. sicuti tamen probanda non uidetur eorum sententia: qui solam cum quantitate qualitatem materiæ, febres uariare opinantur, ut uel continuæ sint, uel interpollatæ (alioqui. n. & minus frequentes pituitosæ sunt continuæ febres, quæ tamen a crassiori sūt & copiosiori in corpore materia, & multò etiam rariores continuæ sunt quartanæ, quarum tamen materia crassior est, quam biliosæ, id quod horum placitum euertit.) ita fortasse cæteræ deinceps opiniones suscipi omnes possunt. Neq; a uero abesse uidetur, quod de maioribus & minorib. uasis ab Alexandro scribitur. Nanque, si in maiores venas & arterias putrescat materia, quis ambigat, quin per continuam earum in totum corpus seriem putredo communicetur, & continuæ febres ad summam usque putredinis solutionem fiant? Quæ uerò in minorib. putrescit uasis, sicuti ex angustioribus illis in maiora tam facile potest regredi: ita &, quia in minori copia materia est, breuiorem accessionem ut faciat, necesse erit. Ita uerò & Galeni sententia, quòd, si intra uasa humores putrescant, continuæ, si extra, intermittentes fiant, non caret ratione. Videturq́, id nobis rigoris, horrorisve illius insultu adeo confirmari, ut super uacaneum sit dissimulare id, aut refellere. Illud uerò, quod recentiores sentiunt, quod putredinis locus ad uentrem & ipsa hypochondria sit, sicuti non raro etiam in continuis febrib. euenire existimamus, ita non est a Galeno prorsus ignoratum, quum is & 1. ad Glauc. et non semel alibi, pituitosas febres ex uentriculo, quartanas ex liene, tertianas ex iecore constitui testatum reliquerit. Verum hoc non in interpollatis tantum est febribus, sed etiam in continuis: ut neque absolute statui ab his posit, hypochondria & inferiorem uentrem intermittentium putredinis esse locum. Videntur ergo nobis, (ut in pauca rem contrahamus) rectè oēs de intermittentium et continuarum febriū differentia ex loco arbitrari: sed non perpetuo tamen id esse, quod singuli asserūt.

cap. 2. Probl. 83. cap. 5.

10 20 30 40 50

Sermo uniuersalis de signis febrium putredinis. Cap. 2.

Significant febres putredinis aduentus causarum antecedentium eas: et proprie quando non est in eis causa primitiua. Et pulsus, et anhelitus, [cuius] constrictio est uelox, quoniam necessitas est ad mundificādum uehemens ualde. Et est caliditas mordicatiua, non suauis, sicut est caliditas ephemerę febris. Et plurimum quidem febrium putredinis antecedit almelile tu. et almeliletu quidem est dispositio, cui admiscetur caliditas, non perueniens ad hoc ut sit febris, et associatur ei lassitudo, b† [ ]et pigritia, et halices, et saltus, et commotio somni, et uigilię, et constrictio anhelitus, et tensio

60

2—B. b †B. Alia litera & fractio membrorum.

& tensio venarum,& hypochõdriorum,& dolor capitis.& pulsatio capitis, quum ergo prolongatur,facit cadere in febres putredinis, & facit accidere debilitatem,& citrinitatem coloris. Et quandoque associatur almeliletu antecedenti febres multitudo supfluitatis, & mucus, & nausea,& urina plurima, & egestio plurima putrida,& grauitas capitis,& c [excitatio.] & accidit frequentia in pulsu,non a causa extrinseca,sicut ex labore,aut ira,aut aliis. Quum ergo acciderit in eo coarctatio,tunc iam uenit paroxysmus: & coarctatio quidem est submersio pulsus,& paruitas diuersa, in quo accidunt pulsationes magnę fortes & non est uelocitas eius fortis. Sed diuersitas in principio, & in augmento est ex proprietatibus significantibus d [putredinem: quamuis nõ apparet in tertiana plurima apertione propter leuitatem materiei. & de signis quidem, ꝙ febris sit putrida,est euacuatio periodi primi e [sudoris,& humectationis.] ephemera enim est e contrario illius f [licet in initio sit in tertiana propter leuitatẽ prędictam ut sit similis ephemeræ, quæ tamẽ ephemera non pmutatur ad putredinem.] Et g [quãdo fuerit] augumentum eius non permistum, non proportionatum,non simile, & prolixitas augmenti iterum significat, quod ipsa est putrida,& additio pulsus in magnitudine secundum processionem significat augmentũ. Amplius aut est interpollata incipiens cum rigore, aut horripilatione,& h [dimittit] secũdum plurimum cum sudore & humorositate, & i [resoluitur cum paroxysmis:] aut est inseparabilis cum tepore k † [ ] non similis ephemeræ in urina, & pulsu,& complemento mundificationis,& quiete accidentium, & l [plurimum quidem putridæ] sunt accidentia plurima ex siti, & dolore capitis, & nigredine linguæ,& propriè apud statum, & multiplicatur inquietudo ex angustia, & agitatione uehementi, quam facit pugna materiei & uirtutis; quandoque enim eleuatur materia,& quandoque consurgit uirtus. Et pulsus similiter quandoque tendit ad magnitudinem, & fortitudinem,& quandoque ad paruitatem, & coarctationem. Durities autem fit quandoque,& non oportet semper,ut sit,nisi cum febre apostema durum,in quocunque membro sit, aut apostema in membro duro quamuis non sit durum: aut iam acciderit potus aquæ frigidæ, aut aliquid aliud de illis,quę indurãt pulsum, de illis, quæ dicuntur in libro pulsuum. Diuersitas autem in principio, & augmento est ex proprietatibus febris putridæ, & de significationibus eius fortibus, quamuis non appareat in tertiana plurimum, propter leuitatem materiei † & dum non sit pulsus fortis, & non sit uelox uelocitate prædicta, tunc febris adhuc est ephemera,& non permutatur ad putredinem. Et est vrina in principio indigesta, aut parũ digesta, & fortasse est acuta. Et scias, quod a febrib. acutis m [interficientibus] rarò fit euasio, nisi cum n [contractione] membri. Et quando o [alleuiatur] febris post quietem apostematis in pleuresi,& similibus, tunc scias quòd de materia remansit aliquid,& quòd materia p [declinat] ad locum,ubi apparet dolor.

c B. tebegi.

d B. febrem putridam.

e B. a sudore & ab humectatione rorida.

f B. Alia litera. dum nõ permutatur ad putredinem licet sit in principio febris tertianæ ꝑpter leuitatem eius prædictam g —— B.

h B. dimittens.

i B. procedens periodice cũ paroxysmis suis.

K † B. aut sine tepore.

l B. cum plurimis quidem putridarum.

† Alij legunt affirmat, & dum & non sit, &c.

m —— B.

n B. zemane.

o B. Alia litera. remanserit.

p B. iam declinauit.

ANNOTATIONES.

Aemulatur Gal.1. de diff.feb. Est tamen hic dubitatio, quum ait, [Et dum non sit pulsus fortis &c.] nempe pulsum,ubi uehemens non sit, ephemeræ indicium facit. At nonne in ephemeris fortiores sunt pulsus quàm in putridis? Profectò res ita habet: proptereaq; uerba hęc aliqui affirmatiuè legunt. [Et dum sit pulsus fortis &c.] quia tamen etiam multi codices negationem addunt, fortasse ita est hic locus intelligendus. Putridarum febrium pulsus inæquales sunt: atque hoc earum proprium est indicium: inæquales, inquam,& in una & in plurib. pulsationib. et in eodem accessionis tempore,& in pluribus. Atque, quum initio accessionum, contrahente se se natura pulsus parui fiant, cum his tamen paruis pulsibus, dum natura materiæ præsentia aggrauata ipsam refugit, nititurq; quod noxium est propellere, accidunt uehementes quandoq; pulsationes, id quod testatur Gal.lib. de pulsib. ad Tyron. quandoque etiam pulsus in eadem pugna celeres, quandoque tardi fiunt. neque enim alioqui potest inter pugnandum eadem uel uirtutis uel materiæ esse uiolentia; sed hoc quidem impetu natura preualet, illo uero cædit. At quum eiusmodi inæquales pulsus in putridis febribus eueniant, tales in ephemeris non accidũt. propterea ergo, ubi fortes pulsus non fiunt, hoc est, ubi cum imbecillis non admiscentur fortes, neq; ueloces sunt uelocitate prædicta, inæquali.s.& magna, tunc febris adhuc diaria est. Contra uerò, ubi & in uehementia & in uelocitate inæqualitas est, iam putrida incepit febris. Hæc fortasse author noster propositis uerbis intellexit.

cap.7.

cap.14.

De signis inseparabilibus. Cap. 3.

IN continua est diuersitas pulsus, quę est secũdum febrem apparens valde: & est in plurimo eius non habens ordinem, neque pondus: Et perseuerat febris, & non separatur post vigintiquattuor horas. Et non associatur ei, quod diximus de dispositionibus a [eradicabilium ex] antecessione rigoris,& aliis, & de illis, quæ significant eam, est eius assiduitas, & uehementia diuersitatis dispositionis eius apud augmentum: minuitur enim quandoque,& augetur uice alia.

a B. interpollatę.s. de.

ANNOTATIONES.

Eadem ferè Gal.1. ad Glauc. Sed licet hoc in loco ambigere. Ait author continuis non accidere rigores, id, quod etiam Galenus loco iam citato. At contra tamen continuas non solum a rigore uel horrore incipere, sed etiam in earum decursu, eadem symptomata accidere, licet quotidie obseruare. Verum paucis. Continuæ, si initio continuæ inuadant, coniunctum uel rigorem uel horrorem, & frigus non habent, sed fortasse, quum primo sint intermittentes, in continuas degenerant. aut etiam si horum symptomatum quid in his accidat, id in semitertianis est, ut Trallian lib.12. in quibus sanè, tametsi febris continuo affligit, non una tamen est febris, sed composita ex pituitosa continua, & tertiana intermittente: ac rigor ob tertianam est intermittentem, non alia ratione. Quandoq; ẽt in cõtinuis febrib. criticos rigores inuadere certum est, natura è uenis materiam noxiam extra uenas propellente, a quibus etiam febres solui Hippocr. testatur. At non criticum rigorem intelligunt Galenus & author noster, quum intermittentes a continuis per rigores distinguunt, sed eos qui cum morbo inuadunt.

cap.8.

cap.2.

De rebus, in quibus differunt febres putredinis, & in quibus communicant. Cap. 4.

FEbris, quæ est propter putredinem choleræ motus est tertianus: siue sit motus principij paroxysmi, aut principij vehementiæ, nisi species eius, quæ dicitur adusta, cuius motus est occultus valde, & est sicut inseparabilis conclusa, & tertiana quidem pura est acuta propter subtilitatem materiei, & eius caliditas est magna, mordicatiua, propter fortitudinem choleræ: sed est salutifera, propterea quòd cholera est leuis super naturam, & quoniam ipsa facit quietem. Tertiana verò non pura est longioris spatij, quam pura. Et pura quidem rarò pertransit septem periodos, nisi ab errore. Cõtinua quandoque consumitur in hebdomada, & illa quæ est ex putredine sanguinis, est continua, inseparabilis: & eius calor est plurimus, communis, cum lenitate, non cum mordicatione cholere: & quandoque peruenit ad statum in quatuor diebus. phlegmatica autem accessionẽ faciens, omni die est lenis caliditatis per comparationem ad choleri cam:[a] † [ ] longa propter viscositatem materiei, & frigus eius, & multitudinem eius: & est magni timoris, quoniam habet paruum spatium [b] [interpolationis, & quietis,] & quoniam ipsa associatur corruptioni & debilitati in ore stomachi [c] [quę] non excusatur: & illud est de illis, quę attrahunt accidentia mala ex syncopi, & pulsu cordis, & casu appetitus. Et quæ de ea est inseparabilis, est res magis similis hecticæ, si non esset lenitas pulsus: quamuis quandoque fiat durus etiam. Et quantum est minus pura, est minoris, & breuioris paroxysmi, nisi declinet cum paruitate suæ puritatis ad melancholiã. Quartana autem est nõ acuta propter frigus materiei. longa propter illud, & fortasse extenditur, quæ de ea pura est anno uno, & non pura est breuioris spatij: uerum in ea non est timor, quoniam quietem facit in spatio longo, & quoniam ipsa non est talis acuitatis, quam sequantur accidentia uehementia. Et quartana quidem, & tertiana assidua, & interpolata consumuntur per vomitum, & solutionem ventris, aut sudorem, aut prouocationem vrinæ. Incensiua autem consumitur per huiusmodi, & fluxum sanguinis nariũ, & scias, quòd principium prolongatur in tertiana, & status in conclusa, & declinatio in incensiua, & status & declinatio in continua, & status & declinatio in quotidiana, q̃uis rarò inueniatur quartana continua, & quotidiana integræ eradicationis. Et febres, quando non curantur secundum q̃ oportet, & propriè apostemosæ conuertuntur ad arefactionem, & propriè in febrib. acutis, in quib. oportet ut patientes eas, cibentur, & non cibantur propter intentionẽ, vt perueniat natura super materiam, aut oportet vt detur in potu aqua frigida, & non datur in potu propter intentionem, ut non fiat cruda, & non succurritur cũ extinctione alia. Quoniam si fuerit alia intẽtio, quam dicturi sumus in cibatione, & dando in potu aquam frigidam, fortior duarum intentionũ prędictarum, præmittatur super eas ambas, & dimittatur obseruatio illarum duarum.

a † B. etiam est.

b. B. eradicationis & teporis.

c B. a qua.

ANNOTATIONES.

Febris quæ est &c.] *Cur febrium ex bile tertianarius sit motus, pituitosarum quotidianus, melancholicarum quartanarius, ambigunt docti. nos quid sentiamus, supra explicuimus. Quamuis uerò suum circuitum unusquisque humor (excepto sanguine) habeat: nullum tamen quandoque circuitus uestigium apparet, ueluti in biliosa febre, quæ causus nuncupatur. Vnum subdit hoc loco author, quod & Hipp. 1. uulgar. morb. sect. 3. tertianam esse salutiferam. id & Gal. 4. aphoris. & alibi. Contra tamen nonnulli tertianã puram, non salubrem sed lethalem omnino existimant, ubi a syncera sit bile. aiunt nempe, quum bilis pura uehementis sit caliditatis, qeæ aliena re non refrangitur: accidentia ab ea ita sæua accidere, ut æger accidentium ui et morbi magnitudine illico deficiat. Sed paucis. certum est, bili, si syncera putrescat, non leuia symptomata succedere: quoties. n. in uerè intermittentib. tertianis uidere est & grauissimos capitis, dorsi, uentriculi dolores, & deliria etiam quandoque? Sed eiusmodi symptomata, quum ob bilis tenuitatem cito desinant, transactaq; accessione, quę rarò duodecim æquinoctiales horas pertransit, quum quietis spatium satis prolixum habeat hæc febris, quo uires reparantur, non tam facile hominem necat, ut hi aiunt. quin causus & tertiana continua, quæ ex bile, quibuscum continua ferè & uehementissima sunt symptomata, non tam cito interimant. ac non negamus certè permistos bili alios esse humores: uerùm quod putrescit & febrem facit, sola est bilis, non etiam alij humores. alioqui profectò nulla syncera febris ex humoribus futura esset.*

Text. 8. Aphor. 43.

De significationibus accidentium febrium. Cap. 5.

SCias, q̃ acceptio significationum febrium est ex regimine antecedente, & quomodo fuit; & ex dispositionibus, & accidentibus præsentibus, a † [ ] & ex regionibus, & temporib. & ex ætate, & complexione, & ex pulsu, & vrina, & vomitu, & egestione, & fluxu sanguinis narium, & ex dispositione febris in rigore, & sudore, & qualitate caliditatis, & ex paroxysmis, & ex dispositione appetitus, & sitis, & ex dispositione anhelitus, & ex coniunctis sicut dolore capitis, & uigilijs, & alienatione, & inquietudine, & aliis. Febribus. n. assunt accidentia ex quibus significantur dispositiones earum: de quibus sunt accidentia significantia magnitudinem earum, & ipsarum paruitatem, sicut qualitas caliditatis, & quãtitas ipsius. Et de ea est, quę est mordicatiua vehementer, ex quo prius inuadit vsque ad finem suum. Et de ea est, quæ mordicat in primis, deinde minuitur propter resolutionem materiei, & lenitur. Et de eis sunt, quarum caliditas est humida. Et de eis, quarum caliditas est sicca, & sunt accidentia, quæ significant genus earum sicut accidentia propria cum tertiana, sicut principium paroxysmi cum pũctione, & horripilatione, & mordicatione caliditatis in eo. Et accidentia significantia malitiã earũ sunt, sicut inquietudo, & alienatio, & vigiliæ. Et accidentia significãtia digestionem, & indigestionẽ sicut illud, quod dicemus de dispositionib. vrinæ. Et accidentia, quę significant crisim, quæ dicemus. Et accidentia significantia sospitatem, & contrarium eius, & dicemus omnia illa. Et formæ insunt iudicia plurima, sicut ille, cuius conuertitur color

a † B. ex eis, quæ dicemus.

color ad plumbeitatem ex albedine,& viriditate,& significat frigiditatem humorum, & paucitatem caloris innati: aut b [excitationem,] & inflationem, sicut accidit ei, cuius febris causa est satietas nauseatiua, & sicut velocitas detumitionis faciei,& tornatilitas eius, & tenuitas nasi,& significant aut vehemētiam caliditatis, aut subtilitatem humoris, aut uelocitatem resolutionis eorum propter amplitudinem pororum,& motus in se ipsis,& exitus eorum a consuetudine, aut casus eorum habent significationes,& res de illis quas dicemus, & accidētium febrium, quædam sunt, quorum hora est hora status, sicut alienatio,& commistio mentis, propter inflammationem capitis, & de illis sunt, quorum hora est principium, sicut horripilatio,& frigus, & sicut profunditas somni, quæ consequitur plurimum principium febrium, propter debilitatem cerebri, & declinationem caliditatis ad interiora corporis, ubi est materia,& multitudinem vaporum eleuatorum ab ea propter commotionem incipientem in corpore, vsque quò resoluat eos inflāmatio, & adiuuat illud frigus cerebri in seipso & frigus humoris, qui vult putrefieri,& calefit,& res, ex quibus scitur dispositio febris,& ex qua specie sit, sunt dispositio febris in acuitate sua,& sua leuitate, & dispositio febris in hoc quod ipsa accidit causis primitiuis, c [&] antecedentib. secundum conditionem prædictam. Et dispositio febris in adherentia sua,& eradicatione, & tempore suo,& dispositio febris in d [acuitate] sua cū rigore,& frigore,& horripilatione, aut eius cō trario,& quod est ex eo, & dispositio febris in dimissione sua cum sudore plurimo, aut pauco, aut dispositio preterita regiminis, & ætas, & forma,& tempus,& ars,& dispositio pulsus, & vrinæ.

b B. ad tebegi.
c B. aut.
d B. inceptione.

ANNOTATIONES.

Morborum omnium notæ, sicut alias admonuimus, ex causis & effectibus, non aliunde petuntur. Ita & in febrib. tum ex ijs, quæ præcesserunt, causis, tum ex effectib. petenda indicia sunt: quibus earum & speciem noscas & differentias. Si causæ, quæ præcessere, tales fuerunt, ut bilem copiosam gignerent (intelligunturq; in his non extrinseca solum, ut uictus ratio & aer, sed & intrinseca, temperamentum & ætas) de biliosa febre suspicandum est. Effectus uero accidentia sunt corporis omnia, quę si perpendas, noris & febris speciem & differentias. hæc sunt actiones, affectus corporis sensiles, excreta & retenta: quę omnia conferre inuicem diligenter oportet. alia uerò ex his pathognomonica sunt, passionem. s significantia: alia assidentia, alia subsequentia, quę & indicatoria dicuntur, tum longitudinis & breuitatis, tum salutis & mortis. Ad hos fontes referre licet facillime, quę hic copiose author noster de febrium significationibus scribit.

Sermo de rigore, & frigore, & horripilatione, & fractione. Cap. 6.

HOrripilatio est dispositio, in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore, & pūctionem in cute, & lacertis, & antecedit eam pigritia,& fractio.& quasi fractio est maneries eius. Frigus autem est, vt sentiat in membris suis, & dorsis lacertorum suorum frigus purū. Rigor verò, est, vt non possit continere membra sua ex commotione,& tremore eueniente in eis & motibus inuoluntarijs,& fortasse est frigus forte,& nō fit rigor fortis, sicut in febribus phlegmaticis, & quartana. Et de causis uehemētię rigoris est vehementia virtutis expulsiuę in lacertis:& propter illud quanto est causa rigoris a [viscosior,] est rigor vehementior,& sanguis submergitur cū rigore ad interiora. Et scias, quòd humor frigidus est quietus, quem iam consueuit membrum in quo est, & quiescit passio eius ab eo, quare non sentit frigus eius. Quum ergo mouetur,& spargitur sparsione plurima, aut pauca propter aliquam causarum, scilicet propter caliditatem separantem, aut aliud, patitur ab eo membrum, quod erat non occurrens ei, & sentit frigus eius propter causam complexionis diuersæ,& tu quidem sciuisti hoc in radicibus vniuersalibus scientiæ medicinę, & multoties quidem accidit a phlegmate vitreo sparso in corpore, rigor, nō perducens ad febrem. Et quandoque sunt ei periodi,& non est fortitudo eius fortitudo rigoris perducentis ad febrem. Et materia, quę facit lassitudinem per paucitatem suam, facit rigorem per suam multitudinem, antequam putrefiat: nam si non putrefit, non perducit ad febrem. Et quandoque accidit frigus, & rigor propter submersionem caloris in corpore causa cibi, & quæ sunt ei similia. Et rigor, & frigus antecedunt febres, quoniam humor crudus effunditur ad lacertos in primis, & nocet frigore suo per cōparationem ad lacertos, deinde quum incipit putrefieri, incipit calefieri. Et quandoque antecedit rigor febres propter mordicationem humoris, & fortitudinem virtutis expulsiuæ, quæ est in lacertis, sicut excutitur homo ex effusione aquę calidæ valde super cutem,& propriè quum est salsus. Et fortasse fit nocumentum eius quod mordicat, causa vt refugiat calor innatus ad interiora, & dominetur frigus: quare fit cū mordicatione caloris frigus, quasi frigus b [dominetur.]& mordicatio c [quidem caloris est apud panniculum tegentem interius.] Et quandoque accidit rigor propterea, quia refugit calor ad interiora, sicut fit in apostematibus intrinsecis. Et quandoque significat rigor, & horripilatio sanitatem in febribus inseparabilibus, quoniam significant, ꝙ materia expellitur ex uenis, & egreditur. verum quando non est cum digestione, & in hora critica, & non sequitur eam leuitas, est significatio, ꝙ expulsio illius quantitatis non est, quoniam virtus est vincens, immo quoniam materia multa, expellitur propter multitudinem suam. Et de rigore est, qui significat mortem: d [& est ille, quem sequitur debilitas virtutis,& casus caloris innati,& siccitas.] Horripilatio uerò fit ex causis paucioribus causis rigoris,& commotio e [animæ, & periodi] indicat periodum. & senum quidem febres sunt sepultę. Et quandoque est causa in longitudine febris grossitudo in uisceribus quare resupinetur febriens, et extendat pedes suos, & tangantur uiscera sua. Et quandoq; denigratur lingua febrientis cū alleuiatione febris, tunc febris eius est sepulta.

a B. Alia litera mordacior.
b B. ambiens extrinsece.
c B. calidi fit apud panniculos interiores.
d B. sicut ille q sequitur debilitatem vi tutis, & casum caloris innati, & siccitatem.
e B. vel excitatio aldehes, & alduar.

Et quandoque associatur febri paralysis: ergo curetur febris in primis, & de eis, quę conueniunt illis, est syrupus acetosus permistus cum geleniabin, & aqua ciceris cum oleo, si tolerat febris. Et rasio capitis est ex eis, quæ inspissant cutem eius, quare reuertuntur uapores, & fit fortis febris.

ANNOTATIONES.

Cap. 5.
Cap. 6. & 7.

Quid horror, rigor, frigusve sint, & a quibus causis fiat, fusissime Galenus 2. de symptom. caus. & lib. de trem. palpit. &c. ex quibus locis desumpta hæc sunt. Cæterum de rigoris ipsius causis non una est dubitatio. Ac primum author libri de flatibus, de horrore agens, qui febrem antecedit (uidetur autem rigorem per horroris nomen intelligere) flatus ait ex ijs, quæ eduntur & bibuntur excitari, & per uniuersum corpus permeantes sanguine plenas partes frigefacere; frigefactisq́; his locis, unde fontes sanguinis, & uniuerso sanguine frigefacto totum corpus horrere. fieri uerò horrores maiores, quanto impetu multitudinis & frigoris ipsi flatus præcelluerint. atque ita in flatus & frigiditatem rigoris causam refert. Verum huic author librorum de morbis, partim consentit, partim ēt dissentit. neque enim ex flatibus, sed ex bile et pituita horrores & rigores (qui sola differentia secundum magis & minus differunt (est. n. horror debilissimus rigor) sequi existimat. permisceri autem sanguini ait pituitam & bilem: atque ex his sanguinē refrigerari. magis etiam si sola pituita permista fuerit. Frigescente uerò sanguine, frigescere necessario et totum corpus, & hunc rigorem esse. succedere autem rigori dicit concussionem corporis, uehementiori uehementiorem. Ita ergo conueniunt quidem hi, quòd uterque rigorem & horroerm ex perfrigeratione esse putat. differunt tamen, quòd alter ex flatibus, alter ex humoribus fieri eum arbitratur. At Gal. quamuis id pro certo habeat, quòd rigor perfrigeratio sit quædam, subita. s. & uniuersim facta in lib. de tremore & palpit. nempe impediri innatum calorem putat, & propterea dum sese colligit, ut ea, quæ ipsius transitum impediunt, propellat, externas corporis partes refrigerari, animali uirtute, una cum sanguine in profundum commeante ut 2. de sympt. caus. idem ait, unde & totum corpus concuti ac rigorē fieri accidit: non tamen ijs assentitur, qui semper ex frigiditate fieri ipsum putant, id quod & iam citati scriptores & Arist. sect. probl. 8. quin etiam ex acrimonia & calore rigorem accidere arbitratur, & in iam citatis locis fusius confirmat. Sunt tamen hic aliæ rursum controuersiæ. Supposito. n. quod ab humoribus & calidis & frigidis rigor concitetur, quæritur, a quanam causa maior fiat, calida, an frigida. Rursum uero quum rigorem hactenus constet & ex flatibus & humoribus fieri, quæstio est, in quem nam locum recepti hi rigorem faciant. Namque quod ad priorem quæstionem pertinet, Gal. ex calore maiores esse rigores putat, id quod exemplo tertianarū febrium probat, in quibus quum sint ex bile, maxime tamen omnium ægroti rigent. At contra Auerr. 3. Coll. medicos erroris arguit, quum ex frigido aere rigores accidere uideamus, non autem ex calido. quum etiam, si rigor per contractionem fit innati caloris, magis aduersetur frigiditas calori quam caliditas: quare maiori quoque opus erit pugna, & maior fiet rigor. Assentiri Auerroi author quoque noster uidetur hoc loco, quum ait. [Et de causis uehementię rigoris est uehementia &c.] tanto enim uehementiorem esse rigorem testatur, quanto causa rigoris est uiscidior. at uiscidior frigida materia est pituita atque atra bilis, quam calida, qualis ipsa est bilis. Quod uerò ad posteriorem dubitationem facit. Antiqui illi medici, qui librum de flatibus, & de morbis scripsere, permisto in sanguinis fontibus, & flatu, & pituita, ac bile, refrigerari aiunt sanguinem, & rigores fieri, & propterea eius materiæ, qua hoc facit symptoma, locum in ipsis uenis statuunt. At Gal. non in uenis, sed extra uenas, in musculis uidelicet & carnosis partibus effundi eam materiam putat, id quod & author noster hoc in loco, & Auerr. 3. Coll. Alij tamen, sicuti in intermittentibus febribus (de qua re antea) putrescere humores non extra uenas cum Galeno, sed ad uentrem, & uiscera existimant, ita & rigores, febrium præsertim, de quibus hic agitur, ob humorum ad præcordia & partes ijs circumstantes confluxum fieri arbitrantur, quæ omnes, quia membranis sepiuntur, & neruos ex sexto cerebri coniugio suscipiunt, eximio sensu præditę sunt. atque quum magna societate & principibus, & externis partibus connexæ sint, propterea stimulatæ affectæque uniuersum corpus in consensum trahunt. Tot ergo de rigore controuersiæ sunt. Cæterum ut ad omnia hæc, quantum licet, breuiter satisfaciamus. A qua nam materia rigor fiat, flatibusne, an humoribus. Etsi Gal. ab acri uel frigido humore concitari hunc putat, non is tamen sententia nostra etiam, flatibus præsertim crassioribus & acrioribus fieri negaret. quin sicuti rigores multi quum repente inuadant, ita etiam ubi inuaserint, repente soluantur, uidetur repentina hæc & inuasio & solutio a uaporibus potius quam ab humoribus fieri. An uero, siue a flatibus siue ab humoribus fiat rigor, is propterea eueniat, quod ex eorum occursu sanguis ac totum præterea corpus refrigeretur. certè quamuis de pituita, quæ & potestate, & actu quoque aliorum humorum comparatione frigida est, id sit uerisimile, de flatibus tamen ac de bile non ita persuasu est facile, quum bilem quidem primum, pręter antiqui illius authoris librorum de morbis sententiam, calidam esse non frigidam sit deprehensum, deinceps uerò in uiuente corpore tanta uel flatuum, uel aliorum humorum frigiditas esse nequeat, ut ex eorum contactu & totus sanguis & totum frigescat corpus. nempe quum in animali, quod non nisi per calorem uiuit, calida sint omnia. At uerò quum quæritur an a frigiditate maiores rigores fiant, an a caliditate, non uidetur certe Auerrois sententia a uero discrepare, quum in quartanis febribus rigores accidant sæpenumero multo quam in tertianis maiores & diuturniores. Res tamen ita sententia nostra se habet. Vbi putrescens materia ad sentientes partes in nostro corpore effunditur, non uidetur ea, frigiditatis ratione rigorem facere, quum ea, quæ putredinē concepere, calida etiam sint, licet potentia fortasse frigida: sed ob conceptam ex putredine qualitatem irritatur corpus, atque in subitam eam concussionem insurgit. quæ putrida sunt, acria & mordacia sunt. irritantur autem magis sentientes particulę ex acriori materia, & maiori impetu concitantur. quare, quamuis ex frigido humore rigor quandoque accidat, non uidetur tamen ob eius frigiditatem, quæ alioqui tanta in uiuente corpore esse non potest, ut sui ratione rigorem faciat, (nisi fortasse dixeris, ut author noster, obesse sui frigiditate per comparationem ad musculos) sed ob acrimoniam potius accidere. maior autem inest biliosæ materiæ acrimonia, quæ etiam suapte natura est acris ante conceptam putredinem: propter eaque per se longe maiores ex caliditate quam ex frigiditate rigores eueniunt. In quartanis uerò licet potentia frigida materia sit, quæ quartanam facit: actu tamen, quum putredinis naturam concepit, non solum frigida non est, imò & calida & acris. quare neque acrimoniæ, neque frigiditatis ratione, sed ob maiorem, resistentiam, quia crassa materia est, neque facile discutitur, producūtur rigores in quartanis: neque solùm producūtur, sed etiam maiores fiunt. Quamobrem. quamuis ex frigido potestate humore rigores fiant, non ij tamen ob frigiditatem

Cap. 6.
Cap. 50.
Cap. 30.
Cap. 30.

tatem

tatem uidentur concitari; quando in uiuente corpore tam frigida materia non reperitur, (nisi talem fortasse uitream pituitam dixeris) quæ præsertim febriles rigores faciat. propterea, non uidentur Auerrois rationes medicorum sententiam repellere. Licet enim quod Auer. ait, a frigido aere rigores, horrores uero ex calido fiant, secus tamen de internis est causis. Quamuis etiam innato calori magis contraria sit frigiditas, quam caliditas, in animato tamen & uiuente corpore, ut sæpe iam diximus, tanta non est frigiditas, quæ rigorem queat concitare. atque hęc de proposita quæstione sufficiant. Nunc uerò, de loco, an in uenas, an in musculos, an ad uentrem rigoris materia effundatur, breuibus, quum & uenæ sensu præditæ sint, quum & uiscera membranis sepiantur, quibus sentiendi uis inest, quum & carno se ipse partes sentiant, negari profectò non potest, quin affusa acriori repente ac uiolenter materia ad uenas, uiscera, & musculos, rigores fiant, contrahentibus se se singulis hisce partibus, ut quod irritat, propellant, una uero etiam connexas partes, & totum denique corpus in consensum trahant. At sicut raro uidentur nobis uenæ quidpiam tale pati, ita ob uiscerum inflammationem affectum hunc quandoque, sępe uerò ob musculorum noxam accidere rigores, licet obseruare. Ita ut rectę omnes fortasse sentiant, sed perpetuum tamen non sit: quod singuli dicunt, quamuis illud perpetuum sit totum corpus in consensum trahi, & inuadente rigore cuiusuis particulę molestia uniuersum concuti.

De intentione ad curationes uniuersales febrium putredinis. Cap. 7.

Scias, quod intentio in medicādo has febres quandoque uertitur ad partem febris, quare necessarium ut infrigident & humectent, & quandoque ad partem materiei, ubi necesse est ut [a] maturetur uel] digeratur, aut necesse est ut euacuetur. Et digestio quidem in grossa est æquatio eius cum subtiliatione. In subtili est æquatio eius cum ingrossatione. Et quandoque contraria sunt illa, quæ requirit febris de infrigidatione, & illud quod requirit humor de digestione, & euacuatione, & resolutione. Quandoque enim est digestiuum, & euacuatiuum calidum, imò est secundum plurimum ita, & tūc oportet ut obseruetur magis timorosa de una duarum rerū. Et fortasse contrarium est illud, quod conuenit febri de infrigidatione cū eis, quæ sunt sicut [b] [melones] Indi, & reliqua olera, ei quod conuenit materiei de minoratione, quare prohibet illud dare ea in potu, nisi ubi nō est materia. Et omnino solicitudo sit ut postponatur aqua fructuum usque ad hebdomadam, & sit contentus aqua hordei. Et omnes fructus nocent febricitantibus cum ebullitione sua, & corruptione sua in stomacho. Et multoties quidem inuenitur res, quæ digerit, & subtiliat, & [c] [infrigidat cum euacuatione,] sicut syrupus acetosus. Et scias quod febris quandoque est tantæ uehementiæ, & acuitatis, quod non licet uti regimine causæ, imò indiget infrigidatione ultima, & propriè quum non inuenis uirtutē fortem, resistentem, tolerantem. Quòd si inuenis eam resistentem, tolerantem, abscinde causam, & [d] [expelle] humorem, & abscinde cibū, & nō infrigides infrigidatione, quæ prohibeat resolutionem. Quòd si inuenis virtutem deficientē, sis occupatus in æquando complexionem contrariam ei, quare infrigida eam, & uiuifica virtutem cum cibo. Quumque [e] [sit fortis] per viuificationem suam, & vincit cōtrarium suum, redi ad causam. Et quum tu infrigidas de istis febribus, tunc non infrigides eam cum eo, in quo sunt stypticitas, & [f] [exsiccatio,] sicut sunt trochisci infrigidantes, nisi post digestionem, & euacuationem, & scias, quòd cura febris putridę est diuersa a curatione febris hecticæ. Curatio enim hecticæ est contenta super contrarietatem ægritudinis, & curatio febris putridę non est contenta super contrarietatem ægritudinis tantum, imo super [g] † [ ] abscissionem causæ eius, quāuis [h] [illud, quod est conueniens ægritudini, & cibationi, sit amicum virtuti ex parte sui. s. virtutis & inimicum virtuti ex parte, quoniam est amicum] inimico eius, & est materia, quare est adiuuans utrāque earum, quamobrem indiges in regimine eius canone, & nos singulare capitulū ei, si deus voluerit, faciemus, & scias, quòd nō est tibi possibile curare febrem, nisi cognoueris eā. Quòd si ignoraueris, tunc subtilia regimen, & prouide ne occurrat paroxysmo, nisi ventrem habeat vacuum, & non moueas in die paroxysmi aliquid, quantum possibile est tibi, neque [i] [cures febrem.] & oportet vt obserues in omnibus illis dispositionem virtutis. Quod si fuerit fortis & fuerit illud, quòd vincit, sanguis, aut cum humore, qui vincit, sanguis, tunc phlebotomia est magis conueniens, & propriè quum vrina est rubea, grossa, non citrina, ignea, ex qua timeatur apud phlebotomiam victoria cholerę, & acuitas eius. Deinde fac sequi phlebotomiam solutionem ventris subtilem, propriè si fuerit illic [k] [siccitas,] cum eis quæ sunt sicut aqua hordei, & alsiracost [l] [pauco,] & aqua hordei [m] [cū syrupo acetoso,] & si natura non fuerit lenis, adde in eo, quod est sicut siracost, quod sit sicut syrupus uiol. Et sit [n] [ultimitas] lenificatio, non fluxus ventris, & non solutio laboriosa, & magis dilectum est apud me administratio clysteriorum secundum [o] vltimitatem.] qua indigetur in virtute, & de clysteribus communis iuuamenti leuibus est clystere factum ex oleo viol. & succo foliorum siclæ, & vitello oui, & zuccaro rub. & † nitro. Quum ergo lenieris hac lenificatione, fortasse [p] † [ ] indigebis [q] [eo debiliore quam illud, quo] indiguisti in principio, & illud est, quando natura est [r] [obediens.] Deinde fac ipsum sequi ea, quę vrinam prouocent, sicut syrupus acetosus decoctus cū radice apij, & similib. Deinde fac ipsum sudare, & aperi [s] [meatus] cum illis, in quib. non sit calor fortis, sicut cum inunctione ex oleo chamęmillino, & fricatione cum uino albo, & cum aqua dulci tepida & si febris fuerit acuta, [t] [non inuenis excusationem ab inunctione, & embrochatione. Quòd si inuenis humorem in primis declinare ad stomachum, fac vomere cum eis, in quib. non sit diuersitas consuetudini, imò cū eis, quæ sunt sicut syrupus acetosus cum aqua calida, quum natura mouet humorem ad uomitum, & non diuersifices eā, [u] [Quòd si fuerit illic declinatio ad intestina, & senseris rugitū, & descensum fecis, [x] [tunc adhibe qđ soluat uētrem.] & prohibe eum a sōno in principiis febriū, propriè quādo est horripilatio, aut frigus, & rigor,

a —— B.

b B. batech.

c B. euacuat infrigidãs etiam. Alia litera. euacuat infrigidando etiam.

d B. rege.

e B. Alia litera. virtus fortificata fuerit.

f B. inspissatio.

g † B. ipsam & super.

h B. ipsa nō sit similis, vel conformis egritudini. Et cibatio quidem est amica virtuti ex parte viuificationis eius, & inimica virtuti ex parte, q ipsa est amica.

i B. Alia litera. curationem facias.

k B. Alia litera. lenitas.

l B. parum.

m B. & syrupus acetosus.

n B. finis intentus.

o B. mensuram.

† baurach.

p B. Alia lsa. in statu.

q B. Alia litera. & in statu lenitione huiusmodi debiliore, q̄ sit illa qua.

r B. restricta.

s B. porositates eius.

t B. valde non conceditur aliquid ex vnctionibus & embrochationibus.

u —— B.

x B. & quæ eis similantur.

& rigor, quoniam prolongatur super eum fri
gus,& rigor: [y] [ipsa namque exprimunt] mate
rias, si fuerint euntes ad queda͂ viscera,& [z] [pro
hibent] digestionem humorum, apud declina-
tionem verò est iuuatiuus valde: & fortasse nõ
nocet apud statum. Et non prohibeas ei aquam
frigidam, nisi fuerit humor, qui est in eo, cru-
dus,& grossus, tunc enim prohibet digestionẽ:
Et scias, quòd, quando phlebotomia iuuat, dein
de vteris via mala, [a] [tunc non purgabitur.] Hu
moris autem cholerici digestio est, vt conuer-
sus a sua subtilitate fiat spissus,& aqua quidem
frigida facit illud, nisi sint stomachus , aut he-
par debile, aut frigidum: aut sit in visceribus a-
postema, aut sit in [b] [visceribus] dolor: aut sit
complexio eius pauci sanguinis: aut caliditas e-
ius innata debilis , quare debilitatur post potũ
aquæ frigidæ: Aut sit non consuetus potare a-
quam frigidam : sicut illi, qui sunt de regione
calida, isti enim spasmantur velociter, & asso-
ciatur eis singultus,& extenuatus est de hac sum
ma. Vbi autem materia calida, aut grossa iam
digesta est,& corpus est carnosum, & caliditas
innata exuberans, & virtus est fortis, & viscera
sana,& non frigida corũ complexio radicalis,
& non insueta aquæ frigidæ, imo assueta aquæ
frigidæ ualde, tunc aqua frigida est melior res;
multoties enim adiuuat ad expellendum mate
riam cum solutione naturę, aut per vomitum,
aut per vrinam, aut per sudorem , aut per om-
nia illa, quare fit statim, ut sanetur. Et quando-
que dat in potu medicus de aqua frigida infir
mo qua͂titatẽ plurima͂ adeo, donec [c] [color eius
fiat viridis,] & tremat , quæ sit saltem perue-
niens vsque ad heminam unam , & dimidia͂ .
[d] † [ ] Et fortasse conuertitur febris
ad phlegmaticam,& fortasse confortatur natu
ra, & expellit materiam cum sudore, & vrina,
& fluxu uentris, & est sanitas . Et quando iterũ
sunt quędam prohibẽtia, deinde timetur [e] [ma
litia] caliditatis,& sitis,& existimas quòd per-
uenitur per eam ad ariditatem, vel extenuatio-
nem, non prohibeas aquam frigidam, nam ad-
ditio apostematis & cruditatis eius [f] † [ ]
melior est, quam extenuatio . Et syrupus quidẽ
acetosus quandoque etiam sedat sitim,& inci-
dit,& soluit: & nocumentum ipsius apostema-
tis non est plurimum, sicut nocumentum aquę
& nõ est ei vis aggregandi materiam, & inspis
sandi eam, Et similiter iuleb plurimę commi
stionis. Et quum non licet ut bibat aquam fri-
gidam,& sit audax super eam, timetur quòd nõ
faciat accidere constrictionem pororum, qua-
re fit causa febris alterius cum euẽtu oppilatio-
nis alterius,& fortasse erit vehemẽtior prima.
Et quando obuiat membro debili , corrumpit
operationem eius,& multoties facit deglutitio
nem difficilem,& facit difficultatem anhelitus;
& facit accidere tremorem,& spasmum,& de-
bilitatem vesicæ, aut renis, aut colon. Et ille, quẽ
plurimum oportet ex eis prohibere a potu a-
quæ frigidæ, est cui nocet in sanitate sua, imò
quum uideris [g] [calefactionẽ] fortẽ, [h] † [
] & complexionem calidam & sic-
cam,& euacuaueris, tunc quandoque concedes
infusionem fieri in aqua frigida, [i] † [ ] apud
declinationem & apparitionem digestionis,&

y B. ipse nanque adiuuat.
z B. prohibet.
a B. & non est corpus mundificatum indicat recidinam.
b B. neruis eius.
c B. Alia litera. antiqua vehemẽter. infrigidetur corpus eius.
d † B. Alia lr͂a. ex parua.
e B. Alia litera, nocumentum.
f † B. fortasse.
g B. figuram.
h † B.& musculos grossos.
i † B. &.

euacuationem humorum, [k] [&] non est malũ,
vt administretur balneum, & potus uini com-
misti subtilis,& inunctio cum oleis [l] [lenifican
tibus.] Et quum administraueris canones prę-
dictos in principio [m] [accidentium] febris; tũc
oportet post illud, ut tu occuperis in digestio-
ne,& euacuatione, quę non est secundum semi
tam minorationis & [n] [desiccationis,] & iam
diximus eam , imò secundum semitam abscis-
sionis causæ. Et non euacues materiam indige
stam in calido, aut frigido nisi propter necessi
tatem; fortasse enim multiplicatur euacuatio [o]
† [ ] humoris non [p] [peruenien-
tis ad statum per digestionem,] vt euacuetur,&
fortasse nocet euacuatio maturationi. Et fortas
se permiscetur cum ea malignum cum bono,
propterea quòd mouetur malignum absque di
gestione sua. Et tu non auscultes virum, qui exi
stimabat, quod intentio in digerendo est subti
liare,& humor calidus est subtilis, quare non est
necesse vt subtilietur. Res enim non est sicut di
xit, imò intentio in digerendo est æquare sub-
stantia͂ materiei, ita ut fiant pręparata ad expul-
sionem facilem,& subtile imbibitum,& grossũ
fixum,& viscosum adhærens, totum illud non
est præparatum ad expulsionem facilem: imò
est necessarium vt inspissetur subtile, [q] † [
] & subtilietur spissum [r] [paulatim ,] &
incidatur viscosum . Et si vir iste non audiuis-
set in sermone antiquorum de digestione ali-
quid [s] [antequam dixissemus illud,& rememo
raretur dispositionis digestionis humorum fi-
xorum,] s. quia, qui de eis subtilis est, indiget vt
inspissetur, & qui de eis spissus est, indiget ut
subtilietur. [t] [oporteret ut sciret] hoc per illud.
Et quare non [u] [oportuit ut in seipso conside-
raret & diceret,] quare urinę in febribus acutis
non habent in principiis earum sedimen, dein
de fiunt habentes sedimen ? & an sedimen lau-
dabile est aliquid aliud nisi humor faciens ægri
tudinem, qui iam digestus est? quare ergo non
expellitur in principijs ægritudinis ad salutem,
si est subtilitas vltimum quod intenditur in di
gestione? ergo necessarium est vt sit in princi-
pio febrium sanguinis & choleræ sedimen lau
dabile? Si autem naturę non est possibile expel
lere illam superfluitatem nisi post hora͂, in qua
fit præparatio ad expellendum in urina, tunc si
militer oportet, ut sciatur ꝙ arti euacuare hu-
morem ante illam horam in qua apparet dige
stio in vrina, est [x] [inconueniens, aut] difficile, [y]
[malum.] Et fortasse mouet,& non operatur ul
time,& fortasse miscet malignum cum bono.
Et esset melius homini huic, ut bene opinaretur
de illis, qui fuerũt sicut Gal.& Hipp. in eis, quæ
scripserunt de hoc, aut ualde attenderet,& tunc
rediret ad cõtradictionẽ, quia omnis contradi
ctor in [z] [primis] quum est sup veritatem, est ex
cusatus. Verùm, melius esset ei, ut [a] [nõ conside
raret in cõsideratione sua.] Et opinor, quod ra-
ro huic uiro acciderũt experimẽta, quæ profue
runt in hoc capitulo,& acquieuit in eis. Et hu
iusmodi quidem experimẽtis, quę non sunt se-
cũdũ canones, accidit eis, ut nec unũ [b] [valeat,
& accidit eis, ut nec unũ eorũ sit signũ,] hoc na͂
que est conueniens. Quum aũt materia est plu
rima, mobilis, permutabilis de membro ad mẽ
brum,

k — B.
l B. resoluentibus.
m B. Alia litera. euentus.
n B. alleuiationis.
o † B. alterius.
p B. præparat cum digestione.
q † B. parsipe...
r B. parumper.
s B. ex genere eius quod diximus, & considerasset dispositionem digestionis humorum per sputum expulsorum.
t B. necessarium fuisset, vt sciuisset.
u B. est ꝙ non considerauit in seipso,& nõ dixit.
x B. prohibitiu...
y B. laborios...
z B. primoribus.
a B. bene considerasset prius.
b B. iuuet, aut accidit eis, ut neque vnũ frustretur operatione sua iuuatiua.

brum,& existimas quod non est spatium in di gestione eius, aut fortasse accidit ex ea apostema [c] [pleureticũ,&] aliud si dimittatur, faciet cadere in timorem ante tempus,in quo expectatur digestio eius:& illud est [d] [per longitudinẽ temporis,]in quo expectatur digestio æqualis, proculdubio tunc est necessaria euacuatio eius, timor enim in hoc est minor, quàm timor in illa,& cum hoc natura mouetur ad expellendũ eam propter multitudinẽ sui nocumenti, quũ ergo adiuuatur natura, cõuenit ei adiutorium vltimum: quare non est excusatio eius.Et scias, quòd phlebotomia [e] [quando est intentio sanguinis] non est ex genere eius, in quo expectatur digestio nisi in humoribus alijs. Et quum postponitur phlebotomia [f] [in] principio ęgritudinis [g] [non amplius est] ei intentio, & fortasse interficit per aduentum debilitatis uirtutis. Et similiter,si times [h] [victoriam humoris, magis necessaria cautela est euacuatio. & si non est digestus,] non moueas nisi in principio,apud statum uerò nõ moueas aliquid, donec vincat natura,& digerat,& si ipsa non mouet,moueto [i] [hora motus] eius,& si ipsa mouet aut mouit,tunc dimitte eam & operationẽ eius. Et hoc est illud,quod nominauit Hipp. furiositatem,ubi dixit, oportet vt administretur medicina solutiua postquam digeritur ægritudo. In principio autem ægritudinis non oportet vt administretur illud, nisi ægritudo sit furiosa,& forsitan non est secundum plurimum furiosa.Et talis est ista euacuatio necessaria,quę non est in hora sua, sicut cibatio necessaria,quę non est in hora sua: Et proportio istius euacuationis ad [k] [cessandum ex malitia] materiæ, est sicut proportio illius cibationis ad prohibẽdum uirtutem a casu suo. Quum ergo exerces euacuationem,tunc cõsidera horam interpolationis,aut horã ipsius temporis,aut frigidiorem horam, quæ est in die, & non euacues per fluxum ventris in die periodi, Neque phlebotomes. Et non agas cum euacuatione artis contra partem euacuationis naturæ. Et non [l] [diminuas humorem per rem,quæ facit statim habituditudinem] motus periodi. Et omnino caueatur a regimine grosso in hora periodi,ita vt non detur in potu [m] † [ ] aqua hordei,zuccarum,neque iuleb,vt non frangat periodum cum constrictione meatuum,quoniã est timor,imò adiuua. [n] [Dicit nanque Hipp.] medicus adiutor est naturę,non impediens eã. Et oportet,ut scias, quod multoties indigetur medicina forti debili, sed eius fortitudo est ex hoc,quòd soluit humorem [o] [ ] viscosum:& ipsius quidem debilitas est ex hoc, quòd facit ascellare semel aut bis. Et non euacuetur plurimum simul, ita ut nõ cadat virtus & consilium quidem meum in phlebotomia est,ut dimittatur quantum possibile est. Si autẽ non est possibile,tunc multiplicatio numeri est melior multiplicatione quantitatis, oportet n. vt non euacuetur sanguis multus subito, quoniam euacuatur multum de eo, cuius nõ est necessaria euacuatio. Et non [p] [est in sanguine excusatio ad euacuationes,] quibus fortasse indigetur: & debilitatur virtus a resistendo in crisibus expectatis. Et scias,quòd quando aggregantur dolor capitis, & febris, tunc curatio febris est dignior. Et scias, quòd dolor capitis quandoque facit redire febrem declinatam ad augmentum,quare oportet vt sedetur.Et quum infans lactens febricitat, tunc oportet ut rectificetur lac matris eius.Et quãdo fuerit urina [q] [icterica] in febre, [r] † [ ] significat apostema, quare est curatio dare in potu aquam hordei, aut syrupum acetosum. Quum ergo quiescit febris, intentio sit ad apostema. Et quando fuerit cum febre colica, [t] [nõ aperietur via in dando in potu aquam hordei: imò ius galli,& leni ius] & multiplica vnctuositatem eius: deinde detur in potu aqua hordei,si necesse fuerit. De solutiuis verò est potio facta ex tamarindis,& tereniabin,& siracost.& quandoq; ponitur in ea aqua † iubleb, & quandoque ponitur in ea casia fistula. Et fortasse proijcitur desuper scammonea. Et fortasse datur in potu scammonea sola in iuleb.Et fortasse est necessarium administrare ea, quæ sunt sicut aloes,quando materia est grossa. Et melius quidem est ut abluatur, & nutriatur cum aqua endiuię.& aqua [s] [solatri,] deinde fiant ex eo pilulæ Myrobalanos verò citrinos quidam administrauerunt, [u] [sed non inuenitur ab eis intentio,secundum quã operentur. constringunt enim poros eius] post solutionem ventris, & exasperant uiscera eorum, quod si fuerint necessarij,tunc administretur post digestionẽ integrã. Et aqua duorum granatorum est maximi iuuamẽti [x] † [ ] expressa cũ pulpis amborum. [y] [Et quandoque in horis de solutiuis,quæ fiunt] ex uiolis,& scammonea: ita vt de violis sit quantitas aure j. de scammonea vsque ad [z] [siliquam] idest & quandoque ponitur in eis parum mentę. & quandoque fit ex infrigidantibus extinguentib. medicina,in qua ponitur scammonea,sicut pilulæ huiusmodi. Recipe coriandri, spodij rosarum an. drach s. camphorę tosugi idest scammoneæ duodecima pars drach.j.& vsque ad sextam partem eius: & detur in potu de eis. Aliud.Recipe siracost drach.v.tereniabin drach.v.succi pomorum de seni,succi cydoniorum partes æquales,succi coriandri humidi sextã partis vnius. aggrega succos,& submerge in eis siracost,& tereniabin,& inspissetur cum eis, donec [a] [fortasse coagulentur.] deinde sume cãphorę pondus sextæ drac. j.& medietatis sextę,scammoneæ [b] [drach. j.] & [c] [pone siracost super ignem,] & pulueriza desuper camphoram, & scammoneam. & conseruentur,ne resoluatur cum vapore,deinde dimittatur donec coaguletur per se cum facilitate,& dosis eius sit a drach.ij.vsque ad drach.ij.& s.& est possibile ut fiat ex tereniabin,& siracost & zuccaro tabarzet natif idest formę quę sunt sicut penidiæ,& ponitur in ea scammonea, & camphora secundum quantitatem. quæ cadat in una potione eius, [d] [&] camphorę vsque ad tosugi idest,& scammonecę vsque ad sextã drac. j.quare fit tunc animæ non horribile. & febricitans quidem in æstate febre [e] [frigida] non ingrediatur domum [f] [uenti,] propriè quando sudat,vt non conuertatur materia a resolutione sua. & trochisci quidem non sunt conuenientes principijs harum febrium,nisi post dige-

Marginal notes:

c B. sirsem aut.

d B. longius, q̃ tempus. Alia litera.

e —— B.

f B. Alia litera.

g B. tunc non phlebotomes i statu eius, quũ non sit.

h B. sup ipsam virtutem ex humore, & magis necessaria fuerit obseruantia euacuationis, q̃ uis non sit digestio, tunc.

i B. motu cõuenienti motus.

k B prohibendam acuitatem.

l B. moueas humorẽ cũ eo qđ facit statim dispositionem. Alia litera. moueas humorem cum eo qđ operatur illud ibi to in hora. Alia litera. in frigiditate humores cum eo qđ operatur illud. Et dispositio sit dispositio.

m † B. in.

n B. Alia litera. nisi superfluar, quoniam.

o † B. grossum.

p B. erit in sanguine, vel ex sanguine resistẽtię, seu quod resistit euacuationibus. Alia litera. erit in sanguine fundamẽtum virtutis sufficiens tolerare euacuationes.

q B. icterici. Alia litera. icterica in febre significauerit apostema, tunc curatio.

r † B. cruda. Alia lra. cruda.

t B dũ nõ aperitur via nõ exhibeatur i potu aquahordei,imo ius galli,& lenifica cũ clysteri.

† volubilis.

s B. Alia litera. aliadib. Alia litera. & aqua aliadid.

u B. & dum inueniũ ab eis via alia, i. administratio aliarum medicinarũ fiat, quoniã ipsi constringũt poros.

x † B præcipuè.

y B. in quibusdã horis. Et ex solutiuis est illud quod fit.

z B. kirat.

a B. existimetur, quòd sint inspissata.

b B. Alia litera. danich j.

c B. eleuetur medicina ab igne.

d B. videlicet.

e B. Alia litera. acuta.

f B. frigidã ventosam.

gestionem, & euacuationem. et trochisci quidē sunt magis conuenientes ei, cuius febris est adherens in suo stomacho, quasi ipsa sit hectica. & dimissor consuetudinis in regimine suo, sentit quandoque febrem, et non est tantum nocumentum, quoniam causa eius est dimissio consuetudinis in regimine.

ANNOTATIONES.

Scias quòd intentio &c.] Febrium. quæ ex humoribus dependent, curationem mira certe & breuitate & copia tradit. Proponit autem primum omnium communes in humoralibus febribus vniuersis scopos. atque medici esse in his propositum, vel vt vacet febri, vel vt causæ eius attendat. febri quidem refrigerando & humectando: causæ uerò ut morbificam vel concoquat vel educat. Sanè febrium, vt scriptum reliquit Gal. 8. meth. [Cap. 2.] *vna est differentia, in qua causa adhuc præsens est, quæ febrem peperit; altera in qua causa ubi febrem excitauit, abscedit, sola autē febris remanet, talesq; ephemeræ & hecticæ sunt. Quę præsentem causam habent a qua fouentur, auferri nunquam nisi ablata causa poterunt, ablata tamen causa non statim ipsæ auferuntur. Febris omnis calida est & sicca intemperies totum corpus occupans. Hæc, si ab humorum putredine fiat, certum est non nisi ea humorum putredine ablata curari, non ipsa tamen statim ablata putredine aufertur, sed refrigeratione præterea eget & humectatione. atque ita, quod hic Auic. medici negocium quandoque in ipsa febris est oppugnatione, quandoque ad materiam, quæ febrē facit, conuertitur. Indicat verò hæc materia, statim quidē de sui ablatione, nonnunquam tamen, quia apta semper eductioni non est, præparatione opus habet, atque hæc coctio maturatio est, ut author noster ait, in crassa materia attenuatio, & in tenui incrassatio, de qua re postea. Sunt ergo hactenus in putrida febre omni duo scopi, alter a febris natura desumptus, quæ calida est & sicca intemperies, refrigerare & humectare, altera ab eius causa, quæ materia est putrida, euacuare. Sed obijciet statim quispiam Galenum tres primos in putridis febribus agendorum scopos proponere* [Cap. 1.] *10. meth. febrem ipsam, effectricem eius causam, ac uim ipsam naturalem, quum Auic. de tertio non meminerit. Sed verè communissimus est tertius hic scopus, non in febribus tantum, sed in morborum genere, atque in omni medici actione animaduertendus, de tuendis scilicet uiribus, hic scopos febrium ut febres sunt putridæ, inquirit Auicen. eo supposito, sine quo nec febris curari potest, neque medicus quidpiam moliri.*

Et quandoque sunt contraria &c. Febris omnis, ut febris est refrigerantia & humectantia postulat. at eius causa, quæ coquenda & euacuanda est, vel frigida est, & semper calida postulat, uel calida quum sit, simul tamen coniunctam crassitudinem habet substantię & tunc attenuantibus eget, quæ calida ferè sunt omnia, aut certe si non est crassa, quum tamen ex prohibita præsertim perspiratione, atque obstructione putridæ febres dependeant, obstructionis gratia aperientibus opus habet, quæ calida sunt. quare contrariæ plerunque in his febribus indicationes oriuntur: a febre refrigeratio, & humectatio: a materia autem calfactio, non solum quidem si concoctione, sed etiam si euacuatione sit opus; quum quæ purgant, acria sint præsertim, & calida. Quid ergo in his pugnantibus scopis agendum sit, docte auctor noster statuit, Galenum æmulatus 10. meth. [Cap. 1.] *attendendum nempe ei quod magis urget. Dubitare tamē hic licet, cur Auicennas in putridis febribus, sumpta ex causa indicatione plerunque calidis esse opus dicat, quum tamen putridæ febres plurimę, si earum materiam spectes, sint biliosæ: & quę sumpta ex materia ratione frigida non calida postulant. Sed paucis, putridæ febres omnes ex prohibita præsertim perspiratione pendent (imo multi ex hac semper putredinem prouenire existimant.) hæc ex obstructione, obstructio aperientibus tollitur, hæc uerò ferè calida omnia sunt, quamuis non semper sint calida. Ita & de euacuantibus dicendum, quæ certè omnia plerunque acria quū sint, simul etiam sunt calida.*

Et scias quòd febris quandoque &c.] Idem & Gal. 10. meth. [Cap. 2.] *Quæstio tamen hic in Auicennæ uerbis excitatur. Ait nempe febri etiam attendendum, hoc est summe refrigerandum, quum uires validę non sunt. Summa autem refrigeratio per frigidæ pręsertim aquæ fit potum. In frigida tamen propinanda & author noster paulo post, & Gal. in 9 meth.* [Cap. 5.] *uirium cauet imbecillitatem, quod innatum calorē obrui nimis facile sit. Verum ad hęc. Exiguntur sane in frigida exhibenda uires ualidæ, at eæ quamuis ualidæ sint pro potu tunc temporis tolerando, non tamen sufferendæ diutius immodicæ illi caliditati sufficerent, id quod hoc in loco author noster intelligit.*

Et prouide, ne occurrat paroxysmo &c.] In accessionibus abstinendum a cibo monet & Hipp. 1. aph. [Aphor. 11.] *& 1. de ra. vict. in ac.* [Text. 46.] *Verùm, quòd non in ipsa tantum accessione, sed etiam antea neque quum adsunt febres, neque quum futuræ sunt, sit abstinendum, unde hęc Auic. sententia emanat habes 4. de rat. vict. in acut.* [Text. 39.] *ita tamen ut per accessionem primum illius tempus idest principium, incrementum, & statum intelligas, non tamen inclinationem, in hac enim ubi calor ad pedes descenderit relicto thorace, sorbitionem dare expedit, ait senex. Sunt tamen quandoque corpora, quæ in ipsa quoque accessione & in principio quoque ipso nutrire oxpedit, ueluti quæ biliosa sunt, et quæ dißolui apta de quibus Gal. meth.*

Et non moueas in die paroxysmi &c.] Idem & Gal. in lib. quos, quando, & quibus purg. op. Sunt tamen ex recentioribus, qui non solum in accessionis die, sed in ipsa etiā accessione purgatoria medicamenta exhibeant, eo argumento, quod natura tunc temporis aduersus materiam insurgit. imitanda autem natura est. Sanè dictum de hac re a nobis fuit lib. 1. Nunc autem paucis de sudoribus & uomitionibus in ipsa accessione prouocandis, ubi horum quidpiam tentari a natura animaduerterimus, certum est, si ea non exacte uel ualide agat, quo natura uergit per loca conferentia, eo eße ducendum. Sed hæc omnia, sicuti nunquam non tentante id natura, tentanda a medico sunt, ita etiam leniter, non uiolenter sunt prouocanda. At de purgatione, de qua præsertim hic agitur, alia a medico habenda est ratio. Docet Hippo. 1. de morbis, usu id esse obseruatū, ægros, quibus diebus imparibus purgantia sunt exhibita medicamenta, aut nimium fuiße expurgatos, aut etiam peremptos quare & antiquos medicos huius erroris damnat. nempe quum diebus imparibus (dies uidelicet accessionum intelligit) humores in corpore concitentur, toto corpore ad uentriculum transmittente, si rursum concitentur hi purgante immisso medicamento, nihil mihi est ex talibus hominem mori. Generatim ergo in accessionibus & accessionum diebus uerenda est purgatio, non tamen clysterum propterea usus interdicitur. An uero in quartanis febribus purgare liceat, quod multi nostra tempestate contendunt, res est profectò exactè perpendēda. Obseruatū id sæpe est rectè cessisse, humoribus s. ijs melancholicis, crassis, auulsu difficilib. tum medicamenti, tum naturæ motu concitatis & expulsis. At sæpenumero tamen, quum non crassi tantum, sed humores promiscuè omnes etiam tenues relictis crassis, uiolentia, non naturæ consilio excernantur, deprehensum id quoque fuit, morbum ex leui, & minine molesto difficilem ac periculosum euasiße, ut propterea Galeni & Auic.

con-

consilium negligere, omnino tutum non sit.

Et oportet ut obserues &c.] Digladiantur docti, num liceat in omni febre putrida & continua & intermittente sanguinem mittere. Gal. 11. meth. saluberrimum ait in omni putrida febre secare venam. Author verò noster non admittit, ubi vrina citrina igneaq; sit. ex qua post sectam venam bilis dominium uereamur. Sed paucis, ijs omissis, quæcunque recentiores de hac re. Sicuti sumpta ex febris natura indicatione, per accidens semper venæ sectio probatur, refrigerat nempe per accidens, ita & sumpta ex putredine indicatione, quam ex prohibita difflatione & obstructione pendere constat, sectio probanda perpetuo non est. quinimmò quum causæ sint & multitudo, et uisciditas, & lentor materiæ, si plenitudo in causa fuerit, certum est quidem uenæ sectionem conuenire. at si uel visciditas uel lẽtor, probari a nobis non possunt qui absolute in his omnibus sanguinem mittendum arbitrantur. Aiunt naturam portione eius, quod peccat, detracta, aggressuram quod reliquum est, validius. Verùm si propterea sanguinem educi oportet, quis non uidet indicari hoc a multitudine quo ad vires, non aliunde? Sit ergo, sententia nostra, id constitutũ, sicuti uenę sectio propriè ex multitudine indicatur, ita nun quam in febribus eam esse opportunam, nisi multitudo adsit siue quo ad vasa, siue quo ad vires. Imò, quum propriè sanguinis copia de sanguinis missione indicet, nõ omni etiã multitudini commoda sectio est venæ, sed vel sanguinis, vel aliorum cum sanguine humorum. alioqui, si bilis, uel pituita redundat, sanguinis uerò non multa in corpore sit copia, quis nõ uidet id, quod author noster hoc in loco annuit. & lib. 1. explicauit fore, ut, & bilis magis accendatur, & pituita crudior euadat? Iure ergo hic Auic. ubi urina citrina & ignea sit, id quod bilis redundantis indicium est, a sectione abstinet. Recte etiam libro primo admonuit, cauendum, ne ad alterum duorum ægrum perducas, humorum quidem calidorum feruorem, frigidorum autem cruditatẽ, quippe, sicuti sanguis calidorum est frænum, ita & frigidorum fomes ueluti est, ut sanguine præter rem detracto, & furere calidos oporteat, & frigidos consueta, a qua fouentur, caliditate destitutos incrudescere. Quum ergo hęc ita se habeant, sicuti nos existimamus: intelligenda Galeni sententia videtur, quum in omni febre putrida salubre ait sanguinem mittere, non quòd in omni particulatim febre, sed in omni febrium genere, quando videlicet cum peccante humore sanguinis copia fuerit.

Vbi autem materia calida aut grossa &c.] Quando & quibus febricitantibus frigidæ aquæ potio conueniat, fusius Gal. docuit 9. meth. Cæterum est & de hac re inter medicos dissidium, de tempore quo ea sit exhibenda. Quum enim Gal. quem & author noster hoc in loco sequitur, & Paulus lib. 2. & Aetius lib. 5. non nisi morbifica concocta materia dari frigidam uelit. Contra tamen Auerr 7. Coll. ante coctionem eandem propinandam contendit. nempe si expectãda sit coctio, fore ait, ut uel æger antea ui morbi intereat, uel coctio, quam expectabas, mala euadat, qua apparente malam frigidam dare non licebit. Satius ergo, ait, fuerit, quia materia, quæ eiusmodi febrem facit, non ob crassitudinem vel uisciditatem, sed ob acrimoniam nimiam mala est, propterea q; sola refrigeratione opus habet ut concoquatur, ut quam primum frigida propinetur, & ardens febris in diuturnam potius vertatur, quam interficiat. Adde tu. Si concocta materia est, quid alio præsidio est opus quam eius eductione? potest autem tuto expelli medicamento, non tum autem præsidium frigidæ potio est, quando, etiam si nihil præterea neque uires, neque consuetudo, aut corporis habitus dissentiat, qualis exhibita frigida euentus futurus sit ignores, facileq; admodum ex breui in diuturnum morbum huius vi migrare possit. Profecto, quid de hac re statuendum sit, non est fortasse iudicatu facile. uidetur tamen iudicio nostro sententia Auerrhois nõ spernenda. Et quamuis non nisi concocta iam materia Gal. frigidam propinet, testari tamen nos possumus, quibus hæc obseruata res est, interdum febricitanti exhibita ad satietatem frigida aqua, & eadem deinceps excreta per uomitũ simulq; cum aqua biliosis reiectis humoribus, extinctam morbi ferè initio febrem. Ac certè nos magni Auerrhois tum authoritas tũ ratio promouet, ut præsidium hoc non satis tutum nobis uideatur, quod apparente coctione fiat, quo tempore concocta iam materia, quando nullum ægroto discrimen amplius impendet, non periclitandum, aut incerto remedio agenda res uidetur, sed constanti, quo ve morbificam causam non recrudescere, aut aliud mobi genus facere, sed educi posse arbitremur. De hac tamen re aliorum iudicium libenter expectabimus.

Et non euacues materiam indigestam &c.] Desumptum ex Hipp. consilium est 1. aphor. De qua tamẽ re quæstio est inter medicos, præsertim recentiores maxima, quum aliqui etiam non concocta materia soluentia medicamenta propinent. Sed satis de hac re lib. 1. fen 4. dictum est a nobis.

Et tu non auscultes uirum &c.] Fuit aliàs, & nunc a recentioribus in lucem reuocata est quæstio, an tenues humores concocti sint, possintq; ac debeant purgante medicamento educi. Sanè Rasis 30. Cont. tr. 1. tenues humores concoctos iam esse, neque ullam in his ducendis coctionem expectandam esse arbitratur, tum ex coctionis definitione, quæ ex antiquorum sententia ea est, in qua quod est tenue fit crassum, & quod crassum tenue. tum sumpto ex urinarũ cruditate in febribus argumento, quæ profectò & tenuiores initio sunt, & absque contentis, coctæ autem intelliguntur, vbi adest hypostasis, est uero hypostasis excrementum illud ultimum. quod ex vltima in uenis coctione resecatur. signum ergo est quia natura non nisi obita coctione id excrementum per vrinas pellit, tenues humores crassitudine opus habere, ut excernãtur. arbitrandum ergo etiam tenues humores coctione indigere. Hoc quum Auicennas sentiat, contendunt tamen quidam nostra tempestate, & magni hunc erroris arguunt, quum tenues humores fluuidi sint, & corpora ubi purganda sunt, fluuida facere oporteat. Sed paucis, ut aliàs quoque diximus, natura mediocritati semper studet, neque aliud coctio est quàm rei concoctæ mediocritas quædam. quæ tenuiora sunt, & si medicamentis facile trahuntur, non tamen facile pelluntur, quum ut expellantur, compressione opus habeant, & tenuiora expressionem diffugiant. crassescere ergo oportet, non quidem crassissima euadere, sed ad moderatam substantiam duci. Atque hęc quidem mediocritas (quod hi magis admirentur) non in substantia solum humorum paranda est, sed etiam in qualitatibus. si frigidiores humores sint, aut si calidiores, coquendi sunt; id quod testatur Gal. 1. in lib. de humoribus Comment. 1. duplicem in nimium calidis aut frigidis, crassisq; ac tenacibus, & mordacibus humoribus propositam esse dicens curandi rationem, ut alterentur & educantur: ita scilicet ut coctio moderatio sit, non tam in substantia, quam in qualitatibus. Et si uero Gal. & in lib. quos & quando purg. op. & 1. in lib. de humoribus. Com. posse tenues & serosos humores inter initia educi fatetur, quum tamen de tenuibus & serosis asserat, non ipsum tamen fortasse de biliosis tenuibus statuit, aut certe, si de biliosis quoque intelligit, quum posse ait educi. non tamen oportere id ipsum perpetuo agere decernit, sed quasi plerunque concoqui hos oporteat, licere tamen & eodem initio educi pronũciat, ubi. s. materia turget, quod paulo post ea uerba innuere uidetur, dicens in diuturnis expectandam coctionem quũ id morbus concedat, in acutis verò non modo non expectãdam

dam coctionem, sed etiam statim in initio esse medicandū quum materia turgeat, quasi si non turgeat, a qualicunque fuerint humore, coctione sit opus. Non ergo tam acriter dānandus est Auic. quum tenues humores crassos reddi oportere existimat.

De cibatione febricitantium in generali. *Cap. 8.*

SCias quòd conuenientiores cibi febricitantibus sunt cibi humidi, & propriè ei cuius complexio est humida ex infantibus, & crassis, conueniunt enim ex hoc, quòd assimilantur complexioni, & ex hoc quòd sunt contrarij ægritudini. Quumque accidit febris, & natura est sicca, non cibes penitus dum non egreditur per fecte fex, & oportet, ut occurrant eis paroxysmi periodici, & paroxysmi, [a] [qui fiunt fortes,] vētribus ipsorum vacuis, in quibus non sit cib. omnino, nam si cibati fuerint, in illa hora occupabitur natura in digerendo, & dimittet digerere, & expellere, & cōfirmabitur ægritudo, & prolongabitur. Et propter illud oportet ut post ponant cibationem vsque ad declinationem, & in eo quod est post ipsam. Et si accidat forte, vt hora declinationis sit hora consuetudinis in cibo, tunc est melius quam esse potest. Et scias, quòd de cibatione & regimine est, quod est subtile valde, & de eo quod est grossum ualde, & de eo quod est inter illa, & est pars eius decliuis ad subtile plus, & pars eius declinat ad spissum plus. Et subtile vltimum in subtilitate, est prohibitio cibi. Et grossum valde, est administratio ciborum sanorum hominum, & [b] [illi, qui sequuntur latus eius subtile, quod est medium,] est, ut sit cōtentus in cibo succo granatorum, & iuleb subtili ualde, & post ipsum aqua hordei subtilis, & post ipsam aqua hordei grossa, & oleribus frigidis, & humidis, sicut atriplices, & spinachia, & bliti, & similia, & postea Kist hordei sicut est, & est medium. Et illi, qui sequuntur latus grossi, sunt [c] † [ ] gallinæ, & extremitates. Et subtiliores eis sunt [d] † [ ] alchubugi, & pulli, [e] † [ ] & subtiliores eis sunt [f] [alchanzi, & oua sorbilia, pauca, subtilia, & pisces parui.] Et subtilius eis est kist hordei, sicut est. Et subtilius eo est panis similæ solutus in aqua bene frigida solutione bona, subtili. Grossi autem est cibus fortior. Et Kist quidem hordei est bonus cibus ipsum enim aggregat ad glutinationem, & digestionem suam, & lenitatem, & planitiem, & lubricitatem, & abstersionem, & humectationē & contrarietatem febris, & sedationem sitis, & velocitatem penetrationis, & ablutionē, & non est in eo stypticitas, quapropter non residet, neque figitur in poris & meatibus, quamuis sint constricti, & non est in ea adherentia, quum incedit per meri, & fortasse abstergit [g] [spissum phlegmatis,] & quādo bona fit eius decoctio, non inflat omnino. & antiqui quidem usi sūt, ubi necessaria est subtiliatio regiminis subtilioris regimine, quod est kist hordei & aqua eius, aqua mellis plurimæ aquæ, quoniam nutrimētum eius est paruum, & quod ipsa facit penetrare aquam, & eius humectatio, & abstersio, & eius apertio, & prouocatio eius est multa, & caliditas eius est confracta. & ipsa proculdubio quandoque addit in virtute additionem quandam, quamuis sit parua. & sequitur eam syrupus acetosus de melle, sed est grossior, & nutribilior, & fortioris incisionis, & abstersionis, & non est in eo de calefactione, & de nocumento viscerum calidorum, quod est in [h] [aqua mellis. Nunc autem] mel cannæ, quod est zuccarū, & proprie mundificatum melius melle apis, licet eius abstersio sit minor abstersione mellis, & similiter syrupus acetosus de zuccaro, [i] [& sit sufficiētia in syrupo acetoso, sed fortasse] facit incurrere rasuram intestinorum, & hoc quidē timorosum est in ęgritudinibus acutis. & nos ponemus aquæ hordei potationem, & syrupi acetosi, sermonem singularem, & subtiliationē quidem regiminis ægri significat natura materiei: [k] † [ ] & [l] [possibilitas] naturæ, in digerendo ipsam, & resoluendo, & euacuando eam. & dignior horarum ad subtiliationem est status: hic enim est vehementia occupationis naturæ in pugna materiei. & non oportet, ut ab ea recedens occupetur re alia, & proprie apud crisim, ante vero illud, pugna nō dum est confirmata. Et de illis, quæ significant, & faciunt pertinere ad subtiliationem, est ut, si sit necessitas phlebotomiæ, aut solutionis uentris, aut clysteris, aut sedationis doloris, tunc oportet ut des operam ad [m] [consumandam] illam necessitatem. deinde ciba si necessarius est cibus, nisi sit prohibens aliud. & ingrossationē quidem regiminis significat uel requirit uirtus, & dignior horarum ad ingrossandum est hora, in qua uirtus non est ualde occupata in materia, & est principium ægritudinis, et oportet, ut succurratur nocumento illius ingrossationis cum sparsione, quoniam est leuius super virtutem iterum, & ęstas quidem propter suam resolutionem indiget additione cibationis & separatione eius, nam virtus non sufficit ad digerēdum illud, quod multum est, semel, & quoniam resolutio in ea est per sparsionem, tūc oportet, ut cambium fit per sparsionem, & in hyeme est res e contrario, quoniam propter paruitatem resolutionis eius, non facit indigere cambio multo. Amplius, si multum dederit cambium [n] [subito,] erit tolerans ipsum, & fortis [o] [apud expulsionem eius,] & autumnus quidē est tempus malum, & propter hoc oportet, ut subtilietur in eo inter conseruationem uirtutis, et inter superationem materiæ, et spargere paulatim in eo est melius, et prorsus spargere cū debilitate uirtutis est melius ęgro, et scias, quod non esset illud, quod pertinet virtuti, esset magis necessarium, ut subtiliaretur cibus ultima subtiliatione, sed virtus non suffert illud, et desicit, et quum deficit, non ualet curatio. Curans enim sicut sciuisti, est uirtus, non medicus, quoniam medicus [p] [facit] peruenire instrumenta ad virtutem. et quum intellexeris hoc, tunc oportebit ut consideres. nam si ægritudo fuerit ualde acuta, et illud est ut sit status eius propinquus, et existimaueris quod uirtus non deficiet in hoc tempore, quod est inter principiū eius, vsque ad statum eius, alleuiabis occupationem [q] [a uirtute,] et incitabis eam super materiam, et non facias eam occupari in cibo spisso,

a B. exacerbationum.

b B. illud quod sequitur latus subtile est ex eis quæ sunt media &.

c † B. Alia litera sicut.

d † B. sicut.

e † B. gallinuli.

f B. alteiugi & pisces parui ualde. Alia litera. alæ pullorū & alteiugi, & oua sorbilia pauca subtilia & pisces parui. Alia lite ra. alteiugi & pisces & subtiliores eis sunt alæ pullorum & pdicū & oua sorbilia pauca subtilia.

g B illud quod est sicut phlegma.

h B. melle sit in hoc loco.

i B. sed comtari in syrupo acetoso quandoque.

k † B. ægritudinis.

l B. permanentia.

m B. expediendam uel cōplendam.

n B. uice uirtus.

o B. in se expediendo ab ea ce una.

p B. est ministrans faciens.

q B. Alia litera super uirtutem.

so,imò subtilia regimen, [saltem] cum dimissione cibi omnino,& propriè in die crisis. Et si videris ægritudinem acutam non valde,imò acutam absolutè,tunc oportebit, vt subtilies regimen non in ultimo,nisi apostematum,in die crisis propriè,nisi propter causam maximam. Et si uideris ęgritudinem chronicam,aut propinquam chronicę,non subtilies regimen, uirtus enim non saluabitur usque ad statum cum subtiliatione regiminis. Verum est tibi necessarium cũ hoc in omnibus speciebus,vt sit principium tui regiminis grossius, & postremum tui regiminis proueniens ad statum, subtilius, & gradatim procedas in eo, quod est inter illa, ita vt virtus sit conseruata usque prope statum: tunc enim intende super materiam,& non sis occupatus in alio. Et quando scis quòd virtus est fortis,tunc fortasse necessarium facit dispositio,ut sis contentus iuleb solo,† [ ] & si non plus,saltem hebdomada una, & propriè in febribus apostematum. Quod si timueris debilitatem,sis contentus aqua hordei. Et quum ambigua sit tibi dispositio in ægritudine, & non cognoscis eam, tunc,ut declines ad subtiliationem,est melius,quam ut declines ad additionem,te obseruante uirtutem,& tolerantiã. Et illius quidem,qui existimauit, quod cibatio in febre acuta est melior, quoniam nõ est intentio in digestione,& in [euacuatione,] quum volueris faciat id natura,aut non faciat, errorem iam te scire feci,imò quando times casum uirtutis,tunc cibatio est melior. Et de corporibus sunt corpora cholerica, quæ requirũt regimen diuersum ab illo, quod diximus, & propriè quando sunt assueta comestioni plurime, ipsi enim puum non cibantur [saltem] in ipso principio febris,imò in hora,quæ est prauior ea,& est hora status,nõ uacuæ sunt dispositiones eorum a duabus rebus, quoniam quũ ipsi sint debilium virtutum,superuenit eis syncopis,& moriuntur in proximo,& si sunt fortium uirtutum,cadunt in extenuationem,& apparent super eos signa ariditatis & ex minoratione nasi,& profundatione oculorũ, & quòd tẽpora sunt depressa, & fortasse superuenit eis syncopis ante illud,propter illud quod effunditur ad stomachos eorum de cholera mordicatiua. & sunt de hominibus quidam,qui sunt exuberantis carnis,sed quum abscinditur ab eis cibus,debilitantur,& extenuationem incurrunt, quare non tolerant prohibitionem cibi,& omnis,cuius calor innatus fortis est ualde, aut plurimus,aut calor innatus est ualde debilis,† [ ] non potest dimittere cibum, & de eis sunt,quib. accidit dolor,& lęsio in stomacho, & dolor capitis propter communitatem,& isti sunt de hoc genere,& istis fortasse sufficit aqua hordei, & fortasse egent ut misceant succum granatorum,& similia illi,ut cõfortetur os stomachi. & quandoque est nobis necessarium ut faciamus eos uomere cum facilitate, ante cibum, & in plurimis istorũ [si] debilitantur, [& propriè si] superuenit eis syncopis, causa non est uehementia debilitatis, imò effusio [materiei] ad os stomachi. quum ergo sumũt in potu syrupum acetosum permistum cum aqua calida multa, aut uinum permistum cum aqua multa,euomunt in vomitu humores chollericos,& virtus eorum sit fortis, quumque cibantur aliquo robub stypticorum,sedantur. Et senes quidem,& debiles, & infantes sunt de genere eorum,qui non tolerant famẽ. [De primis uerò senibus sunt, qui] sunt uehementis tolerantiæ famis, & sequuntur eos [adolescẽtes:] & propriè habẽtes solida membra,amplas venas,in aere frigido. & multoties quidem errat medicus in huiusmodi ægrotis secundum alium modum, quoniam ipse prohibet eis cibum in principio rei, & quãdo appropinquat status,& sciuerit quòd cadit uirtus, cibat in illa hora necessario, iam ergo errauerat duobus modis, & si ipse cibaret eos in principio, esset error ille & ignorantia,infra hunc errorem,& accidit istis ægris,ut accidãt eis catarrhi [nauseatiui] & cholerici,& [uigilatiui,] propter repletionem & priuationẽ digestionis, & inquieti fiunt, & [reuoluuntur & alleuiantur,] & coarctant materię uirtutes eorum, & multiplicantur ipsorum uapores, quare audiunt id, quod non est,& tremunt,& citatur uel saliunt, & permutantur in lectis,& imaginantur quòd non est & [tremunt uel saliunt] labia eorum inferiora propter dolorem oris stomachi, & contristantur animæ eorum propter grauitatem materiei.

r B. etiam.
† B. & similibus.
s B. potestate sua est euacuatione.
u B. etiam.
x † B. paucus.
y B. quum.
z B. aut fortasse.
a B. choleræ.
b B. Primi verò senes.
c B. iuuenes.
d B. crudi.
e B. vigiliæ, & inquietudo. Alia litera. debilitant.
f B. & modo quiescũt,& modo mouentur.
g B. instigant.

ANNOTATIONES.

Transfert ad febres quæ de acutis morbis scripsit Hipp. & 1. aph. & in lib. de rat. uict. in acut. Sane, quia in continuo fluore nostrorum corporum substantia est, neque restitui nisi alimentis potest, summa de nutritione habenda est ratio. Nutritionis, ut alias quoque admonuimus, duo sunt scopi, alter de detrahendo, alter de exhibendo cibo. Vnde & triplex uictus ratio emergit, crassissima, tenuissima, & media, de qua libro primo satis est actum ab Auicen. & a Gal. 1. aph. & copiosè hoc in loco. Atque sicuti ex uirib. quæ seruandæ sunt, quod ex ipsæ morbo aduersantur nutriẽdi scopus proponitur, ita ex morbo abstinentia præsertim in dicatur (alioqui enim etiam a morbis alimenta postulantur, si euacuationem sequuntur, quamuis non frequenter id accidat) ita ut a morbis ferè omnibus duo statim contrarij scopi emergant, alter a morbo, alter a uiribus. Quanquã uerò ad uires tota superandi morbi spes & totum negociũ deuoluitur, non ob id tamen scopus, qui ex uiribus, ei qui ex morbo, præferri debet. Verum quia alimenta, & si uirium conseruandarum gratia exhibentur, naturæ tamen ipsi & uiribus laborem faciunt, dum concoquuntur, est uerò naturę præterea dissidium & contumax aduersus morbum pugna, propterea in morbis omnibus nunquam non de alimentis detrahitur, non equè tamen semper, sed quandoque multum, quandoque parum, nonnunquam etiam in totum subtrahitur, pro morbi. s. uiolentia maiori aut minori, ac pro virium constantia vel imbecillitate. Vbi morbus maxime vrget, a multis alimentis prohibemur, qualescunque sint uires: nẽpe si hæ validæ sint, instauratione per cibos non egent si imbecilles, præter quàm quòd alimenti copiam nõ ferrent, etiã ab actione aduersus morbum auerti a cibis nõ oportet, propterea que, vbi morbus in vigore constiterit, tenuissimo victu vtendum Hipp. 1. aph. admonet, ut. s. non aliò uirium robur quàm in superandum morbum impendatur. Huius pugnæ gratia, quæ in statu potissimum accenditur, tota victus ratio in febribus ac morbis omnib. instituitur. propterea que

Com. 4.
Aphor. 8.

reaq; coniectandum ait senex, an eger cum uictu ad statum usq; sufficiat perdurare 1. aph. atq; pro longitudine uel breuitate interualli inter morbi initiũ et statũ uel de adijciẽdo, vel de detrahendo consilium initur. Si propè quidẽ futurus sit status, tenuis ẽt statim uictus instituitur. ubi uerò posterius, in his prius quidem uberius agendum, propè statum tamen & in statu subtrahitur 1. aph. At uero sicut hic in morbis omnibus communis est scopus, ita non in omnibus tamen morbis, omnibus corporibus, & omnibus temporibus idem victus est opportunus. Verum, quum triplex uictus sit ratio plenißima, tenuissima, & quæ inter hęc extrema est, sicuti in longis morbis pleniori uictu generatim per totum morbum est utendum, ita in statu non tenuißima prorsus nutriendi ratio conuenit, quæ est nihil dare, uel melicratum, ut ait Gal. 1. aph. In acutis uerò in uniuersum quidem tenuis uictus, præsertim verò in statu, non in omnibus tamen æque tenuis conuenit. de qua re fusius 1. de rat. vict. in ac. Hipp. & Gal. uerba faciunt. Eodem modo & ex corporibus, ex consuetudine, ætate, natura, & ex anni temporibus uaria nutrindi forma desumitur. assueta enim multis cibis corpora plenius etiam ali postulant. de qua re plura 2. de rat. uict. in ac. Hipp. sic & senes facile ieiunium ferunt. secundo loco qui ætatem consistentem habent, minus adolescentes, minime omnium pueri 1. aph. sic & biliosa corpora 10. meth. ex inedia contabescunt. Atque ęstati & autumno cibi difficillime feruntur, hyeme autem & uere facilius 1. aph. sunt ergo ad hunc modum uariæ nutriendi formæ constituendæ in morbis: quæ particulatim de febribus author noster hoc in loco singula diligentissime prosequitur.

Aphor. 9. — Aph. 16. — Aphor. 4. — Text. 18. — Aph. 15. Cap. 3. — Aph. 15. & 18.

Canon in dando in potu aquam hordei, & syrupum acetosum. Cap. 9.

AQua hordei quædam est, in qua non est de corpore hordei, nisi quod est sicut uirtus, & forma, & non est ei introitus in curatione, aut fiducia in iuuamento, nisi quando est cõpletæ decoctionis. Et quæ de ea est melior, est, vt sit aquæ quantitas sacraiati xx. & hordei sacraiati unũ, & sit iã reducta propriè [a] [ad quintam,] & assumatur illud quod de ea rubeum est, & subtile. Hoc enim est subtile, cuius nutrimentum est minus, & cuius humectatio est maior, & ablutio eius, & extractio superfluitatum ab ea, & digestio facta ab ipsa est multa, [b] † [ ] æqualis. Et de ea est in qua est aliquid de corpore hordei, & farina eius. Et magis dilectum mihi in huiusmodi est, ut non sit plurimum [c] [decoctum,] imo secundũ mensuram, quæ auferat inflationem, & non perueniat ad hoc, ut faciat ipsam viscosam vehementer. Et huiusmodi quidem est pluris nutrimenti, & minoris ablutionis, & digestionis, & accidit ei multoties vt acetet in stomacho frigido in substantia sua, & si sit in eo calor extraneus multus de malitia complexionis. & aqua quidem hordei quandoque est decocta ex hordeo ipso sicut est, & quandoque est excorticatum. Et melior quidem syrupus acetosus apud me est ille, in quo ponitur zuccarum in vase, deinde funditur super ipsum acetum forte, qđ sit de uino, tantæ quantitatis, ne eleuetur super dorsum zuccari, imo dimittat ipsum discoopertum, deinde ponantur sub vase carbones qeti [d] [&] cinis calidus donec liquefiat zuccarũ in aceto sine ebullitione, deinde colligitur spuma, & dimittitur una hora [e] † [ ] cum multo calore, donec misceatur zuccarum cum aceto, deinde funditur super ipsum aquę quantitas duorum digitorum, & bullit vsque ad spissitudinem. Et aggregare syrupum acetosum, & aquam hordei simul est illaudabile: quoniam corrumpit aquam hordei secundum plurimum, & non oportet ut detur in potu aqua hordei, quum siccitas naturę adest, immo ante ipsam fiat clystere. Quod si acetet in stomacho, detur in potu qđ de ea est magis subtile. Quod si acetat, coquatur cum ea radix apij, & eius simile. Si uero acetat iterum, tunc necessarium est, vt misceatur aliquid piperis cum ea, proprie quando materia non est uehementis subtilitatis, & caliditatis. Et quando multiplicatur eius inflatio, tunc misceatur cum ea ad calefactos parum aceti uini [f] [acetosi.] Verum, quum syrupus acetosus in potu datur, [g] † [ ] incidit humores, & præparat [h] [superfluitates] ad expulsionem & tu consequenter post duas horas da aquam alKist hordei subtilem, prædictam, ut abluat quod incidit, & abstergat id, & extrahat ipsum per sudorem, & prouocationem, & non est nocumentum, si detur in potu syrupus acetosus apud cœnam, quum iam separatus est cibus a stomacho, & quandoque est necessarium ut præmittatur iuleb ante aquam hordei, vt addat in humectatione, & illud est, quum uides siccitatem dominantem super corpus, & linguam et quandoque est necessarium, vt pręmittatur ante ipsam ad leniendum naturam, aliquid de [i] [tamarindis] ante illud, per duas horas.

a B. uel circa ad duas quintas.
b † B. & infrigidatio eius est.
c B. decocta.
d B. aut.
e † B. non
f —— B.
g † B. in ma[...]
h —— B.
i B. Alia litera aqua tamarindorum.

ANNOTATIONES.

Per aquam hordei quandoque aquam, in qua hordeum incoxerit, nonnunquam cremorem hordei intelligit. Putant aliqui & ipsam quoque ptisanam eadem uoce intelligi, eo argumento, quòd in hoc capite aquam hordei interdicit, ubi sicca est aluus, quare, & clysterem præmittendum iubet, in qua re æmulari Hipp. uidetur 4. de rat. uict. in ac. Verum, quum ptisanam hic author præcedenti capite Kist *hordei uocauerit, ubi & eius usus ex Hip. 1. de rat. vict. in ac. explicat, non putamus hoc in loco per aquam hordei quicquam aliud, quàm uel hordei decoctum, uel eiusdem cremorem intelligi. nam & de duplici aqua hordei uerba facit, de ea in qua nihil ex hordei substantia est, & de ea in qua aliquid è hordei, nihil uero de ea meminit, in qua totum est hordeum. Quum autem siccis uentribus hanc interdicit, id quod & Hipp. de ptisana, fortasse de cremore, necnon etiã de hordei decocto, quam aquam hordei uulgo uocant, intelligendum est. nempe quum hæc abstergendi gratia exhibeantur, nisi aluus antea lenis fuerit, non abstergunt, quum parata uia non sit, ut ea educantur quæ in ipso itinere sunt, de hac tamen re nos non contendimus pluribus. Illud potius inquirendum uidetur, quia aqua hordei ex hordeo tũ corticato tum excorticato fieri solet, utra in febricitantibus probanda sit magis. Author de hac re nihil. Nos id statuẽdum arbitramur, quod Hipp. 2. de diæta. hordeũ suapte natura frigidum est & siccum, præsertim uerò inest cortici quiddam purgatorium, cuius signum habebis, quoniam si hordeum non purgatum coxeris, purgat is succus fortiter, si uerò decorticatum, perfrigerabit magis ac aluum sistet. Quare, quum hæc Hipp. asserat, non uidetur absolute statuendum hoc uel eo pacto paratum decoctum hordei, magis*

Text. 18.

gis conuenire se d animaduertendum hac in re fuerit, num maiori absterstone sit opus: tunc vero cum cortice coquendum est an maiori refrigerio indigeas, uel siccanda sit aluus tunc uerò absque cortice erit deligendum.

De curationibus febrium acutarum. *Cap.* 10.

QVod dictum est de regimine lenificationis, & prouocationis, & sudationis, & digestionis, deinde euacuationis cum medicina post illud: & quod dictum est de cibatione post ipsum est illud quod [a] [oportuit nos] rememorare hic. At modi extinctionis uehementiæ caliditatis, sunt cum infrigidatione aeris: Et cum infrigidatione cibi. Et cum epithematibus, & emplastris. Et cum medicinis. Et cum retentione eorum, quæ sunt sicut mucilago, psyllii, & mucilago granorum cydonii, & succus portulacæ, succus liquiritiæ in ore, ut sedetur sitis; nam assiduare gutturi patientis ægritudinem [b] [calidam] aliquid ut remaneat [c] [os] humidum, & non exsiccetur, in curis est iuuatiuum ualde. Et quandoque iuuantur per administrationem clysteris facti ex succo melonis Indi, & cucumeris, & cucurbitę, & portulacæ cũ oleo ros. & cum aliquantulo camphorę, iuuamẽto maximo. Et oportet, ut sit aer infrigidatus quãtũ possibile est, & eius infrigidatio est per prohibitionem [d] [frequentiæ,] & per suspensionẽ flabellorum multorum, & per positionem niuis plurimæ. Et si domus est proximi temporis, ex quo linita fuerit luto, [e] † [ ] & proprie illo in quo ponitur loco paleæ, cotum papiri, tunc est melius. Et quandoque pręparantur in ea manationes ut fontium, & rorationes, & currit in ea aqua dulcis. Aut stratus est super lacunam coopertam cũ reti [f] † [& est] stratus, super quem dormitur ex tabari, [g] † [ ] & his similibus: & reliquus stratus [h] [est] ex extremitatibus salicum, & cydoniorum, & [i] [myrti] aspersis aqua ros. [k] † [ ] & uiolis & nenupharis & rosis. Et ponuntur quandoque calathi, in quibus sunt [l] [ordines de] frustis fructuum boni odoris, frigidorum. [m] † [ ] sicut malorum acetosorum & cydoniorum, & [n] [modorum] pirorum boni odoris aspersis aqua ros. & [o] [nenuphare & salicibus,] super quę sunt pulueriZata sandali, & rosæ, & camphora, & super quæ iam distillatum est parum vini odoriferi; tunc est illud quod est vltimũ. Hoc ergo est regimen aeris. Regimen autem cibi iam sciuisti, & si uoluntas adest, vt cum infrigidatione sit lenificatio, tũc detur aqua cucurbitę & aqua melonis Indiæ [p] † [ ] proprię, & aqua [q] [cucumeris,] & lactuca cũ aceto est vltima. Et quod conueniens est ad sedandũ sitim eorum, est foca factum ex pane similæ cũ aqua casei accepta ex † dog post colationẽ vehementem, & si adest voluntas, vt cum [r] [sedatione] sit retentio, tũc detur succus granati muzi, & acetosi, & aqua agrestæ, & aqua mori de semi, & aqua acetositatis limonis non salsi, & aqua acetositatis citri, & quę sunt his similia, & aqua ceresculi, & est berberis. Epithemata verò, & emplastra sint ex succis notis, & ꝓprie aqua

a B. oportet te.
b B. acutam.
c B. guttur.
d B. multitudinis hominum.
e † B. libero.
f † B. facto ex cordis uel cum cãnis uel uirgulis præparatis in modũ retis. Et sit.
g † B. inflato.
h B. sit.
i B basiliconis.
k † B. & foliis pomorum.
l B. odorifera ex.
m † B. uel ex fructib. boni odoris frigidis.
n B. speciebus.
o B. Alia litera. aqua nenupharis & aqua alkalef.
p † B. Alia litera. & endiuia.
q B. alcheta, & alcheted.
† lacte.
r B. infrigidatione.

ros. aut succo rosarum recentium cum sandalis, & camphora, et aqua coriandri & endiuiæ. cum istis enim est infrigidatio plurima, & mucilago psyllij cum aceto, & aqua ros. est huius generis. Et embrochare hepar cũ infrigidantib. est res maxima, & magis iuuans, nam quum æquatur, est in eo maior pars rectificationis, et fortasse rectificat aquam. Et quando illic est catarrhus, et tussis, aut in capite eius est grauitas, aut tensio, significat multitudinem vaporum, quare oportet ne fundatur super caput aqua, aut acetum; imò occupetur cũ inclinatione capitis super vapores aquæ, secundũ quod dispositio facit illud necessarium. Si verò non fuerit catarrhus, neque aliquid eorum quę diximus, tunc administra de embrochis, & epithematib. q̃ vis. Et nocibilior embrocha in huius dispositione repletionis capitis, est mulsio lactis super caput: fortasse.n. facit accidere apostema in capite, & perditionem. Et magis salua horarũ embrochationis capitis cum repletione eius, est vt sit vapor cholericus, non humidus, imò in huiusmodi hora fortasse non nocet applicatio lactis, imò confert et cognoscitur ex dispositione somni, et vigiliis, et humiditate superiorum partium narium et earum siccitate. quum ergo uideris somnum, aut profunditatem somni, aut humiditatem superiorum partium narium, tunc caue embrochationem, & inunctionem: et stude in attrahendo materiam ad inferiora. et quum videris rubedinem in naso, et facie vehementem; tunc non erit malum ut facias currere sanguinem ex naribus. Et infrigida hepar cum emplastris; et quum infrigidas, caue ne occurras cum infrigidatione vehementi, hora sudoris, et resolutionis, imò oportet ut obserues illud, fortasse enim fit causa in longatione ægritudinis, licet quãdoq; sit longitudo ęgritudinis saluior, quã ipsius acuitas, et oportet, ut caueas in febribus acutis casum rasurę [s] † [ ] quoniam addit in debilitate uirtutis, et terretur natura a receptione superfluitatum ad intestina, et ab expulsione earum ab eis [t] [propter uictoriam superfluitatũ, et fortasse] redeunt superfluitates ad superiora, et lędunt hypocondria, et inflant ea, et lædunt caput. Et quandoque est in [u] [potu papaueris] iuuamentũ mirabile in inspissando materiam subtilem, [x] [quare digerit, et in faciendo somnum.

s † B. intestinorum.
t B. nisi cogant & dominentur superfluitates, & quandoque. Alia litera. nisi cogatur & uincatur ipsa ex superfluitatibus.
u B. syrupo de papauere.
x B. propter digestionem eius.

ANNOTATIONES.

Sicut antea docuit, in febribus quæ ex humorum uitio pendent, medici consilium quandoque ad causam, aliquãdo ad febrem conuertitur, pro huius vel illius magnitudine. In ardentibus febrib. urget vehementer febris, neque minus animaduertendus est morbus quam causa. non omittenda tamen causa, propterea ergo Auicennas solum breuib. aduersus acutarum febrium causas de præsidijs meminit. fusius verò ea prosequitur, quib. febrem ipsam oppugnes: quibus. s. caloris immodici reprimas uiolentiam. Nõ propterea tamen relinquenda curatori est causa: quin de hac primo statim loco habenda est ratio, atque uel imminuenda, uel tota prorsus educenda, si fieri possit, alui solutione, & uenæ etiamnum sectione (quamuis de hac non meminerit) vel etiã si eductioni apta non fuerit, interea dum febri occurris, erit concoquenda. Seruanda uero hac in re tota ea cu-

randi erit ratio, quam supra in putridis generatim seruandam docuit, quam certe, licèt hoc in loco de ea pauca uerba faciat, supponit tamen obseruari acuratissime.

Rememoratio accidentium, quæ difficilia sunt in febribus acutis. Cap. 11.

LOquamur itaque in primis de accidentib. quæ vehementia sunt in febribus, & de curatione eorum; & festinemus ad distinguendũ febres acutas. Et hæc quidem accidentia sunt sicut rigor, & frigus, & horripilatio: & sicut sudor plurimus; & sicut fluxus sanguinis nariũ superfluus: & sicut vomitus laboriosus; & fluxus ventris debilitans: & sicut sitis, quæ non toleratur; & sicut profunditas somni superflua, & sicut vigilatio inseparabilis; & sicut asperitas linguę, & [a] [obfuscatio] oris: & sicut sternutatio continua; & dolor capitis prauus; & tussis frequens; & sicut casus appetitus, & bolismus; & sicut appetitus caninus [b] † [ ] & singultus.

a B. siccitas, seu exsiccatio.

b † B. & frigus uehemens.

ANNOTATIONES.

Quanquã symptomata ablato morbo tolluntur, trahunt tamen ipsa sæpenumero ad se se curatoris consilium, ut morbi quidam, præsertim uerò id acutis febribus usu uenit, quibus tam praua frequenter symptomata coniunguntur, ut ẽt necent, quæ hic author recenset. Dubitarit tamen quispiã quid de rigòre, horrore, & frigore, uerba faciat, de symptomatis acutorũ morborum tractans: quum tria hæc intermittentium, non acutorum sint accidentia. Esset pro huius dubitationis solutione alia rursum tractanda quæstio, num intermittens aliqua febris acutus dici morbus possit: quandoquidem tertianis nonnunquam febrib. interpollatis adeo praua symptomata commiscentur, & dolores capitis, et uigiliæ, et deliria etiam, ac multa alia, quæ cum cõtinuis ferè semper sunt, ut non ab re eiusmodi febres inter acutas reponi uideantur. præsertim quum, & Gal. 1. ad Glau. tertianam (de exquisita agens quæ interpollata est) acutã dicat, quartanam uerò & quotidianam diuturnas. & Hip. quoque 1. de uulg. morb. sect. 3. quintanam febrem (quæ interpollata intelligitur) pessimam omnium asserat. Paucis tamen, quia febres quæcunq; intermiserint periculo uacant Hippocratis testimonio, . aph. acuti uerò morbi ij intelliguntur, qui quum præcipitis sint motus periculo nõ uacãt, propterea seruata hac in aliud tempus quæstione. quod ad hanc dubitationem facit, coniunguntur etiam continuis febrib. rigores; atq; ij, (indicatorios excipio) sicuti uim morbi sequuntur, & praua indicia sunt, ita etiam nõ raro morbificę causæ rationem habent, dũ uires obtundunt, & idcirco non minus quam morbi curationẽ ad sese trahunt. Non iniuria ergo inter accidentia acutarum febriũ recensentur.

Cap. 8.

Text. 9.

Aphor. 43.

De regimine rigoris, & horripilationis, quum superfluunt. Cap. 12.

QVod est de hoc sequens sudorem, rectificatur velociter, & non indiget regimine, & critico non oportet ut contrarium fiat per remotionem, & non est de illis, quæ debilitant, & quæ faciunt aliud; & quandoq; sedãtur cum ligatione extremitatum & fricatione facili, & cũ calefactione coopertur, & cũ unctione de oleo de anetho, & de chamæmilla, si indigetur eo. In forti autem quãdo perseuerat, siue sit in febrib. siue sit in alijs, oportet vt ligentur extremitates in locis plurimis & inunctio fiat cum oleo chamæmillino, & [a] [radice] lilij. Et sunt de hominib. qui confortant illud cum eis quę sunt sicut cardamomum, & castoreum, & ruta, & sceha, & calamenthum, & † nitrum & piper, et pyrethrum, et quandoq; pertransit illud ad administrandum linimenta ex synapi, & assa fœtida. Et quando decoquuntur medicinæ istę in aqua, deinde coquitur in eo aliquod oleum, & aqua erucę fortis est in hoc capitulo per se sola, aut cum oleo aliquo, quod decoquitur cum ea. Et similiter decoctio ocymi, & aqua eius.

a B. radicis.

† baurac.

ANNOTATIONES.

Symptomatum, quæ febribus accidunt curationem seu mitigationem fusius prosequitur et Gal. 1. ad Glau. & Paulus lib. 2. & Aetius lib. 5.

Cap. 14. Cap. 37. & deinceps. Cap. 115. & deinceps.

Confectio olei boni.

SVmantur anethum siccum, & myrrha, et ruta, et calamenthum, et piper, et pyrethrũ, et coquantur in vino decoctione ultima, deinde decoquatur colatum in tanto quantum est medietas eius de oleo sisamino, usque quo consumatur aqua, et remaneat oleum, et administretur in ungendo. Et de oleis fortib. in eis, in tali qualis est rigor quartanę, est oleum de costo, et oleum de sceha, et oleum de abrotano, et oleũ de lilio, et oleũ de myrrha, & ponãtur in vnc. j. olei pondus ℨ. iii. piperis, et sexta ℨ. i. pyrethri tritorum, & administretur absinthium decoctum in oleo aliquo; aut oleum oliuæ, in quo decoctum est apium, et introitus in [a] [oleum leuis caliditatis] est iuuatiuus ualde, et fortasse necessariæ sunt potiones, et multoties sedatur cũ [b] [aqua calida leuis] caliditatis, et cum incuruatione super uaporem eius, et quando non sedatur per id, si materia est grossa, decoquantur in aqua anisũ, et calamenthũ, et semen apii, et mastix, et eruca, et anethũ, et similia, et [c] [balneetur in] aqua, in qua decocta sunt ea quę sunt sicut sceha, et abrotanum, et calamenthũ, et anethum, et squinanthum, et ruta, et sampsucus, et costus, et semina calida, et oẽs medicinæ fortis prouocationis sedant rigorem, et de medicinis sedantib. rigorem maximũ in quartana, & similib. sibi, est ut bibatur de costo aureus i. cũ aqua calida, et de agarico quantum de ipso in aqua calida, et in agarico est iuuamentum, & quandoq; ponitur cum eo parũ opii, quoniam facit dormire, et facit sudare, et prohibet uehementiam rigoris, et alia, et iterum ireos quantitas aur. i. in aqua calida. [d] † [ ] et de compositis est theriaca diatesseron; et [e] [electuaria alia] et diacyminũ et diacalamẽthum et diapipereõ, et syrupus de melle, in quo feruẽt sicut assa, et ruta, et pyrethũ et piper. Pilulę expertæ quæ dantur in potu ante rigorem per horã unã, infirmo [f] [erecto uel stante super lectum suum, uel scamnum suũ,] et aere eius calefacto cum igne, [g] [et] cooperimento; quoniã temperant ipsum, aut prohibẽt. quarum confectio. Rec. storacis, myrrhæ, opii, opo panaci

a B. oleo calid[...]

b B. potu aquæ calidæ [...]

c B. euaporetur cum.

d † B. Et iterum [...] uel põdus au[...] i. cum aqua ca[...]lida. Alia litera: Et iterũ apium montanũ po[n]dus aure. i. cum aqua calida.

e B. theriacalizare.

f B. infirmo [...]scente super [le]ctum suum.

g B. aut.

h † B. piperis.

panaci [h] [ ] omnium ana partem j. conficiantur cum butyro,& ſit doſis eius quantitas fabę: & iterum ſumantur opopanaci,caſtorei,dauci,aſſæ,pyrethri,opij, ana partes æquales,fiat ſicut primo fit. Deſcriptio bona. Recip opopanaci,ſerapini,aniuden,& cymini carmeni, & ſeminis apij, & piperis ana aur.j.s. ſeminis hyuſquiami albi,croci, ariſtolochiæ, caſtorei,euphorbij,myrrhę, ammeos,zingiberis,omnium ana pondus tertiæ ʒ.j.ſeminis harmel,pyrethri omnium ana aur.i. conficiantur cum melle:& doſis eius ſit auellana cum aqua calida valde:& fortaſſe eſt neceſſarium in eo,vt detur in potu vinum calefactum,& cibi calefacti. Et ſolutio uentris cum eis,quæ ſunt, ſicut hiera,& diacidonitē,& diaphænicon:imo quā do eſt rigor prauus,& propriè ſine febre,dentur in potu pilulæ fœtidæ, quoniam ipſæ ſunt ſanitas eius.

Regimen ſudoris ſuperflui in febribus. Cap. 13.

OPortet, ne ſudor criticus quantum poſſibile eſt,reſtringatur. Quum autem euenit neceſſitas,& pertranſit terminum,tunc oportet vt euentetur,& infrigidetur locus. Si autem non excuſat,tunc ſuper inſtrumentum poſitus qu , pueri uel iuuenes ſolent in aere concuti, commoueatur in loco frigido. Et non oportet vt occupetur in exſiccando illud quod rotando egreditur,faciendo exſuccationem poſt exſuccationem: nā illud eſt occaſio ad illud prouocandum,& multiplicādum,& fortaſſe attrahit ſyncopim. Nam eius abſterſio addit in ipſum,& eius dimiſſio reſtringit ipſum. Et oportet vt inungat eum cum oleo roſ.& forti,& oleo myrtino;aut cum oleo de [a] [ſalicibus,] & cum oleo de balauſtiis;aut fiat oleum cū aquis in quibus decoquuntur cydonia pontica, & mala pontica,& roſæ & [b] † [

] balauſtiæ,& karabe contritum ſicut puluis qui apparet in radio Solis,& ſimilia,quoniam reſtringit. Et quandoque reſtringit acetum miſtū aqua, & ſuccus agreſtæ, & decoctio balauſtiarum,& decoctio gallarum,& decoctio myrti. & ſuccus [c] [ſalicis] eſt mirabilis, & aqua ſemperuiuę. Et quum res ſit vehemens liniatur cū mucilaginibus frigidis,& cum gummi, & proprie quum [d] [emplaſtratur] cum his duob.& euentatur, Et quando vehemens ſit res,oportet vt ponatur nix ſuper extrema, [e] [& ſola ſint in ea] extrema,aut balneetur cum aqua frigida, ſi ſuffert eam.

a B. Kalef.

b † B. balanſtiæ & ſimilia & coletur, & decoquatur in ea oleum ſecundum qd' ſciuiſti, & quandoque puluerizātur de ſuper grana mirthi contuſa,&.

c B. kalef.

d B. Alia litera ponuntur in huiuſmodi ſandali & camphora & proprie quando fricatur ſeu aſpergitur.

e B. Alia litera. aut ingrediātur ſeu intromittantur in ea.

Regimen fluxus ſanguinis narium ſuperflui. Cap. 14.

OPortet, ut non properetur ad prohibendum illum,qui creticus eſt,quantum poſſibile eſt. Quum autem eſt neceſſe prohibere fluxum ſanguinis narium in febribus acutis,tunc liga extrema, & pone vētoſas ſuper latus quod ſequitur [a] [latus] fluxus ſanguinis nariū. Deinde conſequēter adhibe [b] [regimen] illius logici, [c] [fortaſſe enim] poſſibile erit tibi, ut infrides,& reſtringatur per illud. [d] [&] non ponas ventoſas deſuper. Et diſtilla in naſum aliquas diſtillationes prædictas in capitulo fluxus ſanguinis narium, & quum non eſt prohibens aliquod, infrigida caput cum infrigidantib. prædictis in eo. Et quandoq; aduenit patientibus quartanam fluxus ſanguinis narium, quare oportet ut iuues cum facientibus fluere ſanguinem ex naribus ſcitis, in ipſo enim eſt ſanatio quartanæ. Si uero ſuperfluitatem timuerimus, faciemus ſicut illud quod fecimus.

a B. narem ex qua eſt.

b B infrigidationem.

c B. & ſi.

d B. tunc.

Regimen uomitus qui accidit eis. Cap. 15.

CReticus iterum nō abſcindatur niſi apud neceſſitatem, & ſecundum plurimum abſcinditur [a] † [ ] in eis per vomitum,& per adiutorium eius quo extrahitur humor nociuus,ſicut eſt ſyrupus acetoſus [b] † [ ] & aqua calida,& quandoque eſt neceſſarium ut confortetur, quare ponatur loco ſyrupi acetoſi puri ſyrupus acetoſus cum ſeminibus,& ſi humor eſt imbibitus,& groſſus, tunc oportet ut fiat ſolutio dando in potu, quod eſt ſicut aloes & hiera. Et quando non eſt imbibitus,fortaſſe confert hiera & aloes. Et ſi eſt imbibitus, nō groſſus, mundat ipſum ſyrupus acetoſus cū aqua calida, deinde æquat ipſum poſt illud aqua granatorū,quę bibatur. Quod ſi euomuerit eam,bibat ipſam uice alia donec æquetur & quieſcat. Et ſimiliter ſyrupus de menta cum granis granatorum, & fortaſſe ſedat ipſū infrigidatio ſtomachi,et non oportet vt approximet rebus ponticis, et ſedantibus uomitum cum ponticitate ſua, & acetoſitate ſua ſtyptica ille,qui [c] [uomit propter] humorem imbibitū, quia eſt malum,& addit imbibitioni, ſed non imbibitum,fortaſſe facient eum deiicere deorſum,quamuis ſit groſſus, & fortaſſe iuuabunt uirtutem ſtomachi ad expellendum eum per ſuperiora Et quādo aſſiduauerit uomitus de cholera,& non fuerit de genere imbibiti,tunc utere ſtypticis, & proprie emplaſtris iuuantib. factis ex corticibus granatorum, & gallis, et his ſimilibus cum uino permiſto aut aceto permiſto. Et ad uomitum quidem cholerę nigrę ſuperfluum ſubmergatur ſpongia in aceto,et ponatur ſuper ſtomachum. Quod ſi neceſſarium fuerit aliquid fortius, adminiſtra medicinas prędictas in capitulo retentionis uomitus.

a † B. uomitus ipſorum & nauſea ipſorum.

b † B. ſimplex.

a B. habet.

Regimen fluxus uentris,qui accidit eis. Cap. 16.

IAm ſingulariter in capitulo fluxus uētris locuti ſumus in hac intētione,ergo redeamus ad illud,& de illis quæ conferunt ex uia ciborum ſunt almer torrefecti,et lentes torrefactæ, & coriandrum, quodcunq; horum duorū fuerit,elixetur & fundatur aqua ab eo, & proprie quando ſit acetoſum cum granis granatorum, quoniam eſt bonum.

Regimen ſitis eorum ſuperfluę. Cap. 17.

OPortet, ut inungatur caput cum oleo frigido ualde,quod fundatur ſuper ipſum,

& ponatur super caput, si non fuerit quod prohibeat: & cum aquis infrigidantibus & retentione mucilaginis seminis cydoniorum permistæ cum oleo rosaceo ultimo: aut infusionis prunorum, & medullarū [a] [cucumeris, & alKhed] & cucurbitæ, & seminis [b] [lactucę nigrę] & radicum liquiritię, & pilularum descriptarum in antidotario ad sitim, & de illis, quæ masticantur [c] [est almosofat & sunt] tamarindi. Et sitis quidem quandoque fit ex [d] [rigore, & abscindit eam somnus, & quandoque fit ex calore, & abscindunt eam uigiliæ.

a B. alcheta, & alcheted.
b a. Alia litera. papaueris nigri.
c B. & sugūtur. Alia litera. & sunt acetosa, sicut.
d B. siccitate.

De profunditate somni, quæ accidit eis. *Cap.* 18.

OPortet, vt remoueātur a profunditate somni cum fabulis, & his similibus per voces. Et ligentur membra eorum inferiora ligatione dolorosa, postquam non fuerit quod prohibeat, & supponatur collyrium subtile si natura fuerit restricta, & in hora [a] [quietis, & temporis assiduitatis, &] ventosetur quod est inter ambas spatulas, & spondyles.

a B. tēporis in assidua, & in separabili.

De grauitate capitum eorum. *Cap.* 19.

OPortet, vt alienetur ab eis emulsio lactis super capita eorum: aut effusio olei super ea aut embrocha, aut caputpurgium, imo sint contenti vaporationibus factis cum embrochis ex chamæmilla, & sint in eis uiolę, & furfur, & his similia.

De [a] [*inquietudine*] *habentium febres, & aliorum.* *Cap.* 20.

a B. vigilia superflua uel non naturali.

[b] [OLfacere uero oleum uiol.] cum oleo de sem. lactucę, & oleo nenufarino, & oleo de cucurbita, & adhibere aliquid de stupefaciētibus famosis super tempora, & incuruare caput super vapores humectantes, & odorare nenuphar, & poma mandragoræ, & [c] [allehesebram] aspersum ex longinquo, & embrochę humectantes, & res quas scis, & similiter, si non fuerit, quod prohibeat, detur in potu syrupus papaueris, & lohoc eius. Deinde multiplicentur inter manus eius candelæ, & eleuentur voces cum fabulis, & ligentur cum institis extremitates eius ligatione dolorosa parum, cum [d] [ansis, quæ resoluantur uelociter.] Deinde præcipiatur ei ut dormiat, & claudat oculos, quumque dormit parum, extinguantur candelæ, & cessent voces, & soluantur [e] [anse,] quoniam dormiet. Et quum inuenit leuitatem, & quietem ex paroxysmo, aut uehementia, assiduet ablutionem faciei cum aqua, in qua decoctum est papauer nigrum cum aliquantulo mandragoræ, et radice eius, et quum est illic humor baurachius, confert aqua, in qua cocta sunt sisimbrium, et melilotum, et alhacuen, et papauer abluendo faciem, et incuruando super uaporem eius.

b B. Naribus attrahere oleū de papauere.
d B. ligamentis seu nodis velociter solubilib⁹.
e a. ligamenta velociter solubilia.

De dolore uentris, qui accidit eis. *Cap.* 21.

FIt ex effusione cholerae ad stomachum, et si accidit in principio periodi eius, detur in potu parum syrupi de malis cum syrupo acetoso.

De asperitate linguæ eorum. [a]] *Cap.* 22.

a B. & eius viscositate.

IN essentia quidem uiscositatis fricetur cum [b] [brusco aut cum uirgis] salicis cum oleo amygdalino, et zuccaro tabarzet donec mundetur, aut cū spongia, et pauco sale et oleo ros. In hoc. n. est alleuiatio multa infirmi, et post illud quum eius asperitas est non propter uiscositatem, imo a siccitate, oportet vt teneat in ore suo sebesten aut nucleos prunorum, aut salem qui asportatur de India, et est in colore salis et dulcedine mellis, et sumat de eo secundum qđ dixit Archigenes, quantitatem fabæ unius, et grana cydoniorum sunt ex eis, quę humectant linguam, et prohibent ei [c] [obtusficationem, et oportet ut non ponantur puluinaria multa,] neque resupinetur dormiens; nam hæc duo exsiccant linguam.

b B. ohaizaram aut cū vngulis.
c B. exiccationem eius, & oportet, ut non fient ore aperto plurimum.

De sternutatione assidua, quę accidit eis. *Cap.* 23.

QVandoque magnificatur nocumentum sternutationis assiduę cum eis, lędit nanque eos, et replet capita eorum, et debilitat eorum virtutes, et fortasse facit fluxum sanguinis nariū. Quare oportet, ut fricetur eorum frons, et [a] [collum] et nasus, et aperiantur ora eorum et fricentur eorum palata cum uehementia, et tendantur capita eorum, et conuertantur et premantur eorum extrema, et fundātur in aures eorum olea tepida, ad caliditatem parumper decliuia, et humectentur lacerti eorum, et ipsorum mandibulę, et ponantur super eorum ceruicibus puluinaria calefacta, et non excitentur a somno eorum subito, [b] [minuantur] a puluere, et a fumo, et omni, in cuius odore est acuitas, et olfaciant sauic, et lutum [c] [alnaiachi,] et spongiam marinam.

a B oculi.
b B. prohibeatur.
c B. alnabagi.

De dolore capitis, qui accidit eis. *Cap.* 24.

LIga extremitates eorum, et propriè coxas, et cum instita liga, et frica pedes eorum, et supponantur eis collyria trahentia materiam ad inferiora, et conforta capita eorum cum infrigidantib. notis. Et si non fuerit, quod prohibeat ex coryza, aut tussi, embrochentur capita ipsorum cum decoctione rosarum, et uiolarū et hordei, aut foliorum salicis, et his similium, et similiter oleo ros. et oleo de salicibus, et quādo non excusat hoc, tunc permisce embrochas infrigidantes cum lenitiuis, sicut chamæmilla, et stupefactiuis, sicut est papauer, et nō mulgeas lac, nisi quum remouetur febris. Si autem uirtus fuerit fortis, mulgeas lac caprinum, et si fuerit debilis, mulgeas lac muliebre, et caue lac apud repletionem humidam [a] † [ ] faciem [b] [profunditatem somni,] et similiter caue humectantia, et tu non administres humectantia, nisi ubi est uapor fumosus, et caput siccum, et parum somni, et quādo multiplicatur repletio in capite ex uapore humido, trahe eū ad inferiora cum collyrijs, et clysterib. et stringe membra inferiora, ita quod testiculos.

a † B. corporalem.
b B. subeth.

ANNOTATIONES.

In sedando capitis dolore ob febres, recentiores ex calida aqua pedum & brachiorum lotiones faciunt, attertendi scilicet calidos & mordaces uapores gratia. Sunt tamen, qui hoc præsidij genus maxime improbent, propterea quod balneis non nisi peracta humorum concoctione uti liceat. unde & Gal. in tertianis febribus balneum probat si signa coctionis præcesserint, non antea. Certum autem est inualescere capitis dolores morbi præsertim incremento ac statu. Cæterum ad hæc, quum Gal. totius corporis balneationem non obita concoctione damnat, non is tamen crurum & brachiorum lotiones non probat. Neque piaculum nobis uidetur in ipso etiam morbi initio incrementove, praui illius symptomatis gratia, quod uires non imbecilliter oppugnat, horum extremorum uti lotionibus, quæcunque alioqui corpus cruditas obsesserit. obseruatum est sæpenumero, reuocatis a capite hoc præsidio vaporibus, qui uigilias faciebant, subsequutum somnum, & obitas postmodum foeliciter concoctiones.

De tussi eorum. *Cap.* 25.

TVssis plurimum accidit eis ex calore, aut siccitate, quare oportet vt teneant in oribus suis pilulas bichikias, & allohoc de papauere facta cum medullis fructuum frigidis, & amylo, & his similibus. Et utantur ceratarijs infrigidantibus factis ex oleo rosa. & ex mucillagine psyllii, & succo portulacæ, & alijs.

De destructione appetitus eorum. *Cap.* 26.

QVandoque est causa eius humor in ore stomachi, quod scitur ex eo quod dictū est de destructione appetitus, & euacuatur per vomitum aut solutione ventris. Et multoties iuuantur cum intromissione digitorum in gutture, & commotione stomachi, & propriè quādo uomitu expellit cholericam rem, aut acetosam. Et quandoque est ex uehementia debilitatis quare curetur complexio, quę facit eam, cū eo, quod scitur Et oportet, ut approximes eis odores bonos excitantes appetitum, sicut odor sauich a [infusi] cum aqua, aut cum aqua & acceto. Et detur eis electuarium proportionale febricitantibus, & parum uini, & b [succi] fructuū ponticorum, boni odoris, & lambant aliquid de aceto gelatinæ piscium, aut hœdi, & his similium. Et ponantur super stomachum post dies primos emplastra facta ex fructibus. Et sint in eis absinthium, & aloes secundum quod scis, & inunctio eius cum oleis bonis est iuuatiua.

a B. madefacti.

b B. decoctionē. Alia litera, & parum de fructis.

De bolismo eorum. *Cap.* 27.

OPortet ut curentur cum odoramentis, & luto a [alnatachi & armeni infusi] cum aceto, & odorent almosat, & panem mundum calidum, & carnes assatas, & stringe eorum extremitates. Et extende aures eorum, & capillos ipsorum, & conforta eorum cerebra cum embrochis infrigidantibus, & humectantibus, plurimum nanque bolismi eorum est propter destructionem b † [ ] oris stomachi propter causam communicantem ramis qui aduenıunt eis cum sensu: & est corpus c [durum & induratur, uerum sensus non vltimatur cum eo.]

a B. alnanagi, aut luto armeno madefactis.

b † B. sensus.

c B. exigens uel requirens cibū uerū sensus non exquirit ipsum.

De nigredine linguæ eorum. *Cap.* 28.

OPortet, ut non dimittatur super linguam nigredo, imò fricetur cum eo, quod scis & si non, eleuabuntur ad caput uapores maligni, & facient cadere in sirsen.

De appetitu eorum canino. *Cap.* 29.

CVrantur cum unctuosis frigidis, & dulcibus.

De syncopi quæ accidit eis. *Cap.* 30.

QVandoque accidit eis syncopis in principio febrium propter effusionem cholerae ad a [stomachos] eorum, quare oportet vt detur eis ante paroxysmum, aut apud paroxysmū frustū panis de simila cū aqua granati, & aqua agrestæ. Et scias, ꝙ quādo aggregātur syncopis, & febris, tūc syncopis est dignior curatione, & si īdiget b [pauco vino, detur pmistū cū trib. drac.] uini antiqui & si nō, syrupi malorum antiqui, cuius resoluta est superfluitas. Et phlebotomia quidem multoties addit in syncopi, & clystere leue est magis conueniens. & uomitus est iuuatiuus eis. & constrictio crurium, & ponere manus & pedes in aqua calida, & quum euadunt, tunc de solicitudine est: ut cibentur sauich hordei infrigidato, in quo sint grana granatorum.

a B. os stomachi.

b B. cibo tunc detur parum panis pmixti uel madefacti cum drach. iii. Alia litera, cibo tunc detur parum panis ꝑmixti cū aqua cum drach. iii.

De constrictione anhelitus eorum. *Cap.* 31.

COnstrictio anhelitus accidit eis, aut propter spasmum & siccitatem, quę accidit eis in lacertis anhelitus, aut propter materiam præfocatiuam descēdentem ad guttur eorum, aut propter debilitatem, quæ dominatur neruis uenientibus ad membra anhelitus. & prima quidem curatur cum unguentis uel emplastris humectantibus, & secunda cum eis, quæ prohibent strangulationem. & tertia cum æquatione complexionis in cerebro, et inunctione colli cū eis, quæ infrigidant et humectant, et super stomachum iterum, ex eis quæ sunt sicut rasura cucurbitę, et portulaca, et sandali cum oleo rosa. et similibus ei.

De uehementia a [*tristitiæ*] *eorum.* *Cap.* 32.

QVando multiplicatur b [tristitia] causa oris stomachi, et aduentu humoris mordicatiui in eo, tūc infrigida stomachos eorum cum eis, quæ scis de cibis, & c [inungantur,] et dormiant in loco proximo motibus aquæ, stricto extremitatibus, et d [fructetis] frigidis, et odoriferis frigidis, et nenufare, et rosis, et aspersionibus frigidis factis ex fructibus odoriferis, frigidis, & sandalis. & multoties quidem conferunt in eorum e [tristitia] clysteria frigida, facta ex aqua cucurbitæ, & citruli, & succo portulacæ, & semperuiuę cum oleo rosa.

a B. angustiæ.

b B. angustia.

c B. euentetur. seu respirent ae rem.

d B. ramis.

e B. angustia.

Difficultas deglutiendi, quæ accidit eis. *Cap.* 33.

DIfficultas deglutiendi, quum accidit eis, & febris fuerit [a] [conclusa.] tunc phlebotomia [b] [paulatim] fiat, & [c] [æquatio fiat ad retrahendum. Et suppositorium est melius quã plurimum] solutiuum desuper.

a B. sanguinea uel conclusa.
b —— B.
c B. extrahatur, sanguis paulatim & cibetur cum aceto & la ctucis, si appetitus in eis fuerit. aliqualiter excitatus, & si non cõtēti sint aqua hordei, & alienent quę subito occurrunt, & si fuerit cum eo stypticitas naturæ, tunc suppositoria & clysteria sunt meliora plurimum q̃

Frigus extremitatum quod accidit eis. *Cap.* 34.

MVltoties profundatur calor eorum, & in frigidantur eorum extrema, & [a] [tendit] calor submersus ad caput. Ponantur ergo extremitates in aqua calida, & non bibant aquam frigidam.

a B. euaporare facit.

Sermo de febre cholera. *Cap.* 35.

FEbres cholericæ tres sunt, tertiana cõtinua, & tertiana periodica, & causon. et tertiana quidem periodica, aut est pura, & fit a cholera pura, aut non pura, & fit cum putredine choleræ grossæ substantiæ, propter commistionem choleræ cum phlegmate commistione, [a] [aliqua] complexionali unita, & per hoc diuersificatur ab hemitritæo, quum hemitritæum faciant duæ materię separatæ, & hanc faciat materia una, quæ in se ipsa est permista, cum cuius calore permiscetur aliquãtulum frigoris, quod grauat suam putredinem, & suam resolutionē, & suam digestionem, & propter illud quidem fiunt in hemitritæo duo paroxysmi, & tertianæ non puræ paroxysmus vnus. & hæc quidem non pura quandoque prolongatur tempore longo, & circiter medietatem anni. & quando que perducit ad [b] [mollitiem] & magnitudinē splenis. Causon uerò est de genere continuę, [c] [quoniam differentia inter eius uehementiã, & eius teporem est insensata, & accidentia eius sunt uehementia, & causa est acuitas materiei, & multitudo, quum eius casus fit circa cor, & in uenis oris stomachi, aut in partibus hepatis propriè, & ad summum in membris nobilibus uicinis cordi. In tertiana uero, cholera est in carne, & ad partes cutis, & in cõtinua est sparsa in venis corporis quæ elongãtur a corde. Et uehementia quidem sitis, & angustia, & inquietudo, & [d] [impatientia] alienatio, & nausea, & amaritudo oris, & [e] [siccitas labiorum] & scissio eorum, & dolor capitis multiplicantur in febribus cholericis. Et est natura in pluribus earum ad siccitatem decliuis, quoniam materiei motus est ad superiora, aut ad illud quod apparet de corpore, & cute.

a —— B.
b B. tumefactionem membrorum similem cachexiæ.
c B. nisi q̃ ei associantur excrescentiæ & tepores sui non sensati.
d B. vigilia.
e B. bothor labiorum.

ANNOTATIONES.

Biliosarum febrium species tres esse ait, tertianam intermittentem, tertianam continuam, & ardentem febrem. Videtur tamen & Paulus li. 2. & Aetius li. 5. tertianæ intermittenti pro tertiana continua ardentem febrem opponere, quòd ferè & Gal. 2. de crisibus. Verum quamuis non ignoremus non deesse qui idem putent tertianam esse continuã & causum seu ardentem febrem, differre tamen has Gal. & plerique existimant ut s. quum in utraque febre materia intra uenas putrescat, si propè cor bilis putrescat, ardens, si procul a corde, tertiana continua eueniat, quamuis uero non alia ratione si materiam & accidentia spectes, differre hæ inter se uideantur, quam magnitudine, nempe, quod maiora in ardente febre sunt omnia quam in continua, differre tamen specie dicuntur ob loci putredinis differentiam. Adde etiam, quod non omnis ardens febris est ex bile, sed quandam itidem aliam ex salsa pituita Gal. adiungit, de qua postea.

Cap. 27.
Cap. 77.

De tertiana absolutè, & nominatur triteus. *Cap.* 36.

PAroxysmus tertianę incipit in primis cum horripilatione, ut punctura acus, deinde infrigidat, & incipit facere rigorē difficilem valde difficiliorem reliquis rigoribus, non [a] [frigidum aut cum pauco frigore.] & non est frigus eius nisi propter profundationem caloris ad [b] [interiora ad partem materiei.] & inuenit sicut puncturas acuum. & hic quidem rigor cum vehementia sua est velocis sedationis. [c] † [ ] & tu iam sciuisti causam huius rigoris, & fit rigor eius in tribus diebus primis fortior, & vehementior, & in quartana è cõtrario, & iterum rigor incipit cum fortitudine, deinde lenitur paulatim, & minuitur velociter, & in quartana è contrario, & sudor multiplicatur in tertiana, quum dimittit, & fit urina in ea rubea tendens ad igneam, in qua non est multa grossitudo. Aut est non pura, & fit urina eius cruda aut grossa, & tertianæ caliditas est saluior caliditate causonidis, & quanto prolixius manus tangit corpus, non additur inflammatio, imò quandoque minuitur inflammatio eius, & in causonide additur inflammatio, & accidentia, quæ accidunt eis in tertiana, sunt vigilię sine grauitate in capite, nisi in quibusdam non puris, & sitis, & furor, & ira: & odia locutionis. & est pulsus eius acutus, uelox per comparationem ad reliquas febres, & non est æqualis constrictionis, & dilatationis, quoniam humor debilitat eum, et addit ei diuersitatem apud statũ, et diuersitas in ea est sub ea, quæ est in alijs febribus humoralibus, et minor ea quæ est in alijs cum duritie, et est pulsus fortior in ea, imò non est diuersitas in ea secundum plurimum. nisi diuersitas [d] [propria cum febrē, et alijs.] et in principio quidem est necessariũ, ut coarctetur pulsus usque ad horam dilatationis febris, [e] [et tũc confortatur, et fit velox, et frequens, et eius diuersitas non est [f] [multum superflua.] et quandoque significant ipsam ętas, et consuetudo, et regio, et ars, et forma, et tempus, et multitudo euentus tertianę in illa hora. Quum ergo componuntur duę tertianæ sunt paroxysmi euenientes omni die, qui ergo considerat tertianam p̄ paroxysmum errat in ea, imò oportet ut attendantur significationes alię [g] [quas dicemus,] et patientibus quidem tertianã accidunt vigiliæ, et amor solitudinis, et multoties sentiunt ebullitionem apud hepar.

a B. Alia litera frigidis aut parum frigidis.
b B. anterior versus materiei eius.
c † B. & calefactionis.
d B. febri appropriata exilit infra alias ut minor alijs. Alia litera. appropriata febri non exi re. Alia litera. febri appropriata uerum est bilior ea q̃ in alijs.
e B. postea.
f B. cum illa superfluitate.
g B. & paroxysmi consuetas.

ANNOTATIONES.

Biliosarum febrium signa, & earum quæ exquisitæ sunt, & notharum, de quibus in sequenti cap. agit, pluribus prosequitur Gal. 2. de crisibus. & 2. de diff. feb. & 1. ad Glauc.

Cap. 3.
Cap. 13.

Sed

Sed uide & Paulum lib. 2. & Aetium lib. 5. necnon, & Trallianum lib. 12.

Differentia inter tertianam purã, & non puram. Cap. 37.

PVra est subtilis, leuis, cuius paroxysmus cõsumitur a quatuor horis vsque ad duodecim horas, & non addit super eas multum. Et si addit additione multa tunc est non pura. Et est secundum plurimum perueniẽs ad septem horas. Et calefit in ea corpus velociter: Et vides caliditatem procedere ex corpore, & extremitates adhuc sunt frigidæ. Et similiter pura non addit, quum non accidit error, supra vij. periodos. Et quandoq; consumitur propter subtilitatem suæ materiæ in paroxysmo vno, in quo accidit vomitus, aut ventris solutio mundificans. Et apparet digestio in vrina in primo die, aut in tertio, aut in quarto, aut in septimo. Si autem addit super septem periodos additionẽ plurimam, tunc est de genere non purç. Et similiter si prolongatur spatium sui rigoris, & est additio suorum paroxysmorum & antecessio [a] [eorum adinuicem] secundum ordinem seruantem proportiones similes. & in non pura est illud diuersum non [b] [rectum] Et similiter quando assimilantur paroxysmi secundum terminum vnum: & [c] † [ ] reliqua signa elongationis febris etiã sunt de illis, quæ scis. Et quum vides principium cum rigore, secundum quod determinauimus, & statum cũ sudore exuberante: tunc non dubites quoniam ipsa sit pura. Et in pura quidem est, quum eam habẽs bibit aquam, procedit [d] [quod est in corpore eius cum vapore humido,] quasi ipse uelit sudare: & quandoque sudat. Et cum non pura inuenitur grauitas plurima in capite, & extensio: & prolongatur [e] [rigor donec perueniт] ad vigintiquatuor horas, aut triginta horas vsque ad horam suam: & tepescit donec complentur xlviij horç, & per quantitatem additionis paroxysmi super xii. horas, est eius elongatio a puritate. Et in tertiana quidem non pura tardatur apparitio digestionis: & non apparet in forma offuscatio, neque extenuatio; & fortasse non eradicatur cum sudore copioso. Et fortasse non incipit cum rigore, [f] † [ ] & non est caliditas cum [g] [multa] fortitudine, neque est augmentum eius æquale: imò est quasi ipsum addatur, deinde proceditur, & minuitur: Et accidentia sæua minorantur in ea.

a B. Alia litera. antecessio rigoris eius.
b B. ordinatum.
c † B. similiter.
d B. in corpore uapor humidus Alia litera. ex eo quod est in corpore uapor humidus.
e B. paroxysmus ita ut perueniat
f † B forti.
g B. illa

Tertiana continua. Cap. 38.

COgnoscitur per vehementiam paroxysmorum tertianç, & per vehementiam accidẽtium tertianæ. Et apud Gal. quidem, quum sanguis putrefit, fit de hoc genere, & de eo fiet sermo post.

Cura tertianæ puræ. Cap. 39.

OPortet, vt rememoreris illud quod dedimus tibi de radicibus in curatione febriũ, de solutione ventris, & cibo, & in omnibus capitulis: & fabrica super illud. Et tu quidem nõ auscultes sermonem eius, qui concedit in principio solutiua fortia, & myrobalanos, & his similia, nisi [a] [illud quod] diximus. Imò oportet ut properes in primis, & lenias lenitate quadam, cum eis quç diximus illic, sicut sunt tamarindi quantitatç xl. 3. qui infundantur in aqua calida in nocte, & colentur, & proiiciatur desuper siracost, aut tereniabin, aut aqua duorum granatorum, et sicut decoctio Iuleb cum tereniabin, & passulis enucleatis, aut infusio prunorum cum tereniabin aut siracost, aut syrupus viol. & uiolæ, conditç. Et fortasse facit mucillago psyllii cum quibusdam syrupis, sicut est syrupus prunorum, lubricitate, & lenificatione, & cum decoctione lentium cum lubleb. Aut clysteria lenientia sicut est clystere cũ decoctione altheç, & iuiubæ, & sebesten, & radice [b] lilij] & oleo uiol. & succo † betæ, & † nitro secundum modum quem scis. Et illud, quando necessitas tangit ad ipsam. rectum namque, est ne in potu detur quod est sicut [c] [sorbitio] hordei, neq; ei simile, neque cibi, nisi natura iam lenificata. Et si ventris solutio in principio in febre tertiana pura, minoris sit malitiç quam eius simile in aliis, licet sit eius malitia [d] [iterum maxima.] & quando est possibile, vt [e] † [ ] phlebotomes vsque ad tres periodos, fac. Et [f] [similiter] quãdo times quòd sit ægritudo furiosa & facis illud quod est de errore, si accidit, minus quam aliud, & oportet, vt non moueas in die paroxysmi aliquid, nisi propter necessitatem; & non cibes nisi apud conditiones prædictas, [g] [aut] prouoces urinam cum emulsione seminũ, & oportet ut superueniat ei paroxysmus, dum est famelicus, & non est in stomacho eius aliquid, imò oportet ut sumat in potu syrupum acetosum omni mane, & post duas horas aquam hordei, in die, in qua non est paroxysmus, & syrupus q; dem acetosus post paroxysmum est cõueniẽs, & similiter ponere pedes in aqua [h] [frigida] ad attrahendum residuum caloris, & ego magis diligo vt sit in syrupo acetoso proprie in postremis, emulsio seminum frigidorum [i] [prædictorum, & ante paroxysmum per tres horas, aut quatuor. & detur in potu iterum post paroxysmum, aqua hordei, & quando necessaria est subtiliatio regiminis, detur in potu sicut aqua granatorum, & aqua melonis indi, & his similia, & gradatim fiat eius regimẽ secundum modum prædictum, et quoties appropinquat status, subtilietur, et in diebus primis cibetur cum Kist hordei, & pane [k] [trito cum aqua frigida, aut sicut est, aut emulctum ex eo, qui fit ex lacte acetoso,] & lentibus, et quando cibus acetat in stomacho, non detur in potu [l] [de] aqua hordei, quæ non est ualde subtilis, [m] [aliquid,] et si necessarium fuerit dare ipsum in potu, confortetur parum cum decoctione radicis apii. Si autem stomachus fuerit frigidior illo, et febris non magna, et non pura, ponatur parum piperis secundum consilium Hip. Quod si signa significauerint, quòd crisis est propinqua, tunc sufficiat ei aqua hordei, et aqua granatorum [n] [dulcis, et muzi,] et syrupus acetosus, et fructus quidem, qui diliguntur eis, sunt granata dulcia et muza, et pruna matura, [o] [et immatura.] melon uero indus est maximi iuuamẽti, cũ

a B. cũ cõdictione, & qualitate quam.
b B. liquiritiæ.
† sicle.
† baurac.
c B. aqua.
d B. magna.
e † B. non.
f B. Alia litera propter illud.
g B. & ut. Alia litera & ut non.
h B: Alia litera. tepida. Alia litera. calida.
i B. diureticorũ aut.
k B. cõminuto cum aqua frigida sicut est aut emulsiõe panis in ea, & cum eo quod fit ex almes.
l —— B.
m —— B.
n —— B.
o —— B.

hoc quòd ipse soluit,& prouocat,& frangit vehementiam caloris, & facit sudare, & fortasse non nocent p † [ ] parui,& ex oleribus cucurbita,& q [cucumer, & alkhehedi,] & lactuca. Et scias ꝙ intentio in eo, quo cibantur patientes tertianam,aut est humectatio, sicut datur eis in fine de extremitatibus althaiugi,& de testiculis r [gallorum,] & cerebellis hœdorum, cum quibus non est nausea,& vitellis ouorum. aut est infrigidatio & humectatio similis, sicut in kist hordei. Et non vltimes in infrigidatione multa,& propriè in principio, nisi inuenias inflammationem vehementem, aut timeas conuersionem eius ad causonidē s [&] continuam. Quòd si consequatur crisis, & uideris digestionem in vrina,& est sedimen laudabile quod cognouisti,tunc si excusat, bene est:& si non,cura tunc cum eo,quo iuuatur natura ex prouocatione urinæ, aut solutione ventris,aut vomitu,aut fluxu sanguinis nariū. Et non agas contra ipsam in hoc. Quòd si non inuenis declinationem manifestam, tunc euacua cum solutione ventris. Nam de illo est scā moneę sexta ʒ.i.in iuleb,aut decoctio myrobalanorum cum tamarindis,& tereniabin, & passulis,& radicibus,& casia fistula, secundū quod sciuisti. Et tibi inest, vt confortes eas cum fumoterræ,& sena,& scammonea, & de illis,quę conueniunt eis iterum, sunt trochisci de spodio solutiui. t [Descriptio.]

p † B. aldestem buiat.
q B. & alcheta & alchetad.
r B. Alia litera. castratorum.
s B. aut.
t B. Et de illis est medicamen solutiuū istius descriptionis.

Recipe myrobalanorum citrinorum enucleatorum pondus ʒ. iiij. zuccari tabarzet pondus ʒ.xx.scammoneę pondus sextę ʒ.i.bibatur cum aqua frigida;& post illud curentur cum prouocatione. Et si fuerint illic caliditas superflua,& inflammatio maxima, quum iam euacuaueris eum, non erit ei malum dare in potu aliquid de extinguentibus fortibus, de illis, quæ dicta sunt in regimine acutæ, & fortasse conferunt ei emplastra ex eis. Balneo verò oportet, ne approximet nisi post digestionem. post digestionem autem,& apud declinationē est ipsum melior curatio eis,& propriè consuetis, quamuis error in intromittendo eos in balneo ante digestionem saluior sit quam suum simile cum aliis;& oportet,vt sit balneum eorum temperatum,boni aeris,qui sit humidus,in quo sudent cum facilitate, ita ut non inflammentur eorū corda, & inungantur cum oleo viol.& rof. cō quassato cum aqua; & non prolongent in eo moram, imò egrediantur velociter. nam iteratio est eis conuenientior, quam stationis prolongatio, & si apud exitum infundatur in aqua tepida, u [stent in ea secundum quantitatē declinationis.] deinde quū egrediuntur, tunc conuenit eis vt bibant vinum album, subtile, multa cōmistione permixtum, & cooperiātur in locis suis, sudabunt enim sudore vehemēti, & siquid residuum fuerit digeretur, & post illud cibentur cibis infrigidantib.& humectantibus,& oleribus,quæ sunt illius modi, & non timeas post declinationem potare eos vinum plurimum commistum. Vinum enim x [fractum] per commistionem confert y [eis &] quantitati residui eius,in resoluendo illud, cuius necessaria est resolutio,& succurrit aquę penetranti cum fortitudine sua, & permistione eius,quod est in eo de calefactione pauca, quare infrigidat vehementer & humectat,& si fuerint illic accidentia, sitis,& dolor capitis, & uigiliarum,& aliorum,iam tibi præterijt eorum cura,& quando post crisim remanet aliquid caloris inseparabilis,tunc tibi superest, vt administres syrupum acetosum cum succis diureticis, aut in quo decocta sunt z [semina] & radices diureticæ,& scias, ꝙ cura tertianæ continuę, est cura tertianæ interpolaræ, sed est decliuior ad obseruationem dispositionum digestionis, & ad infrigidandum cum syrupo acetoso facto cum seminib. vt semine citruli, & semine endiuię propter a [cōtritis.]& post ipsum post duas horas, datur in potu aqua hordei,& ad subtiliationem cibi, & administranda clysteria lenia in principio,& ad prouocationem, & oportet ut b [subtilient,] & non sumant in potu de solutiuis in principio c [neque approximet alicui eorum, nisi eis] quæ sunt sicut syrupus uiol.& aqua fructuum, & non utantur nisi clysteribus lenibus.

u B. Alia litera & stent in ea secundū quantitatem declinationis, est eis cōueniens.
x B. habens caliditatem confractam.
y —— B.
z B. Alia litera olera.
a B. contusis.
b B. cum facilitate procedant.
c B. aut in eo quod ei appropinquat nisi eis

ANNOTATIONES.

Habes de tertianæ exquisitæ curatione ex Gal. plura 1. ad Glauc. Aemulanturq; ipsum Aetius lib. 5. & Paulus lib. 2. & Trallianus lib. 12. Dissentire tamen hi inter se in aliquibus uidentur. Ac primum de peccantis humoris eductione dissidium est, an s. morbi initio, forti medicamento educi possit non alia expectata concoctione. Author sane noster primis statim uerbis eos negat esse audiendos, qui fortia initio medicamenta in tertiana pura exhibent, Rasim intelligens, ut uidetur, qui 30. Cont. tr. 3. morbi initio myrobalanos adiuncto scammonio, & rhabarbaro exhibet. Contra tamen Gal. lib. quos quando & quib. purg. op. et 1. in lib. Hipp. de humoribus Com. tenues humores purgante medicamento educi posse testatur. Verùm de Galeni sententia dictum est in superioribus, quum de tenuium humorum coctione ageretur, nempe qui, non biliosos, sed tenues & serosos humores expurgari posse ait. Quamobrem non iniuria eos damnari ab Auic. putamus, qui ualidiora medicamenta, nullo habito cruditatis discrimine, propināt. At uerò alia rursum hic dubitatio est, num in tertiana pura sanguinis missione agendū sit. De hac re Gal. 1. ad Glau. nihil, nihil Paulus, Aetius, Trallianus, uel Auerrhoes. Author tamen noster eam admittit, quum ait, [Et quando est possibile ut phlebotomes &c.] sed certum ad id tempus præscribit. Profectò ubi sola bilis, non etiam sanguis peccat, certum est, desumpta ex peccante materia indicatione, non mittendum sanguinem. at si vel putredinem, uel putredinis causam, calorem. s. præter naturam animaduertas: quum uenæ sectio, detracta calidi, & putrescentis humoris portione, refrigerij & subleuamenti naturę sit causa, admitti hæc quoque potest. atque id etiam Gal. consilio, qui in putridis febribus quibusuis saluberrimum censet, uenam incidere. At verò, quæcunq; de hac re Gal. sententia fuerit, de qua supra est actum, Author noster, etsi hoc in loco, ubi agenda sit uenæ sectio, obeundam monet ad tertiam accessionem si modo fieri id potest, non tamen obiri hanc uel omitti suadet. sed suppositis hoc in loco ijs, quæ antea de mittendo generatim in putridis febribus sanguine, scripserat, ubi mitti sanguinem oportere animaduerteris, certum duntaxat tempus assignat. Balneo uerò oportet ne approximet &c. Balneum ante morbosæ materiæ coctionem uitari iubet. At Gal. . ad Glauc. etiam ante coctionem si bis in die laueris, non erraturum ait. apparente autem coctione posse

Cap. 9.
Cap. 8. Cap. 16.
Cap. 6.
Cap. 2.
Com. 1.

etiam

etiam uti balneis frequentiusc. Profectò admirari quispiam possit, quomodo ante coctionem balneę admittantur. Nonne ex balneo humores fundi, & augeri obstructiones si incocti humores affluant, idem Gal. alibi testatum reliquit? unde & Auerroes 7. Coll. balneum incliuante febre accommodum esse ait, quòd attenuata iam excrementa educat, minime uerò inchoante, quòd & rigores faciat, & humores dissoluat, & per totum corpus digerat, & obstructiones pariat. unde in discrimine res est, ne in aliquod princeps membrum inflammatio irruat. Sed certum est non satis febrium initio balneas conuenire, licebit tamen quandoque, si calido & sicco temperamento ęger præditus sit, vt ait Trallianus lib. duodecimo, qui cerebris uti balneis assueuerit, atque ubi siccitas uiget. Stephanus quoque Atheniensis in Com. in 1. ad Glau. Galeni qualitatis gratia balneas admitti putat, quòd hæc in tertianis magis obest quàm materia. Auicennas ergo habita materiæ q̃ cruda est, ratione lauandũ negat. concedit uerò Galenus qualitatis causa, hoc est, uel caloris, qui maximè in tertianis affligit, uel siccitatis, vt Trallianus putat. Adde, quòd etsi non inchoata adhuc coctione Auicennas lauacrum improbat, non is tamen, ubi cæperit, tametsi nondũ exacta sit, in tertianis puris prorsus negat.

Cap. 10.

Cura tertianæ non puræ. Cap. 40.

RES in quibus diuersificatur cura tertianæ non purę, a † [ ] sunt res in quibus communicant febres frigidæ b [de licentia secunda. Et non conceditur habentibus eam balneum, donec plurimum declinauerit. Et fortasse conceditur illud habentibus puram .s. ut non expectent plurimum declinationis: sed quandoque expectant digestionem,] quoniam c [est prohibitum in eis balneum: balneũ enim facit descendere phlegma indigestũ propter illud quod] effunditur ad locum putredinis, & permiscet humorem d [malum] cum putrido, & resoluit subtile, & facit remanere spissum. Et quòd cibatio omni die iterum, aut propè cibationem, est ex eis, quæ illis nocent: imò oportet ut cibentur uno die, & alio die non. & sit in cibis eorum quod abstergat, & calefaciat parum. Et ut sit cibatio in principiis ægritudinis e [spissior] quàm sit in principiis purę; deinde gradatim perueniat ad subtiliationem f [fortem, sicut est subtiliatio tertianę.] Et ut sit infrigidatio minor. et ut clysterizetur in principio clysteribus acutioribus. Et ut expectetur digestio g † [ ] in solutione ventris eorum h [plus.] et ut sint in aqua hordei eorũ uirtutes digestiuæ, & solutiuę, sicut est illud, quod diximus in eo, in cuius stomacho acetat aqua hordei, imò fortiores quam in illo. Fortasse enim necesse est ut decoquantur in ea hyssopus, & origanum & calamenthum, & spica secũdum complexionem, & i [sicla] iuuatiua est eis Et permisti o aquæ ciceris cum aqua hordei, & in fine eius k [cicer est iuuatiuum] eis, et oportet, ut consideretur propinquitas non purę ad puram, & elongatio eius ab ea, & secundum illud diuersificetur inter curã eius, & curã puræ. quòd si fuerit ualde propinqua puræ: tunc diuersifica inter eas diuersificatione parua. Et quum uideris urinas eorum grossas, tunc phlebotoma. et quum phlebotomaueris, non indigebis clysteri. et scias, quod non est res magis iuuans eos, quàm uomitus post cibum. et de solutiuis in principiis eius, quæ sunt propinquiora ęqualitati, est aqua algeleniabin decocti; & syrupus acetosus. Et fortasse ponemus in ea casiã fistulã. Et fortius illo est, ut ponas in ea uirtutẽ turbit. et clysteria in principio sunt magis dilecta quã solutiua alia, & sunt clysteria in quib. est uirtus alhascech, & chamæmillę, & siclæ; & cartami, & uiolarum, & sebesten & ficus & odor turbit. et l [ex eis est] casia fistula & oleũ sisaminũ, & † nitrum, & fortasse indigetur: m [uno] istorum secundum elõgationem febris a pura. Adiuuantia autem ad digestionem sunt sicut syrupus acetosus permistus cum aliquãto de algeniabin. aut syrupus acetosus de radicib. & post septimum sicut decoctio absinthii est. n. iuuatiua subtiliatiua materiei, & confortatiua stomachi. et similiter aqua fęniculi, & aqua apii cum syrupo acetoso, et si pertransit xiiii. tunc non est malum dare in potu trochiscos rosf. minores. Si autem ægritudo prolongatur, non inuenimus excusationem, quin dicemus ea quæ sunt sicut trochisci de eupatorio, & decoctio eius. Et calefactio partium hypochõdriorum est huius generatis et emplastratio mirach eorum iterum cum eis, quę digerunt, & maturãt, & mollificant tensionem quum uenerit illic. Quum ergo scieris, quòd digestio iam aduenit, tunc euacua, & prouoca, & non cures. et de euacuationibus bonis eis est, ut sumantur hieræ picræ drac. v. succi n [lactucę,] & eupatorii amborum. an. drach. iii. seminis apii, myrobal. citri. kebulorum an. drach. v. turbit. drach. vii. fiãt pilulæ ex eis cum aqua apij, & sit dosis eius drach. ij. Et de illis est decoctio bona inuentione nostra Recipe eupatorij absinthij, myrobal. kebulorum an. drach. v. seminis melonis, semi. cucumeris, & o [citrul.] se. apii p [polypodii] suchaha, bedeoard omnium. an. drach. x. turbit. drach. j. casiæ fist. drach. vi. passularum enucleatarum. drach. xx. ficuum. x. numero, sebesten numero. xxx. geleniabin facit cum rosf. persicis põdus drach. xv. decoquantur omnia secundum q [descriptionem huius.] Et sumatur de ea cadus magnus. in qua posita sit siliqua i. scammoneæ. Et fortasse necessaria est medicina fortis uno modo, & debilis alio modo: eius verò fortitudo est secundum hoc, quòd ipsa euacuat humorem viscosum, sed ipsius debilitas est secundum hoc, quod ipsa non euacuat plurimũ vice una, imò possibile est vt fiat gradatio ĩ ea, quare euacuet humorem, cuius euacuatio est necessaria multis uicibus, vt non destruat uirtutẽ. Et hęc medicina est quæ potest r [subtiliare, & aggregare,] & soluat parum eius & soluat plurimum eius, sed parum, parum ex malo & plurimum plurimum ex malo. De decoctionibus uerò parum fortasse non facit aliquid. et huiusmodi quidem medicina est, vt sumatur turbith quantitas. drach. s. & plus, secundum necessitatem, & scammoneæ propriè altusugi i. aut supra id, & conficiantur cum geleniabin prædicto, & bibatur. Aut sumatur de agarico, & scammonea secundum hanc compositionẽ & conficiatur cum geleniabin prædicto, & bibatur. Aut ponatur in succo rosarum recentium, cuius quantitas sit. unc. i. & bibatur. Aut in syrupo rosf. & bibatur.

ANNO-

a † B. Alia litera a curatione tertianæ puræ.
b B. quod licentia in balneo q̃ conceditur habentib. tertianã puram absque h c ꝙ expectetur digestio, & non expectetur plurimum declinationis si expectetur digestio, est in eis illicita uel prohibita. Alia litera. f ꝙ licentia in balneo quæ quãdoque conceditur habentibus tertianam purã absque ꝙ expectetur digestio, aut absque ꝙ expectetur plurimum declinationis, si expectatur declinatio ẽ eis illicita.
Alia litera scilicet ꝙ licentia cũ qua quãdoque conceditur habenti tertianam puram, ꝙ non expectet declinationem in administratione balnei si expectat digestionem est eis illicita uel prohibita.
Alia litera. f. ꝙ licentia in balneo quæ cõceditur habentibus tertianam puram absque hoc ꝙ expectetur digestio & absque hoc ꝙ expectent plurimum declinationis si expectatur digestio est eis illicita uel prohibita.

c B balneũm permiscet phlegma indigestum cũ eo quod. Alia litera.
d ——B.
e B. grossior.
f B. Alia litera. supra subtiliationem tertianæ. Et subtiliatio eius in ea in principiis sit cum fame eius plusquam subtiliatio cum cibo subtili ualde.
g † B. plus.
h B. forti.
i B. bli is.
K B. aqua ciceris est iuuatiua.
l B. in eis sit.
† baurach.
m B. acutior.
n B. absinthii.
o B. alcheta &.
p ——B.
q B. ꝙ decoqui solent huiusmodi decoctiones.
r B. partiatur in pluribus uicib. & aggregetur.

ANNOTATIONES.

Adi Galenum 1. ad Glauc. Paulum lib. 2. Aetium lib. 5. Trallianum lib. 12. locis in superiori capite citatis. Vnum hic animaduersione dignum est, quum author noster ait [Et post septimum sit decoctio absinthij &c.] Nempe absinthij decoctum post septimam, hoc est apparente coctione in non puris tertianis exhibet. At Gal. 1. ad Glauc. id praesidij genus in puris commedat. Sanè Trallianus uir diligentissimus, de Gal. admiratur, qui adeo indistinctè scripserit, vt exquisita tertiana correptis absinthij dilutum a septimo die propinandum dicat. Atque is non in exquisitis sed nothis potius tertianis id exhibuisse testatur admisto oxymelitis momento. Caeterum ut pro Galeno dicamus, absinthio ut Dioscor. libro tertio, Galenus 6. de simpl. med. fac. & Paulus lib. 7. uis inest, vt biliosos e uentriculo humores per aluum & urinas ducat. quare concocta iam bile non alio praesidio est opus, quàm quod expurget. absinthium ergo commodum praesidium est, praesertim verò quòd ui sui astrictoria ventri robur conciliat. quamuis igitur acredinis ratione febrilem calorem sic citatemve accidere huius usus posset, non tamen si semel eius dilutum exhibeas, quicquam laedes, laederet autem usus frequentior. Probe ergo post septimum diem, hoc est apparente coctione absinthium Galenus ueluti expurgatorium medicamentum semel offert (neque enim saepius utendum docet.) Trallianus uerò frequentem eius vsum damnat, ubi febris exquisita tertiana est. quum in nothis alioqui & is & Auic. recte exhibeant.

cap. 9.

cap. 23.

De febre causon, & est illa, quae nominantur faricos.
Cap. 41.

CAuson est secũdum duos modos: aut enim causon est cholerica, & est causa in ea multitudo putredinis: aut intra uenas corporis totius: aut in venis quę sequuntur partes cordis propriè. aut in uenis partium oris stomachi: aut in hepate: Aut phlegmatica, & fit ex phlegmate salso, putrefasto in uenis, quae sequuntur partes cordis, sicut dixit Hippo. in epidemia. et non fit phlegma salsum, sicut sciuisti, nisi ex aquositate phlegmatis cum cholera acuta. Est ergo cholera quae putresit [a] [aquositas] permista aquositati plurimae. Et quoniam causon uehementiora habet accidentia, quàm tertiana, oportet ut sit breuioris spatii quàm ipsa. et senibus quidem parum accidũt febres causonides, & quum accidunt eis, pereunt, quoniam non fiunt in eis nisi a causa ualde forti, Amplius eorum virtutes sunt debiles: in iuuenibus autem, & pueris plurimum accidunt, & est in infantibus leuior propter humiditatem eorum, Et quandoque est in eis cum profundatione somni, propter eleuationem uaporum ad caput. Et Hippo. quidem dixit, quòd si alicui accidit in febre causon tremor, tunc permistio mentis resoluit ab eo tremorem. Et [b] [est simile] ut sit illud quoniam cerebrum calefit ualde, & calefiunt nerui, & est [c] [simile] ut sit causon, & sit permistio mentis, & resoluatur ab eo per tremorem, propter expulsionem materierum ad neruos. Et plurimum quidem consumitur cũ uomitu, & solutione ventris, aut sudore, aut fluxu sanguinis narium.

a B. ignea cirulenta.

b B. uidetur.

c B. uerisimile.

ANNOTATIONES.

Videtur nonnunquam ardentis febris nomen de quauis magna febre dici: quandoque etiam pro tertiana continua usurpari: proprie tamen causus seu ardens febris intelligitur, quae vt in finitionibus med. scribitur, cum inflammatione multa fit, nullamque corpori requiem praebet, linguam assiccat, denigrat, frigidae desiderium affert. atque ut author libri de affectionib. in qua febris detinet, & sitis fortis, & lingua aspera ac nigra fit a spiritus caliditate. & color subbiliosus fit, & sputa biliosa. Et eger extrinsecus quidem frigidus fit, intrinsecus uerò vade calidus. atque vt Gal. ait 4. de rat. uict. in ac. quum & corporis incendiũ, & praeterea sitis quoque incompescibilis hominem affligit. De hac ardente febre hoc in loco agitur. Haec autem authore Gal. 4. de rat. uict. in ac. altera exquisita est, altera non exquisita ex bile intra uenas cordi propinquas putrescente, & coniuncta magna illa habet symptomata, de quibus dictum est. Non exquisita verò ex salsa pituita est, de qua Hip. 4. de ra. uic. in ac. in hac autem symptomatum magnitudo remittitur. De utraque plura habes ex Hipp. 4. de rat. vict. in ac. & ex Gal. ibidem. Habes item de ardente quadã febri maligna 2. de vulgarib. morb. sect. prima plura. Pro harũ uerò curatione uide Paulum lib. 2. Aetiũ libr. 5. Trallianum lib. 12.

Com. 1.

Com. 13.

Tex. 13.

Text. 62. & deinceps.

cap. 30.

cap. 78.

Signa. Cap. 42.

SIgna eius sunt inseparabilitas, & occultatio [a] [temporum] & vehementia accidentiũ ex asperitate linguae, & ex citrinitate eius in primis, & ex nigredine eius secundo. Et ex retẽtione sudoris nisi apud crisim. Et vehementia sitis. [b] [Inquit Hipp.] nisi accidat tussis parua, [c] [tussis namque est accidentalis: sedat [d] [ergo illa] sitim. [e] † [ ] uidetur, ut sit vehementia sitis eorum propter causam pulmonis, ergo quum mouetur tussis parua, humectatur per id quod currit ad ipsum ex carne molli. Et caliditas in causone quidem secundum plurimum non est ita fortis in exterioribus, sicut fortitudo eius in interioribus, Et est confractio in ea leuior, quàm in aliis. Et in facta quidem ex cholera fortia fiunt accidentia mala ex uigiliis & inquietudine, & adustione, & permistione mentis, & fluxu sanguinis narium, & dolore capitis, & pulsatione temporum, & profunditate oculorum, & solutione uentris cũ cholera pura, & casu appetitus, & quando accidit infantibus, abhorrent mammillam, & non recipiunt eam, & corrumpitur illud quod sugitur de lacte & acetat.

a B. teporis.

b —— B.

c B. quę

d —— B.

e † B. sicut dixit Hipp.

Cura causonidis. Cap. 43.

EST cura tertianae purae. Et quum indigent euacuatione sicut cum illis quae dicta sunt, tunc festinatio est melior. Complementum uerò est apud digestionem. Et non phlebotometur: fortasse enim inflammabit eos, & fortasse iuuabit eos. si fuerit illic turbiditas, [a] † [ ] rubedo. Verùm indigent subtiliatione, & [b] [regimine] uehementiore, & infrigidatione actu eius, quod quod ipsi sumũt. Et quum times casum uirtutis

est

a † B. aquae.

b B. infrigidatione.

est necessarium cibare eos, quamuis non appetant, & proprie in eo, ex quo resoluitur res plurima, multoties.n. aduenit eis bolismus ꝑpter priuationem sensus, & indigent lenificatione in principio fortiori, & curationibus febris acutæ prædictis, secundum omnes c [species] narratas. Et quandoque conueniens est, ut dormiant apud teporem paruum febris super aquam tamarindorum. Et quandoque ponitur in ea parum camphoræ. & diligitur eius syrupus acetosus, aut emulsio seminis portulacæ, aut emulsio seminis endiuiæ, & d [melon alkin est bonus ualde, & sit contentus] potatione aquæ frigidæ secundum quod diximus illud. Si e [autẽ] non fuerit quod prohibeat, detur in potu de ea etiam usque ad f [satietatem.] & fortasse aduenit eis permistio mentis, & obliuiscuntur petere aquam; quare oportet, ut sorbeant de ea g † [ ] paulatim sorbitiones plurimas, & proprie in eo, cuius linguam uides siccam. & cura accidẽtia eius superflua cũ eis, quæ diximus in capitulis suis. Et oportet, ut caueatur in eis timor apud eos & oportet ut obseruetur anhelitus eorum, & non dimittas partes pectoris spasmari. Et oportet ut obserues capita eorum cum aceto, & oleo ros. & sandalis, & aqua ros. & camphora, & his similib. & embroches cum decoctionibus, in quib. decocta sunt ea, quæ diximus, & quando fortes sunt in eis vigiliæ, tunc cura eos. & non est malum, ut in potu des syrupum de papauere etiam, & si sit de nigro, in huiusmodi dispositione. & in fine eius da in potu trochiscos, qui conueniunt eis, sicut sunt trochisci de camphora, & in illa hora conuenit eis syrupus acetosus cum emulsione seminis cucumeris, & seminis endiuiæ, & seminis portulacæ, de unoquoque eorum sit põdus drach. xxv. usque ad xxxv. secundum quod uidetur. & si fuerit illic uentris solutio, tunc dentur trochisci de spodio cõstrictiui. Trochisci boni. Recipe spodij ro. an. drac. ii. s. croci sextam drac. i. seminis portulacæ, seminis endiuiæ an. drac. iii. seminis cucurbitæ, seminis cucumeris an. drac. ii. sandalorum drac. i. s succi liquiritiæ, amyli an. drac. i. camphoræ sextam drac. i. s. & dosis eius sit drach. h [j.] & iterum ros. drac. iiij. se. melonis, i [citruli, cucumeris,] & portulacæ omnium an. drach. ii. croci tertiam drac. i. camphoræ sectam drac. j. gummi, amyli, dragacanthi, succi liquiritiæ an. drac. i. dosis eius drac. ij. & quum declinat ægritudo manifestè, tunc non est malum uti balneo, cuius aqua declinat ad frigus. & illi, in quibus magis diligitur balneum ex eis, sunt quorum febris est ex phlegmate salso.

c B. vias.
d B. batech alzechi est eis bona ualde. Et cõsideret in.
e —— B.
f B. infrigidatio nem uehementem.
g † B. qualibet hora.
h B. Alia litera. ii.
i B. alchaiar & alcheta.

De febre sanguinis, *Cap.* 44.

Opinatus est Gal. quòd nõ fit febris sanguinis a putredine sanguinis. Nam sanguis quum putrefit, fit cholera, & non est sanguis: fit ergo tunc febris cholerica, non sanguinea, & fit causon prædictus a [& tertiana, & cura eam cũ illa cura. Hic verò sermo eius est cõtrarius sermoni Hipp. & contrarius ei, qđ est conueniens: & plurimum quidem erroris eius est in sermone eius: quando putrefit sanguis, fit cholera: iste enim sermo facit opinari duas intentiones, quarũ una est, ꝙ quando putrefit peruenit ad hoc, ut fiat post putredinem, cholera: b † [ ] & secunda, quòd quando putrefit, c [tunc fit] cholera: sicut dicitur ꝙ lignum quando calefit, fit cinis. Consideremus itaq; in vnamquamq; duarum propositionum. Intellectus uerò primus est corruptæ acceptionis tribus modis: quorum primus est, ꝙ sanguis quando putrefit conuertitur subtile eius ad cholerã malam, & spissum eius ad melancholiam, non ergo cum totalitate sua fit cholera. & secundus est, ꝙ illud fit post putredinem, & nostra consideratio est in dispositione putredinis. Et tertius est, quoniam post illud fit cholera, & non scimus, an in ea sit putredo, an non: nam plurimæ res putrefiunt, & separatur ex eis subtile, & spissum, & nõ est in spisso, neq; in subtili putredo: quoniam non est necessarium, vt sit putridum id, qđ generatur a putrido: fit. n. ex putredine, qđ non est putridum. Et si generatio eius a putredine faceret putredinem eius necessariam, oporteret vt esset spissum cinerulentum iterum putridum. esset ergo illis febris melancholica iterum: hoc ergo est illud, quod facit esse necessarium expositio eius, quod prius ĩtellectum est. Qđ verò intelligitur secundò, est mendacium. d † [ ] quoniam putredo est via corruptionis. Et putredo quidem e [† non] hẽt tẽpus. Et conuersio sanguinis in choleram non fit f [nisi] in tpe. Et putredo quidem est corruptio accidens sanguini g [et] est sanguis: sicut accidit phlegmati, et est phlegma, et non fit cholera, neque melancholia, nisi conuertatur post illud cũ complemento putredinis. Verùm veritas sana est sermo Hipp. ꝙ ex sanguinis putredine generatur febris. Dicamus ergo nunc, quòd febris sanguinis est febris putredinis, et febris calefactionis, et ebullitionis, quã nominauit Hipp. synochum cõclusum h [sine aliis.] Et plurimum ebullitionis eius est ex oppilatione suffocante caliditatem. Et quãdoq; fit a causis aliis, quæ vehementes fiunt supra uehemẽtiam febris ephemeræ et i [nominatur profundi somni, fortis.] Et est de summa febrium, quæ sunt inter febres putredinis. et febres ephemeras: quæ differunt a febrib. ephemeris, propterea quòd calefactum primum in ea est humor, et differt a febrib. putredinis, quoniam non est ei putredo. Et est febris acuta, non febris ephemera, neque febris hectica, neque febris putredinis. Et multoties quidem permutatur ad febrem putredinis, aut febrem hecticam. Et multoties quidem facit eam currere Gal. cursu febrium diei. Et uidetur Galeno, ꝙ febris sanguinis non componitur cum reliquis febribus, quoniam putredo in sanguine est communis omni humori; & in hoc est contradictio quibusdam intentionib. suis, in quo non est necesse prolongare sermonem, quoniam non iuuatur cum eo medicus. Et causa quidem huius febris est repletio, & oppilatio, & k [multitudo exercitij, et proprie nõ consueti:] et dimissio euacuationis: deinde usus exercitij laboriosi, & quandoque facit putredinem in eo multam aquositas sanguinis, ex comestione fructuum aquosorum, quare conuertitur ad putredinem, et multitudo humoris

a B. aut
b † B sicut dicitur, lignum quãdo inflãmatur, efficitur cinis.
c B. fit in dispositione qua ipse putrefit.
d † B. purum.
e —— B.
† Affirmatiue legit Zimara in tab. in dict. putrefactio.
f —— B.
g B. dum.
h B. non alias Alia litera. & non sunt aliæ
i B. quandoque nominantur in consiue fortes.
K B. plurimum eius est ex exercitio ꝑprie nõ consueto. Alia litera. plurimum eius est ex dimissione exercitij ꝑprie consueti.

moris crudi in eo est propinqua, quare præparat ipsum ad putredinem: sicut qui generatur ex cucumere, & alkethed, & piris, & similibus: Et hæc quidem febris est continua, quæ non tepescit propter continuitatem materiei, & eius adhærentiam vsque ad crisim, aut mortem. Et eius species sunt tres, quarum saluior est [l] [epaugmaticus] incipiens cum difficultate, & nō cessat diminui, quoniam resolutio in eo est maior quam putrefactio. Deinde est homotonus: & fortasse similatur vij. diebus. & nequior corū est augmasticus, quoniam resolutio in eo est minor quam putrefactio. & eius crisis est vsque ad septimum secundum plurimum, & eius consumptio est cum euacuatione, aut sensata, aut insensata. Et quandoque permutatur ad causonidem; & ad sirsen, et quandoque permutatur cum infrigidatione plurima ad lethargiam, et quandoque permutatur ad variolas, et morbillum. Et quandoque accidit in ea [m] [profunditas somni] et inflatio uentris, ex qua peruenit, sicut uox tympani, & non deponit eam uentris solutio cum [n] [rarificatione.] Et quando solutio uentris, non ualet, deinde egreditur asaf uiridis lata, propriè est de signis mortis.

l B. Alia litera peraumasticus.

m B. uentositas.

n B. inquetudine.

ANNOTATIONES.

Magna hic inter Auicennam & Galenum quæstio est, num ex sanguine, febris putrida eueniat. Galenus passim, & 2. de diff. feb. & 2. de crisib. tria tantum putridarum febrium genera esse ait, biliosarum, pituitosarum, melancholicarum. Cuius rei rationem reddit 2. de crisib. & et 2. de feb. diff. nempe, dum putrescit sanguis, quod tenue est, in bilem, & quod crassum, in atrum humorem ait degenerare, dulce enim ut idem ait 2. facult. nat. quum superaßatur, tenuius fit & amarum redditur. Ita etiā quod crassum, multo fit crassius & siccius. Contra tamen Galeni sententiam Auicennas hoc in loco ex proposito pugnat, sequiturq; huius institutum & Auerroes 3. Coll. Profectò magna hæc quæstio est, in qua docti pleriq; laborarunt: Paucis tamen dari ex sanguine putridam febrē, præterquam quod ualidißimis rationib. hic author probat, uel ex Galeni ipsius uerbis elicitur, qui & 2. de diff. feb. putrescere nonnunquam sanguinem in aliqua parte corporis ait fieriq; ex hoc simpliciorem febrem quam in alijs. & 9. meth. de synocho non putrida agens, quam ex inflammato sanguine oriri putat, nisi succurratur, fieri aßerit synochum putridam. ex quib. certè assentiri Galenum Auicennæ necesse est. At cur ergo rogabit quispiam, hic author Galenum carpit, si modo eiusdem est uterq; sententiæ? Ob id opinor, quòd sicuti de alijs putridis febribus & signa & curationes Gal. aperte & ex proposito tradiderat: ita de putrida sanguinea planè non egerit. id quod profectò Galenum ambiguum fuisse significat, sicuti & Auerroes 3. Coll. extitiße eum putat. Non ignoramus etiam sanguinem, ubi putrescit, ex propria natura in ichorem degenerare, bili aut flauæ, aut atræ similem (quòd enim alioqui in bilem uel atrum humorem naturalem a putrido calore fiat, res est, de qua licet dubitare.) unde & morbi qui ex eiusmodi procreantur sanguine, tertianarum ferè periodos seruare solent, quo pacto etiam pleuritides ex sanguine per tertias solent exacerbari. At uerò, quod ob id de sanguinea ea febre fuerit silendum, quoniam propriam periodum non habeat, non uidetur rationi consentaneum. curatio namque sicuti & cognitio eadem non est, quæ biliosarum febrium, & quum in his Gal. 9. meth. sanguinem ad animi vsque deliquium in laborante seruo duxerit, in biliosis tamē neque etiam de sanguinis eductione quicquam meminit. Adde item, quòd ubi putrescit sanguis, et si tenuior eius portio in bilem euadat, non in solam tamen bilem totus, sed in atrum quoque humorem crassior eius pars conuertitur. Non temere ergo hic author de putrida sanguinea ex proposito uerba facit, & eam quę fuisse uidetur, Galeni sententiam diluit. Cæterum quæret hoc in loco aliquis. Si hæc putrida ex sanguine febris datur, qualisne est: continua, an intermittens? Existimant nonnulli; magni sanè nominis uiri, & intermittentem dari & continuam, intermittentem quidem, quum sanguis extra uenas erumpens inflammationem facit & putrescit: continuam uero, ubi intra uasa putrescit. Verum hi, quum diariam febrem pro putrida perperam agnoscant, propriam etiam synochæ uocem uidentur confundere: quæ quidem uox, si continuam significat, non intermittentem dicit. Sed magna hic rursum in Auicennæ uerbis emergit dubitatio, quum aduersum Galenum disserens ait, [Et putredo quidem non habet tempus &c.] nempe putredinem non habere ait tempus. i. non fieri in tempore. At mirum hoc uidetur, quum philosophorum omnium testimonio nulla forma in non tempore inducatur, sed præuiæ unicuique generationi, & corruptioni dispositiones sint opus. Verum, quod ad hanc dubitationem pertinet, tametsi uidemus alios alia hoc in loco commentari: pro certo tamen ipsi habemus deprauatum esse codicem, adiectamq; temere esse negationem, & affirmatiue legendum [Et putredo quidem habet tempus] id quod & doctissimus M. Antonius Zimara animaduertit. in tabula in dict. putrefactio.

cap. 8. cap. 6. & 9. cap. 12. cap. 9. Cap. ultim. cap. 8. cap. 9. cap. 4. cap 4.

Signa. *Cap. 45.*

Signa febris sanguineæ sunt adhærētia febris Et rubedo faciei, & oculorū, & inflatio uenarum, & temporum, & repletio completa absq; rigore. Et nō est sudor nisi apud crisim: et multoties associatur ei pruritus in naso, & in loco [a] [colli, in quo ponūtur] ventosę, & constrictio in anhelitu. Et multoties accidit eis profunditas somni, & difficultas sermonis, & est malum. Et similiter apostema gutturis, & duarū amygdalarum, & vuę. Et cursus lachrymarum. & caliditas eius est plurima [b] [propter humiditatē vaporosam, & lacunalem non exsiccatam,] sicut in causonide, & pulsus eius est magnus, leuis [c] † [ ] plenus, velox, frequens valde, diuersus non plurimę diuersitatis, & est minoris diuersitatis, & uelocitatis quam in causonide. [d] † [ ] Et non est caliditas eius in termino causonidis, & tertianæ fortis, & illius quæ ex ea est a putredine caliditas, & accidentia sunt uehementiora, & cura eius est difficilior, & magis similis eum causonide. At verò subtilitas, sanguinis & grossitudo cognoscuntur propter illud, quod egreditur de eo. Et synocha feruida est res magis similis in principio sui febri ephemerę: uerum caliditas eius est paruæ mordicationis, & lesionis, & inuenit ex ea inflammationem, & dispnęam, & est plurimum impressionis eius propè cor. Putrida verò est æqualis, & similis æquali secundum plurimum. Signa autem permutationis eius sunt cuiusque eorum ad quod permutatur, ut prefocationis, & apostematum gutturis, & duarum amygdalarum: & tu iam sciuisti ea, & signa variolarū scies: & signa sirsen, & doloris capitis, & per-

a B ubi fam[...] sitæ fuerint.

b B. humidit[...] porosā [...] caliditati [...] non non sicca[...]

c † B. fortis.

d † n & in[...] tiana.

et permistionis mētis, et aliorum iam sciuisti. Signa uerò longitudinis eius, sicut iam sciuisti, sunt ex postpositione signorum digestionis, et tornatilitate faciei, et diuersitate dispositionis eius in spatio suo ex additione, et statione, et diminutione, ita ut sit quasi ipsa sit tepida. Illud enim significat, quòd sanguis est plenus humore crudo. Spatium uero crisis eius significant apparitio signorum digestionis: quę si tardatur usque post tertium, et quartum, non fit crisis in septimo. et multoties quidem fit crisis eius in quarto.

ANNOTATIONES.

1 *Signa uerò longitudinis &c.] Longitudinem synochæ febris ex tarditate coctionis, & faciei extenuatione significari, ait. At contra in superioribus, quum de significationibus accidentium febrium ageret, ex celeri faciei attenuatione celerem quoque morbi motum significari docuit, id quod & Hipp. 2. aph. Euidens profectò contradictio est. putamus autem, quamuis de sola hic longitudine morbi uerba faciat, simul tamen etiam breuitatem intelligi. quasi dicat longitudinem & breuitatem synochæ febris ex postpositione signorum coctionis & faciei demacratione, ac cęteris ijs dignosci: hoc est, uel ex his, uel ex eorum contrarijs, ut, sicuti signorum coctionis & demacrationis tarditas prolixitatem, ita celeritas celeritatem significet.*

Cap. 5. Apho. 28.

Cura febris sanguinis. *Cap.* 45.

INtentio in curatione febris sanguinis est euacuatio plurimi usque ad syncopim. et ingrossatio substantiæ sanguinis, si fuerit subtilis ualde, aquosus, et cholericus. Et infrigidatio eius, et mundificatio, et subtiliatio ipsius si fuerit grossus, et sumpserit æger prius generatiua sanguinis grossi, et generatiua humoris crudi. Et digestio materiei facientis febrem et eius resolutio. Euacuatio autem non est aliqua sicut phlebotomia ex manu, in quacunque hora accidat, et non expectatur crisis, neque digestio, nisi sit repletio nauseatiua: tunc enim caue eā, et remoue ipsam. Quod si febris perseuerauerit, tunc phlebotoma, et non cesses phlebotomare, donec ęger appropinquat syncopi, aut cadat in syncopim, si corpus fuerit forte: Syncopis nanque infrigidat cōplexionem fortē. Et scias quod phlebotomia, et sumere in potu aquam frigidam quandoque excusant [a] [ab infrigidatione alia,] et partitio quidem in ea est melior, si non fuerit quòd necessariam faciat festinationem, nam fortasse erit. in ea, quæ est infra appropinquationem syncopis, ultimatio [b] † [ ] et fortasse sequetur phlebotomiam ultimam statim fluxus uentris cholericus, & sudor, quem oportet omni hora abstergere [c] [donec continuetur,] fortasse enim saluabitur cum eo, et succurratur ei quod accidit de debilitate, & syncopi cū cibo subtili, & quiete. et oportet, ut [d] [præmittatur] lenificatio naturæ cum illis, quæ sciuntur de illis, quæ sūt sicut duorum granatorum aquę .s. dulcis, & muzi usque ad [e] [terminum] [f] [et] siracost, et tamarindi, et collyria leuia, de quibus diximus, et quandoque est necessarium apud digestionem euacuare cum eis, quæ sunt sicut myrobal. et fumus terrę, et casia fist. et his similia de illis, quæ sciuisti. Quòd si dispositio non tolerat phlebotomiam in manu, phlebotometur uena, quæ est [g] [in cornu] frontis, aut ponātur ventosę. Si aūt non præparatur aliquid eorū, et hoc propter accidens quod prohibet, tunc fac solutionem uentris secundum modum, qui est in causonide. Et [h] [regimen] sit cum eis, quæ aperiunt, et incidunt, sedant ebullitionem, et si acciderit ex phlebotomia syncopis, ciba eum pane, et aqua agrestę. Quòd si accidat fluxus sanguinis nariū per se, non abscindatur nisi quum appropinquauerit syncopis. Sāguinis verò ingrossatio fiat cū eis, quę sunt sicut rob iuiubarū, et est, vt decoquātur .c. iuiubę cū lib. v. aquæ, donec remaneat tertia, et inspissetur cum zuccaro, & quanto plus minoratur zuccarum, tāto est melius. et lentes iterum propriè præparatæ cum acetoso, forti, sunt huius generis. Et caue. ne des in potu rob iuiubarū, aut corpus lentium, materia existente grossa. Eius uerò infrigidatio fit cum eis, quæ sunt sicut aqua lentium infrigidata, & aqua lactucæ infrigidata, & sumere in potu aquam frigidā, si non fuerit quod prohibeat, & fortasse sumitur in potu, donec tremere faciat, & [i] [satiet ;] forsitan enim sanat eum. Et quandoque permutatur febris ad phlegmaticam, & curatur cum trochiscis de rosis, & similibus. Et hęc quidem cura est quorundam antiquorum, & sequuti sunt eam quidam modernorum. Dare autem in potu aquam hordei, est curatio conferens ei, sed cum lenitate naturæ. et melior horarum ad hoc: est hora uehementis ebullitionis & angustiæ, & inflammationis, & frequentiæ [k] [pulsus cordis.] et scias, quòd esse contentum infrigidatione, & dimittere phlebotomiam, & uentris solutionē addit in oppilatione, & coarctatione, quare additur putredo & caliditas in [l] [reliqua] dispositione. Mundificatio enim fiat [m] [cum eis, quæ sunt sicut soluentia choleram, secundum responsionem necessitatis] uirtutis, & debilitatis, cum digerentibus humorem crudum. quoniam fortasse ipse est causa in putrefactione sanguinis. Et in fine eius da ei in potu, quæ sunt sicut trochisci de camphora, & trochisci de spodio, & isti etiam trochisci sunt boni. Recipe spodii. drach. iii seminis portulacę. drach. v. seminis cucumeris. drach. iiii. seminis cucurbitæ. drach. vj. gummi, & dragacanthi, & amyli omnium ana drach. iii. succi liquiritiæ pondus. drach. vij. fiant ex eis trochisci. Descriptio alia, & propriè apud debilitatem hepatis. Recipe rosarum. drach. iii. succi berberis. drach. ij. seminis cucumeris, & melonis & [n] [citruli,] & portulacę, & spodii omnium ana pondus. drach. j. gummi, & dragacanthi, & amyli omnium ana. drach. s. raued sceni, & croci, & camphoræ omnium an. pondus quartæ. drach. j. fiant trochisci. Cibi uerò. sint illi, qui fiunt ex iuiubis, & illi qui fiunt ex lentibus cum aceto, & granatis, et sumach. et si sit aliquid eorum, constrictio cuius timeatur, frangatur cum siracost, et prunis, et cum [o] [eo] qui fit de cucurbita, et cum [p] [herba acetosa.]et eius fructus sit pira de sceni, et granata. et mala de sceni. Et eius olera, sint [q] [cucumeres] et cucurbitæ

[a] B. regimine alio.
[b] † B. in curatione.
[c] B. ita ꝙ abstersio successiue fiat, vel abstersio continue succedat sudori.
[d] B. continuetur.
[e] B. Alia litera. eminam.
Alia litera.
[f] —— B.
[g] B. inter duo.
[h] B. infrigidatio.
[i] B. infrigidet vehementer.
[k] B. casachan.
[l] B. secunda.
[m] B. secundum diuersitatē exigentis.
[n] B. alchetha i. cucumeris sanguinalis.
[o] B. cibo.
[p] B. cibo qui fit ex succo limonum vel ex acetositate citri vel arantiorum.
[q] B. & alchetha i. cucumer sanguinalis.

cucurbitæ,& alkhethed,& endiuia, & olus benedictum,& acetosa, & coriandrum, & quæ sunt eis similia. Et si accidat dolor capitis, aut pulsus cordis,aut vigiliæ, aut profunditas, aut fluxus sanguinis narium superfluus, destruens virtutem,& alia de accidentibus suis,cura cum eis, quæ docuimus te in loco suo.

ANNOTATIONES.

Si ex sanguine febris dependeat,mittendum ait sanguinem,vbi.s.multitudine peccet,ad animi deliquium. Id seipsum egiße Gal.scriptum reliquit.8. meth. Aduersatur tamen hac in re Galeno Auerroes,7.Coll.neque unquam mitti ad animi vsque deliquium sanguinem,consentit. Verùm egimus & de hac re lib.1.vt hic frustra eadem non sint repetenda.

Cap.5.
Cap.8.

De febre phlegmatica. Cap. 47.

SCiuisti,quod febris putredinis phlegmaticis quandoque est paroxysmalis,& quandoque est inseparabilis, & sciuisti causam in hoc. Et sunt ei horæ sicut reliquis febrib.& minor horarum sui principij secundum plurimum est. xviij. dierum,& eius eradicatio in pluribus est a[intra.lxiiii. dies. Et saluior earum est illa, quæ est mundorum b[temporum.] & præcipue illa,quæ est multi sudoris: significat enim subtilitatem materiei,& paucitatem eius, & raritatem corporis. Lõgior ergo partium huius ægritudinis.est augmentum: quamuis eius declinatio iterum sit longior declinatione tertianę plurimum. Et phlegma quidem putridũ quandoque est vitreum, & quandoque est acetosum,& quandoque est dulce, & quandoque est salsum,& tu iam sciuisti quomodo ex salso fit causon.Et plurimum quidem accidit febris phlegmatica humidis,& c[quietis,] & senibus & infantibus,& patientibus nauseatiuam satietatem, & exercitantibus & balneantibus se super repletionem, & habentibus eructationẽ acetosam,& habentibus repletionem,& patientibus catarrhum, & descensum humoris ad stomachum,qui putrefit in eo.Et parum quidẽ euacuatur a lęsione in ore stomachi. et scias quòd cum omni febre,cum qua est frigus, constringitur pulsus,& minoratur.

a B.inter.xl. & lx.
b B. teporum.
c B. ociose uiuentibus.

ANNOTATIONES.

Febrium quæ a putrescente pituita fiunt,non una est species neque differentia, sed plures pro loci,temporis, & symptomatum ratione, ut Mesues ait, præsertim uerò pro materiæ uarietate uarię earum species fiunt. Sanè pituitę species libro primo fusius author noster recensuit:breuibus tamen,quod ad hunc locum facit,pituita uel est naturalis uel non naturalis.naturalis insipida est, neque tenuissima, neque crassissima.non naturalis uerò quæcunque ab hac,substantia uel qualitatibus recedit. estque acida, dulcis,acris,salsa,uel crassior aut tenuior.adde etiam,quæcunque cum alijs humoribus immista est. Vbi naturalis pituita putrescit,arbitramur exquisitam quotidianam gigni, ex cæteris uerò quibusuis,non exquisitam.uocanturque in uniuersum febres omnes a pituita quotidianæ,quòd singulis diebus exacerbentur,quamuis a salsa pituita etiam causus fiat & ardens febris, quæ pituitæ nomen non uidetur suscipere,de qua supra est actum. sicuti uerò quotidianarũ formæ ita penes materiam & qualitates uariantur,non ita tamen uaria singulis nomina obtigere. est quotidiana exquisita,quotidiana notha,intermittens,continua.leges etiã lipyriæ,epialæ,diurnę,nocturnæ, syncopalis humorosæ, & syncopalis minutæ uoces; sed hæc nomina aliunde quàm ex materia desumuntur, nempe ex accidentibus, sicuti singulis suis locis patebit. De febris huius causis in uniuersũ habes ex Gal.2.de diff.feb.quæcunque profectò pituitam copiosiorem gignunt,ea pituitosis febribus procreandis aptissima sunt.

Cap 1.

Signa phlegmaticæ periodicæ. Cap. 48.

IN illa quidem.in qua causa est phlegma vitreum, aut acetosum, frigus multiplicatur valde et rigor in uitreo est vehementior, At frigus non incipit in ea subito, imò paulatim in extremitatibus: deinde perueniunt ad hoc vt fiant sicut nix, quæ non calesiunt nisi cum difficultate,neque calefiunt subito, neque secũdum gradationem continuam, imò paulatim cum reditu frigoris, & fortasse commiscetur frigori eius, in principio, a[frigor.] Fit ergo frigus propter illud,quod non putruit, & horripilatio propter illud,quod iam putruit. Et maius frigus eius,& ipsius rigor, sunt in periodis status. Et hęc quidem febris non est ex materia, quæ faciat punctionem. ita vt sit causa rigoris in uia expulsionis. putredo namque eius est putredo rei leuis: Et incipit cum grauitate, & profunditate somni, Et multoties incipit, in paroxysmis primis sine frigore,& neque est rigor, imò postponitur vsque ad tempus, & fortasse erit frigus.& non erit rigor. Et multoties incidit cum syncopi,& b† [ ] non fit. Et in hac quidem ægritudine multiplicetur syncopis propter debilitatem oris stomachi,& casum appetitus,& priuationem alistinbre:quę est c[fundamentum materiei] nutrimenti & uirtutis. Illam verò,quæ est ex phlegmate salso d[sequitur] horripilatio,& non fit vehemens frigus eius. Illam autem, quæ est ex phlegmate dulci,raro ãtecedit in principio vsque ad plurimos paroxysmos horripilatio,neque frigus, neque rigor. Et plurimi quidem periodi febris phlegmatis incipiunt cum syncopi. et iam apparet in ea principijs calor vehementior,& in postremis minoratur illud. Et e[est simile] vt sit causa in hoc, quoniam putredo antecedit prius ad magis dulce,& magis salsum, & magis subtile. deinde ad grossius & frigidius. et tactus caliditatis eius in primis est debilis, & uaporosus,deinde quum prolongatur, positio manus super membrum, sentit manus acuitatem & f[mordicationem.] Veruntamen non est similis,neque æqualis in omnib. super quæ cadit manus, imò est diuersa: quoniam inuenit in loco uno g[asperitatem,] & in loco alio lenitatem, & est quasi caliditas coletur post rem cribellatam. quoniam phlegma viscosum est, quare diuersificatur eius passio h† [ ] a caliditate: sicut accidit in reliquis viscosis quũ ebulliunt: ipsa enim disrumpuntur in quibusdam locis, & non i[disrumpuntur] in locis aliis. Et qualiscunque sit caliditas eius, secundum plurimum minor est, quam vt inflammet & an-

Cap 5.
a B. horripilatio.
b † B. quãdo.
c B. Alia litera præparans materiam.
d B. antecedit.
e B. uidetur.
f B. Alia litera adustionem.
g B. adustionem.
h † B. & titillatio.
i B. uesicantur.

k B. neque huiusmodi caliditas declinat ad discoopertură, & inquietudinē & magnificatio nem anhelitus, & exsufflationē l B.stet ad quātitatem.

m B. humorositatis uel roritatis in cute.

n B.ita ut in statu etiam.

o B. hora post horam.
p B. remanet.
q B.urina.

r †B.&.
s B aperiuntur.
t B.sedeat ad.

et angustiā, faciat, & magnificet desiderium aeris frigidi, & aquæ frigidę k [& inspissationis & rarificationis anhelitus magni, & exufflantis. Et multoties quidem accidit caliditati eius, vt l [sedeat tempore ipse quo habet,] quantitate horę vnius aut duarum horarum, quare existimatur quod ipsa iam peruenit ad statum, quum ipsa ad huc sit in augmento videbis enim eam iam incipere augmentari, & similiter sunt ei in declinatione stationes. Et febres quidem phlegmatis sunt multę m [oppilationis] propter multitudinem humiditatis, & uaporis sui, pauci sudoris, propter viscositatē humoris, Et quum sudare facit, est res non exuberans. Et de proprioribus significationibus eius est paucitas sudoris, & priuatio eius. Et sitis quidē minoratur in febrib. phlegmatis, nisi pp causam salsedinis, aut causā vehemētię putredinis eius, & cū hoc est minor, quāsitis, q̄ est in aet inflatio laterum multiplicatur in eis. et quā doque acidit cuti lateris, vt subtilietur cum tē sione: Color autem patientium phlegmatis febrem, est decliuis ad uiriditatem, & citrinitatē, currentes in albedinem: ita vt sit illud quod aggregatum est, sicut color plumbi n [usque in statu.] Et raro quidem rubet color in eo, cuius rubedo sit rubedo in statibus reliquarum febrium Pulsus verò eius est pulsus paruus sub mersus debilis, rarus in primis, deinde fit frequens in fine. Et frequentia quidem eius, & eius paruitas, vehementior est quàm frequentia quartanæ, & tertianæ, & eius paruitas, & vehementia frequentiæ eius est, propter vehementiam paruitatis ipsius, uerùm non est velocior pulsu quartanę, & quandoque est tardior eo: aut similis ei in primis, & est uehementis diuersitatis, cum priuatione ordinis, & parui, & debiles ex eis, sunt in diuersitate eius plus, & significationes quidem pulsus super eam sunt de certioribus significationibus. Vrina autem eius in primis quidem est alba, subtilis, propter multitudinem oppilationum, & frigoris, deinde fit rubea propter putredinem, & conturbatur propter malitiam digestionis, & quandoq; alteratur in ea dispositio o [uno tempore.] Et quando p [mundificabitur] ex materia grossa & resoluitur putridum, & redibunt oppilationes, dealbabitur q [una hora, & alia, quando remanet intra materiam grossam, & dispositio nem putredinis, & aqua hora oppilationum est alba:] deinde quando putresit, res plurima post illud r [ ] expellitur, & s [aperit] oppilationes, rubei vsquequo t [ueniat super] oppilationes, quod oppilet eas uice alia de illo eodem humore. Eius verò egestio est lenis, subtilis, phlegmatica. Et de eis, quę significant, quòd febris est phlegmatica, est vt sit paroxysmus eius. xviii. horis, & dimissio eius. vi. horis, & non est dimissio eius dimissio munda, quoniam materia cum grossitudine, & viscositate est multa. Significant ipsam ætas, & consuetudo, & tempus, & regio, & cibi, & aduentus causarum antecedentium ex satietate nauseatiua, & significant ipsam forma prædicta ex colore faciei, & inflatione eius, & lenitas tactus, & debilitas oris stomachi, & casus appetitus, & quandoque magnificatur in ea splen, & u [sequitur] eam eructuatio acetosa in pluribus horis multoties.

u B. antecedit.

ANNOTATIONES.

Febrium omnium, quę ex pituita fiunt, commune signum est si modo in ijs accessiones fiant, cum frigiditate incipere. habet verò id duplicem in hac febrium genere causam. alteram quidem omnibus putridis intermittentibus communem, innati caloris accessionum initio ab exter nis ad internas partes contractionem: alteram uerò propriā humoris, dum super sentientes particulas affunditur, frigiditatem. Quare & quum putridę intermittentes omnes eo a Gal. distinguantur, quòd a frigore, horrore, uel rigore incipiant, frigiditas propriè pituitosis ascribitur. Solet tamen in his quoque rigores accidere, ut 1. ad Glauc. de signis tertianę: verùm non ij tamen magni ut in tertiana, neque etiam in exquisitis quotidianis, quæ ex naturali putrescente pituita eueniunt, sed in spurijs, ea quæ naturam propriam est egressa, quæ. s. vel frigidior euasit, ut uitrea, uel mordacior, ut quę acris & salsa est, uel crassior aut uiscidior, aut etiam quæ alijs immista humoribus fuerit, ita ut propriè fortasse a Galeno ut proprium quotidianæ exquisitæ indicium positum sit, a frigiditate inchoare. Sunt tamen præter hoc signum, alia quoque plura, quæ fusissime hic author prosequitur: de quibus & Gal. 2. de diff. feb. & 1: de crisib. Paulus lib. 2. Aetius li. 5. Trallianus lib. 12. Est tamen hic controuersia. Ait author de pulsibus agēs, hos in quotidianis frequentiores & minores esse, quàm in quartanis, & tertianis. At contra Gal. 2. de crisib. quartanas adeo paruos imbecillos, tardos, & raros pulsus in inuasionib. facere ait, sicut ulla alia dispositio. Sed assentitur authori nostro hac in re Gal. 1. ad Glauc. ubi idem planè affirmat, in quotidianis minores esse pulsus, quā in quartanis. Quod aūt in li. de crisib. secus sentire uideatur, id intelligendum est, si cum paruitate, tarditatem, raritatem, imbecillitatem, coniunxeris, non autem si paruitatem quartanarum cum quotidianæ prauitate comparaueris.

cap. 5.
cap. 4.
cap. 24.
cap. 85.
cap. 7.
cap. 3.
cap. 7.

Signa phlegmaticæ inseparabilis, & est illa, quæ nominatur latica. Cap. 49.

SVnt sicut reliqua signa febris phlegmaticæ, præter eradicationem, & quod similatur eradicationi, Et a [apud inceptionem fiunt rigor, & frigus, & horripilatio. et est res magis similis cum hectica, & fit illic rigor in vi. horis aut tātum superans illum, qui fit in periodica: nam] periodica b [iterum non euacuatur a residuo, veruntamen est occultum,] non apparēs *Febres, quæ sunt secundum plurimum de genere phlegmaticarum, & sunt quandoque ex cholera, & non sunt ex eis quæ fiunt ex melancholia appropriatæ cum nominibus, & indicijs.* Et sunt febres epialos, & lipyria: quę ambæ sunt, de summa febrium, in quibus diuersificantur loca caloris, & frigoris, intus & exterius, propter diuersitatem, c [& locum] eius, quod putresit & quod non putresit. Et sūt tres diuisiones febris d [appropriatæ. syncopalis humorosa, & febris ex syncopi minuta subtilis.] & febris diuturna, & nocturna.

a B. præter inceptionē cū rigore & frigore & horripilatione, & est res magis similis hecticæ & est illic tepor in sex horis & simile ei supra illum, qui fit in continua qm̄.
b B. etiā nō euacuatur a tepore qui tamen est occultus.
Alia litera non euacuantur remanentia uel a reliquiis febris, quauis sint occulte non apparentes.
c B. loci.
d B. & sunt febris appropriata noīe syncopalis humorosa, & febris syncopalis minuta.

ANNOTATIONES.

Quotidianam continuam intelligit, quę sola exacerbatione & sola remissione ab intermittente differt, Quòd uerò hanc hecticę similem asserat, id ob caloris paruitatem intelligen-

intelligendum est.alioqui & mollities corporis & multa alia dissentiunt.

Febris in qua occultatur frigus, & apparet in ea calor, & est epialos. Cap. 50.

a B comprehẽsio.

b B. infrigidat locum.

c B. &.

d B. infrigidat

e B. fuit apparens.

f B. quoniã fuit quietum cõsuetum &.

g B spargitur. sparsione.

h B. Alia litera. opprimat totũ corpus.

HAec febris fit ex phlegmate uitreo, [a] [sed est cõprehensum] in occulto, & profundo, quod [b] [infrigidatur] ubi est. Verùm ipsi accidit iam putredo: quare spargitur ex eo uapor eius quod cõputruit & dispertitur. [c] † [ ]inflammatur in exterioribus, & illud quod non est putrefactum, [d] [infrigidatur] in interioribus. et eius quidem frigus non [e] [apparet] in huiusmodi tempore, quoniam [f] [est quietum, & associatur ei, & nõ]patitur ab eo, quod occurrit ei: postquã ergo incipit in eo putredo mouetur, & [g] [infrigidatur infrigidatione] quadam, quamuis non perueniat ad hoc, ut [h] [communicet toti corpori.]

i B. pauca.

k B. accidens raro.

l —— B.

m † B. ipsa est phlegmatica.

n —— B.

Signa. Signa eius sunt eadem, quæ prędicta sunt. Et quòd eius urina est frigida, cruda, minoris caliditatis quàm urina aliarum sui generis. Et pulsus eius est rarus, tardus, Et ipsa secundum plurimum additur omni die: Verum propter grossitudinem materiæ suæ conuertitur quandoque in quartanam, & tertianam, quoniam huiusmodi materia in corpore est [i] [parua,] & paruæ putrefactionis, [k] [ignea,] & paucitas quidem est ex causis elongationis periodi. [l] [Et propterea quod paroxysmus non redit oĩ die, non remanet hæc febris, quin sit phlegmatica, sed propterea est phlegmatica, quia putredo eius est putredo phlegmatis.] & hoc non extrahit eam ab hoc quin sit phlegmatica: sed [m] † [ ] propterea quod putredo est putredo phlegmatis, non propterea quod paroxysmus [n] [non] redeat omni die. Spatium uerò paroxysmi eius est a iiii. horis usque ad. xxiiii. horas & secundũ plurimum consumitur ante illud, quoniam hęc materia non est cum illa multitudine.

ANNOTATIONES.

De epiala febre agit Gal. 2. de diff. feb. & ex pituita uitrea fieri ait. Nõ codẽ tamẽ pacto hæc uox ab Auic. hic vsurpatur, quo a Galeno & Græcis. Gal. sentiri in toto corpore calorem simul & frigiditatem dicit eodem tempore, vt patet 2. de diff. feb. & in libro de inæqu. intemp. Hic verò, quod & Mesues, quum infestare calorem & frigiditatẽ simul arbitretur, non in minimis tamẽ omnib. particulis id putat accidere, sed feruere externa, interna verò uri putat. Verùm contendunt aliqui dari hoc febris genus non posse (quod alioqui Græci ignorarunt) quum in putrida febre algere interna uiscera nequeant: præsertim, quando ex Auic. sententia febrilis calor in corde primo loco inchoat. Verùm ad hæc vbi vitrea pituita putrescit, intra uenas præcipue putrescit (neque enim quum crassus admodum & viscidus sit humor, ferri per musculos & extra venas tam facile potest.) Actu frigidus est hic humor, quo fit vt partes, quas tangit, refrigeret. dum tamen putrescit, ex concepta ea putredine calidi quoque uapores excitantur. atque hi dum extra in vniuersum corpus feruntur, calfaciunt, solis alioqui iis partibus, in quibus pituita residet, ob illius contactum frigescentibus. Non ergo rationi reluctatur, quod author noster ait. Etsi enim internas præsertim partes in febribus putridis calidas esse oportet ob putredinem, simul tamen ob vehementem eius humoris innatam frigiditatem, commistum calori frigus sentiunt, calorem quidem in externis partibus solos putridos vapores non etiam pituitam suscipientibus: frigus uerò in internis quæ vitream ipsam pituitam continent. Patet ergo fieri illud posse, vt in putrida febre frigida interna sint, calida verò externa. Quum verò a corde febris inchoare soleat, non ob id tamen rationi repugnat, dari hoc febris genus. nempe quum in uenis seu internis uisceribus pituita hæc putrescat, quam diximus, non in corde tamen putrescit aut residet: feruntur tamen ad ipsum putridi uapores, qui calidi sunt, & ipsum calfaciunt, a quo postmodum in vniuersum corpus calor digeritur, ipsis alioqui partibus ubi pituita residet, frigescentibus.

Cap. 8

Febris in qua occultatur calor, & apparet in ea frigus, & est lipyria. Cap. 51.

HAec febris secundum plurimum non est phlegmatica, & quandoque est cholerica ex cholera grossa ualde. Quomodo autem est phlegmatica? est quoniam phlegma intrinsecũ quando inflammatur, & putrefit, calefacit illũ locum, [a] † [ ] quoniam non resoluit, nisi quando [b] † [ ] calefacit exteriora corporis cum sparsione uaporis sui calefactione plurima. Et quando uirtus effunditur ad locũ, ubi est læsio, tunc euacuantur exteriora a calore, quare infrigidatur, propriè quando in exterioribus sunt phlegmata cruda, uitrea, frigida. Et iterum quoniam resoluitur multoties ex eo vapor, qui non putrefit, sed eleuatur, [c] [& facit] caliditatem, & associatur ei caliditas spatio paruo, deinde separatur ab eo separatione vaporis aquæ calefactæ. Quum ergo separatur ab eo, & fuit in radice ante putredinem vehementis frigiditatis, redit & infrigidat corpus. Modus autem, quo fit cholerica, est, quoniam cholera quando est pauca, & intrinseca, & putrefit, & calefacit locum, & non resoluitur ex ea aliquid, accidit quod diximus in sua compare ex phlegmate. Et appropriatur hęc cholerica nomine taburos. Verum lipyria est nomen generis, & est longioris spatij quàm hemitritæus. Et habet aliquis vt dicat, quomodo erit febris & non procedet in ea caliditas ex corde in totum corpus? illud namque quod narratur, est de genere eius, in quo non procedit caliditas ex corde in totum corpus. Responsio itaque est, quod in terminis harum rerum attenditur vna conditio, vt non sit quod prohibeat: sicut diffinimus aquam frigidam & humidam, quando [d] [disposita] est secundum naturam suam, & non fuerit quod prohibeat, & diffinimus graue, quòd est illud, quod tendit inferius, quando dimissum fuerit cum sua natura, & in istis omnibus caliditas peruenit ad cor, & procedit in arterias & spargitur. At verò accidit prohibitio illius, in quibusdam locis, sicut accidit ei super quem ponuntur pruinę. Nocumentum verò harum necessariũ est esse actu.

a † B. &.

b † B.

c B. propter

d B. dimiss

ANNOTATIONES.

Lipyria febris Galeno in finit. medic. ea est, in qua extrema & superficies refrigerãtur, uritur profundum, excretiones

tiones detinentur, aspera sitientibus lingua est, pulsus paruus, atque obscurus, quasi calor se intra receperit. Idem & in lib. de inæquali intemp. lipyrias febres esse affirmat, quã do intus in ipsis uisceribus calor sentitur, in externis uerò partibus uniuersis frigus. quãuis præter has tale eße quoddam ardentium febrium perniciosissimum genus afferat, id quod etiam 4. aph. Contraria hæc est febris illi, de qua iam diximus, in qua intus frigescunt, extra uero calida sũt corpora. Est verò hic quæstione dignum, a qua nam materia hæc febris fiat. Author noster primis statim uerbis plerunque a pituita: quandoque tamen etiam a bile fieri ait. Galen. uerò 4. apho. eiusmodi febres eße ait, quando aliqua fortis inflammatio uel erysipelas, in corporis parte profundiori euenerit, toto. s. ex uniuerso corpore ad locum affectum tracto sanguine: unde & uri profunda, & cutim refrigerari accidit. Aetius quoque lib. 5. si circa uentrem ignis fuerit sacer, febrem ex hoc accensam lipyriam nominari ait, sin uero circa hepar, urentem siue fumosam, si ciraa pulmonem algidam. Ita ut ex Gal. & Aetij sententia lipyria, quum ex ijs febrib. sit, quæ inflammationes sequuntur, non putrida sed diaria dici debeat, si modo febres, quæ inflammationes sequuntur, diariæ sunt. aut etiam si ex ijs sit, quæ ex humoribus pendent, ab ea materia pendeat, quę inflammationes & erysipelata facit: sanguinea. s. & biliosa: non autem pituitosa, ut hic author scribit. Profecto facile non uidetur statuere ut res hęc se habeat. Si tamen rem diligẽtius perpendimus, & si Gal. de pituita non meminit, non ab re tamen & hic & Mesues lipyriam ex pituita procreari existimarunt. Quum enim lipyria ea sit febris, in qua quum interna urantur, frigent tamen externa, non mirum, ex tali pituita id prouenire, ex quali putat Auicennas, frigida, craßa, & uiscida si enim hæc putrescat, certum est et uapores qui ex putrescente ea fiunt frigidos, fore & crassos, & uiscidos: adde etiam paucos, quum crassitudo eius dissolutioni obsistat. Excitentur autem ij ex profundis corporis partibus, certe quia crassi & uiscidi, non multum facile ad externas partes egredi: neque quia frigidi, calfacere multum poterunt. frigidos autem natura & potestate intelligimus, licet ob putredinem actu calidi sint: unde etiã si a fonte putredinis, a qua incaluere, recesserint, ad propriam eorum naturam redire, frigidos uidelicet euadere oportebit. internæ uerò ipsæ partes non dissipatis his neque difflatis magis etiam incalescent. Ad hæc verò sit etiam ut externæ partes frigida pituita scateãt, quod hic author ait: tunc certum est, magis id, quod diximus, sequi oportere, calescere interna, & refrigerari externa. cum enim uapores externis ijs partibus multa pituita crassa refrigeratis occurrentes refrigerantur; tum etiam reiecti neque difflandi uiam nanciscentes retrocedunt, & interni ardoris perspiratum densiori ueluti nube impedientes, maioris in his feruoris sunt causæ. Ita ut probè author noster lipyriam febrem a pituita fieri dixerit. Neque uerò (ut ad obiectas rationes eamus obuiam) quicquam probibet rem ita eße. Quamuis enim Gal. & Aetius ex internis inflammationibus lipyriam fieri dixerint, propterea tamen inter diarias non inter putridas est reponenda. neque enim quæcunque inflammationem sequitur febris, diaria est: sed tamdiu, sententia nostra, diaria est, quamdiu, inflammatio nõdum putrescit, ubi uerò putrescit, tum putrida quoque ipsa euadit. testimonio est Hip. qui febres omnes ex bubone malas eße ait præter diarias 4. aph. innuens profecto his uerbis buboni et inflammationib. febres succedere ab ephemeris diuersas. Quũ ergo diaria hæc non sit, tunc quamuis inflãmationes et erysipelata hanc sequi Gal. asserat, non tamen eandem putrescẽti pituitosæ materiæ negat succedere. Cæterum, quicquid de hac re sit, licèt lipyria ea & Græcis et Arabibus intelligatur, qua interius ægri uruntur, exterius uero algent: non uidentur tamen in eius et ardoris et frigiditatis causa conuenire: quum Gal. non ob externas obstructiones sed ob innati caloris et spirituum ex internæ inflammationis calore uel dolore ad uiscera tractionem, algere extrema, uri uerò præcordia arbitretur. unde et inter ardentes omnes febres perniciosissimã eße hanc testatur. constat uerò ardentes febres, una ea excepta quę salsã pituitã sequitur, de qua antea ex pituita nõ accidere, præsertim crassa et uitrea. ita ut Auic. et Mesues lipyriæ febris nomẽ cõiorem faciãt, quã Gal.

Cap. 8.

Com. 48.

Com. 48.

Cap. 89.

Apho. 55.

Febris, in qua fit unaquæque duarum rerum, in unoquoque duorum locorum. Cap. 52.

SI hæc febris fuerit, non erit nisi vbi sunt duę materiæ frigidæ, motæ propter putrefactionem, quarum vna est in interioribus, & altera in exterioribus; & non est aliqua earum [a] [plurimi nocumenti.] Deinde quum incipiunt putrefieri, mandat vnaquęque earum vaporem calidum cõprehendentẽ cũ partib. suis, & ubi est frigidũ. Et tu quidẽ iã sciuisti causam in [b] [regimine] humoris frigidi in dispositione motus.

a B. plurimæ sparsionis.

b B. infrigidatione.

ANNOTATIONES.

De epiala nunc agit, de qua Gale. et 1. de diff. feb. et lib. de inæquali intemp. et ex uitrea pituita fieri asserit putrescẽte mediocriter, alioqui enim si tota putresceret, quotidiana (ait Paulus lib. 2.) fieret; & rigores, ut Aetius, libr. 5. febrem præcederent. Hanc rem tamen de qua et Paulus et Aetius non memini Galenum aduertisse, fortasse, quod perquam raro, ut Paulus ait, pituitam uitream totam putrescere ob eius immensam frigiditatem accidat.

Cap. 6.

Cap. 8.

Cap. 26.

Cap. 88.

Febris syncopalis humorosa. Cap. 52.

HAec secundum plurimũ est propter phlegma crudum, a [quod est ex nauseatiua sacietate repletionale, quod facit febrem dispertitam] plurimum, quod iam uincit uirtutem. Et secundum plurimum adiuuant b [super eã] debilitas oris stomachi. Et quando mouetur, & incipit in putrefactione, vincit uirtutẽ plus, & facit eam hæsitantem, quæ si dimissa fuerit cum materia, non sufficiet contra materiam, & quando occupatio fit in euacuatione eius cũ facilitate, fit inobediens, aut mouetur motu præfocante uirtutem, & quando occupatur in euacuatione eius cũ solutione ventris aut phlebotomia, cum labore, non tolerat uirtus. Quomodo enim tolerabit, quum sit illic cum sua quiete syncopis? Et cum hoc toto ipsi indigẽt euacuatione uehementer, & iterum ipsi indigent cibo uehementer, quoniam in humorib. eorum nõ est quod nutriat corpus, & uiuificet ipsum, & corpus eius est priuatum nutrimento. Quòd si studueris in cibando, additur [c] [materia diminuta,] & si non cibatur, cadit uirtus, & accidit in inceptione sui, ut effundatur ad cor res frigida faciẽs accidere syncopim, & minoratur pulsus, & tardatur, & fit rarus. Amplius natura solicita est in calefactione materiei, & subtiliatione eius, & putredo, quæ mouetur in quasdam partes eius, adiuuat super eam, ergo euadit cor a nocumento [d] [& frigore] eius, & cadit in nocumentum caloris eius, quare fit pulsus uelox, & proprie in constrictione sua, plusquam fit uelocitas aliorum, quamuis illud quod uincit, cum hoc, sit paruitas, & tarditas, & raritas, et periodus eius est periodus phlegmaticę, et non alteratur ab ea, et est cum ea inflatio faciei, et mollities corporis. Et colores habentium eam non figuntur super dispositio-

a B. grossum separatum. Alia litera. ex nauseatiua satietate dispertitũ.

b B. nocumentum eius.

c B. in materia aggrauante.

d B. frigoris.

e † B. propterea, ꝙ materia earum non figitur super vnam dispositionem.

nem vnam, e † [ ] imò quandoque est cinerea, & plumbea eius materia, & quandoque fit citrina, & quandoq; fiũt labia eorum sicut labia comedentis mora. Oculi verò eorum sunt fusci, virides, exeuntes valde apud commotionem ęgritudinis, & fit sicut f [maniacus:] Et quod est sub hypocõdrijs eorum, est vehementis inflationis: & similiter viscera eorum. Et quandoque euomunt aceto sum, & quando est eis apostema in quibusdam visceribus, tunc non speratur omnino, & quandoque accidit eis in quibusdam horis ex cholera dominante, grossa, & fit cum ea in visceribus adustio, & euomunt choleram, & sunt ei periodi phlegmaticæ secundum plurimum.

f B. squinátici.

ANNOTATIONES.

Scripsit de febre hac Gal. 12. meth. fusius. Egit et Paulus lib. 2. & Trall. lib. 12. Discrepare tamen hic a Gal. uidetur, quum ait [Et iterum ipsi indigent cibo uehementer & c.] qui syncopali febre ob humorum cruditatem laborãt, egere alimentis ait, ꝙ eorum corpus non alatur. At Gale. 12. meth. qui ita affecti sunt longissimam cibi abstinentiã ferre testatur, ꝙ corpus ex crudis ipsis, quos continet, con coquẽdis succis alatur. Verùm ita forte discordia hæc dilui tur. Id ægrorum genus, si modò crudi, quibus affluunt succi concoquantur, mediocriter nutriuntur. alioqui uero si crudi ij succi non coquantur: tum, quum nihil prorsus nutriantur in eo discrimine sunt, quod Auic. scribit, ut uirtus concidat, si nutriantur, quum tamen nutriri postulent. & desperatã salutem eße Gal. testatur. Fortaße ergo hos Auic. intelligit, quando nihil nutriri ait, aut etiam non prorsus nihil, sed imbecilliter nutriri intelligit.

Cap. 3. Cap. 3. Cap. 37. Cap. 3.

Febris syncopalis minuta subtilis. Cap. 54.

Hæc febris est acuta, & cadit a [pulsus, & virtus] in paroxysmo, uno aut duobus paroxysmis, cum b [additione, & eueniens] in corpore cum velocitate, & quandoque non sufficit cum ea uirtus usque ad iiii. & fit ex chymis subtilibus, c [plurimum quorum cholericum est,] vehementis subtilitatis, & profundationis, malæ substantiæ uenenosæ, cui iam accidit putrefactio in corporibus calidæ complexionis, siccæ ualde, & plures paroxysmi huius febris sunt paroxysmi tertianæ.

a B. faciens cadere pulsum, & uirtutem.
b B. mollitie sequente dissolutionẽ accidẽte. Alia litera. additione dissolutionis accidente.
c B. quorũ plurimi sunt cholerici.

ANNOTATIONES.

Habes & de hac re ex Gal. plurima 12. meth. Scripsit & de eius curatione Paulus lib. 2. & Trall. lib. 12.

Cap. 4. Cap. 38. Cap. 3.

Febris diurna, & nocturna ex phlegmaticis. Cap. 55.

Diurna est, cuius paroxysmus accidit in díe, et eius tepor in nocte, & nocturna est e cõ uerso, et utræq; sunt malę, sed diurna est longior, & deterior, et facit cadere multoties propter longitudinem suam, & suum euentũ in calore diei, in hecticam. Et si ipsa non esset sæua, non accideret hora apertionis pororum, et resolutionis uaporis, & non accidit nisi propter multitudinem materiei, et fortitudinem eius. Et est necessarium cum hoc, ut patientes eam cibentur in nocte, et non permittantur dormire super repletionem stomachi, et pręcipiantur vigiliæ & est ex eis quæ faciunt cadere uirtutem. Et tolerantia febris in calore diei, et uigilię in frigore noctis, sunt ex eis magis dignæ, quæ faciunt cadere in hecticam, & ad summum est de genere febrium difficilium.

ANNOTATIONES.

Nocturna ait Hipp. 1. de uulg. morb. Sect. 3. non admodum lethalis, longa tamen est, diurna longior, sunt quibus ad tabem uergat. Reddit huius sententiæ rationem Gale. in eius loci Commentarijs, quam hic Auicennas.

Text. 4.

De cura phlegmaticæ. Cap. 56.

Cura huius ægritudinis diuersificatur secũdum horas suas, s. principium, & augmentum, & statum, & declinationem, & secundum apparitionem digestionis in ea, & eius occultationem, & diuersificatur secundum materias suas. s. phlegmaticam acetosam, & phlegmaticã vitream, & phlegmaticam salsam & dulcem. Et omnes eius species communicant in hora principii in trib. rebus in necessitate lenificationis æqualis, aut vomitus, & in necessitate administrationis subtiliantium, & incidentium, & diureticorum. Et quum superuenerint febri dies tres, subtiliatur in ea materia propter febrem, & si ante illud mouebis, nocebis, & non facies aliquid. Et in a [augmento cum subtiliatione regiminis secũdum] ęqualitatem, & fortasse est contentus aqua hordei in primis trib. diebus, sperando, quòd sit status eius propinquior, propter subtiliationẽ materiei aut paucitatem eius. Quod si certe sciretur, quod status eius esset tardus, non subtiliaretur regimẽ, quamuis fames, & somnus super famem, & exercitium super famem, si non debilitant, sint vltima in iuuamento huius ęgritudinis, imò declinaretur in principio ad ingrossationem vsque ad septimum, deinde gradaretur, verum b [augmentum] eget, ut subtilietur regimẽ in primis. Si autem status apparet longinquus, possibile est ut succurratur illi cum ingrossatione regiminis, deinde gradetur vsque ad horam status, quoniam tempus est sufferens in acuta. Quumque pertransierit septimus, non stes tũc super subtiliationem, quoniam illa debilitat, & addit in debilitate oris stomachi. Et quoties senseris longitudinem maiorem, subtilia minus, quamuis subtiliatio eius in ipsa, omnino magis sit necessaria quam in quartana. Et similiter oportet, ne festines cibare ipsum cum eis, quæ sunt sicut pulli, & panis cum c [muzaguarac] nisi timeatur debilitas, aut appareat declinatio. Amplius diuersificatur cura eius, cuius causa est phlegma salsũ, & dulce, & cuius phlegma est uitreum & acetosum, & fit ex d [ea nimium frigus,] in qua corpus non calefit. Verũtamen in duabus primis necessaria est lenificatio cum medicina leni, & infrigidatio quædã: Et in duabus secundis cum medicina magis labo-

a B. præ[illegible] tione ab [illegible] nocumen[illegible] subtiliation[illegible] giminis [illegible] nante ad.
b B. cura [illegible] ueniens.
c B. mez[illegible] Alia litera [illegible] fit panis c[illegible] culis.
d B. eis [illegible] quæ d[illegible] fer[illegible] dus. i. alze[illegible] titie.

laboriosa. Et in duabus primis indigetur incisione cum subtiliatiuis, in quibus non est calefactio plurima, quamuis sit exsiccatio plurima. Et in duabus secundis necessarium est illud quod subtiliet cum incisione, & calefactione cum [e] [acredine;] & propriè quum phlegma est permistum cum melancholia: nam necessaria sūt in huiusmodi ea, quæ sunt sicut diacyminum, & confectio de sulfure, & administratio salsorum, & conuenientiores medicinæ, quę administrantur in principio, sunt geleniabin vsque ad diem septimum. Et non est malum, vt administretur iterum aqua fœniculi, & aqua endiuię, & aqua apii cum geleniabin secundum necessitatem, & syrupus acetosus est vehementis [f] [necessitatis] iterum, & aqua mellis cum hyssopo, & est possibile vt consequatur per eam illud, quod quęritur de lenificatione naturæ, & propriè cū solutiuo facto de zuccaro [g] † [ ] & rosis rubeis nominatis persicis: quoniam est solutiuum, & lenitiuum, & quādo necessariū est, vt confortetur eius lenificatio, confricetur in aqua † lubleb: & permisceatur si voluerit, cum casia fist. & penidiis, & iterum geleniabin acceptum cum melle, & tereniabin permistum cum aqua lubleb: Et non fiat assiduatio super ea cum solutiuis in principio, & post ipsum; & propriè quando cum materia est cholera; illud enim perducit ad corruptionem cōplexionis. Et multi quidem homines dant in potu in principio sicut est, medicinam de turbit in omni nocte, & sicut pilulæ de mastiche in hebdomada bis, & sicut pilulæ de seminib. diureticis. Descriptio medicinæ de turbit. Recipe zingiberis, & masticis amborum an. ℥. x. turbit sicut alcohol. ℥. x. zuccari tabarzet quātum omnia: & detur in potu ei omni nocte aure. j. & illud fiat, quando natura est non lenis: Si enim respondet omni die bis, non indiget hoc: Ego verò non diligo [h] † [ ] expectationem digestionis, & lenificationis cum eis, quę diximus prius; imò oportet vt euacuetur ex ea aliquid, & expectetur in reliqua, vsquequo digeratur; & fiat illud cum facilitate paulatim absque superfluitate, deinde perueniat ad diuretica, & similiter abhorreo, quod est simile aquæ prunorum, & tamarindorum, & similium de illis, quæ debilitant, i † [ ] & soluunt subtile, & si materia fuerit decliuis ad additionem frigoris, misceatur cum ea medulla carthami, & si fuerit materia ad choleram decliuis, misceatur cū eo syrupus viol. aut violæ conditę & siracost, aut uiolę siccæ contritæ, & adiuues cum clysteribus leuibus, factis ex melle, & sale, & aqua ficię, & oleo sisamino, & vomitus fiat cum aqua raphani, & raphano infuso in syrupo acetoso cum seminibus & his similibus, & si necessarius est vomitus plurimus propter multitudinem eius, quod accidit ei de nausea, & alteratione saporis oris, administrentur grana raphani, & bibatur ex eis usque ad aur i. cū aqua frigida, & uomitus quidem cum eo, quod est in eo debilitate stomachi, est vehementis iuuamenti ualde, & est ultimus huic ægritudini. Oportet ergo, vt expectetur in eo septimus, ut non accidat ex eo in principio [k] [debilitas] apostemans corpus stomachi, & si sit [l] [grauis] in eo vomitus, non prouoces ipsum super ipsum cum labore, & si accidit uomitus, & propriè in principio periodi, non retineatur nisi [m] † [ ] fatiget, & debilitet, tunc enim restringatur sicut cum miua, & syrupo de mēta, quę dicemus post, & si accidat dolor capitis, administrentur embrochæ ex chamæmilla cum immissione iiii. extremorum in aqua calida, & ligatione crurium cum fortitudine, & si indigetur aqua hordei, administretur decocta cum radicibus quantitate [n] [æquali,] aut misceatur cum ea syrupus acetosus de melle, si nō acetat in stomacho, aut aqua mellis, si acetat. & melior hora, in qua datur in potu illud, est si fuerit in aqua eius in principio rei tinctura, tunc enim oportet vt in potu detur in primis de geleniabin, deinde detur in potu post ipsam duabus horis aqua hordei, & non oportet ut fiat inunctio cum unguentis resolutiuis, & neque embrochatio fiat cum embrochis subtiliatiuis, quū ægritudo est in principio, & humor est in corpore [o] [ambulans,] ipsa enim mollificant uiscera sua calefactione humida, & alienetur aqua frigida, & quoties uideris urinā grossiorem & rubicundiorem, non erit malum si phlebotomaueris, & necessarium quidem est, ut [p] [redeas] tunc ad syrupos acetosos, & scias, quod fricatio est de curationibus iuuantib. eos, & quanto fuerit phlegma viscosius, & grossius, tāto erit fricatio magis conferens, & dicitur, quod fricatio cum tela araneę cum oleo, est iuuatiua valde, & quando incipit ęgritudo augmentari, & post illud, tunc sit sollicitudo [q] † [ ] de ore stomachi, & quòd ipsum confortat, & sint masticationes factæ ex menta, & mastiche, & aniso, & administretur vomitus cū raphano, secundum quod diximus cum minoratione cibi, & sit cum geleniabin quod in potu datur in principio, & post septimum permistum quod confortet os stomachi, & sit in eo prouocatio plurima, sicut anisum, & mastix. Et sit cum aqua calida, & propriè in principio periodi, nam ipsum resistit rigori, & frigori, & extinguit cum hoc sitim, [r] [quamuis sit ęstuosa.] Et multoties quidem conceditur euacuatio phlegmatis & humoris crudi in hac hora, sed melius est, ut expectetur in ea complementum digestionis, et quando ægritudo incipit cum calore, & assiduat, iuuatur cum huiusmodi trochiscis. Recipe myrobalanorum citrinorum, aloes, succi eupatorii, succi absinthii, omnium an. drach v. croci, & masticis amborum an. drach. vi. informentur trochisci, & sumatur ex eis omni die pondus drac. j. & omni nocte pondus ʒ. s. Et quū uides, quod digestio apparet, adiuua eam cum eis, quæ sunt sicut folia apii, et fœniculi, et radices squinanthi, et capillus ueneris. Si autem scias, quòd materia est frigida ualde, non est malum uti pipere pauco, et uti uino pauco, subtili, non plurimo. Et quandoq; adiuuant unguenta resoluentia ad digestionem et resolutione cum uirtute forti, et sunt conuenientiora in hac ęgritudine, quā in reliquis febribus. Et oportet vt consideretur in hoc uirtus, et febris, et rigor. Quòd si uirtus fuerit fortis, et febris non fuerit sæua ualde, adde in

e B. acuitate.
f B. iuuamenti.
g † B. Alia litera. rubeo. Alia litera.
† volubilis.
h B. nisi.
i † B. stomachū.
k B. Alia litera. labor.
l B. difficilis.
m B. superfluat, &.
n B. moderata.
o B. Alia litera mobilis, seu furiosus.
p B. Alia litera. properes.
q B. plus.
r B. excitata fuerit.

in [s] [ea in unctionibus confricando] & si nō, administrentur olea subtilia, quæ ad ęqualitatē sunt decliuia. Et quando pertransit xiiii. tunc necessariū est administrare, quod subtiliat plus, sicut fœniculum, & apium : & fortasse indigemus semine amborum, & aniso, & eo quod est sicut syrupus acetosus cum seminib. in quo ponuntur hyssopus, & alhasce. & administratione trochiscorum de rosis; & fortasse est necessarium addere in eis propter stomachum, thus & masticen, & cyperum, & absinthium, & his similia, secundum quod exigit illud, quod præsens est. Et vinum subtile confert eis in hac hora, cum subtiliatione sua & quia confortat calorem innatum, & quia prouocat, & sudare facit. Et quum videris digestionem, & fortitudinem, dabis ei in potu post illud trochiscos de absinthio. Et quum uideris frigus in principio paroxysmorum nocere, & ægritudo non est in principio; da in potu aquam calidam, in qua decocta sunt ea, quę sunt sicut semen apii, & anisum, & ocymum, & administrabis iterum huiusmodi, & fortiora eis, embrochando, & vaporando, & huiusmodi. Et quandoque datur in potu ad rigorem vehementem decoctio, secundum hunc modum. Recipe zingiberis, origani, ammeos, omnium an. ʒ. iii. coriādri ʒ. iiii. rosarum, calamenthi, amborum an. ʒ. iii. passularum ʒ. vii. decoquātur secundum descriptionem & sit dosis vnc. iii. Et quum videris [t] † [

] phlegma,] dabis in potu theriacam, & dentur iterum in potu trochisci de rosis magni cum aqua fœniculi, & detur ei omni nocte medicina de turbit, & pilulæ de aloe, factę cum [u] † [

] speciebus, [x] † [

] quę sunt sicut piper. Et ad illud est decoctio huiusmodi. Recipe hieræ ʒ. vii. turbit ʒ. x myrobalanorum nigrorum ʒ. v. eupatorii ʒ. v. salis indi. ʒ. ii. bedeoard, suchaha omnium an. ʒ. iiii. anisi. ʒ. iii. decoquātur cum aqua apii, & sumatur de ea in potu secundum quantitatē necessitatis. & fortius illo est illud, quod recipit duarum radicum, & radicis [y] [lilii] omnium an. ʒ. x. hieræ ʒ. viii. succi eupatorii ʒ. v. seminis apii, & fœniculi, omnium an. ʒ. ii. spicæ, mentæ amborum ana. ʒ. vii. fiant ex eis trochisci & administrentur. Decoctio bona. Recipe duarum radicum ambarum an. ʒ. x. passularum enucleatarum ʒ. vii. anisi; & masticis amborū, an. ʒ. iii. bedeoard, & suchaha, & eupatorii, omnium an. ʒ. iiii. decoquantur in libris trib. aquę vsque quo redeat ad libram i. aquæ, & sumatur in potu aliquot diebus in ieiunio. Trochisci boni apud chronicas febres, & vehementiam rigoris. Recipe hieræ, sueci eupatorij, absinthij, suchaha, bedeoard omniū an. ʒ. v. seminis apii, fœniculi anisi omnium an. ʒ. iii. sal. naphtici ʒ. iiii. seminis cuscutæ myrobalanorum Kebulorum, omnium an. ʒ. x. agarici ʒ. xv. trochiscorū de ros. ʒ. xx. de turbit. ʒ. xxx. fiant ex eis trochisci. & sunt solutiui. Et iterum aloes, myrobal. citrinorum, & reubar. masticis, succi eupatorii, absinthij, omnium an. partem i. croci partis unius medietatem, terantur, & administrentur.

Et iterum hieræ, myrobal. Kebulorū salis, omnium an. ʒ. iiii. seminis apij & fœniculi, & anisi omnium an. ʒ. j. s. absinthii ʒ. v. trochiscorum de ros. ʒ. iij. suchaha, bedeoard omnium an. ʒ. ij. terantur, & informētur pilulæ. Decoctio bona. Recipe eupatorij ʒ. v. & radicis lilij, & radicis liquiritiæ, & ammeos, omniū an. ʒ. iij. s. apij, fœniculi an. ʒ. iiij. rosarum ʒ. v. decoquātur omnia, & sit dosis eius omni die vnc. iij. Et iterum, radicum trium omnium an ʒ. x. seminis anisi, apii, omnium an. ʒ. ii. suchaha bedeoard, eupatorii, absinthii omnium an, ʒ. v. centaureę ʒ. iii. decoquantur, & bibātur vnc. iiii. Et iterum herbæ eupatorii, fumiterræ, bedeoard, suchaha, absinthii omnium an. drac. v. passularum ʒ. x. myrobalanorum citrinorum ʒ. x. Et hæc quidem cura est salso & ei, in quo uincit cholera, magis conueniens, & agaricum, quum de eo sumitur in puluere ex ʒ. i. usque ad ʒ. i. & tertiam, diebus continuis prohibet elongari ægritudinē. Sumatur ergo puluis ex eo, & commisceatur cum melle, & bibatur, & semen urticæ post digestionem est mirabile ualde, sumptum in puluere, aut cū melle. Verùm si [z] [acciderit ei modus aliquis solutionis ventris, oportebit ut addatur in eo] propter debilitatem hepatis [a] † [

] semen cuscutę; & propter debilitatem stomachi mastix, & anisū, & propter debilitatem splenis, & grossitudinem eius, radix [b] [apii] & scolopendria: nam multoties associatur huic ęgritudini splen, & fortasse oportet, ut addantur propter ipsum cyperi, & grana de ben, & fœnugræcum, & consideretur cum hoc dispositio vehementię febris, ut non accidat uehementia calefactionis. De euacuationibus verò, quę sunt fortiora & indigetur eis in hac ægritudine apud digestionem, est, vt augmentetur dosis de pilulis de turbith, & administrentur clysteria fortia, & de illis sunt pilulæ istæ. Recipe masticis sextam ʒ. i. succi absinthii quartam ʒ. i. pulpæ coloquinthidæ sextam ʒ. i. hierę picrę ʒ. s. agarici ʒ. s. informentur pilulæ cum syrupo acetoso mellino, & sumantur in potu & de illis sunt pilulæ de mastice & de aloe. Quòd si materia fuerit ad caliditatem decliuis, sumantur de trochiscis de spodio solutiuis tres trochisci, & de turbith aure. i scā moneæ aur s. succi eupatorii aure. ii. & dentur in potu secundum quantitatem uirtutis, & iterum eupatorii, absinthii, capilli ueneris, & myrobalani. fumiterræ, passularum mundatarum æquales sumantur partes, & [c] † [

] dentur in potu secundum quantitatem necessitatis, & si non suffert corpus solutionem uentris, perueniatur ad diuretica, & subtiliatiua, & sudare facientia, & de summa illorum, quibus indigetur, tunc est infusio aloes cum melle, & quando declinat ægritudo, non est tunc introitus balnei ante cibum malus. Cibi autem eorum sint subtiles sicut acetum & oleum, et quandoque ponitur in eis parum almuri et proprie in fine eius. Illi autem, qui sūt fortiores, sunt [d] [altaragi] et pulli, et alcubugi, et his similia, post declinationem, et oportet, ut ponantur in eis, at propriè apud digestionē ea, in quib. est incisio, sicut acetū, et synapis, et almuri, et si fuerit phlegma acetosum, malum, uiscosum,

s B. virtute vnguentorum.

t † B. digestionem completā tūc fiat euacuatio, & prouocatio cum eo in quo est fortitudo, & detur in potu, sicut de bidcheribita. Et si fuerit materia ex frigidiori phlegmate.

u † B. eupatorio aut factæ cū

x † B. aromatici

y B. liquiritiæ.

z B. voluerit pilulas solu[...] oportebit [...] dat in eis. Alia litera. [...] luerit aliqu[...] modum solu[...] nis uētris op[...] tebit, ut in [...] addat. Alia litera. [...] extrahendū, [...] euacuandum [...] sū meliora [...] solutiua uētr[...] & oportet, [...] addatur in eis

a † B. Alia litera rheubarba[...] &.

b B. capparis.

c † B. Alia litera decoquan[...] &.

d B. altheiugi.

viscosum, porrũ & aqua ciceris sunt de meliorib. cibis eis: e [& quandoque] ponuntur in eis cyminum,& anethum,& oleum.& iterum f [beguerid] facta ex sicla,& almuri,& aceto, & oleo abluto, & g [alchaguamac sicut Kemmach de capparibus,& remach] de anetho,& origano,& aniuden,& asparagis. Et deuitentur olea, in quibus est infrigidatio & humectatio. Et hora cibi est post tẽporem paroxysmi, & eradicationẽ eius:& ante paroxysmum ad minus iiij. horis. Mensura autem somni eorum est, vt sit æqualis vigiliis: ut sit digestio materiei ad somnum, & resolutio ad vigilias. Et balneum quidem est vehementis nocumenti, nisi post declinationem. Et succurritur vomitui eius quando superfluit. Et oportet ut administretur in illo, quod sit sicut miua, & syrupus de granatis cum menta simul cognitus,& si necessarium est fortius, sumatur de granis granatorum muzorum drac. x.& thuris albi, & masticis amborum an. drac. v. mentæ drach. vii. decoquantur in duabus libris aquæ, in qua sint h [folia mentæ, donec minuatur.] & succurratur fluxui uentris eius, quum superfluit, cum retentione eius cum eis, quæ sciuisti de stypticis i [regimentalibus,& medicinalibus.] Sed eius quidem debilitationi succurritur, ut cibetur successione eius pullis assatis,& in patellis coctis,& ut adhibeantur suffumigationes,& odores viuificantes. Et si acciderit inflatio in facie,& extremitatibus, iuuantur quum administrantur huiusmodi trochisci. Recipe anisi, & laccæ ablutę, amborum an. pondus drach. v. amygdalarum k † [ ] exorticatarum, croci, marmacor omnium an. drac. iiii. seminis apii, seminis fœniculi. floris squinanthi, omnium an. drach iii. l [floris] eupatorii drach. iii. spicæ drach. v. hierę picræ drach. vii. rosarum drac. x. fiant ex eis trochisci,& administrentur. & fortasse indigebis eis, quæ sunt sicut homorusia, & dialacca,& medicamẽ de amygdalis amaris. & ad longitudinem febris m [ ] Recipe rosarum, pondus drac. x. masticis,& spicæ,& fœniculi,& seminis apii,& seminis endiuiæ,& succi eupatorii,& succi absinthii, omniũ an. drach iii. spodii drach. v. fiant trochisci:& sit dosis ex duabus drach. vsque ad v. cum drach. x. de geleniabin in decoctionis fœniculi quantitate vnc. ii. & ammeos confectum cum melle est magni iuuamenti in huiusmodi loco.& fortasse indiges propter longitudinem frigoris fricatione, & modus in ea est, vt incipiat ab humeris, & inguinibus, quando spargitur caliditas in manibus,& pedibus,& calefiũt. Si autem senserit similitudinem lassitudinis, fiat permutatio ad fricationem dorsi.& quando uehemẽs fit calefactio, n † [quę necessaria est in eis, tunc dimitte eam] ad aliud membrum. & de oleis bonis eis est oleum dulce, in quo non est stypticitas, et oleum chamæmillinum, et oleum de anetho decoctum in uase duplici. Quum ergo compleueris, tunc absterge cum oleo aliquo, ut non angustietur. et non est malum, si fricationem siccam sequatur fricatio cum oleo aliquo. et de illis, quæ seruant stomachos eorum, ut non debilitentur, sunt vnguenta inuncta capiti stomachi, quæ sunt sicut chamæmillinum, et oleum nardinum, et oleum anethinum, et fortius illo o [alnazoki.] et de emplastris iuuatiuis est, ut decoquatur chamemilla cum re pauca masticis decoquendo cum vino cum duplo sui de melle. et si ceciderit appetitus, tunc melius est ut non administretur vinum p [solum, immo] in quo decocta sint sicut chamæmilla, et q [dactyli] et melilotum, et absinthium.

e B. quum.
f B. buared.
g B. alchuamach, sicut alchamach de capparibus,& chamach.
h B. manipuli parui mentę donec ad medietatem perueniat.
i B. regiminis cibalis, & medicinalis. Alia litera. regimentalibus cibalibus & medicinalibus.
k † B. Alia litera. amararum.
l B. succi.
m † B. cum rigore & frigore.
n † B. eius non est malum tunc ut fiat fricatio cum oleo ita ut in membro vbi metur calefactio ei necessaria, & dimittatur ipsa uel permutetur ipsa.
o B. est oleum alrazachi.
p B imò almibachtegi.
q B Alia litera. hsimbriun.

ANNOTATIONES.

Scripsit de quotidianæ intermittentis curatione Gal. 1. ad Glau. scripsere Paulus lib. 2. Aetius lib. 5. quam breuissimè. fusius Trallianus lib. 12. Pulchre totum hoc negociũ author noster prosequitur. Atque, quum Gal. in tradenda pituitosæ febris curatione, quæ uarias pituitæ species sequi potest, unum tamen curandi modum proponat, de qua re etiam a Tralliano taxatur: docet author noster quomodo huius curationem pro temporum coctionis, ac materierum uarietate uariari oporteat: qua etiam de re Trallianus plurima. Duo hic præsertim animaduersione digna uidentur. Galen. in his febribus ab initio ad statum usque, materiæ uacat concoquendæ: a statu uerò, & uomitione & purgationibus concoctam materiam educit. Auicennas tamen, quod & Trallianus, non exacta & absoluta coctione per interualla purgant: ita, ut, quod recentiores ferè omnes, partim concoquant, & partim euacuent. Galenus item generatim, quæ incidant attenuentq́, in pituitosa febre proponit. Auicennas tamen, cui & Trallianus consentit, pro uarijs speciebus uarias quoque curandi formas tradit: neque in salsa pituita ratione alia curandum putat, quam ijs, quæ refrigerent & humectent. Verum ad hæc. An etiã ante statum purgare liceat, et partim coquere partim educere, ut nostri faciunt: an uero summus status & summa coctio expectanda, uidetur nobis non aliunde quam ex pituitæ natura statuendum. Hæc suapte natura frigida est, & uiscida: coctioniq́, propterea non satis apta. Quod si præterea, & multitudo accedat, certè multo etiam difficilius negocium reddit. Non inepte ergo partim concoquitur, partim educitur, quum tota simul concoqui nisi longissimo tempore nequeat: quum etiam, si exactissimam coctionem expectaueris, in discrimine res sit, ne, quæ concocta iam erat, denuo eius, quæ reliqua est, putrescentis pituitę contactu recrudescat. At si tenuis pituita est, non multum uiscida, neque plurima, id quod forte euenit, quum naturalis pituita putrescit, expectari summa posse coctio uidetur, qđ est à Galeno obseruatum. De uarijs uerò curationum modis. iri profectò inficias, qui rectè rem perpendit, non potest, neque unam has curandi febres esse rationem, neque salsam pituitam, quæ ad bilis naturam vergit, calfacientibus, attenuantibusque, sed frigidis, & humidis concoquendam. In exquisita tamen quotidiana, quæ ex naturali & pituita fiat, non alia curatio conueniet, quam, quæ a Galeno tradita est. His ita solutis quæstionibus, nunc reliquis prætermissis, ea tantum perpendenda sunt uerba quum ait [Ego uerò non diligo expectationem digestionis &c.] quæ profectò summis uiris negocium fecere. Alij enim negatiue legunt, ut modo legimus: alij affirmatiuè. [Ego uero non diligo nisi expectationem. Harum lectionum utra probanda sit, difficile est iudicatu, quũ in educenda purgatorio medicamento materia, alij expectari coctionem uelint, alij nolint. Nobis tamen utramuis elegeris, non multum uidetur laborandum. Si affirmatiuè legas, non diligi nisi expectationem coctionis, idest laudari ab Auicenna, ut coctionem expectes, id de exquisita

Aphor. 25.
Cap. 86.
Cap. 7.

aph. 22.

quisita purgatione erit intelligendum, quæ certe non nisi obita coctione tentanda est Hipp. consilio 1. aph. sin uerò negatiue legeris, non diligi expectationem. i. non probari ut co ctic pro purgante medicamento exhibendo expectetur: id de exquisita coctione & non exquisita purgatione dictum erit. ut scilicet pro purgante medicamento non exquisito perfectam coctionem expectari nolit, quin antequam perfecta ea sit, si modo appareat, euacuari aliquid iubeat, sed ut ait, cum facilitate: deinde uerò expectari, ut quod reliquũ est concoquatur. cuius certe rei supra rationem attulimus, quum causam reddidimus cur Auic. & nostri in quotidianis partim concoquant, partim euacuent, neque summam coctionem pro summa purgatione expectent. facit uerò & ad hanc rem eorum placitum (de quo iam sæpius) qui morborum etiam initio purgatoria exhibent. qui certè si morbi initio felici euentu medicamentum ex purgantibus exhibent, quanto felicius, si id apparente, licet non perfecta coctione egeris, res eueniet? Verum obijcies statim rem non ita se habere, quum propterea superieribus uerbis Rasim hic author reprehenderit, quòd hac curandi ratione sit usus. At non eadem tamen est ratio. neque enim propterea Rasim damnat, quòd medicamenta non concocta materia exhibeat, sed, quod singulis noctibus si aluus laxa nõ erat, medicamentum ex turbith propinaret. Videtur ergo hic author frequentem et quotidianam purgationem improbare, non tamen si paulatim concoxeris, & paulatim eduxeris, leui tamen & facili purgatione, non autem forti. Hoc sentire nobis Auic. uidetur, & nobis posterior hæc lectio satisfacit, quamuis, ut diximus, & alia quoque probari possit.

Cura phlegmaticæ continuæ, quę nominatur latica. Cap. 57.

EST cura facientis paroxysmum omni die, & differt ab ea, quoniã oportet ut in [a] [illa] sit administratio subtiliantium calidorum cũ facilitate, & [b] [hoc si fuerit contentus] eis, quæ sunt sicut syrupus acetosus, & geleniabin, & iuleb de melle, & aqua eius. & aqua fœniculi, & apii, & radicum trium sine dubio confert. Et, quandoque confert eis [c] [kisch] de anetho, & [d] [kisch] de capparib. & proprie cum uestigiis digestionis. Et præparentur cibi eorum in obseruatione temporum, & diuersitatis eius, & fortitudine uirtutis, & debilitatis eius in præparatione, cuius rememoratio præterijt. Et de medicinis bonis ad eos sunt trochisci de decem generibus. Et iterum de medicinis expertis ad eos est illa, quæ recipit rosf. drac. vj. succi liquiritiæ, fumiterrę, spicæ, omnium an. ʒ. iiij. masticis ʒ. iij. karabe ʒ. iii. anisi ʒ. ii. præparentur. Et iterum trochisci eupatorij drach. iiii. rosarum drac. i. & tertiam, spodij drac. ij. & s. [e] † [

] Et iterum, troch. absinthij, quorum descriptio. Rec. [f] † [ ] assari, seminis apij, anisi, amygdalarum amararum, suchaha, bedoard, succi eupatorij, spicæ, masticis, omnium an. drac, ii. [g] † [

] [h] [& iterum, eupatorii unc. iij. rosarum rubearum. lib. i. spicæ, lib. s. spodii unc. iiij.]

a B. ista.
b B. q contentetur.
c B. chemach.
d B. chemach.
e † B. Et iterũ eupatorij unc. ʒ. rosarũ lib. s. spodij. unc. 4. spice. lib. s.
f † B. absinthii.
g † B. cõtundantur, & cribellentur, & malaxentur, & fiant trochisci.
h —— B.

Cura epialos & lipyrię. Cap. 58.

CVra eorum propinqua est curæ, quam diximus, & sunt ambæ associatę, uni uię: & oportet, ut incipiatur in primis a syrupo acetoso mellino, & zuccarino. Et præcipitur in eis ambabus, ut administretur rob agrestę decoctũ cum melle, & syrupo rosf. deinde fiat gradatio de via sumendi in potu semina, & aquas eorũ ad infusionem aloes, & trochiscos de rosis cum mastice, & pilulas de aloe, & hieram picram, & pilulas de eupatorio, & oportet ut in eis ambabus simul stomachi solicitudo habeatur, & administretur uomitiuum cum aqua phaseolorũ & raphani, & anethi, & calamenthi, & diuretica. Et de solutiuis iuuatiuis est illud, quod fit ex myrobalanis nigris, & citrinis, & turbit, & zuccaro, & de illis, quæ conferunt eis iuuamẽtum magnum, sunt clysteria decliuia ad acuitatem, & in quibus ponuntur medulla cartami, & centaurea minor, & anethum, & chamæmilla & alhascech, & melilotum, & almuri & mel. Et regimen lipyriæ indiget subtilitate plusquam regimen alterius.

Cura febris cum syncopi humorosa. Cap. 59.

HÆc febris est difficilis curę. Et modus in curatione eius est euacuatio gradata ex subtili ad fortem, & propriè quando natura non respondet ex se: tunc enim cum clysterib. munda, quod est in intestinis & uenis propinquis eis, ex superfluitate. Et administra in residuo subtiliationem cum fricatione. Et Galen. quidem dixit, quod [a] [deficit in euacuatione plurimum eorum] nisi cum fricatione. Et melior modorum in fricatione eorum est, ut incipiat a coxis, & cruribus, descendendo a superiori ad inferius, & administretur illud cum mantili aspero, abradente cutẽ: deinde permutetur ad manus, descẽdẽdo ab humero ad spatulam, ita ut igniatur cutis, deinde ad dorsum, & pectus: deinde redeat ad crura, & reuertatur ad ordinem primum. & ponatur medietas temporis eorum fricationi, & medietas temporis eorum dormitioni, si possibile est. Et ad summũ, canon curationis eorum est subtiliatio, non calefactio valde. & de illis, quę conferunt eis, sunt subtiliantia, sicut aqua mellis cum uirtute hyssopi, & seminis apij in matutinis, & similib. eis. Quòd si fuerit illic fluxus uentris superfluus, decoque [b] [mel] decoctione uehementiore, & non soluet nisi parum, [c] [temperatum, iuuatiuum,] & syrupus acetosus mellinus iterum confert eis, in æstate quidem & cum consuetudine potus aquæ frigidę, permistus cum aqua frigida, & in hyeme oporiet vt non sumat eam in potu penitus, & sit contentus aqua calida. & assumere calidum ex potibus est melius eis, nisi apud necessitatem ęstus æstatis, et uehementiam caloris plurimi. Et conuenientius, quo potantur ad sitim, est syrupus acetosus mellinus, et vinum [d] † [ ] confert in eis principio, et propriè si fuerint febres eorum [e] [sanguineæ, sed parum] sunt, et propriè in senibus. Et necessarium est eis vinum post cibum. et ribi quidem necessarium est, vt consideres pulsum habentium hanc ægritudinẽ semper, et quum videris eum incipere debilitari, et cadere, subito ciba eum pane infuso in uino commisto, si non prohibet apo

a B. deficiũt p[...] ximi eorum [...] euacuatione[...]
b B. aquã mell[...]
c B. temper[...] cũ iuuamento
d † B. aquosum[...]
e B. fortes & [...] ro.

stema

stama in visceribus. Quum ergo associatur ei huiusmodi ægritudo, non est curationi modus, neque fiduciæ locus, scilicet quando accidit huiusmodi alteratio in pulsu: & hęc quidē cibatio est ex eis, quæ necessaria sunt, quando vehemens fit syncopis, uerum oportet, ut [f] [prohibeatur illud.] [Cibus autem, super quē fit dormitio, est aqua hordei, super quam non addatur nisi quum cadit uirtus, & si additur, tunc sit panis infusus in iuleb, aut aqua mellis. & balneum quidem est de rebus nocibilioribus istis, & calidum, & frigidum valde ex aere, cum calido enim non fit securitas de cursu humorum ad pulmonem, & ad cor, & ad cerebrum, & frigidum prohibet digestionem eius, & addit in oppilationem eius. Quod si fuerit in ea humor cholericus aliquis, tunc, si facilis est uomitus, & [g] [leniatur,] est iuuatiuus ualde, & ad ultimum [h] [melius est, ut assiduæ proficiat] in ea.

f B. sequatur illam fricatio.
g B. leuis.
h B. dignus est ut iuuet.

ANNOTATIONES.

Habes & huius & sequentis febris curationes ex Gal. 12. meth. sed & Paulus lib. 2. & Aetius lib. 5. & Trallianus lib. 12. de iisdem scribunt. (cap. 34.)

Cura febris cum syncopi minuta. *Cap.* 60.

OPortet ut emplastretur pectus eius cum sandalis, & aqua ros. & viuificetur cum cibo paulatim. & sit cibus eius, sicut panis de simila infusus in aqua granatorum, infrigidata, si desiderat ipsum, & similiter in aqua de fructibus. Si autem indigetur ad virtutem† almosusat factis ex pullis, cum aceto & aqua agrestæ, & oleribus frigidis, & proprie coriandro, erit iuuamentum in hoc, si exhibeatur.

† cibis acetosis

Regimen nocturnæ & diurnæ. *Cap.* 61.

REgimen earum ambarum est regimen phlegmaticarum, neque est diuersitas in eis.

De quartana periodica. *Cap.* 62.

PLurimum quartana est periodica, & minoratur casus quartanæ inseparabilis. Causæ vero quartanæ sunt ea, quę generant melancholiam, postea, a† [ ] putrefaciunt eam, & tu iam sciuisti totum illud. Et sciuisti, quod melancholia alia est, quæ est fęx sanguinis, & alia, quæ est adustio eius, & cinis humorum. Et sciuisti, quòd de illa est sanguinea, & de illa est phlegmatica, & de illa est cholerica, & de illa est adustio ipsius melancholiæ naturalis, & existimauerunt quidam hominum quòd quartana non generatur ex melancholia naturali, quoniam ipsa non putrefit. Et huius quidem sermo non oportet vt auscultetur imo de proprietatibus omnis humiditatis est, ut putrefiat, quamuis b [rarificetur] in præparatione, & plurimum quidem euenit successione ægritudinum c [febrium diuersarum] putridarum propter diuersitatem humorum d [ex quibus generantur,] ex eorum putrefactione, & quum e [adunantur] & non euacuantur, multiplicatur melancholia, deinde quum putrefit, est quartana, & multoties quidem accidit successione splenis: & cum hoc ipsa secundum plurimum non euacuatur ex dolore splenis, aut duritie eius. Et saluior quartana est illa, quæ non accidit ab apostemate splenis, aut aliis: aut cum qua non est apostema splenis. Quartana enim, quæ euenit ab apostemate splenis, aut cum qua est apostema splenis, multoties perducit ad hydropisim, & pernitiem. Et quartana, quę salua est, liberat ab ægritudinibus malis melancholicis, sicut melancholia, & epilepsia. Et in ea est securitas a spasmo, quoniam humor est siccus. Et secundum plurimū est ægritudo salua, & quando non accidit in ea error, non addit supra annum: & quādoque perdurat xii. annis, & quòd est infra eos. Et quæ ex ea longa est, perducit ad hydropisim. Et scias, quòd autumnus est inimicus quartanæ.

a† B. quæ.
b B. diuersificetur.
c B. diuersarū, & successione febrium.
d B. Alia litera qui generantur ex eis.
e B. incinerati fuerint.

ANNOTATIONES.

Quòd quartanæ plerunque intermittentes sint, rarò aūt continuæ, scribit etiam Gal. 2. de diff. feb. cur uerò id accidat, hæc uidetur ratio. nempe quòd pauca plerunque atri humoris copia in corporibus nostris affluit: ex qua propterea cōtinua febris gigni non potest. neque. n. sola secundum locum differentia continuam aut intermittentem facit: sed multū facit & materiæ copia & crassitudo & uisciditas, quamuis neque hæ solæ sufficiant sine loco, de qua re in superioribus est actum. Quum ergo ex atra bile quartanę fiat, & uariæ sint atri humoris differentiæ: dissentire tamen magni inter se medicinæ principes uidentur, quum Gal. unam tantum quartanæ speciem ex atro humore naturali putrescente agnouisse uideatur: Auicennas verò hoc in loco febrium numerum specierum huius humoris numero respōdere existimet. Verum admiratur de Gal. Trallianus lib. 12. quomodo, quasi una esset quartanæ species, unum curā di modum tradiderit, quum alioqui et multiplices sint eius species, & curationes diuersæ. De his tamē rursum specieb. quot sint, non conueniunt inter se Auicennas & Trallianus. sed hic quidem duplicem putat, alteram ex atro et naturali humore, alterā uerò ex assata bile: is uerò & ex adusto præterea sanguine & pituita exusta fieri quartanā putat. Non defuere tamen et qui naturalem atrum humorem putrescere non posse crediderint, ut Trall. memoriæ commendauit. sed hi quum nullus sit humor qui non putrescat, non sunt plurib. confutandi. Hæc quum ita se habeant, damnant tamen nonnulli & Trallianum & Auicennam. Trallianum quidem, ꝙ de assata bile meminerit etiam Gale. 3. progno. ubi quartanam ex melancholico fieri humore dixit, cuius duplex generatio est, & ex crassiori sanguine, & ex bile uehementer assata: quam rem. 3. quoq; aphor. confirmare uidetur. quamuis de hac, ubi ex proposito de quartana agit 2. de diff. feb. 1. de crisib. & 1. ad Glauc. propterea nō meminerit, quia in his locis nō nisi de exquisita agit, quę ex naturali atro humore putrescente proficiscitur. Auicennā uero eo nomine damnandum censent, ꝙ ex pituita atram bilem gigni posse, & quartanā ex ea fieri existimet. id quod tamen fieri nunquam pōt. Ita ut hactenus, multiplex sit discordia. Cæterum, sicuti uidetur nobis Trall. non iniuria de assata bile & de quartana, quæ ex ea procreatur, mentionē & curationem a Galeno desiderare, quæ diuersam curādi rationem exigit, siue exquisitā, siue non exquisitā dicas: ita et doctissimè author noster alias adiecisse species quartanæ uidetur, ex aliis bilis specieb. manantes. An uero ex assata

Cap. 3.
Cap. 8.
Com. 27.

pituita atra fieri bilis possit, quod in cõtrouersiam uocant, nos lib. 1. fusius sumus prosequuti, ut propterea ijs suppositis hoc in loco, quartanam ex melancholico humore, qui ex adu sta pituita fiat, procreari cum medicis fere omnib. facile cre damus. Atque hæc de proposita discordia dicta sint. Esset uerò hic rursum quæstione dignum, quia quartanæ nonnunquam lienis tumores sequuntur, in quarum nam febrium genere eæ sint reponendæ an forte inter diarias, quum tumo rem sequantur? Sed paucis. Febris, quæ lienis inflammationem sequitur, quartana non est, sed quamdiu non putrescit inflammatio, tamdiu fortaße diaria est, nempe, quæ neque cum putredine est humorum, neque cum solidarum partium siccitate. putrescente uerò ea & putrida hæc quoque euadit, & continua. At quum ex lienis hoc in loco uitio quartanam sequi dicimus, non ob aliam rationem sequi ea consueuit, quam ob affluentem & putrescentem atrum in uniuerso corpore succum, qui uel ob repletum lienem, uel ob infarctas craßo & uiscido humore uias, per quas, quod san guini fæculentum inest, in ipsum lienem expurgari consueuerat, expurgari non potest. hæc uerò febris neque diaria est, neque lienis uitium immediatè sequitur, sed copiæ atri humoris, in uniuerso corpore putrescentis succedit, quamuis non ignoremus quartanis laborantes ita aliquando in acce sione, lienis dolore inuadi, ut ab eo ueluti putredinis fontes accendi febris uideatur. Quamobrem quartana, etsi ob lienis uitium procreatur, nunquam tamen in diariarum gene re potest collocari.

Signa. Cap. 63.

SIgna sunt, quod quartana incipit in primis cum frigore paruo, deinde incipit frigus eius ad di, postea minoratur parum apud statum, sicut in phlegmate. Quumque calefit corpus, non est caliditas uehemens, licet; sit maior, & magis apparens quam illa, quæ est in phlegmatica, ipsa enim cum difficultate sua; in inflammatione non inflammatur inflammatione de qua curatur, sicut ignis in lignis [a] [grossis,] Et non comprehendit super corpus totum, imò est illic ca liditas cum horripilatione: [b] † [ ] & causa in hoc est grossitudo humoris, & est cum frigore [c] [& aliquantulo dolore,] quasi frangat ossa. Et est illic [d] [confractio] propter quam strident dentes, uerum non sicut in phle gmatica, quapropter perducit illud ad debilita tem uisus, uerum [e] [lenitur] apud digestionẽ, quoniam malitia minoratur, sicut fuit in prin cipio parumper. Et de signis quartanæ, sunt cau sæ eius antecedentes ex febribus, quę prolonga tæ fuerunt, & ex splene, aut dolore, & de signis quartanæ etiam sunt dispositio complexionis, & significationes melancholiæ, & ætas, & tempus, & cibus, & forma, & consuetudo, & quæ his similia, & periodus eius est xxiiij. horarum. & multoties est febris tertiana in æstate quidẽ, & fit quartana in hyeme. Et multoties perducunt febres diuersæ ad febres permistas, in qui bus non est ordo propter diuersitatem residui humorum remanentium post febres. Quum er go confirmatur secundum cinereitatis additionem, confirmantur super quartanam. & illius quidem, quę est a phlegmate adusto, sunt paroxysmi longiores. Et accidit [f] [eis frigus secundum plus successione assiduationis.] & est sudor tardior, & urina grosior, & durities uenarum minor, & fit secundum plurimum successione febrium phlegmaticarum, et illã, quæ est a sanguine adusto, antecedunt signa sanguinis, & febris eius, & rubedo urinæ, & significãt ipsam forma, & ætas & tempus, & fortasse erit post febres sanguineas. Et in illa, quæ est a cholera adusta, est pulsus uehementioris uelocitatis, & frequentiæ, & incipit cum horripilatione, & [g] [frigore] in carne, & siti, & sudore. Et quandoque fit ira [h] [& furor] et inflammatio, et significant ipsam forma, et tempus, & ætas, quandoque significant ipsam, quòd ipsa fit suc cessione febrium cholericarũ. Et pulsus in quar tana est decliuis ad duritiem propter siccitatẽ humoris. Ipse enim trahitur ad interiora, quasi ipse esset pulsus [i] [senis,] et ad æqualitatem, dũ nõ; mouetur, et si moueatur, diuersificatur pulsus ualde propter grossitudinem superfluitatis, et fit [k] [mundificatio] eius apparens apud te porem, et est significatio completa super quar tanam. Et multoties accidit in eo diastoles inæqualis, et systoles uehementis uelocitatis, secun dum contrarium eius, quod est in tertiana, et pulsus quidem quartanæ melior est pulsu phle gmaticæ in paruitate, et frequentia, sed est simi lis ei in tarditate, et apud inceptionem paroxysmi additur tarditas sua, et [l] [frequentia,] et diuersitas eius est maior diuersitate reliquarũ febrium: deinde incipit magnificari, et fieri fre quens, et uelox. Et urina in quartana est similiter horarum in priuatione digestionis, propter frigus materiei, et grossitudinem eius, nisi apud statum bonũ. Verùm dispositiones eius, et colores eius diuersificantur, et illud ideo, quoniam melancholia generatur ex humoribus diuersis. Et de signis digestionis quartanæ est leuitas [m] [tremoris.] Vrina autem in princi pio est alba ad uiriditatem decliuis, cruda, cui non est digestio. Et post principium diuersifica tur eius dispositio, [n] † [ ] propterea quòd [o] [plurimum melancholiæ est generatum] ex humoribus diuersis, et est apud declina tionem nigra. Et sudor in quartana est plurimus per comparationem ad phlegmaticam, et non multiplicatur per cõparationem ad alias: et sitis minoratur in hac febre, nisi sit a melancholia cholerica.

[a] B. uiridibus.
[b] † B. & grauitate.
[c] B. aliquid ex dolore.
[d] † B. rigor & concussio uel commotio.
[e] B. Alia litera. manifestatur seu clarefit.
[f] B. & accidit plurimũ illius successiõe quotidianæ.
[g] B. Alia litera fractione seu contritione.
[h] B. quæ & sitis.
[i] B. spasmati.
[k] B. raritas.
[l] B. raritas.
[m] B. rigoris.
[n] † B. & colores.
[o] B. melancholiæ generatio.

ANNOTATIONES.

Habes de quartanæ signis plura ex Gal. 2. de diff. feb. cap. 4. 2. de crisib. cap. 5. & 1. ad Glauc. cap. 6. Aetiò lib. 5. cap. 8. Tralliano lib. 12. cap. 81. & Paulo lib. 2.

Cura. Cap. 64.

COnsideretur in hac ægritudine, an sit melancholia phlegmatica, aut melancholia sanguinea, aut melancholia cholerica, aut melancholia melancholica. Deinde rege vnamquamque earum cum eo, quod ei est conueniens, de illis quæ dicemus. Verùm omnibus speciebus suis sunt iudicia, in quibus communicant, et illud est, quòd [a] [ipsæ minuuntur] in principio. quare necesse est, ut attendatur, an sit sanguis dominans in ea et proprie quando quartana est a melancholia sanguinea, tunc.n. phlebotometur, et extrahatur sanguis secundum quantitatem necessitatis; et fortasse exigit mul-

[a] B. Alia litera. quoniam in omnibus earum euacuatio.

multitudo eius,[b] † [
] ut extrahatur de eo res plurima. Et quando non est necessaria phlebotomia, tunc phlebotomia est nociua, in quantum debilitat, & inquantum educit contrarium melancholiæ, & inquantum mouet humores ad exteriora. Et si oportet, euacuetur a principio de humore faciente febrem aliquid, [c] [ad alleuiandum, & mundificandum.] Illud enim apud digestionem [d] [est] secũdum quod innuam ad ipsum Et sit post paroxysmum per diem. & non oportet, vt fiat prouocatio in primis cum fortitudine. & oportet ut administrentur mollificantia. & si tibi non uidetur bonum vti potionibus, administra loco earum clysteria conuenientia, sed oportet ut sint leuia, & non conceditur cõfortatio eorum, nisi quando consequitur ægritudo statum. Et si medicus iam præsumpserit, & solutione eduxerit melancholiam in principio, aliquoties solutione forti & prohibuit ægritudinem penitus, sed [e] [est rectum] ab errore. Et oportet, ut prohibeatur in die paroxysmi a comestione, & pręcipiatur ieiunium. Et prohibeatur ab aqua frigida illa die. & est necessarium in reliquis diebus uti carne taiugi, aut pulli, in primis taiugi usq; ad tres uel quattuor periodos, deinde pulli, tunc enim pullus est melior. Et sit medicina in die [f] † [ ] paroxysmi geleniabin [g] [confricatum] cum aqua calida in die bis, aut [h] [ter. Sintque drach. iij. geleniabin cum drach. x. syrupi acetosi.] Et tu quidem scis, quòd quando melãcholia est cholerica, tũc oportet ut administretur in ea quod soluat eam ex genere myrobalanorum, & uiolæ. Et si est phlegmatica, [i] † [

] oportet ut administretur in ea aliquid in primis, in quo sit uirtus polypodij, & epithymi, & similium. Et scias quod aqua casei est bonum uehiculum ei, quo administratur de uirtutibus prædictis, & fortasse confert administratio eius solius, quando est caliditas uiolenta.[k] [nam geleniabin] & aqua eius colata [l] [cum] decoctione sua forti, est loco ipsius, proprie quando est in stomacho debilitas, aut est illud quod uincit, humor frigidus. Et vomitus iterum, & proprie ante cibum & post cibum est conuenientior, & proprie in die paroxysmi, & ante paroxysmum, & propriè quando melancholia est phlegmatica, est de rebus iuuantibus in ea, & non in principio tantũ imo & in omni hora. Oportet ergo, ut non laboretur in principio, & in principijs digestionis usque ad aduentum complementi digestionis [m] [in euacuando superfluitatem] cum eo quod [n] † [ ] calefacit cum fortitudine, neque cum eo quod exsiccat cum fortitudine ex medicina, & dimissione ciborum, neq; cum eo, quod debilitat ex solutione uentris, neque iterum cum eo, quod debilitat in principio ex subtiliatione regiminis. & scias, ꝙ quando incipit quartana in æstate, aut hyeme, tunc oportet, ut in potu detur in primis de aqua hordei, & secaniabin, ut aperiat uias oppilatas propter prouocationem, & consumatur velociter, & illud est post periodum antecedentem tribus horis, aut quattuor, & cum accidit quartana in hyeme, tunc [o] † [ ] non est modus, ut dentur in potu trochisci. Et scias, quod res frigidæ, & humidæ facilis digestionis, boni chymi sunt conuenientes huic ęgritudini [p] [in quantum est febris, & ex hoc quod] sunt contrariæ uni duarum qualitatum melancholiæ, quæ est siccitas, quare oportet ut administrentur iterum, ubi non timetur nocumentum digestionis [q] [&] nisi sit quantitas ex qua [r] † [ ] timeatur nocumentum in digestione, aut misceatur cũ eis aliquid qđ earũ frigiditatẽ tẽperet, & non minuas earũ humiditatẽ, & istæ sunt res calidæ cũ æqualitate. Et alienetur oẽ frigidũ et siccũ, & res humidæ, & frigidæ huic ęgritudini cõueniẽtes, sunt sicut endiuia, & lactuca, & melõ, & ꝑsica quãdoq;. Et nõ oportet ut deuitentur huiusmodi nisi aut propter vehementiam frigoris, & est illud inuentum sicut in lactuca. & non est inuentum sicut in melone dulci, aut propter vehementiam prouocationis perducentis ad ingrossationem sanguinis, & illud est inuentum in melone dulci, aut propterea quia præparata sunt ei quod permisceat [s] † [ ] putredinem, & est illud inuentum in persicis, & oportet ut obserues huiusmodi. Cibi uerò calidi cum æqualitate, cum additione in humiditate, sunt iuuãtes valde, & propriè quum volunt æquationem caliditatis eorum, ubi non diligitur ut per ea fiat iuuamentũ ad digestionem cum frigidis, & humidis, sicut commistio ficuum cum endiuia. Et non est malum in primis sumere ea, in quibus est salsedo, & [t] [acredo] & incisio, quum non timetur incrementum caliditatis. In fine autem ægritudinis non est excusatio illius, & trochisci de absinthio iuuatiui sunt usque ad finem ægritudinis. Et de illis, quibus sit iuuamentum, est sessio in aqua calida dulci ante cibum omni die, & balneatio quę humectat, & non facit sudare, neque excitat caliditatem, & continuatio delitiarum & quietis, & abhorrere exercitium, & motus corporeos, & animales: & omnes istæ febres indigent humectantibus, & diuersificantur in quantitate infrigidationis, & calefactionis. & necessitas sua, qua indigent exsiccatiuis, est propter illud, quod est in eis de virtute incisionis, et abstersionis, et solutionis, et non propter exsiccationem, & òportet, ut obseruetur stomachus cum emplastris bonis, confortãtibus, quę sunt inter virtutem caliditatis, et subtilitatem eius secundum quod exigit dispositio. et obseruentur splen, et hepar, et regantur, vt non indurentur, et apostemẽtur. et fortasse est necessariũ ad prouocandum vomitum vti aqua raphani cum semine suo, quę misceantur cum syrupo acetoso. et fortasse iuuatur cũ antecessione cõmestionis [u] [siclæ.] et eius, quod salitum est de piscibus, et synapis, et his similium ante ipsum. et adiuuatur post illud cum potu aquæ multæ. deinde fiat successio cũ syrupo acetoso, et euomat, et de illis, quę conferunt ei, est ut sumat ipsum in die paroxysmi, deinde euomat super ipsum, et securitatem facit a nocumento [x] [febris quod est propter frigus, et rigore, et acuitate] febris, si sumat allia et mel, et bibat syrupum acetosum mellinum, et impleatur cibo, deinde sumat aquam calidam et euomat. Quum ergo cõ

sumitur

b † B. & spissitudo seu fæcalitas eius. Alia litera. & fęcalitas & malitia ipsius
c B. propter alleuiationẽ non pp mundificationem uel eradicationem.
d † B. fit.
e B. melioratio est facta.
f † B. alio adie.
g B. commistũ.
h B. tres ʒ. geleniabin cum ʒ. x. syrupi acetosi Alia litera. tres ʒ. geleniabin in x diebus cum syrupo acetoso.
i † B. oportet ut administretur quod soluat eum in primis aliquid in quo sit uirtus turbith. Et si est melancholia.
k B. & geleniabin quidem.
l B. a.
m B. & fiat euacuatio supfluitatum.
n B. non.
o † B. est curandũ cum facilitate &.
p B. ex parte febris & ex parte
q B. aut.
r † B. non.
s † B. ad.
t B. acuitas.
u B. Alia litera. atriplicis.
x B. frigoris & rigoris & acuitatis.

sumitur paroxysmus; tenet rē paruam, & balneetur in mane. & si sumat ante paroxysmum v. horis cibum, vt euomat, fortasse iuuabit illud, licèt non euomat[y] † [ ] Et uomitus ante paroxysmum, quicūque humor sit, aut alleuiat paroxysmū, aut eradicat ipsum. Et de regimine bono est, quod ieiunet in die paroxysmi, si non est quòd prohibeat, & non sumat cibum, donec consumatur paroxysmus. & ingrediatur balneum die secūdo, siquidem fuerit digestio; non fiat in eo nisi effusio aquæ calidę quantitate, qua delectat corpus, & humectat, minus quam ut perueniat ad hoc, ut [z] [liquefiat] ex ea humor. [a] [Et in die tertio] administretur uomitus propter illud, quod supfluit de cibo, & quod resoluit balneum, quamuis oporteat ut administretur uomitus in die paroxysmi iterum. Quod si melancholia fuerit sanguinea, iuuabitur cum phlebotomia ex basilica, deinde per euacuationem subtilem cum eo, in quo ponuntur de mundificantibus sanguinē, sicut uirtutes suchaha, & bedeoard, & polypodii, & fumiterræ, & myrobalanorum kebulorum, & hoc quidem genus uelociter recipit cu rationem, & si fuerit melancholia cholerica, tunc tibi inest, ut administres infrigidationem & humectationes ultimas, ex medicinis, & cibis. Et administra aquam temperatam sedando in ea & abluendo. Et fiat lenificatio naturæ in principio cum eis, quæ sunt sicut illud, quod fit ex uiol. & quod fit ex aqua casei cum virtute polypodij, aut syrupus acetosus cū epithymo, & syrupus rosaceus & aqua lubleb, & casia fist. At uerò solutio eius integra speratur post xx. dies, quoniam digestio apparet in eo. s. quando materia est melancholia cholerica, deinde fiat gradatio ad illud, quod subtiliat, & incidit. Et si necessaria est rectificatio stomachi, tunc fiat cum inunctionibus, & oleis, & epithematibus, quæ non pertranseunt uirtutem chamęmillæ, & absinthij, & meliloti, & similium et ieiunium plurimum [b] [vsque] in die periodi. [c] [& quando que iterum] est ex eis, quæ non conueniunt ei. Et si sit [d] [ut in die periodi, sufficiat] eis de cibo parum modicū. Et de mundificatiuis iuuātibus sunt ea, in quibus est decoctio myrobal. & epithymi, & senę in syrupo acetoso, in quo de coctæ sunt uiolę. Et fortasse sumitur in potu e [ente in eo] assa in ieiuno, proprie in die paroxysmi, & euomat ipsum, si nauseat cum ea anima eius. Et si fuerit melancholia phlegmatica [f] [redeat ad syrupum acetosum] mellinum cum aqua apij, & fœniculi, & similium. Et si necessaria fuerit lenificatio, misceatur cum eo in principio uirtus solutiua phlegmatis de uirtutibus turbit, & polypodij, & fiat gradatio pauca ad virtutem agarici. Et fiat ut uomat cum syrupo acetoso mellino de seminibus, & his similibus, vsquequo incipiat digeri. Et sit vaporatio stomachi & eius emplastratio cū eo qđ est fortius, ita ut cum dactylis, & ficubus, & similib. & similiter inunge ipsum cum oleis calidis, perueniēdo vsque ad oleū de costo, & fortasse est necessarium in eo prouocare uomitū cū syrupo acetoso, & sit in eo uirtus g [synapis, &] ellebori al bi: imò [h] [fortasse] est necessarium vt in potu detur elleborus albus in raphano, aut uirtus ellebori in raphano, aut elleborus cum dispositione sua, quum non timetur debilitas dispositionis virtutis. Et si fuerit melancholia melancholica pura, de genere fæcis sanguinis, tūc rectificatur solutio eius in primis cum aqua lubleb, & penidiis, & est conueniens administratio geleniabin mellini, & zuccarini. Et in fine eius euacuetur cum eis, quæ sunt sicut decoctio myrobalanorum citrinorum, & nigrorum, & fumiterrę, & passularum. Quum ergo ægritudo digesta est, tunc bonum est phlebotomare ex basilica. Et administretur uomitus super cibum cum fortitudine: aut leuiter secundum horam & necessitatem. Et oportet, ut assiduet ipsum, quoniam est radix ad euacuationem cum medicinis, & clysteribus fortibus. Et medicinæ quę administrantur in huiusmodi hora, sunt epithymum, & polypodium, & agaricum, & stęchados, & lapis armenus, & lapis lazuli abluti, & nō abluti, & succus foliorum [i] [centaureæ] cum syrupo mellino. Et fortasse necessarius est elleborus niger, & fortasse [k] [infundantur] in cholerica, senę, & fumusterrę cum epithymo, & in syrupo acetoso. Deinde [l] [habeas consilium] tunc apud euacuationem, & da in potu phlegmaticæ, & melāncholicæ ex ea theriacam, & mitridatum, & medicamen de assa, & sulfur, & piper solum bibatur in aqua. Et de illis est sinapis, quę administrentur non assidue, imò in omnibus tribus diebus, & in primis, & ante illud in spatio longiore, & similiter diapipereō, & similia illi de electuarijs. Et non festines cum aliquo horum ante digestionem: nam si tu dederis in potu theriacam, & similia illi in primis compones quartanam cum quartana, & fortasse attrahes ægritudines alias, & propriè in hyeme. Et in fine eius si necessaria fuerit phlebotomia, aude super eam. Inquit Gal. sanaui gentē plurimam a quartana ita. Dedi eis in potu post digestionem solutiuum, deinde, dedi eis in potu succum absinthij. deinde dedi eis in potu theriacam. Et dico quòd assa, & piper singularia sunt iuuatiua valde, quando apparet digestio, & peruenit status. et ciba illum sahanc, & [m] [elbune & † keniculi capparis,] & sinapis, & almuri, & omnibus in quibus est virtus solutiua cum fortitudine. et fortasse erit tibi necessariū, ut des ei in potu post. xl. dies, omni mane quantum est nabaca una de eis, quæ sunt sicut medicamen de assa, & omni secundo similiter, quū febris non fuerit acuta, & materiei radix non fuerit cholerica. Et de trochiscis iuuatiuis in hac hora, & apud declinationem, sunt trochisci secundum hunc modum. Recipe. succi eupatorij, & croci amborum an. pondus. drach. iii scolopendriæ, aristol. & [n] [lactucę], & reubarbari, & spodii omnium an. drach. v. & sem. acetosę, & sem. portulacæ, & ros. & spicæ, & se. cuscutæ, & anisi, & se. apii, & radicum capparis, & granorum alben, & se. fœniculi, omnium an drach. iiii. conficiantur cum aqua apij, & fiant trochisci, et dentur in potu cum aqua fœniculi, et endiuiæ, et cuscutæ, et hæc quidem medicina iuuatiua est modis pluribus. et [o] [si digeritur materia,] tunc fac istud. Recipe, myrrhę. drach. xv. spicę, p [. drach. xiii. agarici, costi, floris squinanthi, omnium an. drach. v.] petroselini. drach.

Marginal notes: y † B. totum. — z B. moueatur. — a B. in die ergo. — b B. etiam. — c B. quandoque — d B. in die paroxysmi sufficit. — e —— B. — f B. properet ad geleniabin. — g —— B. — h B. quandoq; — i B. pentaphylli — K B. sufficit. — l B. prouoca — m B. chamæ capparis, synapi & alb... ri. Alia littera & lacte, & c... mach de capp... ribus. † condito. — n B. lacte. — o B. quādo materia fuerit digesta. — p B. pyrethri, co... sti, fumiterræ, squinanthi

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

q B. aut melle zingiberis.

drach.xv.anisi.drach.x.conficiantur cum uino antiquo q [et cũ melle,et zingibere.]et sit dosis eis quantum est nux.et quandoque dabis in potu in fine,& conualescentibus, & apud paucitatem nocumenti in ea,& multitudinem calidi tatis cum subtiliatione materię medicinam huiusmodi,Recipe seminis huiusquiami albi,mãdragoræ,amborum an.siliquam.i,& assę circiter tertiam fabæ.i. et de hoc genere est.ut sumãtur iterum calamenthi domestici aur.iiii & seminis urticę aure.xx.& epithymi aure.j. fiant trochisci parui valde, et sit dosis.drach.i. et ex eis,quę bona sunt eis, est ut administretur post apparitionem digestionis vsque ad finem eius istud.Sumatur passularum de semi, r [aut de alacoens] & allii syluestris et mirthi recentis, omnium an.pars.i.& decoquãtur in aqua dulci postquàm infusa sunt in ea, deinde bulliant exquisitè,et coletur,et detur de ea.unc.i.et iterũ seminis apii,et anisi,& cordumeni, omnium an.drach.v.origani syluestris,eupatorii omniũ an.drach.vii. ammeos drach.iiii.suchaha.drac. iii.passularum.drach.v, decoquantur in tribus libris aquę usque quo redeat ad lib.i. et de illis quę bona sunt eis,est,ut sumantur ammeos,spicę,& calamenthi omnium an.drach.x.& carui, & anisi amborum an.drach.vij. & assæ pondus v.& zingiberis pondus drach.iiij. & cassiæ pondus drach.iij.conficiantur cum sufficiẽtia mellis.et sit dosis eius pondus drach.j:cum aqua apij,& fœniculi,& trochisci huiusmodi.Recipe succi eupatorij drach.x.scolopendriæ, spodii, fœniculi,spicæ,croci,omnium an.drach.v.laccæ,& reubarbari,omnium an.drach.iij.sem.cucumeris,& seminis portulacæ,oĩum an.drach. vj.fiant trochisci cum aqua apij,& sumantur in potu cum syrupo acetoso. et iterum ad phlegmaticam myrrhæ drach.s [xxxv.]croci, petroselini,amborũ an.drach.v.spicæ drach.iiij.s. castorei drach.iij.anisi drac.iij.s.seminis apii:& karui, amborum an.drach.iiii.amomi, corticum casię,storacis,oĩum an.drach.ii.& tertiam, siseleos.Adriani confectionis,omniũ an.drac.i. et tertias duas,et quando uehemens fit rigor, est uomitus cum aqua tepida,et syrupo acetoso ad illud iuuatiuum.Quod si virtutes eius non obediunt,tunc c † [ ] cum eis, quorum rememoratio præcesserit,secundum horam,et fiat uaporatio cum embrocha, in qua decocta sunt sceha,et chamæmilla, et similia, homine cooperto cum pannis laneis aggregantibus calefactionem.

s B. & passularum alheruy.

B. & tertiam.

c † B. fortificatas.

ANNOTATIONES.

Cap.11. Com.84. Cap.8.

Quartanæ curationem prosequitur Gal.1.ad Glauc. Itẽ et Paulus lib.2.Aetius lib.5.Trallianus fusius lib. 12.sed hic propositis pro uniuscuiusque melancholiæ speciebus prę sidijs,copiosissime omnium agit.

Rememoratio solutiuorum, quibus indigent post digestionem. Cap. 65.

KEbulorum drac.vi.epithymi,absinthii,amborum an.ʒ.v. myrobalanorum citrinorum; succi eupatorij,emblici omniũ an. ʒ. iiii. seminis apii,et anisi, seminis fœniculi,omnium an. drach. ii. fiat ex eis decoctio,& soluatur cũ eo cum facilitate.Aut sumatur a [absinthij põdus] drach.x.myrobalanorum Kebulorum, & epithymi omnium an.drach.viii.& fumiterræ pondus drach.vii.& suchaha, & centaureæ maioris,amborum an.pondus drac.vi. eupatorii, & radicis squinanthi,amborum an. pondus ʒ. v. decoquantur cum quinque libris aquæ, donec redeat ad lib.i. Pilulę leues, quę, quando administrantur in omnibus quinque diebus semel,sunt iuuantes in ea,& sunt expertæ.Recipe epithymi,& turbit amborum an.drach.x.carui, anisi amborum an. drach. vii. ammeos drach. vii.sem.apii,& fœniculi,amborum an. drac.iii. polypodii drac.vi.agarici albi, qđ facile teritur drach.viii.salis indi drach.v.hieræ picrę drach. xv.fiãt pilulæ cũ aqua mentæ,& sit dosis ʒ.i.s.et quũ materia est phlegmatica,conferunt istę pilulæ:Recipe epithymi:agarici,ammeos,omniũ an.drach.viii.sem.apii,anisi,fęniculi, oĩum an. drach.iii.salis naphtici drach.v.hierę picræ, turbit,amborum an.pondus drach.x. b † [ ] dosis pondus drach.ii.s. Et quãdo est cum dolore splenis,iuuatur hoc medicamine,& soluit eum cum facilitate. Rec. scolopẽdrię drac. xv.agarici drac.xii.myrobalanorum nigrorum hieræ,an.drach. x. Kebulorum,absinthii, oĩum an.drach.viij.suchaha,bedeoard chamepityos, succi eupatorii, oĩum an.drach.vii.fructus tamarisci, radicum capparorum amborum ana drach.v.s.seminis apii,anisi, seminis fœniculi, an.drach.iii.fiat confectio,aut pilulæ.

a B.passularum sine arilis.

b † B. cõficiantur pilulæ & sit.

Cibatio patientium quartanam. Cap. 66.

REctius est, vt inclinetur regimen eorum in primis septimanis vsque ad tres septimanas ad subtiliationem quandam, præter quòd destruat virtutem,& illud est,vt abstineant a carne,& † alzumet,hoc enim minorat eorum materias,& a [alleuiat] eos,& abbreuiat spatium ęgritudinis eorum,& post illud necessarium est uirtutẽ viuificare cum eis, q̃ sunt sicut pisces † aladradri,& oua sorbilia, & pulli,& † althatagi. Quum ergo peruenit ad tẽpus, in quo b [sequuntur] in ea † alzumet, & non minoratur ægritudo, tunc necessarium est custodire uirtutem,& cibare cum eo,quod est fortius ex carnibus gallinarum,& pullorum,& arietum,& hœdorum,et auium mollis carnis,sicut sunt pulli, & † alduragi,et pisces boni, qui non sunt magni. Et scias quòd conditio in eo, ex quo cibatur habens quartanam, est ꝙ sit aggregans proprietates,quarum vna est,ut non sit crudũ,imò resoluens c [cruditatem,] quam facit accidere melancholia,et secunda est vt non sit grossum, imò subtilians grossum,et tertia est, ut non sit constrictiuum,imo soluens ventrem,et quarta, ut sit sanguis ex eo generatus laudabilis. Et plurimum quidem est in ea illud, quòd habet caliditatem et humiditatem. Et tu iam sciuisti,quo modo cibetur ante paroxysmum, et per quot horas, et quare d † [ ] illud. Et sciuisti iterum, quòd quandoque necessarius est cib. in paroxysmo, et in proximo eius propter causam prædictam: Verum rectius est,ut eueniat febris ventre vacuo,ut non occupetur natura

† vnctuosis.
a B. est leue super.
Alia litera. alleuiat eorum materiam.
† parui petrosi.
† aues paruæ.
b B. prohibetur
† vnctuosa.
† turtures.

c B. ventositates.

d † B. at.

e B. clarum sub tile album est iuuatiuum.

tura cum materia alia, nisi cum materia ægritudinis, donec expellat eam. Et uinum [e] [sit purum subtile.]

Cura quartanę continuæ. Cap. 67.

DIspositio huius febris est secundum quod enunciauimus ante ipsam. Et canon in ea, est homogeneus canoni quartanę, interpolatæ, & non diuersificatur ab ea, nisi in reb. paucis. De illis est, quòd declinatio in illa ad æqualitatem in calefacientibus, & ad infrigidationem, in hac est melior propter adhærētiam febris, quare oportet ut administrentur in curatione eius ea quæ sunt sicut syrupus acetosus [a] [cum seminibus, & geleniabin,] & aqua de radicibus equalis, & [b] [suppositoria cum melle.] Et de illis est, quòd phlebotomia in hac est magis necessaria, quoniam materia est magis comprehensa in uenis. Et de istis est, quòd licentia in carnibus in hac ægritudine est minor, ideo caue hoc.

a B. & geleniabin, & syrupus acetosus cum seminibus.
b B. Alia litera. potiones uel syrupi de melle.

De febre sextana, & septena, & similibus illis. Cap. 68.

ET nominatur phitanos: & quidam nominant huiusmodi febres reuolubiles. Istæ generantur ex materia homogenea materiei quartanæ, sed est minor & grossior. Et plurimum quidem fiunt ex melancholia phlegmatica. Sextanam autem & septenam, & quę sunt post illas, Hip. dixit, & Gal. dixit. Ego non vidi in vita mea aliquam ex eis, [a] † [ ] neque vidi quintanam [b] [nudam fortem,] & neque est febris, nisi quasi occulta. Inquit, & non est longinquum, quin sit causa in septena [c] [uerbi gratia,] & nouena, regimen quod quando administratur, & [d] [curritur] super ipsum, facit febrem. [e] [nam iteratio] facit necessario in huiusmodi hora illam febrem, & si dimitteretur, & rectificaretur, non faceret. Est ergo causa in periodis eius, & in ipsius iterationibus, reiteratio regiminis, & periodi eius non sunt periodi materię, quę effundatur, & eius reditiones. Inquit, oportet ergo vt obseruetur in experientia huius ægritudinis hæc intentio, ita vt non accidat error quamuis Gal. sit quasi negans aduentum harum febrium, & quasi quidem sit necessarium, vt sit huiusmodi febris [f] [alia] radix. Verum Hipp. iam verificauit sermonem in inuentione septenæ, & nouenæ, & non est illud manifestum mirabile, neque manifestæ impossibilitatis, ita ut sit necessarium redire in eo ad [g] [administrandum.] Et sermones quidem, quos locutus est Hipp. in cap. harum febrium sunt, quòd septena est prolixa, & non est mortifera, & nouena est longior ea, & non est mortifera. Et dixit, quòd quintana est deterior febrium, quoniam fit ante pthisim, & post ipsam. Et dixit Gal. in ea sicut scitis. Ergo quidem opinor huic sermoni modum quendam, & est, ut [h] [sit pthisis significans hecticam,] & sit sermo, eius quintana, subiectum propositionis indefinitę non significantis communitatem, ergo est, quasi dicat, quòd de quintana est una species deterior febrium, [i] † [ergo] est significatio huius sermonis eius, quod, quum febres prolongantur [k] † [ ] & permiscentur, & diuersificantur, perueniunt plurimum ad inflammandum membra principalia, & ad hecticā, & de proprietate harum febrium est, ut stent in fine suo secundum ordinem [l] [unum.] Et plurimum illius super quartanam. Et iam testificati sumus eam quintanam, uerum ipsa perducit ad quartanam, quando in humoribus est exuberatio, & in humiditatibus multitudo. Quumq; liquefactio iam multiplicatur, & euacuationes sensatę, & insensatę frequentes fiūt, non remanet in humoribus cinereitas, nisi illud quod minus est & grossius, & illud facit esse necessarium, vt sit paroxysmus tardior, & fiat illa, quę fuit quartana, quintana. Et in huiusmodi quidem dispositione [m] [fortasse erit] corpus præparatum, vt inflammetur, & fiat hectica. Et iterum hectica quando antecedit, non est longinquum, quin faciat accidere in humoribus cinereitatem quandam propter paruitatem suam in postremis hecticæ, & accidit illi cinereitati putredo, quare accidit febris, & iam destruxit febris hectica corpus, est ergo mala ex hoc, quòd ipsa est signum adustionis humoris, de quo non remansit nisi parum, & fit adustus parum, & ex hoc, quòd ipsa est causa additionis febris, & duplicationis eius. Et non oportet, vt negentur ęgritudines, quas non contingit videre in tempore quodam, & quadam regione, nam hoc genus non comprehenditur per multitudinem. Neque iterum oportet, vt dicatur, ꝙ si est quintana, tunc necesse est vt sit materia quinta, nam melancholia generat quartanam, non propter hoc ipsum, quod ipsa est melancholia, imò propterea ꝙ ipsa est pauca, grossa. Et iam non prolongatur, quin sit in quibusdam corporibus melācholia grossa, pauca, cui accidit putredo. Et non conuenit alicui vt dicat, possibile est in phlegmate, vt fiant ei paroxysmi alij, quādo ingrossatur, & minoratur, quoniam cōcessio est res ampla, & raro fit possibile, vt necessario consequatur eius contradictio. Amplius non est dispositio in concessione eius, quod nunquam videtur, & non auditur, neque, de quo testificatur experimentator, aut sapiens. sicut concessio eius quod testificatur, qualis Hipp. Et iam retulit mihi fidelis quidam se uidisse nouenam. Quintanam verò nos multoties vidimus, & non cogimur propter hoc dicere, quòd illic sit humor alius.

a † B. imo.
b B. apparentem fortiter.
c B. huiusmodi.
d B. procedit
e B. Et quum reiteratur. Alia litera.
f —— B.
g B. manifestandum.
h B. per pthisim intelligatur hectica.
i † B. quoniam ipsa est ante hecticam, & post eam, &c.
k B. & lęsiones fecerint.
l B. Alia litera suum.
m B. rectius quòd sit.

10 20 30 40 50 60

ANNOTATIONES.

De quintana, septimana, & nonana febre meminit Hipp. 1. de vulgaribus morb. sect. 3. Eum locum interpretatus Galenus, quintanos circuitus seipsum vidiße quidem, sed obscuros testatur, septimanos verò uel nonanos, nunquam. Quare, si quis id febrium genus experientia non didicerit, in Hippocratem, quod Diocles fecit, cum ratione disputare posse asserit, nempe rogandum esse Hippocratem, quibus ex signis, aut humoribus quintanus, septimanus, nonanus, circuitus fiat. Ac, si eiusmodi febres accidunt, cur in libris vulgarium morborum nusquam de ys meminit, ubi priuatis exemplis communia præcepta manifestat? Ita ergo Galenus hos circuitus ob triplicem ferè rationem non admittit, tum, quòd

Text. 2.

quòd nullus in corpore est humor, cui hos circuitus a scri
bas:tum quòd nullis signis dignosci hi possint ; tertio quòd
partioulatim nusquam de ijs senex mentionem fecerit.Ex
perientia uerò se nunquam quidpiam tale conspexisse, &
ibidem & primo de differ.feb.testatur ; quamuis obscure
quintanam animaduerterit.Videtur ergo hos circuitus Ga
lenus damnare.Vnde & 3.in 3.uulg.morb.ea de quinta
na,septimana,& nonana febre verba interiecta ab aliquo
fuisse,non propria Hippocratis arbitratur. Cæterum pluri
bus hoc in loco author noster Hippocratem,seu potius da-
ri hos circuitus tuetur,ubi & pręclare admodum eius uer
ba de quintana interpretatur. Nobis tamen liceat & de
hac quęstione pauca dicere.Certe,si dantur,(dari autem
experientia comprobatum & Auicennas et alij affir-
mant) hi circuitus, non tamen propterea alios esse humo-
res oportet pręter sanguinem, pituitam,utranque bilem,
sed ex ijsdem prorsus ob mutatam uictus rationem fie-
ri nihil obstat,id quod idem Gal.3.in primum uulg. morb.
affirmat.mutari.n.febres mutata uictus ratione,non semel
deprehensum est.De signis verò quibus agnoscantur, non
est fortaße prater circuitum ipsum indicium aliud: sed ne
que alijs præterea indicijs est opus, quum quartanarum
naturam sequantur quintanus,septimanus,nonanus,omniũ
testimonio.De exemptis verò, quum raro accidant febres
eiusmodi, mirandum fortasse non erit, si neque hos uiderit
Hippoc. sed ex superioribus tamen medicis confirmatos
acceperit. Verùm de hac re satis.

Cap. 5.
Cap. 64.
Com. 7.

Cura specierum huius febris. *Cap. 69.*

APpropinquat huius febris cura curę quar
tanæ phlegmaticę, & indigetur in cura-
tione eius superfluo ieiunio,et subtiliatione ci
bi,et regiminis,et somno digerente,ut resolua
tur per illud materia grossa,et digeratur.et ite-
rum indiget ingrossatione regiminis, ut nõ de
struatur in eo virtus,et sunt ista duo sicut duo
contraria.et propterea quòd febres istę non fa
ciunt accidere læsionem uirtutis, non cura-
mus si subtiliemus regimen , et faciamus ægrũ
uti ieiunio uno tempore,et succurrimus illi si-
cut ostendimus, ita ut cibemus cum eo cuius
bonum est nutrimentum, et velox fit, et multi-
tiplicatur, et in quo non est ingrossatio mate-
riei,neque additio in ea.et de curationibus ma
gis conferentibus ad illud,est uomitus cum el-
leboro,et semine raphani,et raphano, et a [elle
boro,et semine attriplicis,] et nuce uomica,et
euacuatio cum hieris.et post illud administra-
tio theriaca, et eis similium. et confert tunc su
datio cum medicinis,et cum balneo calido abs
que administratione aquę , et absque admini-
stratione humectantium.

a B. in quo fit uirtus ellebori.

TRACTATVS III.

De hectica. *Cap. 1.*

IAm sciuisti,quòd in membris sunt humidi
tates diuersarum specierum,de quibus sunt
humiditates pręparatæ ad nutriendum et hu-
mectandum iuncturas. De illis ergo est illud ,
quod est repositum in uenis,et de illis est illud,
quod est sparsum in membris,sicut ros. et istę
sunt duæ diuisiones,et prima earum est mate-
ria febris putredinis a [aut] febris ebullitionis
sicut sciuisti, quum nutrimentum non totum
expanditur b † [ ]

a B. &.
b † B. in cibum, sicut aduenit.

quandoque imò remaneat de eo illud,quod est
in semita expandendi, c † [ ]
& remanet quod est in semita recondendi. Et
de illis sunt humiditates proximi temporis
coagulationi, & sunt humiditates, quæ fiunt
actu nutrimentũ.s.attractę ad locum, d [quod
est permutatio] eius,quod est de eo resolutũ ,
& fiunt additio in eo similis illi, ueruntamen
tempus cursus earum propinquum est , ergo
sunt non coagulatę.et de eis,sunt humiditates,
cum quibus cõtinuantur partes membrorum
similium partium a principio creationis , &
per ipsarum destructionem perueniunt ad se-
parationem.et similitudo humiditatum prima
rum est oleum lucernæ effusum in lucerna, et
similitudo scdarũ est oleũ imbibitũ in corpo-
re lichnii , et similitudo tertiæ humiditatis est
humiditas,qua continuantur partes cotti , de
quo factus est lychnius.et quũ inflãmantur mẽ
bra radicalia,& proprie cor, est illud ipsa ęgri
tudo,quæ est hectica,secundum quod sciuisti.
et caliditas quidem hepatis quandoque perdu
cit ad hecticã,verùm non est ipsa hectica : imò
hectica est illa,quæ est causa cordis, & simili-
ter dispositio pulmonis,& stomachi , Verum
dum ipsa permanet finiendo humiditates e [in
digestione prima in membris] proprie cordis
sicut finit candela oleum infusum in lucerna,
tunc est gradus primus appropriatus nomine
generis,quòd est hectica,& gręcè hecticos,quũ
non habeat in speciebus suis nomen . et quum
f [finit] humiditates,quę sunt diuisionis pri-
mæ,& incipit resoluere humiditates,quę sunt
diuisionis secundę,& finire eas , sicut g [finit]
flamma oleum euacuatum in lucerna,& inci
pit finire imbibitum in corpus lychinii , erit
gradus secundus,& nominatur h [dubul & fo
rosmos]& habet latitudinem,& principium ,
et medium,et statum . Amplius non rectifica-
tur illę,qui consequitur statum aldubul, et pa
rum recipit curationem,nisi deus velit, et pro
priè quando peruenit ad hoc,vt caro i [minua
tur.] Quum ergo finiuntur istę , et incipit fini
re humiditates,quæ sunt diuisionis tertię,sicut
incipit flamma adurere corpus lychinii, et hu
miditates eius radicales, est ægritudo gradus
tertii,et nominatur k [curuatiuus , et almuka-
sit] græce . et hæc quidem ægritudo est ex fe-
bribus , quæ non habent paroxysmos, neque
horas paroxysmorum.et quidam dixerunt: fe-
bres hecticæ , aut pendent cum humiditatibus
propinqui temporis cum coagulatione ; aut
cum eis,quæ sunt sicut caro:aut cum membris
radicalibus duris,sicut sunt ossa , et nerui.et si
ex sermone isto intelligitur, quòd pendent se-
cundum semitam , quòd finiunt quod in eis
est humiditate l [radicali]continuata eis, erit
hæc et m [intentio prima æqualis .] et si signi
ficat,quod primum,quod finit hectica , est hu
miditates propinqui temporis cum coagula-
tione,non erit sermo sanus.et hectica quidem
quãdoque accidit post febrem ephemeram. et
quandoque accidit post febres putridas, et a-
postematum,et longinquum est vt accidat he-
ctica incipiendo:quare sunt membra radicalia
iam inflammata,et non inflammatur humor ,
neque spiritus ante illud; imò oportet ut cale-
fiant

c † B. in cibum seu in nutrimentum.
d B. quæ sunt loco.
e B. diuisionis primæ membrorum, &.
f B. finiuit.
g B. quum finiuit.
h B. debul & marasmus.
i B. liquefiat.
k B. almefeter, & ryhas.
l B. cum eis.
m B. vnum, & idem.

fiant illa in primis, deinde secũdum processionem dierum calefiant [n] [ista,] nisi accidat causa fortis valde. Et causa quidem vna quandoque est causa febris hecticæ, & quandoque est causa febris ephemeræ, secundum vehementiam [o] [mutationis suę, & debilitatem suspensionis] suæ sicut ignis. nam ipse obuiat lignis secundum duos modos, quorum vnus est secũdum modum, quòd calefacit ea, & [p] [finiat in eis,] & secundus est secundum semitã inflammationis. Et febris quidem putredinis, & apostematis permutatur multoties ad hecticam propter vehementiam febris, & vehementiam subtiliationis cibi in ea, & prohibitionem aquæ frigidæ, & paucitatem obseruationis lateris cordis cum vnctionibus, & emplastris, & epithematibus, & propriè ĩ ægritudinibus mẽbrorum uicinorũ cordi, sicut diaphragmatis. Et multoties facit cadere in eam necessitas medicorum, propter casum uirtutis, & frequentiam syncopis ad dandum in potu uinum, & aquam carnis, & medicinam de musco, & his similia. Et quandoque componitur hectica cũ febribus putredinis; & apostematum. Et hectica quidem in principio rei est difficilis cognitionis, & facilis curationis. Et in fine sui est facilis cognitionis, & difficilis curationis, et finis absque dubio non recipit curationem penitus.

n B membra radicalia vel principalia.

o B. suspensionis, vel depẽdentiæ ipsius, & debilitatem suspẽctionis, vel dependentiæ.

p B. facit ex eis euaporationem

ANNOTATIONES.

Solidarum nostri corporis partium quia continua dissipatio est, continuam etiamnum instaurationem esse oportuit. hæc non nisi alimentis, imò non nisi sanguine perfici potuit. Nutritur verò, quodcunque alitur, simili. propterea que huius rei gratia solidis ipsis naturæ prudentia, tũ alteratrix ea facultas indita est, cuius vi quod longe erat dissimile, simile tamen euadat: tum expultrix, ut quod inutile, propellatur: tũ attractrix & retentrix, vt harum ope materia alteranda in membra ipsa traheretur, & retineretur. Porrò alimenta hæc, ex puriori sanguinis parte ministrantur. hic uerò sicuti in uenis sedem habet, ita ab ijs, a maioribus ad minores, a minoribus ad extrema vsque capillamenta, & ex his in uacua solidorum loca, serie quadã perpetua protrahuntur. atque, quum is, dum per varia hæc transit loca, venarum & partium, in quibus reperitur, singularum ui, quæ inest omnibus alterandi, a priori eius natura commutetur: nouissime tamen in his solidis ipsis partibus alimento proximum redditur, ac tandem fit propriè alimentum. est verò propriè alimentum, quando & ipsis adhæsit partibus, & simile ijs prorsum est redditum (quo ad qualitates uidelicet, ut Auic. 1. primi interpretatur: alioqui enim non esset alimentum sed pars ipsa, si etiam quo ad substantiam esset idem) antea verò, quum tantùm uel appositum erat, vel adhæserat, non nutrimentum, sed uelu ti nutrimentum erat. sicuti quum in venis, aut uentre, aut alibi esset, futurum nutrimẽtũ dicit poterat. Ita & Hipp. in lib. de alimentis nutrimentum triplex facit, quod verè nutrimentum est, quòd veluti nutrimentum, & quod futurum nutrimentum. quod & Gal. 1. de facult. nat. confirmat. Hæc, quum ita se habeant, præter humores quattuor sanguinem, pituitam, utraque bilem, author noster libro primo Can. quum de humoribus ageret, quattuor quasdam humidæ substantiæ species, quas humiditates nuncupabat, eße docuit. primam esse dicens portionem sanguinis, quæ in paruarum venarum extremo erat, & innominatam uocãt, secundam, id quod in membris dispersum est sanguinis, et rorem dicunt: tertiam nutrimentum quod membris iam adhæsit, & in eorum similitudinem conuersum quo ad qualitates, nondum tamen quo ad essentiæ completæ (ita enim ait) similitudinem; & cambium uocatur. quartam verò humorem esse ait, qui ab ortus nostri primordijs singulas partes coniungit seruatque continuas. Ex his patere existimo, in quo Hippocrati & Galeno author noster consentiat, dißentiatve. certe, quam tertio loco hic ponit & cambium dicitur, Gal. proprie alimentum ex Hippocratis sententia uocare uidetur quam hic secundò, rorem, Gal. proximum alimentum appellat. In eo solùm discrepare uidentur, quòd hic inter sanguinem qui in uenis & uẽtre est, quem Galenus futurum alimentum dicit, primam illam humiditatem in extremis venarum finibus positam reponit, quam innominatam uocant; quæ certe futurum et ipsa alimentum est, sed multò quàm qui in uenis ipsis continetur, aptius. ita ut, prius illud futurum alimentum, duabus humiditatis vt ita loquamur, speciebus commune sit, & loco & substantia quoque ipsa (vt uerisimile est) aliquantum differentibus. De quarta uerò humiditate, quam hic ponit, quæ partes ipsas continet, continuaque consentiunt omnes, atque hoc innatum (quod etiam radicale dicunt) humidum est. Sanè his positis de hectica febre acturus Auic. quæ solidarum partium est morbus primum eum, de quo meminerat humorem, futurum. s. alimentum reijcit, nempe ex sanguine, hoc est, humoribus qui intra uenas, vbi putrescat, putridas gigni febres constat, de quibus actum est antea, reliquos uerò humores tres, rorem, cambiũ innatum humidum, aut si Hippocratis uocibus utaris, proximum alimentum proprie alimentum, & innatum humidum, ad hunc locum facere admonet. quippe, quòd ex horum siccitate, tres etiam num hecticæ febris species desumantur, eo ordine singulæ deteriores, quo pro tuenda solidarum partium natura singulæ necessariæ sunt, unde etiam sicuti proximum alimentum seu ros, uero alimento seu cambio, & innato humido minus est necessaria solidis pars, ita & febris hectica, qua primus ille humor consumitur, minus est cæteris noxia, in quibus duo reliqui humores dissipantur. ita etiam, quæ cum ueri alimenti noxa est, minus lædit, quàm si innatum humidum contabescit. Hęc quum author noster sentiat, Gal. tamen. 10. meth. alia methodo uarias hecticæ species gigni putat. atque, quum hectica febris ea intelligatur, quæ solidas partes occupat, eas. s. quæ humoribus & speciebus opponuntur, has triplici rursum constare substantia docet: primo quidem fibrosis & membranosis partibus, quæ & propriè solidæ sunt, & ueluti aliarum fundamentum: secundò, carnosa substantia, quæ fibrosas & membranosas uestit, tertio proprio, quo singulæ nutriuntur partes, humido, quod 1. de diff. feb. natiuam humiditatem uocare uidetur. Vbi propriam, qua nutriuntur, partium humiditatem, cordis præcipuè, febris depascit, tunc primum hecticę gradum facit, ubi carnosum id genus, quod circa fibrosas & membranosas partes hæret, inuaserit, secũdus est gradus, hectica. s. marasmodes: ubi hinc fibrosas & membranosas ipsas partes populatur, tertiam hecticæ speciem putat, quam tabem nuncupant. Hæc ferè Gal. 10. meth. de hecticæ speciebus pronunciat. Cæterum idem rursum. 1. de diff. feb. alia methodo eandem rem uidetur explicare. quum in natiuum humorem eius febris species omnes referat: nihil de carnosa uel membranosa fibrosa ue substantia loquutus. Nanque, ubi primum naturalis cordis temperies euerti cœperit, atque natiua humiditas, quæ in unoquoque dispergitur corpore, in spacijs simplicium partium intermedijs, ex qua primum nutriuntur particulę (cambium uidelicet inlelligere uidetur) in cordis corpore efferuescit, neque uirtus plurimum laborat, tunc primum hecticæ gradum facit; ubi hæc absumpta humiditas fuerit,

Cap. 11.

Cap. [illegible]

Cap. 9.

fuerit, tertia est species, quam tabem exquisitam uocat: secunda uerò inter priorem efferuescentiam, & posteriorem consumptionem ambigit, dum s. protracta in longum efferuescentia humidum absumitur. tunc uero ipsæ similares particulæ, quæ ueluti sunt cordis elementa, sicciores redduntur, & inopia alimenti laborant. Atque hoc pacto, priore relicta methodo in natiuam eam humiditatem, qua nutriuntur singula, dum efferuescit, dum absumitur, & quũ consumpta est, omnes hecticæ gradus Gal. refert. nulla de carnosis, membranosis, fibrosisve partibus facta mentione: de quibus antea. Hæc, quum hi authores scribant, uidẽdum esset diligenter, an tres ij dicendi modi possint concurrere, & an ueri singuli sint esset, explicandum. Breuibus ergo, sicuti probanda uidentur hęc omnia, ita eandem esse sententiam dici non potest: aliud profectò est proprium, quo aluntur partes humidum, siccari, quod Gal. in lib. meth. & Auicennas, qui rorem hoc ipsum uocat, & aliud efferuescere tantum, quod idem Gal. 1. de diff. feb. Aliud est carnosam liquari substantia, quod in lib. meth. idem asserit. aliud siccari cambium quod Auicennas. cambium enim nõ carnosa ipsa substantia est, sed uerum & eius, & membranosæ & fibrosæ partis alimentum, atque, quum in lib. de diff. feb. secundum hecticę gradum esse dicat, quum proprium id humidum consumitur, in lib. tamen meth. quando hoc exsiccatur, primum esse eiusdem gradum scribit. Ita verò & de tertio gradu, aliud est, proprium humidum, in quo particulæ nutriuntur & ros a nostris uocatur, consumptum esse, quod Gal. in lib. de diff. feb. aliud quòd innatum, humidum res continens, humidum s. radicale, siccetur, quod Auicennas. aliud rursum quòd mẽbranosæ & fibrosæ partes siccitate correptæ sint. Ex his uerò, quæ nam maxime probandæ opinio sit, nos modo non disserimus. uidentur autem probandæ omnes. Et si enim author noster hoc in loco Galeni sententiam, de qua in lib. meth. non satis probare uidetur, (de altera enim nihil prorsus.) non is tamẽ improbat, sed interpretatur, ut licet cuique animaduertere. Hęc de hecticæ speciebus. De earum causis, quæ deinceps hic author subiungit, pete ex Gal. 1. de diff. feb. 10. meth.

Cap. 9. Cap. vlt.

Signa. *Cap. 2.*

SIgna pulsus quod est minutus, durus, frequens, debilis, fixus secundum habitudinẽ unam, In tactu verò eorum est illud, quod sentitur de caliditate, minus caliditate synochi, & ei similium inflammatarũ in materia, & in prĩcipio dum tangitur, est magis suauis, & quum remanet super eum manus hora vna, apparet cum fortitudine, & mordicatione, & non cessat augmentari, & est calidius quod est in eo locus venarum, & arteriarum. Et est eorum caliditas similis, non enim minuitur: uerum ipsa quando superuenit ei cibus, augmentatur velociter, & fit fortis pulsus valde, & incipit magnificari, & propter illud accidit stultis medicorum, quòd prohibent eis cibum propter illud, quod accidit eis de eo ex accedentibus, quare perdunt eos: Sicut augmentatur flãma propter iniectionem olei, & [a] [sartago] quum effunditur aqua super eam. Et istæ quidem significationes eius sunt fortes. Et cibus in reliquis quidem febribus proculdubio non incendit hac incensione, sicut inuenitur huic: quamuis necessario faciat diuersitatem per motus naturæ, & hæc inflammatio non est sicut incẽsio reliquarum febrium post coarctationem, neque secundum periodos notas, imò quum comedunt, & in quacunque hora sit. Et est habens ægritudinem non vehementer discernẽs illud, quod est in eodem de caliditate, quoniã facta est complexio membro conueniens, & iã sciuisti in libro. i. qualitatem dispositionis in huiusmodi. verùm ipsa apparet apud susceptionem alicuius ciborum propter [b] [vehementiã] suam, Et de significationibus permutationis febris ephemerę ad febrem hecticam: est vehementia fortitudinis caliditatis in. iii. ualde, nã secundum plurimum incipit febris post xii. horas declinare. Quum ergo pertransit febris. xij. horas, & non apparent signa declinationis, imò continuatur vsque ad tertium omni die, & fit fortis, tunc illa est hectica. et de significationibus compositionis hecticæ cum febribus putredinis est remansio caliditatis siccæ post finem declinationis, & post sudorem exuberãtem, & additio in arefactione, & extenuatione secundum illud, quod facit necessarium illa ęgritudo, & unctuositas in vrina, & egestione. et si fuerit hectica [c] [illud quod apparet, & occultum aliud,] significat ipsum coarctatio accidens in paroxysmis, huiusmodi enim est non inuentũ in hectica omnino. et scias quòd quãdoque incipit hectica [d] [retenta] cum stomacho, quare corrumpit complexionem hepatis per uicinitatem.

a B. frixio sarmginis.

b B. exacerbationem.

c B. apparens, & alia occulta tunc.

d B. accensa.

ANNOTATIONES.

De hecticarum febrium signis, quæ hic, & in sequenti capite scribit, habes ex Gal. 1. de diff. feb. Habes itẽ ex Aetio lib. 5. Tralliano lib. 12. & Paulo lib. 2

Cap. 9. & 10.

Signa aldubul. *Cap. 3.*

SIgna uerò aldubul sunt, quòd quando febris [a] [expellitur] aldubul, uehemens fit durities pulsus, & eius debilitas, & paruitas ipsius, & eius frequentia, & propriè quando causa casus in hecticam est apostema, quod non resoluitur; nam illud. s. frequentia additur ualde, & similiter uelocitas, & fit pulsus eius, de genere eius, qui nominatur cauda muris. Quòd si fuerit ex potu calidi uini, erit loco caudę muris [b] [acualis,] & non erunt accidentia [c] [aldubelati] uehementia ualde, non enim dat ei spatiũ usque ad huiusmodi. et apparent in urina unctuositas, & petala, & incipit oculus profundari. Quum ergo aldubul peruenit ad statum, fit fortior profundatio amborum oculorum, & multiplicatur lippitudo sicca, & crescunt extremitates ossium omnis membri, & in facie, & planantur tempora, & tẽditur cutis frontis, & destruitur color cutis, & fit quasi sit super eam puluis quidam [d] [ex adustione] solis, & perducit ad grauedinem eleuandi supercilia, & fit oculus somnolentus, & clausus absque somno, & subtiliatur nasus, & elongantur pili, & apparent pediculi, & uidetur uenter iam minorari, & adhærere cum dorso, quasi sit cutis sicca, quę iam attracta est, & attrahitur cum ea cutis pectoris, Quum ergo curuantur ungues, & arcuantur, tunc iam uenit ad statum, & incipit [e] [tendere ad occasum, & quum incipit tendere ad occasum,] liquefiunt cartilagines.

a B. permutatur

b B. similis.

c B. aldebul.

d B. & adustio.

e B. almefetet, & quum peruenerit in almefeter.

Cura

Cura hecticæ. *Cap.* 4.

INtentio in curatione febris hecticæ, est infrigidatio,& humectatio. Et vnaquæque earum completur cum approximatione suarum causarum, & expulsione causarum sui contrarij. Et fortasse est causa vnius earum, causa contrarij alterius, sicut causa infrigidatiõis. ipsa.n. quandoque est causa exsiccationis, quæ est contraria humectationi, sicut infrigidatio cũ trochiscis camphoratis, & illis quæ sunt ex spodio,& his similibus. Et fortasse humectatio iterum est causa calefactionis, quæ contraria est infrigidationi, sicut uinum, nam ipsum humectat, sed calefacit. quare oportet, ut obseruetur illud. Et si necessitas uocat ad fortem infrigidationem, a [non erit nisi cum re, cui coniungitur, aut quam præcedit, aut cui succedit] res, in qua est uirtus humectationis. Et similiter quũ uocat necessitas ad fortem humectationẽ velocem in ea, sicut aqua carnis, & vinũ, tunc oportet vt adiungatur ei, aut antecedat eã, aut sequatur eã illud, in quo est infrigidatio. Et si fuerit causa hecticę apostema, aut læsio in mẽbro, tũc necessariũ est curare ipsum in primis. et qui diligit componere regimen eius ex diuersis modis conueniẽtibus ei, in quo febris sit vehemẽs ualde, tunc necessarium est ut incipiat, & det in potu trochiscos,& quæ currunt cursu eorũ cum syrupo acetoso, diluculo b † [ ] in ortu solis c [sicut] aquam hordei cum cancris, si non aborret eos, d [& cum iuleb e [&] aqua granatorum,& f [ad mansionem] mucillagine psyllij, si non fuerit prohibens aliquid propter stomachum,& alia. Et regimen infrigidãs est per illud, quod sciuisti de potibus infrigidãtibus,& de oleribus infrigidantibus & trochiscis, sicut trochisci de camphora,& emplastris, & vnctionibus,& his similibus,& infrigidatione aeris eorum, ita quòd in hyeme; Si autem non tolerat, alleuietur g [ab eo ignis,] infrigidatio namque aeris eorum est melior res:& sicut uestire eum cum sandalatis, & camphoratis, & facere ipsum odorare illud, in quo sunt rosæ,& cãphora,& sãdali,& fructus frigidi & h [sehesebram, & lilium cum aqua rosacea. Et vaporatio cum sudore & balneo.] Et oportet, vt non prolongetur retentio emplastrorum infrigidantium ualde super membra propinqua ualde membris anhelitus. fortasse enim infert illud anhelitui & uoci nocumentum magnum et oportet, vt declinet ad quietem,& sõnum,& tranquillitatem,& gaudium. Et custodiatur ęger ab eo, quod facit ipsum irasci, et qđ facit ipsũ tristari, et qđ facit ipsum angustiari & a fame,& siti longa. Emplastra infrigidantia quibus oportet eos uti, sint aromatica, nam ipsa sunt propinquioris iuuamenti, & propriè super pectus, & quæ sequuntur ipsum & sint infrigidata,& non sit in eis stypticitas. Stypticitas enim cum hoc, quod ipsa facit accidere exsiccationem, prohibet virtutem medicinæ profundari. et oportet ut assiduetur permutatio, ut non remaneat medicamen,& calefiat i † [ ] cum obseruatione uehemẽtiæ infrigidationis eius, nam quum ipsum infrigidat uehemẽter, non elongatur, quin debilitet membrum, et quando est propè mẽbra anhelitus, non est lõginquũ, quin impediat diaphragma, & alia ab emissione anhelitus cum facilitate, et de regimine humectãte sunt cibi k [leues & fructus, & robub,]& vnctiones,& ẽplastra,& odoramẽta,& caputpurgia,& quies,& tranquillitas, & vt non inferatur ei uiolentia in fame, aut siti.

a B & non sit, nisi cum siccis, coniungatur cũ dis, aut procedat ad ea, aut succedat.

b † B. &.

c ——B.

d B. aut.

e B. aut.

f B: apud somnum.

g B. super ipsũ coopertura.

h B. alsahesefrã aspersam cũ aqua rosata,& sit alienatio sudoris,& balnei. Alia litera. asesefran, & sint ista duo aspersa cũ aqua rosata. Alia litera liliũ cum aqua rosata. Et alienet sudorẽ & balneũ.

i † B. & calefaciat.

K B facti ... ête,& fruct... cine.

ANNOTATIONES.

Plura de huius quoque curatione habes ex Gal. 10. meth. Aetio lib. 5. Tralliano lib. 12. & Paulo lib. 2. quæ tu uide.

Rememoratio medicinarum infrigidantium eos.
Cap. 5.

ILlæ uerò, quæ de eis sunt infrigidantes, aut humectantes, omnes sunt nutritiuæ: aut vincit in eis nutribilitas; sicut aqua hordei decocta cum cancris ex parte cancri, Et oportet vt euellantur extremitates cancrorum ex a [pedibus suis & corporibus suis,] & abluantur cum aqua frigida,& sale bono, cum cinere, uicibus tribus,& supra donec mundificentur,& purgẽtur a b [grauitate sui odoris.] deinde decoquãtur in aqua hordei,& sicut aqua lactis uaccini, de quo extractum est butyrum, & sicut succi olerum c [elixatorum] prædictorum in capitulis febrium acutarũ. Et sicut mucillago psylii. In aceto autem vehemens exsiccatio, & virtus resolutionis, quare oportet, ut bibatur cum eo, quod resistit duabus proprietatibus, s. per commistionem aquę multę, aut cum quibusdam humectantibus & lenificãtibus. et proximũ quidem est, vt lac asinæ sit cum humectatione sua infrigidans, ita ut quidã faciant meliorẽ infrigidationem eius super infrigidationem lactis vaccini, de quo extractum est butyrum: verũ ipsum conuenit ei. qui nõ habet d [febrem periodicam, neque] materiam, neque humorem pręparatũ ad putredinem. et oportet, vt caueatur e [spissum lac;& de illis, quæ conferunt eis] est zuccarum et quum senseris putredinem accidentem ex lacte, tunc solue cum facilitate, et si timueris calefactionem, tunc abstine ab eo aliquot diebus, & cura in ea cum trochiscis,& aquis fructuũ, deinde itera lac. Medicinę uerò infrigidãtes, quę nõ habẽt humectationẽ, sunt, sicut trochisci noti narrati. s. trochisci cãphorati & trochisci de corallis, f [& succis frigidis,]& sicut trochisci huiusmodi. Recipe spodii boli armeni, an. drach. iiii. rosarũ. drach. vj. seminis portulacę,& citruli,& cucurbitę, et karabe, oĩum an. drac. iij. fiant ex eis trochisci, & sit dosis põdus. drach. ij. et sunt boni valde. et iterũ alij proximi eis. Recipe arnoglossę, amyli, & gũmi dragacãthi omnium an. drach. iij. boli armeni, spodij, amborũ an. drac. iiij. papaueris. ʒ.v. rosarum, & seminis cucurbitę, et citruli, et portulacę omnium an. ʒ. vj. granorum cydoniorũ excorticatorũ. et seminis melonis, et cucumeris g [ ] omnium an. ʒ. vij. succi liquiritię põdus. ʒ. x. conficiantur cum mucillagine psyllij. Vnctiones verò, et epithemata, et ẽplastra infrigidantia, et odoramenta, et caputpurgia infrigidantia sunt illa, quę tu sciuisti,

et me-

a B. corpor... eorum,& ... tamẽta corum...

b B. ... ipsorum.

c B. notor...

d B. nisi feb... hecticam, & ... qui non habe...

e B. calef... lactis,& ... quæ prohib... ipsam est.

f B. frigid...

g † B. longi... euati.

& meliores vnctiones sunt cum oleo de cucurbita, & de papauere, & nenuphare, & h [salicibus,] & violis. Stratus autem infrigidantes, et humectantes sunt, qui sunt plani ualde, de corijs aspersis aqua rosata, aut de lino de genere eius, quod fit in tabrasten, & fit impletio eius illud, quod non calefacit, imò sit de genere lini pectinati, & renouetur assidue. Aut sit stratus de eo corijs, quæ iam sunt impleta aqua, postquã sunt super ea rectificationes, quæ applanent aquam bene, & prohibeant eius i [inæqualitatem,] & sint stratus propè aquas, & cursus earũ, & sub eis folia arborum frigidarum, & humidarum scilicet de salicibus, & semperuiuæ, & olera humida, & odorifera frigida, sicut rosæ, folia arborum frigidarum, & præputia vitis, & his similia.

h B. alkalef.

i B. sparicitatẽ, vel rotunditatẽ.

Rememoratio medicinarum humectantium eos. Cap. 6.

ILlarum quidem, quæ sunt cum infrigidatione, rememoratio iã preterijt, & restat nũc considerare in qualitate dandi in potu genera lactis, & lac, de quo extractum est butyrum, & ĩ qualitate administrationis tinę, & balnei, & administratione vnguentorum, & oleorum, & epithematum, & reliqui regiminis, & nos quidẽ iam docuimus modum dandi in potu genera lactis ĩ capitulo phthisis, & siccitatis stomachi; quare oportet vt sit illud canon, & non est lac post lac mulieris, sicut de asina, postea lac caprarum, cuius pascua oportet esse ex herbis, & oleribus frigidis humidis, sicut scis, nam ipsum, & propriè lac asinæ eradicat hecticam, si fuerit ei eradicator, & non est electio super ipsum: nisi prohibeat putredo accidens, aut expectatio materiei comprehensæ. Et lac quidem iuuatiuum est eis a principio hecticæ vsque ad finem eius. Et lac mulieris sugendo sumptum conuenientius est omnibus. Et canon in dando in potu lac de quo extractum est butyrum, est proximus illi iterum. Et melius quidem est, vt incipias a drach. x. vsque ad xxx. & quod est supra eas, si fuerit virtus adiuuans, & tibi inest, vt commisceas cum eo aliquid de trochiscis infrigidantibus, & tibi in est, vt addas supra summam prædictam in potione prima & postrema, si fuerit potens virtus super digestionem. Tina autem illa est melior, quæ est tepida, in qua non est caliditas multa, & est cum hoc cum virtutibus olerum & herbarum infrigidantium, & humectantium, & non sit ita ut rorificet, nedum q̃ sudare faciat, & non licet vt vapor tinæ sit calidus, & si nõ esset quod prohiberet administrationem tinæ frigidę, non eligeretur super eam, verùm quod prohibet ab hoc, est debilitas corporum eorum, & eorum extenuatio. In a [primis verò rebus] fortasse sanat eos istud, verùm debilitatem corporis sanat b [iam] illud cum infrigidatione pauca, quam facit in complexione eius, quæ possibile est, ut curetur. Quòd si fuerit debilius illo, timetur quòd cadant in hecticam senilem, & illud secundum minus veruntamẽ cum illo tardatur magis tempus mortis, & fortasse viuit cum ea tempore, cui est quã titas, & multoties quidem est c [rectior] permutatio eius ad illam hecticam. Illud autẽ, in quo sumus de relatione tinæ, rectius est, ut fiat inceptio in ea cum aqua, quæ est calida ad terminũ, & fiat gradatio ad frigidam, & ad temperatam frigidam tolerabilem, hæc enim gradatio facit corpus susceptibile aquæ frigidæ, quum læsio non fiat nisi per aduentum contrarij in complexione subito, & iterum corpus acquirit ex aqua calida similitudinem teneritatis, & tolerat cum ea frigidam. Et si iteretur tina in die trib. vicibus erit rectum, & oportet, vt administretur cum facilitate, vt non cadat virtus. Et si sumpserit aquam hordei ante tinam duabus horis, erit conueniens, & si præmittat d [tinam post] emulsionem lactis super corpus eius, secũdum quod dicemus, vt dilatet tina meatus cibi, deinde suscipiat aquam hordei, & quæ sunt ei similia, postea expectet, deinde administretur e [aqua tinæ] vt dilatetur cibus, erit bonum, & administretur post tinam, & balneum inunctio cũ oleis infrigidantibus, & humectantibus, sicut oleo viol. propriè, quando factum est ex oleo de cucurbita, similiter oleo nenupharino, & oleo de cucurbita, & si permutentur post tinã ad illud, quod est decliuius ad frigus parum tolerabile, deinde inungantur, erit rectum, & si præmittatur inunctio, & festinet f † [ ] deinde ingrediatur aquam g [frigidam] parum, erit rectum: & illud secundum tolerantiam, & non est malum gradari in eo. & melior quidem horarum huius actionis, est post digestionem cibi, & si possibile est, vt submergatur post tinam calidam in aqua frigida subito, absque gradatione, est magis ultimũ ex parte curæ: & magis forte ex parte timoris. & effusio eius cum facilitate est minoris timoris, quàm submersio infirmi in ea subito, & minoris iuuamenti, & sit frigus secundum quantitatem frigoris aquæ æstatis, quæ est inter tepidam, & illam quæ est vehementis frigoris, & si præmittatur emulsio lactis super membra sua, si non fuerit debilis, aut eius quod mistum est aqua, si fuerit debilis, deinde si administretur tina, erit rectum. Nam emulsio lactis super corpus est vehementis humectationis, & genera quidem lactis bona ad emulgendum, sunt prędicta, & oportet vt emulgeantur ex vbere, et dignius est, vt fiat fixio super inunctionem fricãdo ex h [medicinis] prędictis corpori toti, et iũcturis. Ingressio autem balnei non conceditur ei, nisi fuerit ita, ne sudare faciat neq; igniat, neque alteret anhelitum, et sit calidum aquę eius minus calido sui aeris: et sit caliditas aquę eius ita, vt delectet, et non lędat, et non faciat sudare et quando non est in corpore eius materia pręparata putredini, et propriè quum illud est, et non digestus est cibus, imò oportet vt sit illud quum voluntas est, vt expandatur digestum eius in corpore, et non prolonget moram eius in eo, imò separetur ab eo velociter, et quando separatur ab eo, sumat aliquid de humiditatibus, & de sorbitionibus, quę non nocent ei, factis ex hordeo, et lacte, et quando accidit ei in balneo sitis, sedet eam cum aqua hordei, et aqua araib, et lac sit lac asinę, et oportet vt sit introitus in balneum, deinde exitus eius ab eo secundum modum, ut non

a B. principiis verò rei ipsorũ.
b B. quãdoq;.
c B. rectificatio seu curatio.
d B. ante.
e B. tina.
f † B. eam.
g B. frigidis. s.
h B. oleis.

ſit labor in eo omnino. Et iam enunciauimus illud in locis alijs, & iterabimus de illo conditionem. Oportet vt permutetur ad balneũ in [i] [lecto portato, in quo ſunt ſtrati ſtratus ingenioſè ita vt] perueniat cum eo ad primam domum: & [k] [permutetur ad illud, quod ex duobus pannis factum eſt plenum lana vel cotto: & dicitur græce pedeto, lene, ꝙ conueniens eſt] balneo, & exuatur veſtimentis ſuis in ea aut in media [l] † [ ] ſi non fuerit calida, & non moretur in aliqua earum, niſi quantitate permutationis, & anhelitus pauci: & [m] [iam exutus] veſtimentis, deinde ingrediatur ad domũ [n] [ſecundam &] tertiam, veruntamen non ſit vehementis caliditatis, & ſtet in ea quãtitate qua tolerat tinam. Hoc eſt illud, quod dictum eſt. & quod magis eſt dilectũ mihi, eſt vt ſit tina eius in domo media temperata. Quum ergo ſeparatur a tina frigida, cooperiatur mãtili, aut [o] [farcha] habẽte duas tunicas, & permutetur ad ſtratum [p] [ſuum &] lectum ſuum [q] [cum ſua ſabana] & exiccetur ſudor eius cum mantili, & inũgatur, & cibetur.

i B. lectica portata in qua ſit lectus ſtratus ęqualiter plan9, donec.
K B. tunc permutetur ad ſtratum lene ex eis quæ ſunt cõuenientia.
l † B. domo.
m B quantitate qua exuatur.
n —— B.
o B. chlamide.
p B. ſeu.
q B. & lecticam ſeu ſbarrã ſuã.

De cibatione habentium hecticam. *Cap.* 7.

OPortet vt ſeparetur in eis cibus: & non cibentur in ſaturitate eorum vice vna. Amplius melius, quo cibantur, eſt aqua hordei, & hordeum, [a] † [ ] & panis tritici abluti infuſus in aqua frigida. Et genera lactis, quum ab eis non prohibet aliquid eorũ, quæ diximus, & lac vaccinum, de quo extractũ eſt butyrum, quoniam eſt plurimi nutrimenti. Et almes, & cucurbita, & de fructibus melones [b] [paleſtini, & ſunt alraki] cognominati apud nos indi. Et quando ſentit rectificationẽ, tunc non eſt malum cibare ipſum caſeo humido nõ ſalito. Et ſi virtus debilitatur, non eſt malum vt cibetur iure iſfidabegi cum coriãdro humido, decocto cum eis quæ ſunt ſicut alduragi, & alteiugi. Et fortaſſe oportet vt detur eis in potu aliquid vini ſubtilis, permiſti cum aqua multa. Et fortaſſe eſt neceſſarium, vt cibes cum moſos ex carne alduragi, & alteiugi, & alcubugi, & [c] [pullis & hoſune] acetoſo, aut [d] [cõgelato] acetoſo ex carne hœdi, aut carne [e] [vaccina] quando eſt illic fortitudo digeſtionis, & acetum almoſos, & [f] [congelati] eſt iuuatiuum eis, & confortatiuum in hac diſpoſitione. Et fortaſſe nõ eſt excuſatio ab aqua carnis permiſta cum ſyrupo de fructibus, frigidis, acetoſis, aut uitello oui ſorbilis. Et quando prolongatur cum ea debilitas ad ſyncopim, eſt neceſſe vt cibẽtur aqua carnis accepta ex lateribus hœdi, cum ſale pauco, quæ coletur, & fundatur ſuper eam, quantũ totum eius eſt de aqua malorum, & quantum eſt decima eius de vino odorifero, & potetur tepida. Aqua verò frigida, quæ non eſt valde vehementis frigoris, non eſt malum ſi in potu detur eis, ſi non fuerit debilis, aut aliquid prohibens, & illud prohibens, aut erit apoſtema ſub hypocondrijs, aut erunt in corpore toto chymi putridi, & chymi crudi, qui omnes digeſtione indigent, & non apparet ſignum digeſtionis, quòd ſi appareat timor, erit minor. Et ſimiliter, ſi fuerit hectica permutata ex ſirſen, aut birſen, nam cum hac melius eſt vt interdicatur potus aquæ frigidæ, quàm cum alijs. Hectica enim quum ſuperuenit ægritudinibus deſtruentibus uirtutem, mollificantibus eam, areſacientibus oſſa, & carnem, ſuperuenit debilitati. Quũ ergo coniungitur ei ſuper debilitatem poſt ſũptionem aquæ frigidæ, non moratur quin cadat in genus alterius hecticæ, quæ communicat huic generi in ſiccitate, & diuerſificatur ei in calore, & frigore, & nominatur hectica ſenectutis, & hectica ſenij. Et illa quidem eſt ægritudo ſæua, in qua innatus calor iam deſtructus eſt. & ſimiliter aqua vltimi frigoris, & plurimi, nocet eis in omni diſpoſitione, & corrumpit innatũ calorem membrorum eorum radicalium. Et fortaſſe feſtinat ad mortem cum eis, aut permutat eos ad modum alium hecticæ.

a † B ſ. fęx eius.
b B. feleſtini, & ſunt melones al zachi.
c B. pullorum, & helaman.
d B. & alcharis.
e B bouis.
f B. alcharis.

De ſuccurrendo diſpoſitionibus ſequentibus hecticam. *Cap.* 8.

DE illis eſt ſyncopis, & iam diximus regimẽ in hoc multoties. Et de illis eſt fluxus vẽtris. Et oportet vt curetur, & ſuccurratur ei. Nã in hoc eſt timor magnus. Et de curis eius in primis eſt, vt ſit aqua hordei eorũ aqua ſauich. Et ponantur in aqua hordei eorum miliũ torrefactum, & gummi, aut lentes elixatæ iteratæ, aut lac decoctum cum lapidibus, aut cum igne ſolo, donec conſumatur eius aquoſitas, & propriè cum milio, & potent hos trochiſcos. Recipe boli armeni drach. v. caſtaneæ torrefactæ, roſar. omnium an. drach. iiij. ſpodij. Karabe amborum, omnium an. drach. iij. ſeminis acetoſæ excorticati, granorum berberorum, omnium an. drach. vj. fiant trochiſci cum ſucco cydoniorũ, & detur in potu [a] † [ ] aqua pirorum in mane, & apud ſomnum. Et detur in potu pſyllium torrefactum, & ſimiliter ſuffuf de ſpodio, in quo eſt bdellium de mecha, eſt iuuatiuũ valde. Et ſi peruenit ad excoriationem, curetur excoriatio cum clyſteribus, quæ ſcis, quoniam illud eſt conueniens.

a † B. ...

De hectica ſenectutis. *Cap.* 9.

CVrrit conſuetudo vt dicant hecticam ſenectutis poſt febrem hecticam, & nos ẽt incedamus uia conſueta, intentio itaque hecticæ ſenectutis eſt dominium ſiccitatis ſuper cõplexionem abſque febre. Et quandoque fit cum æqualitate in calore & frigore, & illud eſt ſecundum minus. Et quandoque fit cum frigore, & nominatur hæc diſpoſitio [a] [ſenectus] & hectica ſenij, quoniam corpori accidit in [b] † [ ] hora ſenij illud, quod accidit in illa hora [c] [de aldubul] & ſiccitate. Et ſenes quidem ſunt velocioris caſus in ea, quam iuuenes. Et iuuenes uelocioris caſus in ea quàm pueri, licet accidat in iuuenibus, & pueris. Et cauſa faciens cadere in eam, aut eſt frigus dominans cum debilitate corporis, quare prohibet virtutem nutritiuam ab operatione ſua integra, ſicut accidit iterum in fine uitæ, & de hoc capitulo eſt potus aquæ frigidæ non in hora ſua, aut ſuper debilitatem corporis cum febre,

a B. hecti... nectutis.
b † B. no...
c B. ex d... ſeu are...

bre, d [aut] in dispositione e † [ ] aut successione exercitij resoluentis uirtutem, & aperientis poros, & quod vocat ad attrahendum aquam frigidam ad viscera subitò. Aut vapores mali, frigidi, qui eleuantur ad cor, & infrigidant complexionem eius. Aut caliditas, quę resoluit, & liquefacit humiditates, quare caliditas innata debilitatur, & succedunt frigus, & siccitas. Et quandoque sequitur euacuationes. Et quandoque attrahit hanc ægritudinem superfluitas in infrigidando patientes febres, cũ eis quæ bibuntur, & emplastrantur. Et hæc quidem ægritudo quando confirmatur, non curatur, & si esset ei ingenium, esset morti ingenium.

e †B. eruditatis.

ANNOTATIONES.

Hæc febris non est, quum non adsit caliditas, sed sola est totius corporis sicca intemperies. de qua tamen hic, ubi de febribus agitur, uerba facit, ob similitudinem, quam cũ hectica habet. De hac meminit Gal. 10. meth.

Cap. 11.

Signa. Cap. 10.

IN istis videntur signa aldubul, & exsiccationis, & non uidetur in eis incensio, & inflammatio, imò fortasse inueniũtur frigidi tactus. Et eorum pulsus non est sicut pulsus habentium febres hecticas, imò est tardus, paruus, & rarus, nisi fortis fiat debilitas, quoniam tunc incipit pulsus fieri frequens, proprie in illis, quibus ad uenit hoc ex potu aquæ frigidæ. Et quandoque est vrina eorum alba, subtilis, aquosa, & sunt in dispositionibus suis sicut senes.

Curatio hecticæ senectutis. Cap. 11.

NOn adhibetur hæc cura nisi quum nondum confirmata est, & speratur φ non confirmetur, & quum confirmata est, speratur ut postponatur perditio parumper. Et canon quidem in curatione eorum est calefactio, & humectatio. Et ex humectatione sunt balnea secundum quod sciuisti, quæ non administrẽtur nisi post digestionem, nam si ipsa administrentur successione comestionis, faciunt cadere uirtutem. Et clysteria facta ex capitibus, & pedibus, & cicere a [contrito] & ficubus cũ b [melle] & chamæmilla de quo administretur quantitas mediæ lib. cum unc. ii. olei sisamini, & aliquantulo olei de ben, & administretur fricatio super cibationem. Et lac c [coctum cum lapidibus] est vehementis iuuamenti eis. Et mel est vltimum in iuuamẽto eorum, sicut est ultimum in nocumento habentium febrẽ hecticam. Et omnis cibus humectans, facilis penetrationis, velocis d [descensionis,] in quo non est viscositas, sicut aqua carnis, & uitelli ouorum sorbilium, & vinum subtile odoriferum, paruæ quantitatis, est uehementer conueniens eis, & oportet, ut obseruetur humectatio prædicta in capitulo hecticæ, & misceatur cum ea quod calefaciat ex odoribus, & emplastris, et unctionibus fricando, & cibis alijs.

a B. & tritico vehementer decocto. Alia litera. & pedibus, & tritico vehementer decocto.
b B. hasech.
c B. suctum ab vbere.
d B. attractiõis.

TRACTATVS IIII.

De febribus pestilentialibus, & quę sunt eis homogenea, & variolis, & morbillo.

De febre pestilentiali. Cap. 1.

QVandoque accidit aeri quod docuimus te in libro vniuersaliũ, sicut accidit aquę de a [alteratione] in qualitate sua ad calorem, & frigus, & de b [alteratione] in natura sua ad c [profundationem,] & putredinẽ, sicut d [profundatur] aqua, & fœtet, & putrefit. & sicut aqua non putrefit e [ullo modo propter suam simplicitatem,] imò propter illud quod admiscetur ei de corporibus terrenis malis, quæ pmiscentur ei, & accidit toti qualitas mala, similiter aer non putrescit f [ullo modo propter suam simplicitatem,] imò propter illud, quod admiscetur ei de vaporibus malis, qui permiscentur ei, & accidit toti qualitas mala, & quãdoque est illud causa ventorum deferentium ad locum bonum fumos malos ex locis g [fœtidis, in quibus sunt valles profundæ, & corpora exiccata in prælio aut occisa non sepulta neque tumulata, & fortasse] est causa propinqua loco in quo uenit, & quandoque accidunt putredines in interioribus terræ propter causas, quarum euentus ignoratur, h [& nocere faciunt] aquam & aerem, & febres quidem accidentes causa aeris sicci i † [ ] fiunt iterum causa, vt eueniant febres cholericæ. Pestilentiales verò fiunt ex aere turbido, & humido, & febres in aere humido sunt pluris euentus, sed sunt minoris acuitatis, & longioris spatij. In æstate vero sicca, paucæ pluuiæ, sũt minoris euentus, & maioris acuitatis, & uelocioris separationis, & meliora tempora sunt quæ seruant naturam suam, & principium omnium k [horum] sunt formæ cęli facientes esse necessarium illud, cuius aduentus ignoratur licet sint quidam, qui dixerunt in eo aliquid non proportionatum ad causam eius, imò oportet, ut scias quòd causa prima longinqua ad illud sunt figuræ cęlestes, & propinquæ dispositiones terrestres. Et quando faciunt necessario uirtutes agentes cęlestes, & virtutes patientes terrestres, humectationem vehementẽ aeri, l [expelluntur] vapores, & fumi ad ipsum, & sparguntur in ipso, & putrefaciunt cum cũ caliditate debili, & quando fit aer secundum hunc modũ, venit ad cor, quare corrũpit complexionẽ spiritus, q est in ipso, & putrefit quod circundat ipsum de humiditate, & accidit caliditas egressa a natura, & spargitur ĩ corpore m [tũc p causam suam, & erit] febris pestilẽtialis, & communicat multitudini hoĩum, qui iterũ habent in se ipsis proprietatem præparationis, agens enim solum quum peruenit, & patienti non est præparatio, non accidunt actio & passio, & præparatio corporum ad illud in quo sumus de passione, est ut sint plena humorib. malis, nã munda non forsitan patiũtur ex illo, & corpora debilia iterũ patientia sunt ex ea, sicut illa, quæ multiplicãt coitũ, & corpora dilatatorũ pororũ, humida, multę balneationis.

a B. conuersione.
b B. conuersione.
c B. transmutationem.
d B. transmutatur.
e B. secundum dispositionẽ suę simplicitatis.
f B. secundum dispositionẽ suę simplicitatis.
g B. lõginquis ĩ quib' sunt loca stagnosa alterata ad putredinẽ aut in quib. sũt corpora cadauerum corrupta ĩ prælio, aut corpora mortua ex peste non sepulta, aut non combusta, & quandoque.
h B. cum suis particularitatibus, quare perueniunt ad.
i † B. minus sũt quàm huiusmodi accidẽtes ex aere humido nisi quòd cholera multiplicatur in aere sicco quare est illæ.
k B. harum alterationum.
l B. eleuantur.
m B. causa fluxibilitatis suæ, & fit.

ANNOTATIONES.

De aeris immutatione satis ab authore nostro lib. 1. Can. dictum est, ut hic non sit diutius laborandum. Illud nunc quæstione dignum, quia ijs uerbis. [Et principium omnium horum sunt formæ ex formis cœli &c.] pestilentis aeris causas in cœlestes formas, hoc est, aspectus syderum refert, num fieri possit, ut ex astrorũ aspectibus corrũpi aerem, vel quicquam tale pati accidat. Quum enim Astrologi id asserant, quod ẽt author noster tum lib. 1. Can. tum in Canticis parte prima affirmasse videtur, philosophi tamen contra fieri id prorsus negant, quum ex syderib. non nisi laudabiles actiones eueniant, quod Auer. in Com. canticorum iam citat. Verum de hac re, non contenderim profectò astris malignam quampiam uim inesse, ex earum tamen actione immutari aerem & pestilentem euadere, illud potissimum affirmare uidetur, q certis quibusdam stellarum aspectibus immutari ferè semper aerem, & euenit, & antequam eueniat Astrologi diuinant. id, quod certè, aut astrorum lationes, aut cœlestem quampiam uim sequi videtur. An hoc tamen particularem quampiã astrorum uim, quam influentiam uocant, ut Astrologi arbitrantur, an uerò communem dumtaxat luminis & motus actionẽ sequatur, ut philosophi, res est, quæ multis laborem facit; non esset tamen studiosis difficile in communem causam, calorem, frigus, humiditatem, & siccitatem, hoc ipsum & alias quasuis aeris, ac inferiorum mutationes referre. Sed hęc non est hic locus, ut pluribus prosequamur. Illud potius inquiramus, quid in causa sit, quum pestilentes febres non ex aere tantum, sed etiam ex prauis alimentis fieri uideantur primo de diff. feb. & lib. de cib. bon. & mal. succi cur Author tamen noster de solo pestilenti aere uerba faciat. Sanè pestis, a qua pestilens febris dicitur, cõis est, & uulgaris morbus. fiunt autem cõmunes morbi a cõi causa, priuati a priuata, communis causa est aer, qui nos ambit, quem oẽs inspiramus, priuata uerò, uictus ratio. (non tam cibos quam somnum & uigiliam, motus & quietem, & animi perturbationes intelligimus.) Constat ergo, quum pestis communis sit morbus eam ex aere nunquam nõ procreari. Eadem ergo de pestilenti febre est ratio, ut ex solo aere, non ex alia causa fiat. hoc ergo in causa fuiße arbitramur, cur de aere solum pestilenti, non etiam de uictu Auicennas uerba fecerit. Sed Galeni authoritatem obijcis, quũ primo de diff. feb. & li. de cibis boni & mali succi, pestilentem febrem ex uictu fieri asserit. Verum paucis, neque id Gal. ait, neque alioqui uerè pestilentes febres eæ dici possunt, quæ communem causam, aerem, non sequuntur. Ait certè Gal. in lib. de bon. & mal. succ. cib. ob prauorum ciborum esum ægrotaße multos, non is tamen pestilentem affectum nuncupat, quum alioqui id vitium per solos agrestes uagaretur. Etsi uerò in lib. de diff. febr. nonnullos ob prauorum ciborum vsum pestiferis febribus interijsse affirmat, putamus tamen non uerè pestilentes eas dici, sed malignas intelligi, & ijs similes, quales in pestilenti aere solent accidere. Ex hoc genere eæ uidentur eße, quas Hipp. fortaße & pemphigodes. 6. uulg. morb. sect. prima uocat, & nostra tempestate frequenter, Venetijs præsertim, est videre, cum cute ijs maculis fœdata, quas peticulas uocant, quæ certè etsi pestilentes dicuntur, non habent tamẽ communem causam sed priuatam.

Tex. 108.

Cap. 3. Cap. 1.

Signa. Cap. 2.

HAec febris est quieta exterius, conturbans interius, secundum plurimum pendẽs, ex qua percipitur caliditas, & inflammatio fortis. Et est cum ea magnitudo anhelitus, & eius exaltatio, & constringitur [a] [multum, & curtatur multum, & frequentatur] & vehementia sitis, & siccitas linguæ. Et quandoque fit cum nausea, aut casu apppetitus, & si non resistitur ei cum comestione violenter, interficiet eum. Et dolor oris stomachi. [Et] magnitudo splenis. Et angustia vehemens, & inquietudo. Et fortasse erit tussis sicca. Et casus virtutis, & peruenitur in ea ad syncopim, & commistionẽ rationis. Et tenditur quod est sub hypochondrijs. Et fiunt cum ea vigiliæ. Et mollificatio corporis, & tepor. Et quandoque accidit cum ea bothor subalbida, & rubea, & quandoque est velocis apparitionis, & velocis occultationis. Et accidunt † cola, & vlcera. Et fit pulsus secundum plurimum frequens, paruus, & fit vehemens secundum plurimum in nocte. Et quandoq; accidit eis dispositio sicut hydropisis. Et fluxus ventris choleræ, & aliorum, & est egestio eius lenis, fœda, non naturalis, & quandoq; est melancholica, & plurimum eius est spumosum, fœtidum, & est in illa aliquid de genere eius quod liquefit, & ẽ vrina eius, aquosa, cholerica, melancholica, & multoties euomunt melancholiam, choleram verò plus illa, & sudant sudore fœtido, & hæc quidem febris incipit cnm accidentibus prædictis cum fortitudine sua, & venit res eius ad syncopim, & frigus extremitatum [b] † [ ] & spasmum, & alcuzez, & quandoque est de his febribus pestilentialibus, in qua non percipit æger, nec tangens propinquus multitudinem caloris, & nõ alteratur pulsus, & aqua magna alteratione, & cum hoc ipsa est interficiẽs velociter, & hæsitãt medici in esse eius, & plurimi quorum anhelitus fœtet ex istis, & ex primis, moriuntur, nam putredo est iam confirmata in corde.

a B. mult. & sit ferè frequens.

† aphoba.

b † B. ... giam.

ANNOTATIONES.

Si rerum notitia uel per causas vel per effectus est, ita & morborũ & particulatim pestilentis febris cognitio habenda est. hic docet quomodo præsentem pestiferã febrem ex effectibus noscas, qui eã sequuntur, quos omnes ad tria iam sæpius repetita capita, paruo negocio ut referas, licebit, actiones læsas, affectus corporis sensibiles, excreta & retenta. Pro his quæ copiosè hic author refert, pete Paulum lib. 2. Aetium li. & Rasim in libello de peste. Vnum animaduersione dignum Auicennas scribit, quum ait, [Et quãdoque est de his febrib. pestilentib. &c.] Talẽ hecticã nonnunquam accidere ait, in qua calor neq; ab ægroto, neque a medico sentiatur, neque multa in pulsu aut lotio a naturali statu uariatio est, quũ tamen hæc cito cito interimat, medicis de hac re ambiguis. Differunt hoc in loco medici, qui fieri poßit, ut in tanta putredine neque calor sentiatur, neque uarientur pulsus aut urina, & uarĩ varia asserunt. Sed paucis, ut nos quoque hanc rem expẽdamus. Duo sunt Galeni sententia pestilentium febrium genera. altera putrida tantum, ex humorum sœcordis putredine, altera uerò hectica ex eius substantiæ, non dicã (ut uelle magnos quosdam medicos uideo) putrescente, sed aliarum hecticarum instar infecta iam a præter naturali putrido & pestilenti calore. pestilentem & putridum calorem diximus differentiæ ab alijs hecticis gratia, in quib. etsi confirmata absoluta ve caliditas et siccitas est, & cor dis corpus uelut habitus quidam occupans, nõ illi tamen

Cap. 3. B. Cap. ... Cap. 4.

caliditati iuncta est pestilens qualitas. de priori autem febre pestilenti ex humoribus meminit passim Gal. de hectica verò non ita quidem frequenter, uerba tamen de ea in 3. de præsagit. ex pulsib. facit. His ergo ita suppositis, facile est propositam dissoluere dubitationem. arbitramur enim propositis uerbis authorem hunc pestilentem hecticam intelligere, non putridam, seu humoralem, nempe sicuti in hecticis, quæ pestilentes non sunt, calor neque a medico ferè, neque ab ægroto persentitur, æqualis enim ea intemperies est, ita in pestilentibus euenire uerisimile est, & id ipsum testatur Gal. 3. de præsag. ex pulsib. & 9. de simpl. med. fac. Eadem ratione & pulsus parum a naturali statu (excepta celeritate) uariant, qua in cæteris hecticis. De urina uerò hęc fortasse ratio est, non quia, ut aiunt, natura soli cordi vacet, rerum aliarum oblita, quin imò, quum urinæ in febribus ob calorem præsertim uarientur, propterea non multum uariante a statu naturali caliditate, neque etiam has multum uariari oportet. Hæc ergo de proposita quæstione dicta sint.

Cap. 3.

Cap de bolo armena.

Signa pestilentiæ. Cap. 3.

DE illis quæ significant pestilentiam, de reb. quæ currunt cursu causarum, est ut multiplicentur [a] [rhotoni, et asuhub in principijs autumni et inebul,] nam indicat pestilentiam indicatione causæ. et quod multiplicatur auster et subsolanus in [b] [Kenif] diebus aliquot. Et quoties uideris turbiditatem aeris et nebulositatem eius, et existimaueris pluuiam, et inuene ris, [c] [aerem uacuum siccum, et non pluit,] tūc scias quod complexio hyemis erit corrupta. Pestilentiam autem æstiuam malignam, malam, significat paucitas pluuiæ in uere, cum frigore, deinde multiplicatur auster, et conturbatur aer aliquot diebus, deinde clarificatur post hebdomadam unam [d] [non supra,] et accidit frigus in nocte, et in die calor est uehemens, et pręfocatio, et conturbatio, et caliditas, tunc iam uenit pestilentia, et expectantur febres pestilentiæ, et uariolæ, et his similia: Et similiter quando æstas non est uehemētis caloris, et est uehementis conturbationis, habens matutina alterata [e] † [ ] et iam præterierunt in autumno [f] [asuhub, et ignes, et uehizim, et alia,] est signum pestilentiæ et aliorum. Et similiter quādo uideris aerem alterari in die uno multis uicibus, et clarificatur aer die aliquo, et oritur sol clarus, et conturbatur die alio, et oritur in uelaminibus nebulæ, quæ est ut puluis, tunc iudica quod pestilentia accidet. Signa autem, quæ sunt secundum semitam societatis causæ, sunt, uerbi gratia, ut uideas ranas iam multiplicari, et uideas reptilia generata ex putredine iam multiplicari. Et de eis, quæ significant illud, est, ut uideas mures, et animalia, quę habitant sub terra, fugere ad superficiem terrę, et [g] [exire manifeste.] et uideas animalia [h] [maleę naturę sicut alakaliKi] et eis similia fugere ex nidis suis, et ire ab eis, et fortasse dimittunt oua sua.

a B. alragiū, & alseheb, i. appa ritiones igneæ, sicut sydera cadentia, & similia in principijs autumni, & in ailul. i. in mense Septembris.
b B. chanun i. in mense Decēbris. Alii Nouēbrem intelligunt.
c B. puluerulētum siccum nō cum pluuia.
d B. & quod est supra eam.
e † B. puluerulenta.
f B. alseheb. i. apparitiones igneæ, & ignes & niazech. i. stella comata.
g B. pari sedare. i. commoueri hinc inde sicut animalia ebria.
h B. sensilis naturæ sicut allechalach.

ANNOTATIONES.

Igneæ aeris, quas uocant, impressiones, non sint pestilentis aeris causæ, sed signa. quum tamen hæ statum aeris præsentem, & earum, quæ continuè fiunt a terra exhalationis, uaporumq́ naturam significent, ex quorum mistela aer alias aliter afficitur, mutaturq́, propterea uidetur ea, quam hoc in loco tradit, futuræ pestilentis febris, dignoscendi ratio, ex causa desumi. Est tamen hic dubitatio, quomodo pestilentię indicia esse ignee impressiones & cometę queant, quod hic author putat, quum contra potius omnia hęc, caloris, & immoderatę præsertim siccitatis ut Arist. 1. meteor. testatur, sint signa. pestilentem autem aerem reddunt imbecillus calor & superflua humiditas, quæ. s. aptam faciunt putredini constitutionem. Profectò, ignea hæc aeris phasmata nulli dubium est, quin & siccitatem & calorem sequantur, & eadem significent. Res tamen ita forte se habet. ex immodica aeris siccitate aridiora nostra redduntur corpora & acutis morbis parata. id quod & Hipp. 3. aph. simul uerò & innatus calor maximè dissipatur, & innatum humidum exsiccatur, ut propterea interire ab ijs acutis morbis plures eueniat. Adde, quòd immodicę illi siccitati, terræ quoque sterilitas succedit, & rerum penuria, ob quam & prauorum cibariorum usus, & mala nutritio, & praui ex animalium corporibus halitus effluunt, quorum expiratu aer inficitur, & inspiratu uitales & alios spiritus corrumpi necesse est, & tunc etiam uagari morbos & interitus oportet. Cæterum, quamuis hęc pestilentium fortasse morborum causam docent, qui ex prauæ corporum dispositionis uitio uagantur, non tamē corrupti aeris, nisi leuiter, causam attingunt. ferè enim ęstimatu dignum non est, ex prauo aliquorum expiratu halituq́, longe lateque adeo corrumpi aerem, ut ex eo pestilentes tempestates eueniant. Certe si siccitates imbribus salubriores, si putredo humidam pręsertim constitutionem calori adiunctam sequitur, si corruptus aer & pestilens siccantibus pręcipue temperatur, quomodo ex siccitatibus pestilens idem euadat, non est cognitū facile. Fortasse tamen, si reddi de hac re causa a nobis potest, in hunc modum res sese habet. Exsiccantur ob immodicam aeris caliditatem siccitatemque lacus, flumina, fontes, & maria, ex quorum deinceps limosis alueis praui & fœtidi halitus (tales enim ferè semper sunt) uberrime excitari necesse est, ab his aer corrūpitur, & euadit pestilens.

Curationes febrium pestilentialium. Cap. 4.

SVmma curationis earum est [a] [exsiccatio,] & illud cum phlebotomia, & solutione uentris, & oportet ut incipiatur in ea ad euacuandum Si autem materia uincens fuerit sanguinea, fiat phlebotomia, & si fuerint humores alij, euacuētur. Et oportet ut infrigides domos eorum, & rectifices aeres ipsarum. Domorum autem infrigidatio fit, ut uallentur fructib. odoriferis, frigidis, & extremitatibus arborum frigidarum & linimentis et rorationibus sumptis ex fructibus frigidis, odoriferis, & ex camphora, et aqua ros. et sandalis, et roretur domus eorum omni die aliquoties, et proprie cum aqua ros. et de [b] [salicibus] et de nenufare, et si fuerint in domo manationes, et rorationes aquæ, erit melius. Aeris uerò rectificationem dicam. Et administrentur eis trochisci de camphora, et robub frigida, et aqua lactis acetosi, et lac acetosum ablato butyro, et aquæ ros. in qua dissolutum est serum [c] [acetosum bonum,] et acetum cum aqua iterum. Et aqua frigida plurima subito est iuuatiua ualde, pauca autem consequenter exhibita fortasse excitat caliditatem. Quòd si res prolongetur ad hoc, ut tendantur hypochondria, et infrigidentur extrema,

a B. alleuiatio.
b B. kalef.
c B. lactis aceto si boni.

trema,& prolongentur vigiliæ,& pmiſtio mentis,& vides pectus & quod eſt ſuper ipſum, eleuari,& deſcendere; tunc neceſſe eſt adminiſtrare [d] [regimen trahens] caliditatem exterius. Et quando cadit appetitus, [e] [reſtaurentur ad comeſtionem: nam plurimi eorum, qui viriliter agunt ſuper illud,& comedunt violenter, abſoluuntur,& viuunt, & neceſſe eſt reſtaurare eos ſuper cibum. Et oportet,vt ſint cibi eorum ex acetoſis,& deſiccatiuis, & ſint paucæ quantitatis. Cibi nanque eorum ſunt iterum mali,quare nocet eorum multitudo, [f] [inquantum ſit additio:] & nocent, inquantum ſunt mali. Rectificationis autem peſtilentiæ pars eſt ſecundum ſanos,quæ ſunt in ea,& partes eius eſt ſecundũ ſanos & ægros. In illa verò, quæ eſt ſecundum ſanos,intentio eſt,vt exſiccetur aer,& fiat boni odoris:& prohibeatur eius putredo cum quacunque re ſit,& rectificetur cum xyloaloes crudo,& ambra,& thure, & muſcho,& coſto dulci,& ſtorace,& ſandaraca,& aſſa, & [g] [gariofillis] & maſtice,& glutine albotin, & ladano, & melle,& croco,& [h] [bomki] & cupreſſo,& [i] [iunipero,]& lauro,& cyperis,& ſquinantho,& [k] [ſauina,& acoro,& [l] [galia, &] amygdalis amaris,& aſaro. Et quandoque fiunt ex iſtis compoſita. Et aſpergatur domus aceto,& aſſa. Secũdum ſanos verò, & iterum febricitantes, & ægros eſt ſuffumigatio cum ſandalis, & camphora,& corticibus granatorum,& myrto,& malis,& cydonijs,& ebeno,& [m] [alſegi] & tamariſco,& ribes: & oportet vt multiplicetur ſuffumigatio,

d B. cooperturam trahentem
e B cogãtur ad comeſtionem quare neceſſe ẽ cogere eos ad,
f B. ex parte repletionis,
g B. glutine gariophylorum,
h B. ſech. i. galia
i B alharar.
k —— B.
l B. alſababech.
m B. alſagi.

ANNOTATIONES.

[Summa curationis &c.] Paucis verbis maximum negocium hic docliſſimus vir explicat,ſummam curationis in peſtilenti febre exſiccationem eſſe dicens, cum euacuatione. Nempe,ſi peſtilentis febris cauſa ſumma eſt putredo,hæc ſummam humiditatem ferè ſequitur. exſiccatione ergo eſt opus,quæ putredinem tollat. Prius tamen inchoãdam curationem ait a ſanguinis euacuatione,ſi affluat,& aliorum humorum eductione,ſi ijdem exſuperẽt, hoc ipſum ex ipſa quoque rei natura deſumens,quum multitudo detractionem poſtulet. Sunt tamen hoc in loco diſſidia,neque ea quidem mediocria,tum enim de venæ ſectione ambigitur, an in peſtiferis febribus conueniat, tum etiam de purgatione. Sanè, ut priorem dubitationem breuibus examinemus. Antiqua & toti ferè orbi communis eſt controuerſia,quum alij venã intrepide ſecent (redundante uidelicet ſanguine) alij nunquam ſecandam putent, alij uerò quandoque ſecent,quandoque minime. Qui mittendum ſanguinẽ putant,eo potiſſimum inniti vidẽtur, quòd magnus eſt morbus,extremis autem morbis extrema remedia conueniunt, præſertim uerò ex ijs venæ ſectio eſt,quam etiam in magnis morbis Hipp. probat 4. de ra. vict. in ac. Itemq; quòd in omni febre putrida ſaluberrimum eſſe uenam incidere ait Gal. 11. meth. ſecanda ergo præſertim in peſtifera, quæ magnã putredinem ſequitur. Aſtipulari his videtur Gal. qui 1. in 3. de uulg. morb. de Hip. admiratur, cur in Critonis curatione peſtifera febre laborantis de ſanguinis miſſione non meminerit. Aſſentiri Paulus lib. 2. Actius li. 5. ex Rufi monimentis videntur. & Auenzoar 3. Theiſir tr. 3. & Raſis in libello de peſte non ſemel. ſecanda ergo in his vena uidetur. Aduerſus tamen horum ſententiam, quam etiam author noſter ſequitur, plura ſunt, quæ non iniuria quis obijciat. Primùm autem illud conſtat, vires in peſtilenti affectu eſſe imbecilles,at hoc uenæ ſectioni reluctatur. Secta itẽ vena intro trahi ſolet,quod natura extra protrudit. aduerſatur uerò id Hippocrati qui 1. aph. quo natura uergit, eò ducendum iubet. Adde quòd in ijs, qui venenis periclitantur,non ſecatur uena (niſi forte in cane rabido ut Auic. putat.) non diſſimilis autem eſt febris peſtilens ueneno. Accedat ad hæc Galeni authoritas tum in lib. de cibis boni & mali ſucci. ubi graſſante Romæ aſſerit peſtilentia,non auſos eſſe medicos ſanguinem ducere,etiam initio,niſi perpaucis. neque ab re,ait Gal. quum uires prius diſſoluerentur. Idem 6. de ſimpl. med. fac. peſtilentia affectos, quibus ſumpta eſt bolus armena,curatos teſtatur,quibus uerò id medicamentum non profuit,nullum præterea auxilium profuiſſe,neq; uerò is de ſanguinis miſſione quicquã meminit. Poſtremò ſi ſanguinis miſſione aut methodo, qua in cæteris febrib. utimur,curari peſtilens poſſet,mirum eſſet,quòd neque in libris methodi,neque alibi locorum Gal. de huius curatione verba fecerit. Omiſit uerò is propterea, quòd curari methodo non poteſt,ſed ſola experientia. Hæc de propoſita quæſtione quum ultro citroq; ferantur, incerta adhuc harũ febrium curandi ratio uidetur. Pro qua tamen rixa conciliãda,ſi quod dictante ratione, & aſtipulante experientia a nobis uel ab alijs obſeruatum eſt,ipſi proferemus, nolumus tamen in re adeo periculoſa, tam ſententiam noſtrã, quàm dubitandi rationem protuliſſe. Vrgent profectò utrinque rationes,urget experientia. Obſeruatum eſt a multis, in peſtilenti conſtitutione quibus ſecta eſt uena,conualuiſſe. ſæpe etiam interijſſe. Hieronymus Bonipetrus Nouarienſis uir, noſtri temporis & ſcientia & uſu rei medicæ peritiſſimus,quum non multis abhinc annis, quibus nouiſſime per totam Italiam peſtis graſſabatur, Venetijs medicinam faceret,auſus primus omnium,reluctantibus alijs, uenam morbi initio in his tundere,feliciſſimo euentu, & magna cum ſui authoritate,inueteratam iam contrariam opinionem euertit. Alij tamen tunc temporis alibi locorum, quibus ſanguis miſſus fuerat, interijſſe omnes obſeruarunt, viri alioqui diligentiſſimi. Obſeruatum poſt ea tempora frequentiſſime eſt,quandoque recte ceſſiſſe,nonnunquam male. Ita,ut ſi tum rationes tum experientiam ſpectes, ſtatuere nequeas, utrum agas. Breuibus tamen nos ubi morbi huius naturam animaduertimus, in eam ſententiam ferimur, ſicuti probari perpetuo in hac febre, ita non plane improbari eandem poſſe,quando autem obeunda, & quando omittenda ſit,ex rei natura ita doceri uidemur. Quum uenæ ſectio,ex ſanguinis multitudine,ex putredine,ex morbi magnitudine indicetur,uidendum eſt tamen num uires coindicent,an contraindicent, num acturis nobis aſtipuletur naturæ impetus,an contra. Si coindicent uires,ſi naturæ conatus & inclinatio coindicet,nulli dubium eſt,id agẽdum,quod affectus primo loco indicauit. contra uerò, ſi aut uires,aut naturæ impetus contraindicent, indicante quantumuis morbo,ab agendo repellimur. Sit autem,ut in peſtilenti febre ob multitudinem,ob putredinem & morbi magnitudinem de ſecanda uena indicetur,animaduertẽdæ ſtatim uires,animaduertendus eſt motus. Vires in magna humorum corruptela integræ profectò ſunt nunquam,præſertim uerò in peſtiferis affectib. maxime proſternuntur ob putredinem immodicam,ob aduerſam naturæ noſtræ peſtis naturã,ita ut in peſtilenti febre ſi vires animaduertas, in ea prorſum ſententia ſtãdum uideatur,nunquã eſſe ſanguinem mittendum. Ita uerò in peſtilentib. hiſce febrib. non una eſt naturæ inclinatio,neque unus eſt impetus. quandoque fluxus alui colliquantes eueniunt,quandoque carbunculi ſub alis,aut puſtulæ,exanthemataue in dorſo aut toto corpore, aut alia id generis accidunt. Vbi hec adſint,certum eſt, ne-

Tex. 19.
Com. 15.
Cap. 26.
cap 36.
Cap. 1.
Cap. de terra Lemnia.

neque fluente aluo ſecandam etiam uenam, neque carbun
culo uel puſtulis apparentibus, retrahendum eſse uenæ
ſectione naturæ impetum ab externis ad internas par-
tes. Ergo ſi de febre peſtilenti ac de peſte loquaris,
pro conſtanti illud habendum uidetur, quod Franciſcus
Modegnanus Laudenſis, uir quantum noſtra ætas ha
bet, eruditus, nunquam mitti ſecta uena ſanguinem o-
portere. Cæterum his tamen non obſtantibus, quum du-
plex ferè peſtilentium febrium ſit ortus, aliæ nanque ini-
tio peſtilentes inuadunt, aliæ uerò neque peſtilentes in-
uadunt, neque ullas initio peſtilentiæ notas ſecum ferunt,
ſicuti in priorib. febrib. uires primo ſtatim inſultu maxime
impugnantur, tū in iȷs a uenę ſectione abſtinendum om
nino uidetur, at in poſtertoribus, ubi febre quis corripia-
tur, futura quidem peſtilenti, ut tu ſuſpicaris, nondum ta-
men tali, quum & integræ (quantum febris putridæ ratio
poſtulat) ſint uires, nullum commodius, uel utilius in harū
curatione, præſidium eſſe uidetur, quam uenæ ſectio, ſi mo
do, & ſanguinis multitudo & alia id genus conſentiant.
Sunt uerò huius modi peſtilentes febres frequentiſſimæ.
Quamobrem in his mittendus initio eſt ſanguis, quod Ae
tius & Paulus ex Ruſo admonent, quod admiratur Ga-
lenus in Critone ab Hippocrate prætermiſſum. Quum ue
rò peſtilentes primo inſultu inuadunt, tunc & omittendū
ſanguinis ductum (alioqui enim Raſis in libello de peſte
ſententia nobis non placet, qui in his quoque ſanguinem du
cit) & ſolis uiribus ſuccurrendum. quæ inſigniter colla-
buntur, pro conſtanti habemus. Habent.n. id generis febres
quid ueneno ſimile, & ſolis antidotis opus habent. Sit ergo
illud, quantum nos aſſequimur, conſtitutum, ſi libet, in pe
ſtiferis febrib. ubi factæ iam ſunt peſtilentes, ubi confirma
tæ, non eſse ſecandam uenam. ſecari autem poſſe & debere
morbi initio, quum nondum ſunt tales, futuras tamen ue-
reris: Erit nihilominus & hac in re uirium non præſentiū
dumtaxat, ſed futurarum quoque habenda ratio. neque,
quamuis multitudo, ſeu ætas atque aliud quidpiā de mit
tendo ſanguine uel indicet uel coindicet, copioſiorem ta-
men uacuationem moliri eſt tutum, ſed talem prorſus, quæ
multitudinem imminuat, quæ obſtructiones mediocriter au
ferre, & uires ſubleuare ſufficiat. His ita conſtitutis, non
difficile eſse arbitramur, ut, qui uolet, obiectas utrinque ra
tiones diſſoluat. Nunc autem quia de puſtulis & exanthe
matis facta eſt mentio, ſunt autem & peticulæ uulgo di-
ctæ, quas malignas febres & peſtilentes ſequi uidemus,
et ipſæ ex genere exanthematum, locus admonet, ut de his
aliquid ſubiȷciamus. quæri enim ſolet, an iȷs in cute appa-
rentib. mitti ſanguis debeat. Nos ergo quæſtionem hanc
breuiter ſic defiuiremus. ſi exanthemata hæc a multa &
larga cacochymia ortum habeant, quod certè magna ex
parte contingit, ſtatim purgandum eſt corpus, neque etiā
cucurbitulæ inter initia admouendæ. quę Oribaſiȷ fuit opi
nio, ſin uerò ſanguinis plenitudo ſit, quod ex calore puſtu-
larum, ſignisq; plethoræ cognoſcere licet, tum, ſanguinem
mittere, noſtra quidem ſententia, niſi quid præterea impe
diat, nihil obſtiterit, neque enim obſtat, quod aliquis dixe
rit naturę impetum, quo ad cutim fertur, intro reuocari.
alioqui enim & ſudores qui in febrium principiȷs occur-
runt a ſanguinis miſſione purgationeq; nos deterrerent. Nō
imus tamen inficias in tali morbi genere maligno & frau
dulento, quin ſumma uirium habenda ſit ratio, neque hic
copioſiorem ſanguinis miſſionem probamus, ſed tantum ſe
re ſanguinis detrahendum, ut quod putridi excrementi ſu
pereſt, natura tandem euincat, quod Galeni conſultum eſt
9. & 11. meth. Cucurbitulas uero deinde cuti affligere
tuto poſſumus, & naturæ inclinationem illam tunc tempo-
ris adiuuare. Eſt ergo & ſanguinis interdum miſſio in hi
ſce exanthematis opportuna, atque hanc ſi quis opportu-
nè fecerit, plurimum eſt emolumenti ægris allatura. Noui
mus nos Dominicum Caſtellum Venetum, uirum & do-
ctrina & peritia inſignem hoc præſidiȷ genere hiſce appa
rentib. maculis fæliciſſimè uſum non ſemel. Verum ſicuti
eſt eius remediȷ occaſio maximè præceps, ita etiam acerri-
mo iudicio opus habet. Aeſtimandę diligenter ſunt uires.
ęſtimanda eſt multitudo. his uero aſſequutis nihil erit de
quo præterea ſit uerendum. Cæterum inſurget hoc in lo-
co quiſpiam, & nos inconſtantiæ accuſabit, qui, paulo an-
tea quum dixerimus, in febrib. quæ peſtiferæ iam ſunt, ne
que apparentib. puſtulis, neque fluente aluo ſecandā uenā,
nunc tamen apparentib. peticulis idem præſidium admiſe
rimus. Mirè profectò hæc repugnantia uidentur. Verum
neque hęc ſuperiorem ſententiam noſtram interturbant.
Vbi peſtilens iam eſt febris, nunquam mitti ſanguinem o-
portere arbitramur. Atqui febres, in quibus peticulæ ap-
parent, non ſemper ex genere ſunt peſtilentium. peſtilen-
tes nanque cacochymiam non ſanguinis plethoram ſequū
tur. nos uerò, ubi cum hiſce exanthematis, quæ rubra ſunt,
ſanguinis coniungitur multitudo, uenam tundimus, ꝙ pe-
ſtilens affectus non eſt, quamuis mali, ut aiunt, moris, ſe-
cus uerò ſi non rubra, ſed uel nigra, uel uiolacea uel alte-
rius coloris exanthemata fuerint tunc enim, quæ talia ſūt
cacochymiam prę ſe ferunt, ſed de hac re ſatis. Nunc de
medicamentis, quæ diſceptatio ſecundo loco erat propoſita
expendamus quid ſit ſentiendum. Profectò author noſter
primis ſtatim uerbis, ſi aliȷ a ſanguine humores affluant,
inchoari ex alui ſolutione curationem iubet. Contra tamē,
quum uires in his imbecilles ſint, non uidentur purgatoria
medicamenta eſse opportuna. Adde, quod frequenter his
colliquantes fluxus iunguntur, qui purgationem oēm in-
terdicunt. Itemq; acria & uenena quodammodo ſunt quæ
purgant, ut irritare potius morbum, quam eius cauſam a-
pta ſint educere. Sed ad hæc paucis Quod uires in hac fe
bre ſint imbecilles, noxia & praua humorum copia facit,
qua propterea detracta ſubleuari naturam oporteat. detra
hi uerò non niſi medicamentis poteſt, ut his agendum ſit
prorſus. hæc tamen, ſicuti non omnia unius ſunt generis,
& alia purgatoria ſunt ac fortia, quæ acredine quoque a-
liȷs præſtant, alia uerò leuia, ita non uno tempore omnia
ſunt opportuna. Morbi initio, quum nondum peſtilentis
affectus notæ apparent in iȷs, quæ in peſtilentes febres dege
nerant, nihil obſtet, ſi quod futurum eſt, prauideris, etiam
purgantibus & ualidis medicamentis prauos humores ag
gredi, ut educas. at ſi peſtilens inuadit, aut ubi talis non e-
rat, in talem tamē degenerat, tunc abſtinendum certe ab
acrib. iȷs & fortib. utendum tamen erit leuibus, qualia ha
bemus multa, & educenda omni ingenio praua materia
eſt. Secus ſi colliquātes fluxus accedant, tunc enim aſtrin-
gentibus uti licebit, non ſoluentibus, niſi utraque ea fortaſ
ſe ratione miſceas, qua in dyſenteria ſæpenumero, quum ex
rhabarbaro, myrobalanis, & aliȷs id genus, medicamenta
propinamus, educendæ cauſæ gratia, quæ dyſenteriam fa-
cit. Sed & illud ipſum in hiſce febrib. diligentius expen-
dendum, in quibus uires magis oppugnantur.

Et quādo cadit appetitus &c. Idem ferè antea, quum
de huius febris indiciȷs ageret. Deſumunt ex his locis mul
ti in hoc febrium genere copioſis uti alimentis oportere.
Aduerſari tamen hos Hippocrati conſtat, qui in acutis
morbis tenuem uictum, non plenum, & extremis morbis
extrema remedia, etiam ſummā inediam præſcribit. Hos
ergo non eſt ut plurib. refellamus, quo certum eſt ea uictus
ratione non tam ægros nutrire, quàm interficere, dum na-
turam praua materia & morbi ui oppreſſam etiam cibo-
rum ſarcina magis onerant Sed & de authoris huius ſen-
tentia, non eſt, ut multum laboremus, quum eius uerba ni
hil planè aliud doceant, quā in appetētiæ deiectione (quod

symptoma hos morbos sepissimè sequi solet) cogendos esse ægros vt comedãt. His verò, hunc æmulari Hippocratem constat 3. de uulg. morb. sect. 3. vbi de diuturna quadã peste verba faciens, quum multis adeo prostrata ventriculi uis esset, ut mori mallent quam cibos capere; ex ijs conualuisse illos testatur, qui comederint. An verò pleno uel tenui uictu sit utendum, tum senex in aphorismis, tum Celsus libro 3. docet; non esse dicens, ægros fame cruciandos, sed nutriendos ex leuissimis cibis. Non negarim tamen, plura in his morbis symptomata & animi deliquia & alia id genus eueniunt, paulo quoque uberius, quàm in acutis alijs esse nutriendos, uirium gratia, quum ea accidunt. at si ea non accidant) quamuis rarò id fiat) nulla uidetur aduersa ri ratio, quo minus eadem in hisce atque alijs acutis morbis seruari uictus ratio debeat. alioqui uerò neque experientiam multum reluctari hac in re uidemus.

Text. 58. — Cap. 7.

Et aqua frigida plurima &c.] Huius prorsus contrarium iussit Rasis in libello de peste. nempe frigidam paulatim sorberi ait, præsertim quum incensa est febris: quòd sudorem elicit, promouetq; & recrementis in extimam cutem expellendis opitulatur. Verùm alia ratione uterque agit; Rasis ciendi sudores, hic uerò refrigerandi.

Præseruatio à pestilentia. *Cap. 5.*

OPortet vt extrahantur à corpore humiditates superfluę; inclinetur regimen eius ad exsiccationem ex omni modo, & ex minoratione cibi, nisi exercitio. Oportet enim ut nõ administretur, neque balneum, neque a [vina] neque toleretur sitis. Et rectificetur aer cũ eis, quę diximus. Et declinet cibus ad acetosa. Et minoretur ex eo. Et sit caro quę administratur decocta in acetosis. Et sumatur de b [al heluen] & alcharis, & almosos factis cum aceto, & absque aceto cum sumach, & aqua agrestę, & aqua limonis, & aqua granatorum. Et condita in aceto iuuatiua sunt: & propriè capparis aceto condita. Et c [algeleniabin] ex illis est, quæ conferunt, & prohibent ab eis putredinem. Et de illis, quibus ex ea fit euasio, est administratio theriacę, & mithridati ante eam, cum reliquo regimine bono. Et de medicamine facto ex aloe, & croco, & myrrha sumatur omni die circiter. 3. j. quoniam est iuuatiuum.

a B. bibitiones. — b B. alhelam. — c B. althit.

ANNOTATIONES.

Quomodo pestem caueamus, docet Galen. 1. de diff. feb. Sed fusius Aetius ex Rufi sententia lib. 9. & Paulus lib. 2. ac Rasis in libello de peste.

Cap. 95. Cap. 5. Cap. 36.

De variolis. *Cap. 6.*

QVandoque accidit in sanguine bullitio secundum semitam putredinis cuiusdã, de genere ebullitionum, quę accidunt succis: & talia quidem accidentia fiunt per eam, ita ut partes eorum ab inuicem discernantur. Et de hoc est cuius causa est res quasi naturalis, faciẽs ebullitionẽ sanguinis, a [quare putrefit] ab eo illud, qđ admiscetur ei de reliqjs nutrimenti sui mẽstrualis, qđ b [est] in pregnatione: aut generatur in ea post illud ex cibis fęculentis, & malis, de illis, q̃ c [rarificant] substantiam eius, & faciunt eã ebullire, donec fiat ei substãtia recta fortior prima, & magis apparẽs: sicut illud qđ natura efficit in succo vuæ, ita quòd rectificat ipsum, faciendo vinum similis substantiæ, & iam d [putruit] spuma aerea & fæx terrena. Et de hoc est, cuius causa est res adueniens extrinsecus, ebullire faciens occulta, quæ permiscet humores cum sanguine, commistione existente in dispositione ebullitionis, & e [stationis sub sole;] sicut accidit apud alterationem temporis, & propriè veris ab eo, quod pertinet ei de qualitatibus & ordine. Et variolæ quidem, & morbillus sunt de summa ægritudinũ f [aduenientium.] Et multiplicatur eorum perflatio. Et corpus quidem variolis præparatũ est illud quod est calidum & humidum, & conturbatæ humiditatis: propriè quod parum extrahit de sanguine per phlebotomiam. Et de cibis sunt cibi, qui faciunt cadere in variolas velociter, & propriè quando non sunt consueti; & administrantur super eos medicinæ, & cibi calefacientes, sicut lac, & propriè camelarum, & equarum, quum multum repelletur ex eis ille, qui non assuetus est eis, deinde bibit vinum plurimum aut medicinas calidas. Et variolæ quidem sunt quasi modus quidam crisis. Et plurimum quidem accidunt variolæ infantibus: deinde iuuenibus: & minoratur earum euentus in senibus nisi propter causas fortes, & in regionibus vehementis caliditatis, & humiditatis. Et earum euentus in corporibus humidis est plus, quàm sit ipsarum euentus in corporibus siccis: & earum euentus in vere plus est, quàm ipsarum euentus in hyeme. Et post ver, in fine autumni: & proprie quando præcedit æstas calida, & sicca, & fuerit ille autumnus calidus & siccus. Et variolæ non accidunt in cute solum, & in eo quod sequitur illud quod apparet: imò accidunt in omnibus membris similium partium, apparentibus, & occultis, ita quòd velaminibus, & neruis. Et quãdo apparent variolę, faciunt incurrere pruritum, deinde apparent res sicut capita acuum similia milio, deinde egrediuntur, & implentur sanie, deinde g [euacuantur] & fiunt crustæ diuersorum colorũ, deinde cadunt. Et fortasse permutantur variolę ad phlegmonem, & h [essere] & adubellati, quæ aggregat saniem. Et plurimum quidem quum apparent, habent colorem phlegmonis, veruntamen quandoq; egrediuntur secundum colores diuersos cineritię, & violacęę, & nigræ. Variolæ enim sunt species, & colores: nã de eis sunt albę, & de eis citrinæ, & de eis sunt rubeæ, & de eis sunt virides, & de eis sunt violacęæ, & de eis sunt ad nigredinem decliues. Et virides quidem, & violacęæ sunt malæ: & quanto plus additur declinatio ad nigredinem, tanto est deterius: & quãto plus sunt decliuiores ad illud, tanto plus sunt decliuiores ad malitiam. Et albæ quidem sunt meliores: & propriè quando sunt pauci numeri, magnę quãtitatis, facilis exitus, paucę angustiæ, debilis febris: et vides febrem minui cum earum apparitione, & ipsarum egressione: & est principium exitus earum in tertio, & quod ei approximat: & post illas sũt albæ, magnę, pluris numeri, propinquæ absque continuatione: nam illæ, quæ continuantur adinuicem, ita

a B. vt expellatur — b B. erat. — c B. Alia litera inspissant. — d B. expulsa est ab eo. — e B. Alia litera & sonitus sequentis ad ebullitionem. — f B. contagiosorum. — g B. vlcerentur — h B. masserà

i B. costam.

ita vt continuenturi in frusto magno carnis habentesi[latera] aut rotūdam formam, sunt malæ: Et similiter iterum duplices magnæ, in ventre vnius quarū est variola alia. Albæ verò paruæ, duræ, propinquæ, difficilis exitus, licèt faciant existimari in principio rei salutem, tamen timetur in eis, quòd difficilis fiat earum maturatio, & fiat cum eis ad perditionē; quoniam causa in eis est grossitudo materiei. Et de speciebus malarum timorosarum, quæ plerūque interficiunt, sunt illa, k[quarū diuersificatur egressio:]nā quandoque apparent, & quandoque occultantur, & propriè quando apparent violaceæ: & similiter tenaces, quarū l[operatio non cessat à debilitate virtutis, & viridificatione membri, & nigrificatione eius [perdunt. Et si viriditas, & nigredo, quibus succedit m [resudatio,] non faciunt cadere virtutē, imò additur cum eis virtus, non sunt mortiferæ: sed fortasse cadere faciunt in vlcera, & quę currunt cursu eorum. Et vt sit febris, deinde variolæ, saluius est, quàm sint variolæ præcedētes, deinde cōsequatur eas, & accidat super eas febris. Et illud quidem quod plurimum considerare oportet in esse patiētis variolas, est eius anhelitus, & ipsius vox: nam ipsa duo, quū remanēt bona, est res salua. Et quum videris anhelitum patientis variolas consequentem, & similiter patientis morbillum, tunc existima ca sum virtutis, aut apostema diaphragmatis: deinde quum vides sitim vehementem fieri, & angustia assiduat: & ea quæ apparent, infrigidantur: & variola & morbillus virides fiunt; tunc iam percipitur æger mori: & n[festinat] illud, si variolæ fuerint de genere earum, quarū egressio, & apparitio tardantur. Et plurimi eorum, qui moriuntur per uariolas, moriuntur præfocati ex squinantia. Et quandoq; moriuntur per casum virtutis cum rasura intestinorum, & fluxu ventris. Et quum uideris violaceas de variolis & morbillo profundari; tunc scias quòd superueniet ęgro syncopis. Et quando festinat ad mingendum sanguis, & succedit ei vrina nigra; tunc est mortiferum; præcipuè, quando est illic casus virtutis. Et fluxus vētris viridis, sanguineus, aut lotiuus, non cum casu virtutis, & o [alhumera est aliquid de variolis & morbilis.] Et multoties quidem variolatur homo duabus vicibus, quando aggregatur materia ad expellendum bis. Et p †]] coloris plumbini sunt variolæ, quarū bothor in facię, & pectore, & ventre sunt, plusquam in cruribus, & pedibus: & sunt malæ, & significant materiam grossam, quæ non expellitur ad extremitates.

k B. quare diuersificatur dispositio.

l B. conatus ad exeundum non cessat debilitare virtutem & viridificare mēbrū & nigrefacere ipsum.

m B. declinatio.

n B. verificatur.

o B. alhamica ē aliquid inter variolas & morbillos & est saluior ambobus.

p † B. almum

ANNOTATIONES.

Tex 19.

aph. 20.

De uariolis meminisse Hippocrates uidetur tertio uulg. morb. sect. 3. ἰξανθήματα dicens ἐρυθρὰ, στρογγύλα, σμικρὰ οἷον ἴονθοι, pustulæ, s. rubræ, rotundæ, paruæ, uaris similes. Idem. 3. aph. ἐξανθησιας ἑλκώδεις inter uernales morbos reponit. non tamen ex eius, uel Galeni, uel Græcorum scriptis quidpiam pręterea, quod ipsi uiderimus, certius de his morbis legere est, qui affectus sint. quorum naturam Arabes fusius sunt perscrutati. Neque uerò alioqui eorum sententia satis probāda uidetur, qui de his agi ab Hippocrate existimarunt 3. uulg. morb. sect. . sub herpetum nomine, quū, Herpetes, ait multi, magni. solet enim Hipp. (ut uideo) herpetes serpentia ulcera, non pustulas nominare. Accidere has, de quibus hic agitur, uariolas omnibus hominibus semel, & communi opinione, & usu receptum est. quamuis non defuerint etiam, qui bis id ipsum uitium sint experti, ut in hoc loco author noster testatur. putantque has Arabes, menstrui alimenti esse reliquias, quo in utero fœtus est usus. Verùm dubitant de hac re nostri primo quidem, quòd Gal. testimonio lib. de sem. fętus in utero non ex prauo sanguine, sed ex eius purissima portione alimentū capiat. quòd si etiam ex praua materia nutriri uelis, qui fieri potest, ut post multos morbos, multas febres in trigesimum, & quadragesimum usque annum id uitium prorogetur? Quomodo quis non semel, sed bis etinm eo morbo corripitur? Adde, quod, quum sanguis menstruus in membrorum carniformium substātiam uertatur, dici non potest ex eorum feruore uariolas gigni. Quærenda præterea esset ratio si ex sanguinis menstrui reliquijs uariolæ, cur non & mulieres, in quibus supprimuntur menses, ijsdem corripiuntur? Atque si hæc ita se habent, uetustissimum certè hoc uitium esse oportet. quomodo ergo neque Hippocrates neq; antiqui medici de hoc uspiā egerunt? Hæc ferè obijciunt. Cæterum, ut ad ea paucis. Etsi, quod primo loco obijcitur, ex purissima menstrui sanguinis portione fœtus alitur, non is tamen ex purissimo sanguine nutriri ait. inest enim purissimæ illi mensium portioni quid noxium; quòd processu demum temporis expultricis facultatis ui ad cutim propellitur. Quòd tamen diutius nonnunquam id uitium prorogetur, neque multis præcedentibus morbis expurgetur, non est certè, quòd exactissimam reddamus rationem, qui tam exquisitè huius, uel illius corporis naturam scire non possumus; non id tamen mirum: sicuti neque eos, quibus podagrici parentes contigere, primis statim annis, neque certo semper, & exacto tempore podagra inuadit, neq; quibus epileptici fuere, epilepsia. Cur uerò quandoque id uitium repetat, difficile nō est deprehendere, si quis aliorum morborum reditus, & eorum causas æstimarit, perpenderitque: neque enim tam ualida omnibus pellendi est uis, quæ semel superandę morbi causæ sufficiat; vt denuo repetere morbos oporteat. Neque uerò, quum reliquias sanguinis menstrui feruere dicimus, arbitrandum est, vel partes ex menstruo sanguine genitas, vel eos ipsos humores, qui ab ortus primordijs obtigerunt, efferuescere. Solidæ nempè partes non efferuescunt. (nisi quū calidiores sunt, feruere existimes.) humores verò non ijdem numero sunt, qui in continuo fluxu, & dissipatione quum sint. continua noui alimenti adiectione reparantur, gignunturq; : sed superest praui illius sanguinis in membris qualitas, quæ tandem humorum partem aliquā inficiens, naturæ molestior reddita, toto naturæ nixu excernitur ad cutim. Cur verò mulieres, suppreßis mensib. variolis non corripiantur; ea eße ratio videtur, quoniam non in membra ipsa, & solidam ipsarum substantiam prauus ille humor dispergitur; sed in vasis continetur: atque ab his, etsi uaria quoque symptomata accidunt, non tamē vt in fœtu mollissima substantia prædito, praua ea qualitas solidas vniuersim potest occupare. Quòd autem neq; Hipp. neque Græcorum, quispiam alius de hac re meminerit, ignoramus certè causam. fortaße autem superiori illa ætate, qua vitæ continentioris erat, id vitij genus, aut nihil prorsus, aut obscurè affligebat. Tu tamen vide, an hæ papulæ sint, quas Aetius, lib. 14. infantibus ait aliquando in toto corpore oriri.

Tex. 52.

Cap. 8.

Cap. 63.

Signa apparitionis variolarum. Cap. 7

QVandoque antecedunt apparitionem variolarū dolor dorsi, & pruritus nasi, & timor

timor in ſomno,& punctio uehemens in mẽbris [a] [corporis,]& grauitas communis, & rubedo in colore faciei.& oculi, & lachrymę, & inflammatio,& multitudo halicum, & b [ſaltus] cum constrictione anhelitus, & raucedo uocis,& groſſitudo ſputi,& grauitas capitis,& dolor capitis, & [c] [& †caſacam] & exſiccatio oris,& anguſtia,& dolor in gutture, & pectore,& tremor pedis apud reſupinationem,& declinationem ad ipſam. & cum hoc toto febris concluſa.

a B.faciei.
b B.oſcitationũ.
c —— B.
† tremor cordis.

De morbillo. *Cap.* 8,

SCias, quòd morbillus omnis eſt uariola cholerica: & non eſt differentia inter ea ambo in plurimo reliquarum diſpoſitionum, niſi quia morbillus eſt cholericus,& quod ipſe eſt minoris quantitatis,& quaſi ipſe non pertranſit cutem, & non eſt ei altitudo, de qua curetur, propriè in principio ſui. Variolę uerò in principio ſuę apparitionis eſt eminentia, et altudo, & morbillus eſt minor uariolis, & minus accidit oculo quam uariolæ.Et ſigna apparitionis eius proxima ſunt ſignis apparitionis uariolarum; uerum [a] [lachrimæ in eo ſunt plures,]et anguſtia, & inflammatio uehementior, et dolor dorſi minor, quoniam cauſa eius in uariolis eſt repletio ſanguinis extendens uenã poſitam ſuper dorſum;nam generatio uariolarum eſt propter multitudinẽ ſanguinis corrupti, et morbilli propter uehementiam malitiæ ſanguinis corrupti pauci. Et morbillus ſecundum plurimum egreditur ſubito, et uariolæ aliquid poſt aliquid.

a B. ſubuerſio ſtomachi in eo eſt plus.

ANNOTATIONES.

Si recte morbilli naturam perpendas,quam hic docet, non differre ab exanthematis & pulicari morbo uidetur. Hunc affectum noſſe uidetur Hippoc.quum 5.uulg.morb. morb.Euphranoris filio puſtulas ueluti culicum morſus accidiſſe aſſerit.& lib.7.Pherecydę octaua die ueluti culicũ morſus apparuiſſe. Meminit & Aetius lib.5. de uibicibus culicum morſui ſimilib.Sed hunc affectum cum hoc,de quo hic agitur eundem aſſerere non audemus, qui culicum morſus in tumorem attolli ſciamus,quod in morbillis non accidit.neque rurſum id negamus, quum ſimilitudinem eã non ad tumorem.ſed ad ruborem referre ſenex potuerit.Meminit & Galenus lib.de atra bile de nigris quibuſdam in peſtilenti affectu puſtulis, quæ nigris erant exanthematis ſimiles,quib.præſertim ueluti ſquãma decideret, taleſq; etiã non febricitantibus accidere teſtatur. de qua itidem re 5. meth.agit.Quum tamen morbilli de quibus hic agitur,non emineant cuti,puſtulæ uerò aliquo pacto in tumorem elatæ ſint,neque id pro certo aſſerere audemus, eas morbillos eſſe,fort aſſe tamen uariolas intellexit.Quandoque pemphynga pulicarem hunc morbum exiſtimauimus, & pemphyngoden febrem eam intelligi, quam peſtilentem noſtri uocant,cui pulicares maculæ coniunguntur.Verum,quũ pemphyngoden febrem author finitionum medicarum eam eſſe dicat,quæ per caloris intenſionem puſtulas in ore,quæ græcis phlyctides dicuntur, generat, neque id ipſum pro certo habemus,præſertim,quòd Galenus 1.in 6.de uulg.morb.de pemphyngode febre,quid ſit,non ſatis aperte ſtatuat.Videtur ergo hic quoque affectus a Græcis ignorari.

cap.129.
cap.4.
cap.12.
tex.29

Signa ſalutis eius. *Cap.* 9.

SVnt ſicut ſigna ſalutis uariolarum:nam ille,qui eſt uelocis proceſſionis,& apparitionis,& maturationis,eſt ſaluus.& durus,& uiridis, violaceus eſt malus & qui eſt tardæ maturitatis,frequentis ſyncopis,& anguſtiæ,eſt pernicioſus.& qui occultatur iterum ſubito.eſt malus,faciens ſyncopim.

Cura. *Cap.* 10.

OPortet in uariolis ut incipiatur, & extrahatur ſanguis ſufficienter,quum conditiones fuerint. & ſimiliter ſi morbillus fuerit cum repletione ſanguinis. & ſpatium illius eſt uſque ad quartum. Sed quando procedunt variolæ,non oportet tunc ut adminiſtretur phlebotomia,niſi inueniatur vehementia repletionis,& dominium materiei, tunc enim phlebotometur quantitate,quæ a [exſiccet,] & conuenientius quidem. quod in hac adminiſtratur ægritudine,eſt phlebotomia,& ſi phlebotometur vena naſi,confert iuuamentum fluxus ſanguinis narium, & tuetur partes ſuperiores a malitia uariolarum,& eſt [b]† [ ] facilis ſuper infantes,& quando neceſſaria eſt phlebotomia,& non phlebotomatur iterum complete,timetur ſuper ipſum corruptio extremitatis Et ſimiliter timetur quandoque ſimile illi ſuper illum cuius aſſiduatur extinctio,[c] [& uenter.reſoluitur.] et oportet,ut fiat in eis cibatio in primis cum eis. in quibus eſt confortatio cum repercuſſione,& extinctione abſque conſtrictione naturæ,& inſpiſſatione ſanguinis,ſicut quod fit de iuiubis cum tamarindis, & d [caſia fiſt.& cum eo quod fit ex dactylis immaturis,] & ex lentibus præparatis e [& is fidabegi.] et lenificatio uehemens.f [ſimiliter] oportet,ut ſint cũ iſtis tamarindi,& g[quæ eis conueniunt, &] cibus factus ex cucurbita & melon h [alraki:] imo oportet, ut ſit natura lenis in principio,& i [ſit intentio in eis quibus lenitur.] tamarindi.& ſi non obedit cum eis,additur ſuper eos ſiracoſt cum facilitate,& caurela.k [et] tereniabin,aut infuſio prunorum & confert quandoque ſi in potu detur in principio apparitionis ueſtigiorum uariolarũ pondus,drach.iii.de rob l [dactylorum ſyluestrium] cum uno de trochiſcis camphoratis, & ſyrupus † m [ ] de dactylis † n[ ] immaturis eſt uehementia iuuamenti in huiuſmodi hora.Quum ergo o † [ ] pertranſierit ægritudo diem ſecundum, & incipiunt uariolæ apparere,tunc fortaſſe erit infrigidatio cauſa erroris magni, ex eo quòd retinent ſuperfluitatem interius,&p[delationem eius ſuper] membra principalia,q [& fortaſſe] non fit eis poſſibile procedere, & apparere, & accidit inquietudo,& anguſtia,& fortaſſe accidit r [nauſea.] imò oportet ut iuuentur ſuperfluitates in huius diſpoſitione cum eis, quæ faciunt ebullire, & aperiunt oppilationes, ſicut fœniculum,& apium cum zuccaro, & ſuccus eorum,aut decoctio radicum,& ſeminum, & fortaſſe odoratur aliqd de croco,et aqua ficuũ eſt bona ualde, ficus enim ſunt uehementis expulſionis ad exteriora,& illud eſt una de cauſis euaſionis,

a B.alleuiet ſeu minoret.
b †B.magis.
c —— B.
d B.ex thalha. ideſt ex floribus dactylorum uel ex dactylis immaturis, quum primo exire incipiunt.
e B. in asfidbegi ideſt præparatis iſtis floribus & lentib in modum ferculi liquidi.
Alia litera, & abſque ingroſſatione ſanguinis ſicut cibus qui fit ex iuiubis cum tamarindis & cibus factus ex thalhana & lentibus præparatis in aſfidbegi.i.præparatis in modum ferculi liquidi.
f B. Alia litera propter illud.
g B.ex illis quæ conueniunt eis ſunt.
h B.batheca alraKi.
Alia litera. alzachi uel al Ki.
i B.melius cum quo fit lenificatio eſt.
k B.aut.
l B. alchedar.
Alia litera. rob alkedar.
m †B de floribus dactylorũ ſeu.
n † B. parui.
Alia litera. de alrhalha.i.ſ[yrupus] de dactylis.
o †B.additur ...
p B. deferte ad.
q B cũ eo quod
r B.ſyncopis.

euasionis a nocumento earum.& de illis, quę conferūt ualde in huiusmodi hora, est vt sumatur laccę ablutæ drac.v. lentium excorticatarū drac.vii.dragacanthi drac.iii.deinde coquātur cum lib.[s] [s.]aquæ, vsq; quo remaneat quarta lib. vnius,& detur in potu, & de illis, quę sunt vehementis iuuamenti ad faciendum apparere variolas,est vt sumantur ficuum citrinarum ; vii.lentium excorticatarū drac.iii.laccæ drach. iii.dragacanthi,seminis fęniculi an. ; ii. decoquantur cum lib.s. aquę donec remaneat ex ea ferè tertia,& coletur, & detur in potu de ea.ex pellit.n caliditatem a partib.cordis, & prohibet pulsum cordis, & oportet,ut non approximet ei in hac hora oleū aliquod omnino,& oportet,ut [t] [regatur,]& elongetur ab aere frigido, & propriè in hyeme, & fiat cū illo illud quod fit cum sudante, frigus enim oppilat poros, & redire facit materias retro,& multitudo potus aquæ frigidæ cum niue,& introitus in domo venti mala sunt valde, & fortasse phlebotomia est mala,propterea quod repellit,& conuertit illud quod procedit, quare caueatur post duos dies,aut tres, & quandoque accidit ex coopertura,& calefactione quasi syncopis,aut [u] † [ ]accidit syncopis, tunc [x] [necessarium est regimen aeris,qui attrahitur,& reuerti]ad odores camphoræ,& sandalorum. Et si non fuerit excusatio, quin detegatur corpus domui venti,aut aeri frigido,paulatim fiat,& similiter quādo adiutorium est cum calefactione,aut dimissione infrigidationis.Et quando incipiunt exire, & non inuenitur cum exitu earū alleuiatio, immo inuenitur caliditas inflammata, & lingua ad nigredinem decliuis,tunc caue ne calefacias,& oportet, ut tu alienes ab habentibus variolas,& morbillum,emplastrationem uentris: in hoc enim est timor constrictionis anhelitus subito,& [y] † [ ] quòd accidit fluxus uentris malus, & mictus sanguinis. Et in fine eius oportet,vt conseruetur natura, & cibetur loco lentium sicut sunt,lentibus elixatis duabus elixationib. cum renouatione aquæ; & loco lentium [z] [almakid]cum tamarindis & [a] [lentibus factis acetosis &]aqua granatorum,& sumach, & agresta,& his similibus.Medicinę autem ingrossantes sanguinem & infrigidantes eū,prohibentes eum ab ebullitione,quæ initio præcipiuntur,sunt sicut rob de ribes,& agresta,& aqua fructuum frigidorū,syrupus [b] [alcori proprie, & syrupus altelea, & syrupus de zumar.] & syrupus quidem [c] [alchori]habet descriptiones plures,quas diximus in antidotario & dicemus hic descriptionem fortem,mirabilē, & est illa quæ fit cum aqua lactis acetosi iterati,& uirtus eius est vehemens ualde.Descriptio hęc est. Sume rob [d] [alcori] partes ii.si autem non fuerit tibi præsens accipe alcori, & fac serrare ipsum,& accipe serraturā eius, aut mole ipsum, & misce molitum eius cum medietate sui de sandalis in aceto distillato, aut in aqua agrestæ purę dieb. aliquot,deinde decoquatur in eo de coctione cum facilitate cum longitudine, donec dissoluatur:deinde exprimatur, & sumatur de succo,& quanto acetum,aut aqua agrestę est plus,tanto est melius:deinde sumatur aqua † adog abstracto butyro,mundificata a sua caseita

[s] B.j.s.

[t] B.cooperiatur

[u] †B. existimatur quod.

[x] B. non est excusatio ab infrigidatione aeris qui attrahitur proprie, & præparatione.

[y] †B. Alia litera est timor.

[z] B.acetosarum

[a] B. dentur lentes factæ acetosę cum.

[b] B. alchedar proprie & syrupus althalha,i. de floribus dactylorum uel de dactylis immaturis & flores dactylorū ipsi seu dactyli ipsi immaturi quū primo exire incipiunt & algiemar.

[c] B.alchedar.

[d] B.alchedar.

† lactis.

te adog,aut cum colatione vltima,quę fit dimittendo residere.aut cum decoctione, sicut est decoctio aquæ casei, donec separetur aquositas, deindę sumatur farina hordei,& fiat ex ea et aliqua lactis acetosi foca, et fiat acetosum illud foca, deinde coletur, postea [e] [sumatur illud foca,& sit in eo de subtili aqua hordei.] fiat acetosum,& quanto plus iteratur, tanto est melius. Sumantur ergo de eo partes v. & sumatur aqua pirorum de seni,& aqua cydoniorū acetosorum plurimæ aquæ,& aqua granatorū acetosorum,& aquæ pomorum acetosorum plurimę aquæ,& aquę alzarur,et aqua limonis, et aquæ prunorum acetosorum et aquæ dactylorū in primis quum incipiunt apparere, expressorum,& aquæ [f] [alcori] recentis, & aquę merorum de seni,quę non maturantur integre,& aquę chrysomilorum immaturorum,& acetosorum,et succi agrestæ,et succi ribes, et succi præputiorum vitis et succi rosę persicæ,et succi nenupharis,et succi viol.omnium an.tertiā partis vnius,et succi acetositatis citri,et succi acetositatis citranguli an.duas tertias partis vnius, et succi coriandri,et lactucæ, et foliorum papaueris humidi et endiuię, et portulacæ an quartā partis vnius,succi foliorum [g] [salicum,] foliorum malorum,et foliorum pirorum, et foliorum alzarur,et foliorum ros.et foliorum uirgę pastoris an.quartam partis unius, succi herbæ hircinę,et ros.siccarum,et nenupharis sicci, et succi berberis sicci,et seminis endiuiæ, et sem. lactucæ et balaustiarum, et nenupharis an.medietatem decimę partis unius, et succi mentę humidæ sextam partis:aggregentur medicinę, et succi berberorum humidorum medietatem partis;aggregētur medicinæ, et succi,et componantur super ignem, et ponantur eis de lentib. partes quatuor,et de hordeo excorticato partes ii et de sumach partes iii. et de granis granatorum partes iii. et decoquantur omnia ad ignē, donec remaneat medietas, deinde dimittatur donec infrigidetur, et confricetur fortiter, et coletur, et sumatur de camphora ad omne pōdus ccc.drac.pondus aure i.et teratur camphora et pulueri zetur super [h] [radicem cucurbitę aut kimie,] et fundatur super ea medicina cū facilitate,deinde ligetur caput eius cum re vehementis fortitudinis, deinde ponatur super prunas donec sciatur,ꝙ forsitan feruet, et concutiatur,et ponatur in vitreata,et stringatur caput eius vt non perdatur camphora, et lutetur, et dosis eius sit vsque ad drac. x. et de hominibus est,qui ponit in ea spicæ,et zingiberis et sem.fęniculi,et anisi,et cyperi, et piperis partes æquales secundum quantitatem, quæ ei videtur, et quando egrediuntur uariolæ cum complemēto,et pertransit septimus, et apparet in eo maturatio,tunc necesse est ut rumpantur [i] † [ ] cum acubus de auro, et auferatur humiditas cum cotto. Salitio autem necessaria est, et quū volueris salire, tunc elonga salitionem ab eis quas erupisti de magnis dolorosis ex propinquo: illud enim facit dolorem, immo sali illas quę sunt præter eas, et dimitte [k] [claudens cum eo uiam orificiorum suorum]donec sugant salem suum,et non saliantur ante complementū maturationis: illud .n. fortasse faciet accidere

dolorem

[e] B. renouetur focha ex eo & farina hordei.

[f] B. alchondes.

[g] B. kalef.

[h] B. fundū uasis dicti cucurbita aut super fundum ampul...

[i] †B.cum facilitate.

[k] B eas ut non claudatur a sale uia seu orificiū ipsarum. Alia lite a. claudere cū eo uia orificiorum suorum deinde sali eas.

dolorem uehementem, & apostema. Et salitio quidem est res, quæ est necessaria postquã maturantur, & illud quidem fit cum aqua salis, in qua est uirtus croci. Et si aqua illa est aqua ros. tunc est melius. Et aqua in qua decoquuntur tamariscus, & lentes, & rosę, deinde salitur, est ultima, & proprie si ponuntur iterum in ea camphora, & sandali: hæc. n. salitio maturat, & exsiccat, & facit cadere cum uelocitate, & suffumigatio cum tamarisco, est iuuatiua ualde, et in hyeme oportet ut applicetur ęger incensioni ex tamarisco, & quando uariolæ sunt uehementis humiditatis, tunc necessaria est suffumigatio cum myrtho, & foliis eius. Et de regimine bono apud maturitatem uariolarum [l] [paruarũ] & magnam uoluntatem exsiccationis earum, est ut dormiat patiens uariolas super farina rizi, & milij, & hordei, & fabarum, & magis conueniens est ut ponas ipsam [m] [impletionem culcitræ,] quæ sit [n] † [ ] rara, in qua penetret uirtus. Et folia [o] [cupressi] sunt bona in hoc, & oleum malum est in hac hora, quoniam prohibet exsiccationem. & quando incipiunt uariolæ exsiccari, tunc oportet ut liniatur super eas [p] † [ ] ex medicinis prædictis cum uirtute croci, et quando accidunt ex uariolis ulcera, confert unguentum album, & propriè permistum cum aliquantulo camphoræ, & rasura radicum cannæ cum aqua ros. aut rasura uenarum arboris salicis, aut arboris alzarur. Et quandoque confert [q] [unguẽtum de cerusa, & lithargyrio.] & quando sunt in naso crustę, confert ceratum factum cum oleo ros. puro, cum uirtute cerusæ, & climię, & administratio alicuius olei post exsiccationem, & apud ulcerationem est bona, apud exsiccationes quidem cum eo quod facit cadere cum uelocitate, & apud ulcerationem, propterea quod ipsum est materia emplastri & unguenti. Unguentum quidem rubeum bonum est ad ulcera uariolarum.

l —— B.
m B. implendo culcitram.
n † B. ex tela.
o B. liquiritiæ.
p † B. cum adiuuantibus super ipsam quæ sunt
q B. super aspergere cerusam & litargyrium.

De obseruatione membrorum, & defensione eorum a nocumento uariolarum, & morbilli. Cap. 11.

MEmbra quæ oportet custodiri a nocumẽto uariolarum, sunt sicut guttur, & oculus, & partes superiores narium, & pulmo, & intestina: hæc enim membra sunt illa, quæ ulcerãtur. Fortasse. n. oculus destruitur, & fortasse accidit in eo albugo. In gutture uerò fortasse accidit pręfocatio, & fortasse accidunt ulcera, quæ prohibent deglutitionem in meri, & fortasse perueniunt ad hoc ut sit illic corrosio pernitiosa. In superioribus uerò partibus narium fortasse accidunt ulcera, quæ stringunt meatus odoratus. In pulmone autem accidit fortasse ex bothor uariolarum, & morbilli, constrictio anhelitus uehemens, & fortasse faciunt cadere in phthisim quum ulceratur. In intestinis fortasse accidit excoriatio, cui succurrere est difficile. Conseruatio autem oculi melior est ut fiat alcohol oculo cum almuri, & aqua coriandri, & aqua ros. in qua iam posita sunt sumach, & camphora, & proprie in primo die, & cum almuri solo. Et similiter fiat alcohol cum alcohol nutrito ex aqua coriãdri, & aqua sumach, posita in ea camphora, & succus pulpæ granatorum est bonus iterum in principio. Quum uerò apparent, tunc facere alcohol cum aqua ros. & camphora est magis conueniens, & dictum est, quòd facere alcohol cum naphta alba est bonum in hoc. Et oleum de fisticis est de eis quibus utuntur mulieres in regione nostra, post uariolas & euentum nocumenti in oculo, & eradicat caliginem si fuerit, & rectificat ocu- 10 lum, & collyrium album est bonum ualde apud apparitionem bothor. Conseruatio autem oris, & gutturis est sicut suctio granatorum, & suctio granorum eius in principio, & suctio mororum de seni, & gargarizatio cum rob eorum, & proprie quando conqueritur de dolore in eis: et tunc oportet ut lambatur de rob eorũ aliquid post aliquid. Sed superiores partes narium cum epithematione ex memithe, & sandalis, & rob agrestæ, & aceto. & [a] [odorare aceta] 20 solum est uehementis iuuamenti. In conseruatione uerò pulmonis non est, quod fit sicut lochoc ex lentib. leue cum semine papaueris. Intestina autem plurimum quidem oportet ut conseruentur post inceptionem cum stypticis, & quum incipit solutio uentris in fine ęgritudinis, curetur cum trochiscis [b] [de spodio] & ribes, & trochiscis de semine acetosæ.

a B. naribus adhere acetum.
b B. in rob.

30 *De eradicatione uestigiorum uariolarum.* Cap. 12.

IN hoc quidem loquemur uice alia, quum loquemur de decoratione, nũc uerò dicemus illud, quod est magis cõueniens & magis pertinens. Et de eis quæ eradicant uestigia uariolarũ sunt radices arundinum, & [a] [sarcocolla] & semen melonis, & cortices eius exsiccati, & rizi ablutum, & aqua hordei, & albumen oui, & creta rara uel lutum, & litargyrium, et zuccarum 40 tabarzet, & amylum, et amygdalæ dulces, et amygdalæ amaræ, et de oleis oleum de lilio, et de fisticis, et adeps asini cum oleo ros. et quæ sunt ei similia, et aqua quæ fit in ungula [b] [cameli] quę assatur, est ultima. Et de illis, quæ sunt fortiora, est spuma maris, et lapis piperis, et costus, et ammoniacum, et thus, et sapo cum † nitro, et ossa uetusta adusta et semen raphani, farina raphani exsiccati, aristolochia, lupini, Et de cibis rectificantib. colorẽ [c] [plũbeum] sunt gra- 50 nata dulcia, et cicer, et uinum bonum, uitelli ouorum sorbilium, ius gallinę, et alcubugi, et alduragi impinguati, et oportet ut assiduet habens ea balneationem, et de compositis est, ut summas ossium adustorum, et stercoris ouini antiqui, et [d] [ostracorum] nouorum, [e] [et amyli, et seminis melonis, et rizi abluti, et ciceris, omniũ an. partes x. et granorum alben, et lupinorum, et costi, & radicis aristolochiæ longę, omnium an partes. v.] et radicis arundinis siccę partes. xx. fiat ex eis 60 [f] [epithema] cum aqua melonis, aut cum aqua cucumeris syluestris, aut cum aqua hordei, aut cum aqua fabarum, et liniatur cũ eo mẽbrum, et abluatur in mane cum decoctione uiol. Aliud. ostracorum nouorum, ossium antiquorum radicis, arundinis persicæ, amyli, seminis melonis, rizi abluti, granorum [g] granatorum,] costi partes ęquales, fiat ex eis gumera. et iterum lupini, et cicer nigrum liniatur cum eis.

a B exsiccatum & farina fabarum & rasura li gni kalef & rasura arundinis sarcocolæ. Alia litera & rasura ligni salicis & rasura radicum cannarũ uel arundinum & sarcocolla.
b B. arietis.
† baurach.
c —— B.
d B. testarũ ... uasorũ ex terra
e B. ossium antiquorum radicis arundinis sicæ amyli lupinorum seminis melonis rizi abluti granorum alben costi partes æquales.
f B. linimentum
g B. alben.
Alia litera.

De febribus apostematum. *Cap.* 13.

IAm sciuisti dispositiones febriū, quę sequū-tur apostemata apparentia. & quòd sunt secundum plurimum de genere febrium dici, quum apostemata ipsa secundum plurimum non perueniant ad cor, nisi cum calefactione sua absq; sua putredine, & plurimum quidem horum est a causis primitiuis. Quum autē peruenit putredo eorū ad cor, propter suam magnitudinem, aut propter suam propinquitatē, fit febris [a] [fortasse] non de genere febris dici, & plurimum quidem similium horū non fit nisi a causis antecedentib. corporeis, & repletionalib. [b] [crudis.] & quandoque fiunt ex ulcerib⁹, ad quæ attrahuntur materię malignæ, & retinentur in carnibus mollib. Febres aūt, quæ sequuntur intrinseca apostemata [c] [fortasse nō fiunt] ex applicatione calefactionis ad cor sine putredine. Et [d] [vehementiores] quidem febres fiunt ab apostematib. intrinsecis quando sunt ex genere erysipilæ in quibusdam visceribus, & [e] [extenditur] dolor, & sitis, & inflammatio: & significant ea significationes permistionis choleræ plurimæ cum sanguine, & hęc apostemata intrinseca sunt sicut apostemata cerebri, & velaminum eius, & simach auris, & gutturis quandoque, & in velamine quod sequitur pectus, & hepate, & rene, & vesica, & matrice, & intestinis, quæ sunt eis similia. Et diuersificantur febres eorum in vehementia, & debilitate, secundum propinquitatem cordis, & longitudinem. & eorum iterum febres, quæ sunt in membris carnosis, est febris uehementior. Et eorum febris, quæ sunt in panniculis, & corū similibus, est debilior. Et eorum, quæ sunt in vicinitate arteriarum febris est vehementior. Et eorum quæ sunt in vicinitate uenarum solum, febris est debilior. Et non euacuantur istæ febres a periodis secūdum materias quę effunduntur ad apostemata earum: periodi namq; earum sunt secundum generationem earum, & secundum motum ipsarum, & secundum attractionem caliditatis, & doloris ad ea: unicuique enim humori est periodus, quæ sibi conuenit, & scias ꝙ multoties sanatur apostemata in pleuresi, & alijs, & remanet febris, & significat tunc, quòd mundificatio non accidit. Et istæ quidem febres, quando prolonguntur, perducunt ad hecticam, & proprie quādo apostemata sunt in hepate. Illæ vero quæ sunt in velaminib. quum confirmantur, non expectant vsque ad hecticam.

a—B.
b—B.
c B. non existimantur, ꝙ fiant
d B. deteriores.
e B. vehemēs fit

A N N O T A T I O N E S.

Febres, quæ inflammationes sequuntur, accidentia vocat Gal. 1. ad Glauc. Has pulchre author distinguit, quando diariæ febres dicantur, & quando non ex diariarum sint genere. Ducti paulo antea nos ex rei natura, tamdiu diarias esse has dicebamus, quamdiu inflammationes non putrescunt, putrescentibus verò ijs, non diarias amplius, sed in putridarum esse numero referendas.

De signis earum & ipsarum iudicijs. *Cap.* 14.

CVm febrib. ex apostematib. intrinsecis inueniuntur tres species signorum, & accidentium. s. signa, & accidentia significantia mēbrum infirmum, & signa, & accidentia significantia materiam, & signa, & accidentia significantia dispositionem infirmi. Prima autem signorum species est sicut pulsus serrinus, & dolor pūgitiuus [a] [apostematis] ī partib. pectoris. Et similiter tussis sicca in primis, & humida secundo, & quæ sunt illis similia, de signis pleuresis significantib. apostema in partib. pectoris, & ad summum dolor, & grauitas in membro, & est calidius reliquis membris addita calefactione non consueta. Et sicut spasmus, quoniam ipse multoties associatur apostematib. calidis in membris neruosis. Species uerò secunda est sicut significatio vehementiæ febris tertianæ significat, quòd materia est cholerica. Accidētia verò infirmi sunt dispositiones, quæ indicant eius salutem, aut indicant ipsius mortem. Et [b] [membra] quidem occulta diuersificantur in faciendo febres, & [c] [recipiendo eas, & perduratione earum, & ipsarum periodis] secundum magnitudinem eorum in se ipsis, & magnitudinem venarum eorum, & secundum membra sua. Nam in membris intrinsecis sunt, quę sunt propinqua cordi, & vehementis cōmunitatis, sicut velamen, & pulmo, & de eis sunt, quę sunt quæ sunt longinqua a corde, & debilis communitatis sicut renes: ipsi enim non semper faciūt propter apostemata sua febres fortes, neque cōtinuas. [d] [Et] multoties quidem sunt interpollatæ, & sunt de genere febrium commistarum, & febrium tertianarum, & quartanæ, & quintanæ, & sextanæ, & fiunt cum eis rigor, & horripilatio, & ambiguum fit esse earum & significat ea grauitas in loco renū, & in partib. alchatin, & dolor & proprietas caliditatis in mēbro maioris consueta. Quum autem aggregatur in membro [e] [ut] sit proximum principali aut fortis cōitatis cum eo, aut vehementis sensus, & est neruosum, tunc cum vehementia febrium comitantium apostemata eius accidunt ei inquietudo magna, & spasmus, et fortasse comitantur ipsum accidentia extranea: sicut apostemata matricis: associatur. n. ei cum febre soda, & dolor ceruicis. Et caliditas quidem [f] [quamuis inflammetur] in his apostematib. tamen non est valde vehementis acuitatis, sicut est in causonide, nisi sit res magna, & causa in eo est, quoniam putredo non est sparsa, neq; mota ad exteriora. Et pulsus quidem in febrib. apostematum intrinsecorum est pulsus febrium putredinis paruus in principio, uelocis constrictionis apud statum deinde magnificatur, et fit velox, et spissus secundum membrum, et materiam, et secundum quod sciuisti: deinde erit vndosus, et serrinus, et faciens secundum membrū in neruositate, et carnositate sua. Et vrina secundum plurimum est ad albedinem decliuis, et paucitatem tincturę, propter declinationē materiei ad apostema, secundum quod sciuisti.

a B. Alia litera quę ambo significant apa.
b B. apostemata
c B. & fortitudine earum, & cōtinuatione earum, & ipsarum teporibus.
d B. imò.
e B. si.
f B. Alia litera. quando inflāmatur.

Cura earum. *Cap.* 15.

CVratio harum febrium est curatio febriū acutarum post curationem apostematum. Radix enim in eis est cura apostematis, cum obseruatione curæ febris de infrigidatione, & humectatione.

a † B. istæ febres diuersificãtur in curatione earum a febrib. caliditatis puræ, quoniam.

mectatione.& a † [ ] in his febribus non conceditur potus aquæ frigidę, neque introitus balnei. Et si fuerit apostema erysipela, licet ut fiat positio rerum frigidarum, & infrigidatarũ actu, de foris super ipsum, sicut succus lactucę, & semperuiuæ,& portulacæ cũ aliquantulo de sauich hordei albi, quę sine cessatione infrigidentur super niuem,& permutentur,& fortasse permiscetur cum eis oleum omphacinum, aut oleum rosaceum. Et si comederit lactucas ablutas infrigidatas, pertransit, & iuuatur cum eis.

De dispositionibus febrium compositarum. Cap. 16.

Febres quandoque componuntur adinuicē. Fortasse enim componuntur ex eis species ingredientes in genera elongata, sicut compositio febris hecticæ cum febre putrida. Et quandoque componuntur species ex eis in genere proximo conuenientes, sicut est cõpositio specierum febrium putredinis: sicut tertiana cum phlegmatica, vt pote febris nominata hemitritæus: & sicut compositio febrium apostematũ. Et quandoque componuntur de eis species cõuenientes in specie, sicut compositio duarum tertianarum,& duarum quartanarũ, et trium quartanarum. Quare fiunt duæ tertianę in apparitione dispositionis secũdum paroxysmos phlegmaticæ, & tres quartanę in paroxysmis phlegmaticæ. Et quandoque cõponuntur tres de febribus tertianis. Si igitur fuerint secundũ coalternationem, erit paroxysmus in die iii. vehementior: quoniam pertinet ei periodus diei primi,& inceptio diei tertii, & similiter in die quinto. Et similatur hęc hemitriteo, sicut compositio duarum tertianarum, similatur paroxysmis phlegmaticę. Et propter huiusmodi non oportet, ut tota occupatione occupetur cum paroxysmis, immo oportet vt occupetur cum accidentibus. Et a [quandoque accidit si] fuerint febres istę tertianæ purę, b † [ ] ut festinent paroxysmi earum ad c [contentam idest ad illam quę fortior est,] ita vt destruatur debilior earum prius. Et quandoque significat compositionem reditio horripilationis post quietem. Et turpe quidem est medico scienti significationes cuiusque febris, & accidentia eius, ut non percipiat compositionem a primo die, aut secundo. Et compositio febris hecticæ cum febre putredinis, est ex illis, quæ valde ambigua sunt, quoniam ipsi uident interpollationes, & inceptiones rigoris,& horripilationis, & reditionem sudoris si fuerit, & horas particulares, quare existimant, quòd sint illic febres putredinis tãtum inseparabiles, aut compositæ ex continua & interpollata. Et quãdoque continuatur cõpositio ita, ut appareat febris una continua similis, quę similatur synocho,& tunc quidem non est excusatio reditionis ad significationes. Et si fuerint paroxysmi breues, non consequitur eorum continuatio, nisi propter rem magnam de multitudine numeri eorũ d [proprie, et fortasse uides interpollationes harum febrium longas.] & quando componuntur febres diuersæ, sicut hemitritæus, eradicatur e [postrema earũ,] & remanet

a B. ex eis, quæ accidunt quando.
b † B. sunt.
c B. breuitatē.
d B. & proprie in eis in quibus eorum interpollationes sunt lõgę.
e B. acutior ex eis.

chronica pura: siue sint duę interpollatæ, aut duæ continuæ: aut interpollata & continua. Et quandoque componitur cum hemitritæo alia tertiana,& phlegmatica, & melancholica, nam si est cum tertiana, eradicatur tertiana, & purus fit hemitriteus, & si est cum phlegmatica, aut melancholica, eradicatur hemitritæus, & depuratur phlegmatica,& similiter melãcholica. Et quandoque accidit cõpositio in eis secundum modum alium,& est, ut componatur interpollata & continua diuersi generis, aut cõuenientes ambę in eo: aut conuenientes in specie, sicut tertiana periodica cum tertiana inseparabili,& sicut componuntur duę interpollatę, similiter componuntur duæ continuę. Quidam autem existimauerunt, quòd duę cõtinuæ non componuntur, sicut duę tertianę, quoniã quando materia est intra uenas, non est possibile, ut diuersificetur illud in quo accidit putredo: putredo enim est f [procedens] in toto, et hæc sententia nõ est de illis, quę necessaria sunt proculdubio apud me, quoniam putredo incipit proculdubio ex loco, deinde spargitur, deinde currunt iudicia uehemētię,& g [interpollationis] secundum gradationem putredinis primę,& secundum eam sunt ei motus. h [non ergo] elongatur, quin accidat putredo i † [ ] cui sit dominium k [aliquid incipiens in parte materierum, cui non sit dominium sequendi] aliud imò aggregatur ĩ ea ut incipiat, ut sequatur simul: quare erit ei gradatio teporis l [quę experitur.] m [species quidem cõpositionis febrium sunt tres: intrans,& coalternata,& communicans. Et intrans est ut ingrediatur una earum super alteram,& coalternata, ut ingrediatur post eradicationem eius, et communicans est, ut incipiat cum ea, et quum uideris febrem conclusam, et in ea rigor, et non sudor, et fortasse accidit in rigorib. plurib. sudor unus, tunc testifica compositionem in ea, et similiter quũ videris in conclusa superfluitatem in frigore extremitatum, et m [rigore, sed parum de ambobus: tunc fortasse est] in conclusa.

f B. sparsa.
g B. Alia litera. teporis.
h B. & non.
i † B. secunda.
k B. cũ illa, quę sequitur. Alia litera. cũ eo quod incipit in parte materierum, & non est dominium seu virtus, ut sequatur.
l B. & velocitæ secundũ inceptionem.
m B. retractione caloris ad intra, sed parũ de eis ambob.' fortasse accidit.

ANNOTATIONES.

De febrium compositione siue per complicationem, ut aiunt, siue per confusionem plura Gal. 2. de crisib. et 2. de diff. feb. Vnum hic author scribit animaduersione dignũ ijs uerbis. [Quidam autem existimauerunt &c.] Quorundam sententiam damnat, qui implicari posse continuam cõtinuæ ex eadem humoris specie negarunt, quia materia intra uenas putrescens, ubi alicubi putrescit, in uenas statim omnes putredinem diffundit. Impugnat ergo horum sententiam uti non necessariam. sit. n. ut aliquo in loco materia putrescat, puta bilis,& ex putrescente hac, per uniuersum corpus putredo dispergatur, unde febris accenditur, increscitq́, pro putredinis expansione, fieri tamen interea potest, ut alio in loco, ueluti foco alio, dum prior febris affligit, non prioris illius putredinis vi, sed suopte uitio eadem bilis putrescat, et rursum febrem alteram inchoet, atque ita duæ continuæ febres, altera post alteram. possunt ergo ob locorum uarietatem in eadem humoris specie duæ continuæ implicari, etsi. n. intra uenas humor putrescit: potest tamen prior eius portio in iecore, altera uero in superioribus uenis, puta in uena caua, quę ad iugulum, non eodem tempore putrescere. Adde tu. sit eadem humoris species in parte

Cap. 7. & 9.
Cap. 7.

parte una crassior, in altera tenuior, sitq́, in utraque putredinis fomes, fieri potest ut quæ tenuior est primo loco putrescat & priorem febrem faciat, rursum uero, ubi prior ad incrementum accedat, quæ crassior erat, accendatur, & alteram febrem producat. Non uidentur profectò hæc rationi ipsi reluctari.

De hemitritæo. *Cap. 17.*

HEmitritæus est febris composita ex duabus febribus, quarum una est tertiana, & altera est phlegmatica, & fit in die uno paroxysmus tertianæ, & quotidianæ simul. Aut secundum semitam communitatis, & inuentionis. Aut secundum semitam coalternationis, & uicinitatis, Aut secundum semitam introitus, & de diuisionibus, difficilior ad cognoscendum est prima, deinde secunda. Et quandoque sunt febres duæ continuæ, quando duæ putredines sunt intrinsecæ, & quandoque duę sunt periodicæ, quæ eradicantur, quando duæ putredines sunt extrinsecæ, & quandoque est continua cholerica, quia ejus putredo est intrinseca, & phlegmatica est e contrario, & quandoque è contrario. Et quidam ponunt hemitritæum purū febrem compositam, quæ fit ex tertiana extrinseca, & phlegmatica intrinseca, & illam quę est præter eam, nominant non puram, & non est illud de illis, in quibus superflua occupatio sit habenda, & fortasse antecedens ad putredinem est cholerica, & fortasse antecedens ad putredinem est phlegmatica, & fortasse ueniunt simul. Et iterum quandoque est materia faciens febrē phlegmaticam magis dominans, & quādoque est materia faciens febrem cholericam magis dominans, & quomodocunq; sit materia phlegmaticæ ponit paroxysmos cholericæ longiores, & tardioris crisis: & materia cholericæ ponit paroxysmos phlegmaticę èconuerso. Et fortasse extenditur hemitritæus longo tempore scilicet vsque ad vij. menses, & supra, & quandoq; fit ex hemitritæo ægritudo acuta. Et quandoque est hemitritæus de febribus magis interficientibus, quoniam perducit ad hecticam, & ægritudines chronicas, & difficiles.

ANNOTATIONES.

Cap. 9. Cap. 9. *De hemitritæo exquisita & non exquisita agit Gal. 2. de diff. feb. Item & 2. de crisib. scribit & Aetius lib. 5. & Paulus lib. 2.*

Signa hemitritæi. *Cap. 18.*

MAgis proprium signorum eius, & primū eorum, licet necessaria sint [a] [comparia] alia, est ut sit spatium huius febris in uno duorum dierum longius spatio tertianæ, & magis quieta: deinde sit in die alio leuioris paroxysmi, & paucorum accidentium. Et quandoque iteratur in ea horripilatio secundum plurimū aliquoties, propter illud, quod accidit de pugna duarum materierum, aut introitu vnius earum super alteram. Et fortasse accidit hæc iteratio tribus vicibus, aut quatuor, & iam calesiūt membra aliqua horripilatione fixa adhuc, & ex hac quidem, quæ est hemitritęus, corpus nō mundificatur integrè. Et quādoque fiunt principium eius, & augmentum ipsius vehementis commotionis, & propriè quando fuerit communicatio, aut fuerit [b] [introitus] in huius hora: tunc enim fiunt horripilationi reditus, & est status longinquus. Et quum existimatur, quod corpus iam calefactum est, & febris habet statum, inuenis horripilationem redeuntem: & ista accidentia sunt propter pugnam humorū. Et status quidem huius ægritudinis in horis particularibus, & uniuersalibus est ante statum phlegmaticę, & uelocior statu eius, & tardior statu cholericæ, quoniam caliditas non expanditur nisi cum labore, & proprie in primis, & fit fortis eius acuitas apud statum, & similiter fit declinatio longa propter illud, quod accidit de stationibus, quas efficit reluctatio unius duarum materierum cum alia. Et parum quidem tepescit cum sudore. Et in hac febre dies tertius de diebus eius est similis primo, & quartus secundo. Et quandoque cadit significatio super hemitritæum ex modis diuersis: nam quandoque accidit ex consuetudinibus, & quandoque accidit ex accidentibus, et casus cōsuetudinum est, sicut si in corpore hominis multiplicetur cholera & putredo eius, deinde utatur delitiis, & dimittat exercitia, & utatur cibis de speciebus regiminis generantibus phlegma. Aut multiplicetur in corpore hominis phlegma, & putredo eius, deinde exerceteur plurimum, & utatur eo, quod generat choleram de speciebus regiminis [c] [si] fecerit necessarium ætas illud in eo, ita ut fiat adolescens post pueritiam, & dominium humiditatis: aut fiat senex post iuuentutem, & acuitatem complexionis. Ex accidentibus uerò sicut est pulsus, & urina, & [d] [processio eius, quod procedit] ex uomitu, & egestione, & dispositione digestionis, & signa eius, et dispositio sitis, et dispositio tactus, et dispositio horripilationis et rigoris, et dispositiones horarum, et paroxysmorum. Pulsus autem fit in ea minoris magnitudinis, et uelocitatis, et frequentię, quam ille, qui est in tertiana, et contrarię earum sunt minores, quam illę quę sunt in phlegmatica. Vrina uerò est tardę digestionis, et uomitus est permistus ex cholera, et phlegmate. Et egestio est permista ex cholera et phlegmate. De dispositione autem calefactionis, & frigoris, et sitis, et horripilationis, et horarum paroxysmorum iam locuti fuimus quod oportuit, et non expectatur statio super dominantē duorum humorum nisi per uincentem ex significationibus: nam si dominatur phlegma, sunt paroxysmi longiores, et horripilatio minor, et coarctatio, et proprie in pulsu, fortior et extremitates sunt uelociores ad suscipiendum frigus in principiis ægritudinis, et tardioris mundificationis a suo frigore, & sitis est minor, et uomitus choleræ minor, et urina uehementioris albedinis et cruditatis, et sudor minor, et ætas pueritia, aut senectus, et complexio corporis significat eam, & similiter consuetudo, et quæ currunt cum ea. Et si dominatur cholera, sunt paroxysmi breuiores, et extremitates ueliores, ad calefactionem, et sitis, et uomitus cholere plus, et sudor magis exuberans, et fortasse declinat ad horripilationē, quæ est sicut rigor, et fit

[a] B. signa.

[b] B. intrans.

[c] B. aut.

[d] B. egressio eius quod egreditur.

& fit urina uehementius tincta,& ętas est iuuentus, & complexio corporis quandoque significat eam,& similiter consuetudo, & quę currũt cum ea. Et quando æquantur duo humores [e] [frequentantur]significationes, & est horripilatio pura completa,non [f] [rigor, & non perueniens ad rigorem.]Et quando compositio est [g] [manifestior in periodica & continua]quamplures hominum appropriant nomine hemitritæi puri,& est continua ipsa phlegmatica, est rigor [h] [debilior] quando materia extrinseca est cholerica, & non est contrarium ei ex parte phlegmatis extrinseci cum ea, in eo quod necessarium est de rigore,sed est debilior, & fortasse iteratur in ea frigus, & horripilatio ita , ut faciat errare in statu,sicut scis.& multiplicatur in ea caliditas uiscerum,& uentris cum frigore extremitatum.& fit pulsus uehementioris paruitatis & raritatis.Si autem continua est ipsa cholerica,non fit rigor, neque magna horripilatio , & fit pulsus maior , & uelocior, & angustia uehementior. Et si componuntur duæ continuæ , non erit rigor omnino . & accidit tertianæ continuę ,ut alleuietur ante alleuiationem phlegmaticæ, licet non redeat ante eius reditionem.

e B. ęquantur.

f B. diminuta, neq; perueniẽs ad diminutionem.

g B. inter interpolatam, & continuam, & est illa.

h B. debilis.

De cura hemitritæi. *Cap.* 19.

NEcessarium est in hemitritæo,ut uehementem habeas solicitudinem in euacuando materiam secundum species euacuationis ex solutione uentris,& uomitu,& prouocatione, & sudatione & plusquam uehemẽtia , quę est per extinctiua.Et cum solutiuis oportet ut conueniat digestio,nisi sint ex genere,quę leniunt naturam & soluunt,& non inquietant:sicut aqua lubleb cum geleniabin,si fuerit illud, quod superat,phlegma,& sicut tereniabin,& siracost,& infusio tamarindi,& syrupus uiol. si dominãs fuerit cholera. Et sicut , quod componitur ex istis si fuerint duo humores quasi pares & post apparitionem digestionis, si euacuatio fiat humoris,cum fortibus , pertransit, & uomitus oportet , ut sit iterum secundum humorem dominantem, aut ex aqua raphani cũ syrupo acetoso,calido:aut syrupo acetoso cum aqua calida,& prouocatio oportet ut fiat cum eis,in quibus est ęqualitas. Et quum festinatur in potando decoctiones ante digestionem, timetur sirsen.Medicinæ uerò iuuatiuæ in uia peruenien te ad statum,ad rectificandam materiam & maturandum ipsam, & succurrendum nocumentis eius ex singularibus est absinthium, uerum post septimum,& apparitionem digestionis,ita ut sit romanum quod ex ipso bonum est, & quum tu festinas cum eo , mouet humores. & non euacuat eos, [a] [quumque sumitur]facit accidere angustiam,& tristitiam,& nauseam: deinde reuertitur super eos cum sua [b] [caliditate] & exsiccat eos, & [c] [cum sua stypticitate] facit eos pigros,& Gal.quidem & qui ante eum fuerunt , curauit eos cum aqua hordei,in qua est uirtus piperis. & dixit quidam primorum medicorum,quod Gal. [d] [trangressus est in alienatione,& stetit]ubi oportet ut miretur de eo , & non sciuit quòd piper inflammat febrem , et aqua hordei pigram efficit materiam,& iste quidem contradictor errauit errore , qui non appropriatur in hac intentione,immo canon datus in adiutorio naturæ , quando præparatur ad resistẽdum huiusmodi materijs,est cum medicinis compositis ex infrigidantibus,& calefacientibus, vt discernat natura inter duas uirtutes , quare occupatur infrigidatiuũ cum febre, & partibus cordis , et calefactiuum cum materia , & quis est , qui curet hemitritęum absque hoc? Et si natura non est fortis ad discernendum, tunc non prodest curatio quocũque modo fiat . Et errauit in aliis modis , in allatione quorum non est necesse nos incidere uia prolongantium.Et iste quidem cõtradictor dixit , quòd oportet ut administrentur subtiliantia , in quibus non est fortis calefactio,sicut apium, et anethum , et non sciuit quòd possibile est [e] [ut piper infrigidetur minoratiõe sui ad hoc:] ut frangatur eius calefactio,et non abbreuietur eius subtiliatio a subtiliatione apij plurimi , et sit aqua hordei adiuuans ipsum in faciendo peruenire virtutem eius , et destruendo superfluitatem eius , et [f] [faciendo cadere materias ad ipsum] vt alleuietur penetratio uirtutis eius in eis.Amplius mirabile fuit, quod ipse posuit Galen.de illis qui ignorant,quòd piper inflammat febrem,et nominat ipsum de illis qui obliuiscuntur,ab hoc ubi iudicat de hoc.Composita verò de medicinis, quibus oportet uti in hac hora, sunt sicut trochisci de absinthio , et trochisci de rosis . Trochisci leues boni ad hemitritæum.Recipe ros.radicum liquiritiæ,amborum an.drach.iiij.tereniabin drach.iij.spicę,succi absinthij,spodii,omnium an. pondus drach. ii.fiant ex eis trochisci.Trochisci alii ad inflammationem.Recipe ros.drach.vi. seminis acetosæ,gummi ,omnium an. drach.iiii. amyli pondus drach.iii.berberis, spodii, seminis portulacæ omnium an. pondus drach.ii. dragacanthi , croci,spicæ,reubar.omnium an. drach.i.camphorę pondus tertiæ drac.i.fiant trochisci.Trochisci alii boni habentibus hanc febrem,et propriè quando conqueruntur cum hoc de solutione ventris,et tussi. Recipe spicæ aromaticæ, xyloaloes,croci,berberis,et succi eius,omnium an.drach.iii. reubarbari drach.iiij. spodii , ros. cum capitibus suis,laccę,gummi torrefacti,karabe,omnium an.drach.v. sem. acetosę torrefacti drach. vi.[g] [cretæ romanæ]drac.vii. fiant trochisci . Descriptio alia bona Recipe ros. rubearum drach.vj.berberis, gummi,seminis acetosę omnium an.drach.iiij.spicæ,eupatorij, spodij , amyli,seminis portulacæ , granorum cucumeris,omnium an.pondus.drach.ij. seminis endiuiæ,seminis cuscutæ,omnium an.drach.j.s.succi liquiritię.drach.j.laccæ,reubarbari,amborũ an.drach.s.aggregentur illa,& fiant trochisci . Pilulæ bonę ad hanc ægritudinem , et omnes chronicas febres , lædentes viscera , et propriè quando materia phlegmatica est magis uincẽs. Recipe aloes, masticis , myrobalanorum citrinorum reubarbari,succi eupatorij,succi absinthij,ros.rubearum,omnium an.partes æquales , croci partem mediam, fiãt pilulę cum aqua endiuiæ,et sit dosis.drach. ij.cum syrupo acetoso. Descriptio bona conueniens post digestionem.

Recipe

a B. &.

b B. amaritudine.

c B. stypticas eos quare.

d B. cecidit in errore maximo & permansit.

e B. qui... piper vo... cum pau... eius.

f B. infundẽdo seu lenificando materias.

g B. luti roma... ni, i. terra si... latæ.

h B. succi eupatorij.

Recip. aloes, masticis, h[ ] succi absinthij, ros. omnium æqualiter, croci. ʒ. s. informentur pilulæ cum aqua endiuiæ: & sit dosis. ʒ. ij. cum syrupo acetoso.

ANNOTATIONES.

Cap. 6.

Et Gal. quidem & qui ante eum fuerunt &c.] Gal. 1. ad Glauc. in tertianis nothis, vbi s. pituitosa materia biliosæ mista est, ptisanæ piper inijcit, aut origanum, aut hyssopum. At Galeni institutum reprehendit Trallianus lib. 12. neque tutum existimat ijs in febribus piper exhibere, quum hoc & febres vehementiores accendere possit, præsertim, si biliosum sit corpus, & pituita mitior quàm bilis. Tuetur ergo Galenum Auic. hoc in loco, ut uidere licet.

De recidiuatione. *Cap.* 20.

a B. festinatio.

Recidiuatio est deterior radice: & consiliũ quidem est, vt in ea non fiat a[inceptio] ad curãdum, donec manifestus sit modus ęgritudinis: nam secundum plurimum est sæua.

FEN SECVNDA.

De pronosticatione & iudicijs crisis. *Cap.* 1.

a B. fundatur.
b B. indicium fiat ex.
c B. Alia lr̃a &
d † B. an non.

Nos dicemus in hac Fen dispositiones crisis, & dies eius, & signa ipsius, & signa digestionis, & quod appropriatur unicuique significationum de iudicio, & de signis bonis & non bonis. Et istæ quidem sunt res, super quas a[resoluuntur]res in hac pronosticatione. Et pronosticatio est ut b[dicat de]significationibus inuentis super rem futuram, ad quam peruenit dispositio ægritudinis de euasione, aut perditione, propter illud quod cognoscitur de virtute, & fixione eius, aut casu ipsius, [c aut] cognitione horæ eius, & modi qui erit, verbi gratia. an erit, d † [ ]

TRACTATVS I.

a B. de modis.
b B. sit & de.

De crisi, & a [intentionibus] significationum eius & bonitatis, & malitiæ in crisi, & quid [b est in] diuisionibus suis, & suis iudicijs crisis. *Cap.* 2.

c B. altercationibus.
d B. pugna.
e B. pulnerizatio aeris fortis & strepitus.

Crisis intentio est separatio in c [locutionibus.] Et ipsius expositio, est alteratio, quæ fit subito aut ad latus sanitatis, aut ad latus ęgritudinis: Et habet significationes, quib. peruenit medicus ad id, quod fit de ea. Et declaratio huius est, quòd ægritudo corpori est sicut inimicus exterior ciuitatis, & natura sicut dominus conseruans eam, inter quos ambos iam cucurrerunt d [rixæ] leues, de quibus non curatur, & iam vehemens fit inter vtrosq; pugna, quare accidunt tunc ex signis vehemẽtiæ pugnę, dispositiones, & causę, sicut e[impulsio fortis, & sicut rugitus,] & clamor, & sicut cursus sanguinis: deinde fit separatio in tempore non sensatæ quantitatis, & quasi in momento vno, aut vt vincat dominus exteriorẽ, aut vt vincat inimicus exterior regem: & victoria quidem aut erit cõpleta, in qua erit vnius duarum partium completa superatio, & dimissio ciuitatis; aut erit non completa, in qua erit superatio non prohibens reditum, & reuersionem, ita vt accidat pugna vice alia, aut vicibus pluribus. f[ergo]erit tunc g[crisis]separatio in fine earum. Et sicut, quum dominus vincit superuenientem, & fugat ipsum, & expellit, aut ita vt expellat eum expulsione totali, ita ut h [quiescat ciuitas ab eo & vicini eius & reliqui fines coniuncti]cum ea; aut expellit eum expulsione non vniuersali, imò fugat eum à ciuitate, & non potest fugare ipsum à finibus alijs continuatis cum ciuitate: similiter virtus, quæ venit cum crisi bona, aut expellit materiam lædentem i [à fundameno corporis,] quod est cor, & principalia membra, & à finibus eius, qui sunt extremitates: aut expellit eam a fundamento, sed non potest expellere eam ab extremitatibus: imò peruenit ad eas, & nominatur crisis permutationis. et omnis ægritudo, quæ remouetur, aut remouetur secundum semitã crisis, aut secundum semitam resolutionis, ita vt resoluatur materia paulatim, donec finiatur gradatim. et huiusmodi quidem plurimum fit in ægritudinibus chronicis, & materijs frigidis, qua signa timorosa, & motus praui non antecedunt. et similiter omnis ægritudo, quæ interficit, aut interficit secundum semitam crisis, aut secũdum semitã arefactionis, & est ut k [resoluatur]paulatim. l [

]Et melior quidem crisis est completa, in qua est fiducia manifesta, apparens, quæ habet accidentia salua, quam aliquis dierum crisis indicat m [casuram esse, in die crisis laudabilis. et omnis quidem crisis aut est laudabilis, aut mala: & vnaquæque aut est completa, aut diminuta. et completa quidẽ n† [ ]aut est ita quòd natura expellit materiam expulsione totali, aut cũ permutatione. et de crisi quidem diminuta est quędã aliquãdo, quam sequitur in bona quidem resolutio: & in mala arefactio. et diminutæ quidem crisis dies indicat diem crisis o † [

] p[complete cadentis in ęgritudinibus materierum subtilium calidarum virtute existente forti. et permutationis crisis expectatur, vbi est virtus debilior, & dies indicationis: & illud in bona & mala simul; & expectetur crisis materia existente grossiore.] Et primæ quidem dispositio iterum diuersificatur: nam quum materia existit in ea q [vehemens,]facit crisim per sudorem: & si fuerit infra illud, r [quamuis]sit valde calida, facit crisim cum fluxu sanguinis narium: & si non, per fluxum vrinæ; & si non, per fluxum ventris, & vomitum, et sciat quod mucus, & sanies auris, & lippa, & lachryma sunt de crisibus ægritudinum capitis. & sputum, de crisibus ęgritudinum pectoris. et apertio sanguinis hęmorrhoidarum est crisis bona ægritudinũ multarum; veruntamen non accidit secundũ plurimum, nisi in eo quo currit consuetudo eius. et acutior quidẽ crisium, & propinquior ad separationem, est fluxus sanguinis narium; quoniam consequitur expulsionem materiei in vice una; deinde est fluxus ventris, postea vomitus, deinde vrina, postea sudor, postea exitura. et exituræ quidem sunt de genere crisis permutationis. et contingit quandoque, ut exitu

f B. &
g —— B.
h B. elongetur. a muris ciuitatis & a medio eius uel a principaliori parte eius & a reliqs partibus uel cõfinibus coniunctis.
i B. a medio seu a fundamẽto & a parte prĩcipaliori corporis.
k B fiat arefactio.
l † B. & est ut resoluatur uirtus paulatim.
m B. & cadit.
n †B. bona.
o †B. completę quum fuerit indicatio secundũ semitam quam declarabimus ex dispositione dierum crisis, & dierum indicationis & illud ĩ bona, & mala simul, & expectet quidem crisis.
p B. cõpletæ expulsionis in ægritudinib. materierum subtilium calidarũ & virtute existente forti. & expectetur crisis permutationis ubi virtus est debilior & materia grossior.
Alia litera.
Et cõpleta quidẽ crisis est illa quę cadit ĩ ęgritudinib. materierũ subtilium calidarũ, uirtute existente forti, & expectatur crisis permutationis, quando uirtus est debilior & in dieb. indicatiuis, & illud in bona & mala simul & expectetur hæc crisis quãdo materia est grossior.
Alia litera.
in ægritudinib. factis à materiis subtilib. acutis uirtute existente forti.
q B. uehementis subtilitatis.
r B. &

ræ sint fortiores sudore in crisibus: nam plerũque remouentur per eas ægritudines subito, siue sint saluæ, siue malæ mortificantes membra. Et exituræ quidem quibus fiunt crises, diuersarum sunt specierum. f.[s] [carbunculi] & dubellet, &[t] [tuyan] & formica, et erysipila, & ignis persicus, & herpes esthiomenus, & variolæ, et synances, et vlcera multiplicata in corpore. Et fit crisis quandoque, aut aliquid eius cum qua cõgelantur lacertus, & neruus: et per scabiem quandoque, et species eius: & impetiginem: & cancrum: & albaras, & glãdulas: & rupturã, & varices: & inflationem extremitatũ, et alia ab istis. Et de speciebus permutationis sunt quæ non perducunt ad exituram[u], [deinde] faciunt sicut torturam, & spasmum, et mollificationẽ, et dolores anchæ, et dorsi, et testiculorũ; et geniculi, [et icteritiam et elephantiam, et uarices]. Et scias, ꝙ crisis facta[x] [ex permutatione, qua fit crisis, dum non accidit] non accidit sanitas. Alteratio autem permutationis[y] [quæ fit ad inferiora, est laudabilior.] Et[z] [exitura est laudabilior. Et permutatio] quæ est ad exteriora, et post digestionem completam, et longinqua à mẽbris principalibus est laudabilior.[a] [Et significatori quidem] inest vt significet de dispositionibus significantibus super crisim bonam, et crisim malam.[b] [Et] sicut quum inimicus expugnat ciuitatem, et extollitur in pugna, et coarctat, et sublimat litem et expanduntur signa victoriæ uehementis, domino defensore, et longinquo non accipiente arma sua, neque potente vti instrumentis suis,[c] [sunt signa ad testificandum illud, quod vult, vt sit victoria defensoris, aut victoria inimici expugnantis, et significat de dispositionibus testificationis significãtibus malitiam dispositionis domini.] et si dispositio fuerit è contrario, tunc iudiciũ erit econtrario. Similiter, quum ægritudo mouet signa crisis, quæ ego dicam, ante casum digestionis, significat[d] [exiturã in membro aut rem aliã: et fortasse erit post sanitatem. Et laudabilior quidem permutationũ significat] crisim malam: Et si fuerit illic digestio aliqua significat crisim diminutam. Et si fuerit illic digestio completa, significat crisim bonã completam. Et cõpleta quidem crisis fit apud statũ: et fortasse aduenit quum incipit declinatio. Et propter hanc causam impedit crisim completam frigus vehemens, quoniam ægritudinis status in ipso fit difficilis: quomodo ergo erit eius declinatio? Et multoties quidem est necessarium medico succurrere nocumento frigoris calefaciendo locum, et fundendo super uentrẽ infirmi oleũ calidum, vsquequo videat sudorẽ incipere: deinde abstineat ab effusione[e] † [ ], et abstergat sudorem, et conseruet locum secundum ęqualitatem. Et scias, ꝙ motus crisis, quũ accidunt in dieb. et horis, in quibus currit consuetudo naturæ ad impugnandam ęgritudinẽ expurgatione quæ fit[f] [quum est apparitio naturæ in eligendo horam, aut eligendo dispositionem cum auxilio] dei, sunt in quibus habetur fiducia. Si autem accidat[g] [pugna ęgritudine incitante eam, et inquietudo.] et illud est de eis, quæ significant vehementiam oppressionis ægritudinis, & permutationis materiei[h] [propter illud quod tendit semper] apud declinationem humoris ad os stomachi, quare mouetur uomitu: aut ad fundum eius, quare mouetur fluxu ventris. Et similiter est dispositio, quum facit accidere tussim, & sternutationem. Et similiter, quum sunt significationes, quòd crisis eueniat in die[i] † [ ] sicut quartodecimo,[k] [quoniam antecedit super eum, & inuenitur principium crisis moueri] ante ipsum in die, quamuis sit criticus, sicut [vndecimus,] tunc illud significat quòd crisis non erit completa: & licet quandoque sit bona,[m] [sed significat quòd natura iuuata est in pugna.] Quòd si ægritudo fuerit mala, fraudulenta, tunc non speratur, quòd crisis sit bona: & si ęgritudo fuerit salua, tunc nõ speratur quòd crisis sit completa. Et ad vltimum quidẽ antecessio motuum crisis ante statũ,[n] [quem ægritudo illa meretur:] aut fit propter virtutẽ ægritudinis, aut propter vehementiam motus eius, & acuitatis ipsius: aut ꝓpter causã extrinsecam excitantẽ, quod de ea quietũ est propter errorẽ in cibo, aut in potu, aut exercitio, aut propter accidens animale. Nã accidẽtibus animalibus inest introitus in motione crisis, & in alteratione partis eius. Timor enim ponit crisim vt fiat fluxu ventris, aut uomitu, aut vrina, & gaudium facit, vt ipsa fiat sudore. Et illud quidem fit secundum motum spiritus ad interiora, & ad exteriora. Et quando antecedit pugnam taliter vt uirtus[o] † [non figatur] cum ea vsque ad statum, est illud significatio mortis, & fortasse remanet virtuti residuum aliquod vsque ad statum, & est saluum. Et scias quòd crisis non cadit in[p] [die &] hora quietis, &[q] [tranquillitatis] neque in hora tẽporis à vehementia, nisi raro, & parum & primum amborum est minus. Et Archigenes quidem[r] [neque] vidit ipsum in crisibus suis nisi his: & Gal. semel. Et melior quidem crisis est illa quę fit in hora status[s] † [ ] in ea, vero quæ ipsum antecedit, nõ est fiducia: imò est aut diminuta, aut mala[t], † [ ] compressiua In principio nunquã fit crisis, nisi perniciosa. Et ad vltimum quidem accidentia signorum crisis in primis diebus ęgritudinis, significat pernitiem: & in eius augmento quũ est laudabilis, significat crisim diminutam: in declinatione verò nunquam fit crisis. Qualiter verò eueniat in ipsa mors, aut dispositio[u] [quę non est] bonę crisis, post dicemus. Et scias quòd crisis in ægritudinibus saluis postponitur: natura enim non est[x] [egressa] quia possibile est ei ut expectet vsquequo inueniat complementum digestionis: & in mortiferis antecedit. Et non[y] [relinquitur æger [ab impugnatione suæ ægritudinis subito.[z] [Et nõ est] secũdum semitam resolutionis, nisi[a] [quia est quandoque] euacuaiio laudabilis, aut exitura laudabilis.[b] [Et] resolutionem autem liberantem, & arefactionem mortificantem, nõ antecedunt accidentia timorosa, neque euacuationes sensibiles. Et scias, quòd ęgritudines sũt diuersæ: de eis enim sunt, quę mouẽtur in principio, deinde sedantur, & quiescũt: & de eis sũt è conuerso. Et multoties quidem significant significationes, quòd crisis erit per expulsionem

materiei

s B. furunculi
t B. athoni
u B. sed
x B. cum permutatione dũ non accidit. permutatio eũ qua fit crisis
Alia litera deterior crisis facta ex permutatione qua fit crisis, est illa, cũ qua non accidit sanitas, & melior quidem ꝑmutatio est illa quæ fit ad inferiora & laudabilior exitura
y B. in exiturã vel saniem, seu aduẽtus permutationis in exituram in membro aut rẽ aliã quandoque est post sanitatem:
z B. egressionũ & permutationum illa.
a B. Et sicut significatori inest vt significet ex dispositionibus testificantibus super id qđ accidit de victoris domini defensoris aut victoria inimici superuenientis. Similiter medico.
Alia litera
b —— B.
c B. sunt signa testificãtia & significantia malitiã dispositionis domini.
Alia litera tunc sunt signa testificant a, & significantia illud, quod cõtingit vt sit de victoria inimici aduenientis vel expugnantis similiter medic⁹ significat vel ꝓnosticatur ex dispositionibus significantib. malis super malitiam dispositionis crisis.
d B. Alia litera exiturãm in mẽbro aut é aliam ex eis post quas non est sanitas, neq; permutatio laudabilis & significat.
e † B. olei.
f B. a fortitudine naturæ idest eligẽdo horam & in electione seu cognitione dispositionis præcepti
g B. expugnatio ante horam in qua fit huiusmodi expugnatio sponte sua tunc illa expugnatio necessitatur ab ægritudine ipsa & ingtudine, vel à necessitate.
h B. sicut fit expurgatio.
i † B. aliquo.
k B. & antecedit ad ipsum & inueniatur acceleratio crisis metæ.
l B. in die vndecimo.
m B. tamen est significat ꝙ natura accelerat pugnationem.
n B. alia veridicũ ægritudine.
o † B. fiat ambigua non stabilis.
p —— B.
q B eradicationis.
r B. non.
s † B. veri.
t † B. cõcitatiua
u B. simili
x B. oppressa vel concitata
y B. ægrediens vel non euadit infirmus ex ægritudine, vel
z —— B.
a B. iam fuerit
b —— B.

materiei ægritudinis a natura ad latus aliquod:
& in expulsione materiei ad ipsum est nocu-
mentum, quare necessarium est vt confortetur
illud latus, & illud membrũ, & declinetur ma
teria ad contrarium. Et scias quòd quandoque
venit crisis c† [ ] & numeratur ex
sexto, & est septimi. Et iam tũc uerificatur prin
cipium ægritudinis, nam bona crisis raro fit in
sexto, & scias quòd species alterationis ægritu-
dinis sunt sex, ægritudo enim aut alteratur ad
sanitatem subito, aut ad mortẽ subito, aut ad
sanitatem paulatim, aut ad mortem paulatim:
Aut aggregantur in ea vtręque res, & conuerti
tur ad mortem, aut ad sanitatem, & scias quòd
nomen crisis, secundum quod dixit ille cuius
sermoni creditur, est deriuatum in lingua gręca a separatione ꝓlocutionis, quæ est uni duo-
rum disputantium, aut controuersantium a-
pud iudices super alium, quasi sit separatio, &
exitus ab d [alteratione.].

c† B. bona.
d B. altercatione.

Sermo uniuersalis de signis crisis. Cap. 3.

CRisim antecedunt a [quandoque] si casus
eius fuerit nocturnus in die, & si fuerit e-
ius casus diurnus in nocte; dispositiones & res,
& quæ sunt signa eius: sicut inquietudo, & an
gustia, & uolutatio, & grauitas, & conturbatio
b [sensus,] & dolor capitis, & dolor colli, et ver
tigo, & scotomia, et imaginationes coram ocu
lis, et tinnitus, & sonus, & pruritus in naso, et al
teratio coloris in facie, et lepore subito ad ru-
bedinem c [&] citrinitatem, & tremor labii, et
d [oculorum,] & nausea, & pulsus cordis, & si-
tis, e [& tremor cordis] et dolor f [in stoma-
cho,] et strictura anhelitus, et difficultas accidẽ
tes subito, et grauitas hypocondriorum, et ten-
sio in eis et dolor, et g [saltus] et dolor in dor
so, et h [saltus] in lacerto et punctura i† [
] et rugitus, et quandoque accidit k [hor
ripilatio] significans eam, et accidit dolor lassi
tudinalis, & quandoq; alteratur pulsus a dispo-
sitione sua in ea, et significant ipsam l† [
]
et retinentur quandoque causa crisis, res qua-
rum consuetudo fuit ut euacuarentur, ut san-
guis menstruus aut hæmorrhoidarum aut flu-
xus ventris, et significant quòd m [modus eius
uadit e contrario in parte. n [et signa noctur-
na diurnis sunt uehemẽtiora.] et causa in hoc
proculdubio ut sit, est quoniam materia faciẽs
ægritudinem o [auget] accidentia et significa
tiones causa sui motus. p [et] diuersificantur,
aut propter diuersitatẽ materiæ, aut causa par-
tis diuersitatis motus, et diuersitas quidem cau
sa diuersitatis materię est, verbi gratia, vt sit mo
tus materię, quando est, ad superiora, deinde si
gnificent significationes speciei ęgritudinis et
ætatis, et complexionis, et aliorũ ꝙ materia est
sanguinea, expectat tunc medicus fluxum san-
guinis nariũ, et si significant quod ipsa est cho-
lerica, expectat uomitum secundũ plurimum
nisi aliæ significationes ei appropriatæ signifi-
cẽt fluxum sanguinis narium, multoties enim
fit crisis eius fluxu sanguinis narium, et antece
dunt eam imaginationes cholericæ q† [ ] et
fluxus quidem sanguinis narium r† [

a — B.
b B. rationis.
c B. aut
d — B.
e — B.
f B. oris stomachi.
g B. iectigatio.
h B. iectigatio.
i† B. uentris.
k B. Alia litera. rigor.
l† B. & signa nocturna sunt uehemẽtiora diurnis.
m B motus accidit in parte contraria.
n — B.
o B. commouet Alia litera.
p — B.
q† B. igneæ.
r† B. prolixus seu uehemens uel superfluus.

] quandoque cõ
sumit materias ægritudinum s [furiosarũ,] &
fit sanitas statim. Causa autẽ partis motus est,
quoniam ipsa aut mouetur, ut t [uiolenter ua
dat] super membra principalia & quæ sequun
tur ea de uisceribus, & facit accidere nocumẽ-
tum in operationibus suis, & impedimentum
consequens ea, sicut eueniunt ex parte cerebri
permistio sensus, & dolor capitis, & quod di-
ximus cum eis, & ex parte cordis, pulsus cor-
dis, & malitia anhelitus, & quod diximus cum
eis vtrisque. Aut mouetur versus expulsionẽ,
& fit illvd secundum duos modos, nam aut in
cipit expellendo ex omni parte, & u [longitu-
dine:] & est illud ad totum illud, quod appa-
ret, & est hoc cum sudore: aut incipit tendere
versus partem unam: & quum incipit x [pars
eius ex omni parte] fortasse est pars taliter, ꝙ
quando incedit, non est excusatio quin inces
sus sit per membra principalia, sicut pars y [al-
tera:] nam materia tendens ad eam pertran-
sit super fines membrorum anhelitus, & super
fines cerebri, quare accidunt iterum acciden-
tia similia accidentibus z [eius,] si non esset ex
pulsa, imò a [esset uiolenter ibi permanens.]
Et fortasse est pars versus membra, quæ sunt mi
nus quàm principalia, sicut os stomachi, quũ
intentio materiei expellendæ per crisim est, ut
expellatur vomitu. Aut est de principalibus,
veruntamen b [est tolerans commune officiũ
non uelociter perueniens] ad corruptionem,
sicut peruenit ad fines hepatis, & expellitur ex
via vesicę aut fellis, & ex omni parte loci expul
sionis crisis, sicut c [in stomacho,] vomitu, &
si ad fines capitis, fluxu sanguinis narium, & si-
milibus ei, & ad fines hepatis, vrina, & partes in
testinorum, fluxu ventris. Et quando est for-
ma hæc, non est longinquum, quin motui e-
ius in omni parte sit signum significans, quòd
illud quod speratur de expulsione eius, est il-
lius generis, si crisis quę expectatur, fuerit bo-
na, aut signum significans malitiam eius pri-
mam, ex d [suo aduentu impediente] illud mẽ
brum, si fuerit crisis mala. Et fortasse est signũ
vnum bonum ad hoc, ut significet partes plu-
res, sicut pulsus cordis quandoque significat,
quòd materia est expulsa ad os stomachi, & si-
gnificat quòd materia e [violenter superuenit
cordi.] Et fortasse est signum vnum significãs
rem uniuersalem communem motui ad par-
tem unam, & expectantur signa alia, quibus si-
gnificatur modus, quo expellitur ex illa parte,
sicut dolor capitis, & strictura anhelitus et ten
sio hypochondriorum ad superiora, ista.n. si-
gnificant, ꝙ materia mouetur ad superiora, de
inde non iudicatur, ꝙ ipsa expellatur ex uia vo
mitus, aut ex uia fluxus sanguinis nariũ, nisi
per signa alia. Et quãdoq; significat ꝙ crisis f†
[ ] cadens ex parte aliqua g [est] retentio eius
quod currit, et separatur ex cõtrario illius par
tis, sicut retẽtio naturæ cũ signis crisis bonæ,
significat ꝙ motus criticus h† [superior non
inferior i† [ ] est, aut fluxu vrinę, aut sudore
aut vomitu, aut fluxu sanguinis nariũ, et quã-
doq; significat species ægritudinis partẽ crisis
eius: et sicut apostema hepatis, quũ est in latere
gibboso, tunc crisis eius est aut ꝑ fluxum san-

s B. perniciosarum.
t B. aggrauet.
u B. a longe.
x B. uersus eã.
y B. suprema.
z B. eorum &.
a B. aggrauans ea.
b B. tolerantis nocumenti, nõ est uelociter ꝑducens.
c B. ex ore stomachi.
d B aggrauatione mala super.
e B. aggrauat. super cor seu lędit cor.
f† B. est.
g — B.
h† B. est.
i† B. imo.

guinis naris dextræ, aut per ſudorem laudabilem, aut per vrinam. Et ſi eſt in latere concauo, eſt per fluxum ventris, aut per ſudorem, aut per vomitum. Et ſicut febris cauſon: plurimum.n. criſis eius eſt aut per fluxum ſanguinis narium, aut per ſudorem, & antecedit eam [k] [tremor.] Et quandoque fit vomitu, & fluxu ventris, & propriè ſicut tertiana. Et ſimiliter febris apoſtematum capitis criſis [l] † [ ] non fit vnquam fluxu ſanguinis narium: neq; peripneumoniæ, neque lethargiæ, pleureſis verò eſt inter hæc & hæc. Et multoties quidem fit ægritudinis criſis [m] [ſpeciebus, quarum aggregatione completur] criſis ſicut cauſon, quū fit in ea criſis prius fluxu ſanguinis nariū, deinde completur ſudore abundante. Et prægnans quidem multoties habet criſim cum abortu, & ſcias quòd non quotieſcunque exiſtunt ſigna criſis, faciunt neceſſario criſim bonam, aut malam, imò quandoque non ſequitur eam criſis omnino in hora illa, licet non ſit excuſatio, qn criſis ſequatur ea proculdubio bona, aut mala in alia hora, quam in illa hora, in qua continuātur ſigna. Nam, non quoties vides ſudorem, & vomitum, & fluxum ventris, & dolorem capitis, & perturbationem ſenſus, aut malitiā anhelitus, aut profunditatē ſomni, aut aliud de omnibus illis, quæ numerabimus, eſt cū eis criſis, licèt ſecundum plurimum ſignificent. Nā quædam eorum ſunt ſigna tantum criſis, ſicut dolor capitis. Et quædam eorū ſunt ſigna, & pars criſis, ſicut nauſea. Et quum apparent ſigna criſis, & non fit criſis, tunc aut eſt ſecundū quod dixit Hippo. ſignificatio mortis, aut difficultas criſis. Et quandoq; eſt aliqua de rebus, quæ ſunt de ſignis criſis, accidens per cauſam aliam ab ea, quę facit apparere criſim, quamuis ſit in aliqua horarum ſignorum criſis, ſicut accidit in tertiana longa ante paroxyſmum inquietudo, & commotio, & in pluribus horis antecedentibus paroxyſmum abſque ſignificatione criſis, in tertiana verò pura ſecundum plurimum eſt ſignum criſis. Et de illis, quę tibi indicant viam ad cognoſcendum [n] [ex] infirmo, quòd eius ſanitas aut mors erit cum criſi, aut non, eſt conſideratio tua in motu ægritudinis, & uirtute eius, & natura, & hora præsēti, iſta enim indicant tibi, quòd diſpoſitio facit neceſſario pugnam fortem inter materiam, & naturam, & ſuſtinet pugnam. Et ſcias, quòd ſignificationes bonitatis criſis ſunt ſignificationes ſignificantes victoriam naturæ, & non fallit hoc. Et ſignificationes malitiæ eius, & ipſius diminutionis ſignificant iurgium & duellū, quod currit inter naturam, & inter illud quod impugnat eam. Et non eſt poſſibile tibi, ut ex toto iudices, quod natura uincetur proculdubio niſi multiplicentur, & magnificentur. O quanta timoroſa ſigna vidimus de profunditate ſomni, & caſu pulſus, & abſciſſione ſudoris, perducētia poſt horas ad criſim completam, & bonam, quoniam natura in huiuſmodi iam ceſſauerat ab omnibus operibus ſuis, & tota occupata erat in ægritudine, & poſtquam redijt tota uirtus ad eam, vicit eam, & expulit, & fortaſſe non ſufficit cum ea. Et illud in pluribus horis eſt, quoniam ipſa non ceſſat ab omnibus operationibus, niſi propter rem magnam, nam dubium non eſt, quin propter rem magnam deficiat. Et ſcias, quòd exuberatio ſignorum criſis ſecundum continuitatem in duobus diebus continuis, ſicut tertio, & quarto, verbi gratia, ſignificant velocitatem criſis, deinde eſt bonitas, et malitia ſecundum [o] [comparia,] quę ego dicā, & propriè, quando antecedit paroxyſmus febris plurimum, & pręcipuè quando apparet in pulſu alteratio ſubitò. Si ergo fuerit ad magnitudinem, & nō deſcendit lætare. Et ſcias, quòd ſiccitas corporis, qualis eſt in ſenib. & eius obfuſcatio in diebus ægritudinis, ſignificat tarditatem criſis. Et ægritudines ſiccę valde, aut ſunt mortiferæ, aut tardæ criſis. Et ſignificat quandoque horas criſis, & et diſpoſitiones eius omnes, & iudicia ſignorū eius, illud ſuper quod [p] [inueniuntur ſigna] ægritudinis ſecundum plurimum, & ſcias, ꝙ pulſus apparens, eſt ſicut ſignificatio communis ſpeciebus criſium euacuationum. At vero magnus ſignificat quod motus eſt ad exteriora cum ſudore, aut fluxu ſanguinis narium, & non magnus, & velox ad interiora, ſignificat vomitum, & fluxum uentris, & ad ſummum omnis [q] [aggregatio] ad expellendam materiam natura exiſtente forti, non caret maniſeſtatione pulſus & ſi non fuerit latus, et decliuis ad ambo latera, & antequā fiat fortis, indiget conſtrictione, & coarctatione, et fortaſſe aggregantur duo ſigna, & ſunt duæ res, ſicut uomitus, & ſudor, et ſicut uomitus & fluxus ſanguinis narium, et quia iam ſatisfecimus de iſtis canonibus, intendamus in diſtinguendo parum.

k B, rigor.

l B. cum fluxu ſanguinis nariū aut cum ſudore abundante. Et febrium phlegmaticarum, & frigidarū criſis.

m B. cum ſpecieb. criſium & cōpletur cū aggregatione earum.

n B. in

o B. ſigna.

p B inueniuntur diſpoſitio.

q B conatus.

Signa motus materiei in criſi ad ſuperiora. *Cap.* 4.

SIgnum illius eſt dolor capitis propter eleuationem uaporum [a] [in ſignificationib. vomitus,] aut cum communitate oris ſtomachi [b] [iterum] in ſignificationibus uomitus, et iterum de ſignificationibus illius ſunt uertigo, & grauitas in utriſque temporibus, & ſonitus, et tinnitus, et ſurditas, quæ omnia accidunt ſubito, & quandoque aſſociantur ei, aut antecedunt illud tempore paruo conſtrictio anhelitus, et dolor in collo, et tenſio mirach & hypochondriorum ad ſuperiora abſque dolore, & inflammatio capitis, & ſcias, quod ægritudines et accidentia fortia fiunt in nocte, quoniam natura occupatur in [c] † [ ] digerendo materiam, [d] [& in aliis, & et] omni re.

a —— B.

b —— B.

c B. ea in.

d B. ſemota ab.

Signa diſtinguendi, omnia illa. *Cap.* 5.

QVod ſi aſſociantur omnibus illis tenebroſitas, et caligo in oculo [a] [quæ non ſeparantur,] & ſint cum eis amaritudo oris, & tremor labii inferioris, et apparet affirmatio rei per caſum doloris in ore ſtomachi, aut nauseā et attractionē ſaliuæ, et pulſum cordis, et coarctationem pulſus, et conſtrictionem, et proprie quando accidunt infirmo poſt iſta horripilatio, et frigus ſub hypochōdriis, tunc iudica, ꝙ ipſa uentura eſt per uomitum, et proprie quando materia eſt cholerica, et febris cholerica nō exiſtens de incenſiuis et proprie quando citrinatur facies in hac diſpoſitione, et cadit color.

a B. cū qua non uidet aliquid ſplendidum.

Et

Et multoties quidem attrahit vomitus eueniēs post grauitatem capitis, & dolorem stomachi, pueris propter debilitatem neruorum ipsorū, spasmum, & in mulieribus propter consuetudinem matricum ipsarum, dolorem matricū; & in senibus propter debilitatem virtutum corum egritudines diuersas [expansas] propter expansionē materiei, quę mouetur in eis. Quòd si associata fuerit illi tēsio in parte hepatis, aut parte splenis absque dolore; nam splen cōmunicat supremis etiam per venas, quæ sunt in eo approximantes parti nasi, & venis eius, quamuis non continuentur cum eis, & videt infirmus fila rubea, aut lucentia, & resplendentia, & rubet facies multum, aut oculus, aut nasus, aut latus eius, & currunt lachrymæ subito, & c [apparet] pulsus, & inundat & festinat eius dilatatio, & d [acuitur nasus] & est inflammatio capitis vehemens valde, & dolor capitis percussiuus, tunc expectetur fluxus sanguinis nariū, & propriè quando significat ægritudo, & ętas, & consuetudo, & complexio, & reliquæ significationes, quòd materia est sanguinea, licèt materia cholerica iterum faciat quandoque crisim per fluxum sanguinis e † [ ] & indicant illud splendor; & imaginationes similes filis, & res igneę, citrinæ, visę coram oculis, & plurimum eius est in febre causone, cholerica. Et quandoque significat f [pars] radij, & pruritus nasi, quòd fluxus sanguinis narium g [accidit ex nare dextra, & sinistra, &] ex ambabus naribus simul. Et quandoq; adiuuat istas significationes iterum frigus adueniens in die crisis, & siccitas h [alchatin] & cutis. Et quandoq; significat ætas, fluxus enim sanguinis narium plurimum accidit ei, cuius anni sunt infra triginta Et quandoque adiuuant has significationes iterum uehementia doloris capitis valde i [vltra hoc, quod] facit necessarium esse casus vomitus cum lęsionibus alijs, & inflammatio & febris, & sunt eius significationes aliæ, bonę nō significatione mortis, & in huiusmodi expectatur fluxus sanguinis narium, cuius non est excusatio.

b —— B.

c B. fit aloas.

d B. fit pruritus asp.

e † B. narium.

f B. Alia litera parté inherētia. Alia litera, uel uisio.

g B. cadet ex nare dextra aut sinistra aut.

h B. Alia litera uentris.

i B. supra illam quæ.

Iudicium de istis signis communibus prędictis, & proprijs. Cap. 6.

DE signis communibus prędictis sunt, quæ sunt conueniētiora fluxui sanguinis narium, sicut lachryma, & tinnitus, & surditas, & tensio hypochondriorum in vno duorum laterum hepatis, & splenis, absque dolore, & inflammatio capitis. Et de eis sunt propriora uomitui sicut strictura anhelitus, & tensio hypochondriorum absolute in anteriori parte, cuius plurimum est cum dolore in stomacho. Et scias, quòd constrictio anhelitus, a [& tensio hypochondriorum ad interiora] in signis fluxus sanguinis narium non b [accidūt nisi quū vehemēter nititur] natura ad expulsionem fluxus sanguinis narium, propterea quòd concauitas ventris impletur, & impellitur materia ad superiora, & comprimit membra auhelitus. Et de signis proprijs fluxui sanguinis narium, & vomitui, sunt quę in vno eorum inuenta opponuntur inuentis in altero, sicut imaginatio radiorum splendentium est de signis fluxus sanguinis narium, & opponitur ei imaginatio tenebrositatis, & caliginis. c [Et] de signis vomitus d [est] rubedo faciei, & de signis fluxus sanguinis narium & opponitur ei casus coloris, & citrinitas eius de signis uomitus. Et quando quę signum vnius eorum non est oppositum e aliquid] de signis alterius, sicut tremor labij; ipse enim est de signis vomitus, & non opponitur ei aliquod de signis fluxus sanguinis nariū & sicut pruritus nasi, nam in se est de signis fluxus sanguinis narium & non opponitur ei aliquod de signis uomitus.

a B. ingrediens.

b B. accidit nisi quū præparat.

c —— B.

d B. &.

e B. alicui.

De signis declinationis materiei ad sudorem. Cap. 7.

CVm fit pulsus vehementis undositatis, & est tactus manus super cutem, ita quod super ea peruenit roritas, & tingitur rubee, & inuenit calefactionem cutis cum hoc maiorē ea quę fuit, & a [inflammationem] eius, & rubedinem ipsius maiorem ea quę fuit, & vrina est tincta, tendens ad grossitiē, & propriè quando tingitur in quarto, & ingrossatur in septimo, tunc existima quod sudor erit. Et similiter quando accidit in ægritudine cronica rigor fortis, uehemens, & post ipsum fit febris vehemens, virtute existente forti & signis bonis, expecta tunc sudorem, et pręcipue quādo minoratur egestio, et vrinæ fluxus b [continuatur super ipsum.] Et ad summum, febres incensiuæ, quum non terminantur fluxu sanguinis narium, terminantur sudore, et antecedit ipsum rigor, et si æger videt balneum et tinam, et præparationem ad illud in somno suo, tunc est significatio sudoris. Et tinctura vrinæ significat per significationem primam, quòd materia faciat crisim per viam venarum, et illa via est sudoris, aut vrinæ, deinde separatur per id, quod diximus. Et non oportet, vt expectetur crisis sudoris cū solutione naturæ dominante, et oportet in euacuatione expectata cum sudore, ut sit illic augmentum febris, et caloris c [et] expansio, et d [apparitio cum uirtute forti.]

a B. inflatione.

b B. Alia litera. proceditur seu fit continuatio super ipsam .s. minorationem egestionis & urinæ.

c —— B.

d B. fortificatio & uirtus fit fortis.

De signis declinationis materiei ad membra urinę. Cap. 8.

SIgnificant illud grauitas in vesica, & retētio in egestione, et defectus signorū solutionis ventris quæ ego dicam, et signorum vomitus, et fluxus sanguinis narium, et sudoris, quæ diximus. Et scias, ꝙ ardor virgæ cum grauitate vesicę, et reliquis significationibus, est significatio fortis, quod crisis erit fluxu vrinæ. Et quandoq; significant ipsa exuberatio vrinę, et grossitudo eius in alijs dieb. et inuentio sediminis in ea. Et fortasse accidit fluxus urinę in ea a [secū dum] significationem egestionis, et secundum quod dicā in capitulo egestionis. Et scias, quòd quando multiplicatur aggregatio urinę in vesica cū paucitate solutionis uentris, et paucitate sudoris in ea hora, aut in natura infirmi, et forma membrorum eius, b [aut sensu ꝙ apparet de eo,] tūc expectatur crisis per urinā absq; fluxu ventris et sudore, et proprie in hyeme.

a B. post.

b B. & siccitate exteriori.

De signis declinationis materiei ad uiam egestionis.
Cap. 9.

SIgnificant illud in primis genus superfluitatis, quum scitur, quod non est sanguinea; & quum scitur quod cum hoc est multa: deinde fit maior affirmatio eius [a] [ex signis difficultatis] vrinæ, & puncturæ, [b] † [ ] quę [c] [inuenit eum] in toto ventre, & grauitatis in inferiori parte vētris, & defectus signorum vomitus, imò euentus rugitus, & inflatio emunctorij, & multitudo tincturæ egestionis ante, & eius [d] [vocatio] plus quam fuit consuetudo, & altitudo eius quod est sub hypochondrijs, & [e] [augmentum] eius, & permutatio rugitus ad dolorem dorsi, & fortasse est illud iterum propter vētositatem, & fortasse prouocatur vrina post significationem egestionis, & proprie in infirmo difficilis ventris, duri ex consuetudine [f] [parui tactus,] præcipue in aere frigido, Et quandoque fit pulsus paruus cum uirtute & non induratur, & paruitas eius est ad coarctationem. Et significat quandoque crisim, quæ fit fluxu ventris, consuetudo in paucitate fluxus sanguinis narium, & sudoris, & multitudo fluxus ventris, & proprie in eo, qui assuetus est potare aquam frigidam. Et dicitur, quòd quando urina post crisim in [g] [omni hora] est alba, subtilis: tunc expectatur fluxus ventris, qui forsitan erit cum rasura intestinorum, quoniam cholera quando non egreditur cum urina, & alijs, egreditur cum fluxu uentris, & raro quidem accidit crisis per solutionem ventris, cum dominio sudoris, aut fluxu urinę.

a B. cum signis retentionis.
b † B. ventris.
c B. inuenitur.
d B. obedientia.
e B. eminentia.
f B. parui pulsus. Alia litera.
g B. febre tertiana.

De signis crisis, quando fit ex uia matricis.
Cap. 10.

QVando non inuenis reliqua signa & non est euacuatio fluxu uētris, & inuenis grauitatem in matrice, & in chatin, & dolorem illic, et tensionem, tunc existima quod erit menstrualis.

De signis quod crisis erit ex apertione uenarum ani.
Cap. 11.

QVandoque significant illud defectus reliquarum significationum, & consuetudo huius materiei fluxus, & grauitatis in partibus ani, & pulsus magnus tendens ad fortitudinem.

Signa crisis, quæ fit cum permutatione. *Cap.* 12.

FOrtitudo febris cum fortitudine doloris, & retentio euacuationis urinæ, & egestionis, & sputi, & sudoris exuberantis, et tarditas digestionis, aut ipsius priuatio cū sanitate uirtutis, & bonitate pulsus, & præcipue in ægritudinibus saluis, tardis, priuatis digestione, & partem quidem permutationis significant dolor, & inflatio uenarum in locis uacuis, quę ipsum sequuntur, & vehementia inflammationis. Et iterum pars, in qua est membrū debile, aut dolor læsionis iuncturarum, aut membrum fatigatum. Ex hypochondrijs verò, quando tendūtur, & dolent, non est possibile ut significetur locus ipse, neque pars. ipsa enim sunt [a] [sicut] communia omnibus [b] [doloribus.] Et scias ꝙ [c] † [ ] permutationes & exituræ fiunt in frigore, et tempore eius, et in ætate senectutis plurimum, in primo quidem, quoniam frigus est retinens, cōstringens, in secundo verò quoniam uirtus deficit ab expulsione cōpleta. Quidam enim dixerunt, quòd illius crisis, qui pertransit quinquaginta, imo qui pertransit triginta, raro fit per exituram, & permutationē, sed non est illud cui sit intendendum: imo permutationi sunt duæ causę, quarum vna est in materia, & est, ut non sit suscipiens expulsionem uniuersalem propter grossitudinem sui secundum plurimum, & multitudinem suam secundum minus, & secunda est uirtus, et est ut non sit virtus fortis ualde, uehementis [d] [importunitatis] neque debilis iterum [e] [pigra, et non expellat] omnino a membris principalibus, et duę istarum causarum sunt duę causæ [f] † [ ] principijs senectutis, et multoties quidem antecedunt signa permutationis, et superuenit ei euacuatio magna, et proprie per vrinam exuberantem, albam, quamobrem non accidit permutatio.

a —— B.
b B. declinati... nibus.
c † B. omnes.
d B. motion...
e B. defici... expellens.
f † B. proportio... natę.

Signa, quòd illa permutatio est ad inferiora. *Cap.* 13.

EVentus doloris ad inferiora cum inflammatione, et inflatio duorum emunctoriorum, et ancharum duarum.

Signa quòd illa permutatio est ad superiora.
Cap. 14.

SIgnificant illud grauitas capitis, et sensuum, et proprie auditus, ita ut quandoque perducat ad surditatem, post constrictionem anhelitus, et alterationem ordinis [a] [eius, donec quasi quiescat illud] subito, et accidit in capite illud, quod accidit, et similiter ut eueniat profunditas somni. Et plurimum horum fit cum exitura in radice auris. Et similiter, si perseuerauerint exuberatio quidem, et pulsatio temporum, et rubedo in facie firma, quæ non separatur.

a B. qui exeat quiescit, ... illud fit.

Signa permutationis ad ægritudinem aliam.
Cap. 15.

QVum videris ægritudinem acutam fieri fortem apud declinationem, tunc scias quod ipsa tendit ad chronicam.

Signa quòd crisis erit cum exitura. *Cap.* 16.

QVando uirtus est sana, et signa sunt bona et [a] [est] subtilitas urinæ tempore longo, tunc illud est de illis, quæ indicant exiturā, et [b] † [ ] vbi est ægritudo [c] [materiei] in qua est caliditas. Et similiter quando melioratur infirmus absque crisi apparente, imo secundum semitā permutationis, deinde uides ambas arterias temporis uehementis dilatationis, plurimę percussionis, quæ forsitan non quiescunt, et uides

a B. perseuer...
b † B. est.
c B. ex materi...

des colorem [d] [pallidum;] & anhelitum [e] † [ ] frequentem: & fortasse vides tussim siccam: tunc ille qui habet hoc, est præparatus exituræ in iuncturis suis. Et membrũ, quod in infirmo plus appropriatur sudori, est illud in quo expectatur exitura. Et tempus hyemis, & ætas senectutis, secundum quod diximus, sunt de signis casus crisis cũ exitura: imò sunt de causis eius: Et sunt exituræ factæ tunc, tardè suscipientes digestionem: veruntamen reditiones earum in hyeme, & senectute, sunt minus, propterea quòd facit illud esse necessariũ frigus ex quiete; licèt quidam dixerint contrarium istius, sicut retulimus. Et quando multiplicatur vrina aquosa, quum ascendit febris, significat [f] [dolorem] accidentem in interiori parte corporis. Et de signis fortibus, quod crisis erit cum exitura, est tarditas crisium aliarũ, & prolongatio infirmitatis vsq; ad tempus, quod est post uiginti. Et quum in huiusmodi ægritudine longa accidunt dolores subito in quibusdã locis, tunc expecta exituram; Et in febrib. [g] [tertianis,] quando non fit fluxus urinæ [h] [sensibilis,] neque fluxus sanguinis narium, neque fluxus ventris, tunc expecta exituram iuncturarũ propriè in die critico. Et de signis fortib. quòd illa crisis tarda non erit completa cum tarditate sua, neque rediens, sunt signa alia. Et febres lassitudinales quando non faciunt crisim in quarto cum vrina spissa, tunc expecta fluxum sanguinis narium; si autem prolongantur, expecta exituras iuncturarum, quæ fatigatę sunt, aut ad partem mandibularum, siue lassitudo sit ex exercitio, aut per se ueniens. At verò exitura accidens in mandibulis in extensiua est plus; quoniam iuncturarum labor non est vehemẽs neque est in eis iuncturarum attractio, & fit febris ascensio, & carnis mollis receptio. Quum autem lassitudo est motiua, est illud in iuncturis plus. Et multoties quidem expectatur exitura, quam ipsius signa significant, & mingit qui habet eam, vrinam plurimam grossam, albam, & expellitur, & si febres fuerint incipientes cũ rigore, & desinẽtes cum sudore, raro fiet in eis exitura, & illæ sunt sicut tertiana & quartana; nisi materia sit multa valde. Et ad ultimum rigor rediens euacuat sua expulsione omni die materiam plurimam; quare raro superfluit in eis [i] [exituræ aliquid, hoc ergo contingit] quũ rigor est solus, qualiter ergo erit cum sudore? Et fluxus vrinæ grossæ iterum minoratur cum exitura. Et exituræ quę sunt in chronica longa, secundum plurimum sunt in membris inferioribus. Et in illis, quę sunt magis acutę, in membris superioribus. & in medijs, in vtrisq; lateribus, & in lethargia [k] [& de exituris] radicis auris, & [l] [exituræ istæ multoties accidunt crisi completa.] & peripneumonia multoties facit crisim cum exituris iuncturarum.

d B. alteratum. Alia litera. permutatum ad obscuritatem.
e † B. additum.
f B. Alia litera. exituram.
g B. lassitudinalibus.
h B. grossæ vel spissæ.
i B. aliquid per exiturã & hoc.
k B. fiunt exituræ.
l B. cum istis exituris multoties accidũt crises completæ.

Iudicia de huiusmodi exituris. Cap. 17.

QVęcunque de istis exituris eueniunt, & occultantur absque [a] [maturatione] earum, dispositio non caret duabus rebus, aut ut redeat maior quã fuit, aut ut redeat ęgritudo, aut ut expellatur materia ad iuncturas, aut ad membra dolorósa, aut fessa aut debilia. Et melior istarum exiturarum est illa, quæ facit incurrere leuitatem; & est post maturitatem, & est vehementis declinationis ad exteriora, & est longinqua a membris nobilibus, & quodcũque istorum apostematum est leue, cedens manui, quum superponitur, est minoris malitiæ quam durum [b] [acutum,] & ueruntamen est tardius, quoniam est frigidius, & eius quidem malitia non minoratur, nisi quia ei non associatur uehemens dolor, & si cum huiusmodi remanet febris, & nõ resoluitur, facit collectionem post sexaginta, & quod est infra ista, inter sexaginta & uiginti. Et exituræ minoris malitiæ sunt, quum membrum, ad quod declinant, est inferius, & est prӕter hoc quod est ex generatione sua inferius, ignobile, ampli loci, capiẽs totam materiam. Nam si non capit eam, accidet ex reditu eius secundo ad loca in quibus [c] [penetrauerat] illud, quod accidit eis, quum ea redire facit medicus stolidus cum infrigidatione, & refrenatione ad locum a quo uenit, & iam augumentata est malitia ex eo, quod super uenit ei [d] [de constrictione,] & reditione, & [e] [recipit.] Et de deterioribus exituris criticis est, quæ ad interiora est, & interius. Verùm de locis magis aptis exituræ est ille, qui est debilis, aut cum quo est ęgritudo, [f] † [ ] & propriè in inferioribus, qui appropriati sũt multitudini cursus sudoris ab eis, & exituræ meliores, & longinquiores ad hoc ut sequatur eas recidiuatio, sunt quæ aperiuntur, sicut illæ quæ de eis [g] [remanent] sunt magis significatiuę recidiuationis.

a B. Alia litera. apertione.
b B. calidum.
c B. corrupta fuerat.
d B. ex labore.
e B. interficit.
f † B. chronica.
g B. occultãtur.

Signa euentus spasmi in pueris. Cap. 18.

QVum in [a] [eis] multiplicatur timor in somno, & constringuntur eorum naturæ, & multiplicatur ipsorum fletus, & conuertuntur eorum colores ad uiriditatem, & rubedinem, & tenebrositatem, ut in senib. tunc expectatur spasmus, & illud fit usque ad nouem annos, & quanto fuerint paruiores, erit illud plus. In adolescentibus verò quum torquentur eorũ oculi in febre acuta, & multiplicatur ipsorum palpitatio, & torquentur eorum colla, & ipsorum facies, & multiplicatur confricatio dentium eorum, tunc iudica euentum spasmi. Et multoties quidem prolongãtur dolores colli, & grauitas in capite cum febre, & sine febre. Quumque fuerit apostema calidum, accidet spasmus, aut uomitus ut flos ęris, & propriè quum fuerit in partibus [b] [stomachi.]

a B. in pueris.
b B. capitis, & colli. Alia litera. capitis, & colli tũc affirma illud.

Signa casus rigoris. Cap. 19.

QVum uides in febre acuta signa salutis, & signa crisis bonę, & minoratur urina, tunc scias quod accidet rigor, cũ quo eueniet crisis nisi fuerit fluxus uentris transiens ęqualitatem, æqualis uerò non repellit rigorem, qui expectatur, et multoties sequitur ipsum sudor, nam in ægritudinibus acutis, incensiuis [a] [rigorem antecedit sudor.]

a B. rigor est antecedens sudorem.

Signa significantia crisim bonam. Cap. 20.

SCias, quod melius signorum crisis bonæ est ut [a] † [ ] sit completa. Dein- de

a † B. digestiam.

de fiat in aliquo dierum crisis laudabilis, quos ego dicam. Et iam indicauit eum aliquis dierũ indicationis ei proportionalis. Et est cum eua cuatione, non cum permutatione, & exitura, & euacuatio [b] [cum qua] fit humoris facientis ęgritudinem in parte proportionali, & toleratur cum facilitate, & quandoque facit sperare bonitatem crisis natura ægritudinis in specie sua: sicut tertiana: & causon, quũ inuenitur crisis proportionalis: [c] [aut suæ dispositiones] sicut illæ in quibus currunt res virtutis. Et pulsus secundum quod oportet: & dispositio virtutis, & dispositio pulsus in horis signorũ prauorum quando est fortis, [d] [& rarus:] & propriè quando additur eius virtus, & minoratur eius diuersitas, & ęquatur, tunc est [e] [perpendicularis, & sustentatio,] super quam incedendũ est, & illius complementum est aduentus tranquillitatis, & leuitatis. Et scias quòd signa mala quum aggregantur, & est dies criticus, tũc spes est verior, & fortior, quàm ut sit e contrario: oportet ergo vt innitatur super illud, & multoties quidem magnificantur signa timorosa, & videtur pulsus sanari, & æquari, & fortis fieri. Et scias quòd infirmus bonorum humorum quum ęgrotat, & apparet digestio in vrina eius in primis quũ ægrotat, tunc sis securus. Et quoties apparent in eo signa timorosa, tunc [f] [sanatio in ipsa magis debet esse,] quoniam crisis est propinquior.

b B.
c B. & in dispositionibus suis. Alia litera. in suis dispositionibus.
d B. apparens.
e B. res substentans.
f B. spes & lætitia cum eis est habẽda magis.

Signa significantia crisim malam. *Cap.* 21.

IPsorum radices, & principia sunt, vt sint cõtraria signis bonis prędictis. Et illud est sicut sit motus crisis ante statum, & digestionem; quod Hip. nominauit pręcessionem uiæ. & tu iam sciuisti causam in malitia eius, & vt sit in die non critico. Et vt pulsus sit cum eo ad casum, & paruitatem tendens. Et scias quòd signa crisis quando veniunt ante statum & digestionem, & [a] [antecedit ea] euacuatio multa, tunc non decipiaris per eam; nam illud est propter multitudinem eius: & est expulsio [b] [a pigritia] vel debilitate, absque regimine: sicut leuitas, quã inuenit ęger absque euacuatione manifesta, est ex eis, in quibus non est habenda fiducia: nam illa [c] [quies materię non est] propter bonitatem eius, imò multoties digeritur [d] [& pigra fit natura in] expulsione eius.

a B. & sequitur eam.
b B. ex defectu
c B. est propter quietem materiæ non.
d B. etiam & deficit natura propter eius debilitatem ab.

Indicia de iudicijs signorum significantium crisim malam. *Cap.* 22.

QVando aggregantur signa mala priuationis digestionis, aut alterationis, ab eo q̃d oportet, aut alicuius alterius de signis malis, iudica ex eis quòd infirmus moritur. [a] [hora] ergo iudicij secundum velocitatem, & tarditatẽ est ex eo, quod scitur de dispositione causarum antecedentium crisim, de illis quas diximus: sicut hoc, quoniam quando sunt signa mala, & est sedimen nigrum, & alia, & illud est in quarta, tunc mors est in septimo, aut in sexto si necessarium faciunt causæ prædictæ [b] [post ipsa.]

a B. forma.
b B. antecedẽtes

Signa digestionis, & eius iudicia. *Cap.* 23.

DIgestio cognoscitur ex vrina, & hoc iam est expositum in loco suo. Et oportet, vt non confidas per vehementiam tincturæ vrinę, quum non fuerit sedimen; illud enim non est propter digestionem. Et priuatio digestionis in substantia magis nocibilis est quàm in colore: per substantiam enim præparatur materia ad difficultatem expulsionis, [a] [&] facilitatem eius. Et quandoque apparent signa digestionis cum principio ęgritudinis, tunc ægritudo est salua, neque est ambiguitas in ea, & tardãtur, non oportet vt sit semper cum timore, forsasse enim est longa, & non est in ea timor, & est necessarium vt sit longa. Et quoties est crisis bona, tunc iam digestio facta est. Sed non quoties digeritur, est crisis; imò quandoque ęgritudo consumitur cum resolutione. Et scias quòd non fit febris [b] [sublimatio] cum apparitione digestionis: sicut non fit cum digestione apostematis dolor vehemens, & quando tardatur digestio, & uides accidentia bona, & uirtutem fixam, tunc expecta eam.

a B. aut.
b B. fortitudo

Iudicia de signis absolute. *Cap.* 24.

NOn omnis alteratio subito facta in colore, aut tactu, est mala. Imò est significans bonitatem magnam, & crisim utilem, imò consideretur cum hoc dispositio corporis post illam. Nam quodcunque signorum arefactionis in forma, & facie, & extremitatib. accidit causa vigilię, & laboris, & exercitii, & fluxus uentris, est saluum, & redit ad salutem in duob. diebus aut tribus. Et quodcunque est causa adustionis, & casus uirtutis, est malum.

Narratio signorum bonorum. *Cap.* 25.

SIgna bona sunt tolerantia ægritudinis, & firmitudo uirtutis, & formæ cum ea, & si accidentia eius fortiora fiant, & [a] [uirtus pulsus, et eius fortitudo] & eius ordinatio & apparitio signorum digestionis, & [b] [utilitas] crisis, & bonitas signorum eius, & leuitas, reperitur post euacuationem, & redit pulsus cum ea ad bonitatem, & horripilatio accidens post euacuationem, de signis sunt bonis. Significant enim eradicationem caloris & succedit frigus cum eradicatione materiei. Et melius hoc est, vt sit euacuatio humoris [c] [impedientis] cum facilitate & secundum rectitudinem, & scias, quòd fixio virtutis cum signis malis necessariam facit spẽ. Et similiter fixio rationis, & bonitas anhelitus, & facilitas tolerantiæ eius, quod accidit super eum de dispositionib. timorosis extraneis. Et inuentio leuitatis post somnum est bona, & de signis bonis est anhelitus bonus, facilis. Et de signis bonis est appetitus cum ęqualitate, & bonitas receptionis cibi, & eius fames, & eius utilitas. [d] † [ ] Et [e] [de signis bonis, optimis, naturalib. est situs iacendi] naturalis, & somnus naturalis, & æqualitas caliditatis in mẽbris corporis. Et scias, quòd signa bona cum salute uirtutis significant sanitatem festinam, & cum debilitate eius significant sanitatem tardam.

a B. fortitudo pulsus eius uehemẽtia
b B. uelocitas
c B. nocibilis
d † B. & mitigatio.
e B. similiter forma seu figura naturalis & iacendi. Alia litera de figura nis est figura naturalis uel forma.

Iudicia

Iudicia signorum malorum. Cap. 26.

SCias, quòd signa mala, quę sunt in summo malitiæ, indicant mortem. Quòd si virtus fuerit fortis, prolongatur ægritudo: deinde interficit ægrū. Et si fuerit debilis, interficit absque prolongatione. Et multoties quidem apparent signa mortifera in diebus malis, deinde accidit crisis bona, & permutatio materiei ad membrum, & fit sanitas. Et oportet, vt confidas in signis bonis apud statum, & vt timeas mortalia, quum [a] [incipiunt,] & non iudices per ea iterum, dum non vides virtutem cadere. Casus enim virtutis solus est signum malum. Amplius oportet, vt tu consideres in ęgritudinibus acutis, quarum principium est ex membro adiuuante, sicut pectus cū pleuresi, quòd est de dispositionibus illius membri: ipsæ enim significatiuæ magis sunt quàm dispositiones membri alterius; nā digestio sputi in pleuresi est magis significatiua salutis, quàm digestio aquæ, et necessarium quidem est medico physiognomico, quum videt in facie, & oculo, & alijs formam malam, non naturalem, & secūdum plurimum, vt cognoscat in primis, an sit illud naturale secundum illud indiuiduum, & iudicium, & non iudicet temere in pulsu etiam. Et iterū, ut cognoscat, an illud sit ex ægritudine, aut ex causa primitiua: fortasse enim eueniet, uerbi gratia, super linguam tinctura mala, & asperitas superflua propter comestionem rei facientis illud, non propter ægritudinem.

a B. accelerant.

Narratio signorum malorum. Cap. 27.

SIgna mala diuersificantur secundum unamquandoque operationem. & unumquodque membrum & [a] [fortasse dicemus] illud cū distinctione.

a B. melius est ut dicamus.

Signa mala pendentia ex forma, & colore. Cap. 28.

QVum forma viui est sicut forma mortui non propter uigiliam, neque propter famem neque propter euacuationem, tunc est signum malū, et facies, quæ similatur faciei mortui, & diuersificatur a faciebus sanorum, est illa cuius oculi profundantur, & acuitur nasus, & planantur tempora, & contrahuntur, & infrigidantur aures eius, & inuersatur pulpa eius, & tēditur cutis ipsius, & obfuscatur color eius, & denigratur, & fit viridis, & eleuatur super eam [a] [cinereitas, uel pilositas,] & propriè quādo est sicut [b] [cinereitas] cotti carminati, est signum mortis festinæ. Et scias, quòd, quando infirmantur sani paucæ infirmitatis, significat timorem. Et illud quod est de hac alteratione propter causas, quę sunt præter ægritudinem, redit velociter ad dispositionem naturalem, et si non in breuiori tempore, saltem in die, & nocte. Aliud verò cuius causa est ægritudo, & est illud, cuius signum est malum, non redit ad rectificationem cum facilitate. Licèt plurimū qđ est causa famis, & euacuationis, & vigiliæ, & eius quod dictum est cum eis, non est bonū, iterum, uerum tamen est sanius alio. Si autem accidit illud in ægritudinibus acutis, est malū, quod significat, & ęgritudo vincet, & cum hoc est sanius quàm illud, quòd fit in ægritudinibus acutis causa ægritudinis, nō causa illorum [c] [comparium.] Et propter illud oportet, vt cognoscatur differentia inter illud, quod apparet de signis tornatilitatis, & alterationis coloris, causa corruptionis ægritudinis, aut causa vigilię, aut euacuationis, cum qua non est plurimum malum. Et propter illud dicimus illud in oculo. De illo est, si causa fuerit eius uigilia, quòd accidit cum eis grauitas, in palpebris. & declinatio ad profunditatem somni, & spissitudo vehemens pulsus, & antecessio uigiliæ [d] [impedientis.] Et in illo, cuius causa est fluxus uentris, inuenitur fluxus uentris præcessisse, & superfluisse. et in illo, quod est ex fame, inuenitur illud accidere gradatim, non subito. et de illis, quę magis affirmant, quòd est ex ægritudine, est defectus illarum causarum, & vehementia acuitatis febris, & sensibilitas rerum, quæ sunt sicut scintillæ offendentes manum apud tactum. Et citrinitas coloris subito, est signum non bonum. et denigratio eius subito, est signum malum, & deterius omnibus illis est niger color, & ipsius plurimum est ex morte innati caloris, & tenebrositas sequitur ipsum, & citrinitas non est bona, sed est magis salua, & quoniam quandoque fit a caliditate, non est tota a frigiditate, & fortasse est a vigilia, aut a fame, aut a dolore, & est salua. Et si acciderint in fronte & naso [e] [rami,] nō est signum malum.

a B. pulois.
b B. pulnis.
c B. adiuuantiū.
d B. nocentis.
e B. ruge.

Signa sumpta ex dolore capitis. Cap. 29.

QVando dolor capitis perseuerat, & uirtus est debilis, & ægritudo acuta, & sunt illis, signa mala, tunc ægritudo est mortalis. et si non fuerit, tunc expecta vsque ad septimum fluxum sanguinis narium, & post septimum aliquid currere ex naso, aut aure. Quòd si perseuerauerit vsque ad uigesimum, raro erit tunc resolutio eius per fluxum sanguinis narium, sed aut per saniem currentem ex naribus, aut aure, aut per exituram. & propriè inferius, et plurimum quidem incipit dolor capitis a principio ęgritudinis, & fit fortis super eam in quarto. & quinto, deinde eradicatur in septimo. Et plurimum quidem inceptionis eius est in tertio, & fit difficilis in quinto, & eradicatur in [a] [septimo] & vndecimo. Quidam verò dixerunt, quòd ratio est, vt sit in decimo. quoniam decimus est septimus tertij, sed ipse non est dies criticus, & hic sermo apud me non est aliquid. Comparatio enim non est secundum [b] [hoc genus,] & si incipit in quinto eradicatur in quartodecimo, si res currit secūdum quòd oportet. et plurimum quidem, quod accidit de hoc dolore capitis, accidit in tertiana.

Nota q in textu Arabico ponitur capitulum de signis ex parte stomachi, & capitulum de signis ex mēbris anhelitus, & immediate post capitulum de signis sumptis ex radice linguæ, & gutture.

a B. nono.
b B. hanc uiam

Signa sumpta ex parte stomachi. Cap. 30.

SIngultus in ægritudinibus acutis malus, & propriè post fluxum uentris, & similiter inflammatio in stomacho. Et pulsus cordis stomachalis cum caliditate febris, est malus.

Signa mala ex membris anhelitus. *Cap.* 31.

ANhelitus frigidus in ægritudinibus acutis malus: significat enim mortem innati. Et similiter diuersus malus. Et anhelitus similis anhelitui flentis, interfectus, qui attrahit aerem,[a] † [& est anhelitus factus] propter permistionem rationis[b], [est malus.] Et ille qui est propter apostema in partibus pectoris, est deterior. et illorum, qui morti præsentes fiunt, ventres crescunt, & consequentes fiũt eorum anhelitus, & anhelant [c] [alte,]

a † B. malitia anhelitus facta.
b B. Alia litera. cum debilitate est mala.
c B. cũ interse ctione plurima.

Signa mala ex parte sensus. *Cap.* 32.

SI non uidet infirmus, & non audit, est signũ malum. et si fugit a vocibus, & odoribus, & coloribus habentibus fortitudinem, est signũ malum, significans debilitatem spiritus animalis.

Signa facta in loco. *Cap.* 33.

PRofundatio [a] [oculi, & contractio ipsius,] uel concauatio, non causa fluxus uentris, & uigiliæ, & famis, est signum non bonum. Et tenebrositas albedinis oculi, & eius rubificatio tendens ad colorem pauonis aut cœlestem, est signum malum. Et paruitas unius duorum oculorum in ægritudinibus acutis, & phrenesi, & similibus, est mala ualde. et si non uidet infirmus aliquid, est signum mortiferum. et tortuositas oculi, & ipsius strabositas in febre acuta, est signũ malum valde. Et si hæc toruositas fuerit ex spasmo proprio lacerto oculi tantum, absque nocumento in cerebro, tunc signum illud est, quòd non est permistio rationis, & similia. Signa autem sumpta ex eo, quod videt, & splẽdore, sunt quoniam splendor niger significat vomitum plus [b] † [ ] et declinationem sanguinis ad superiora, & [c] [significat unumquodque signorum aliorum,] et cursus lachrymę absque uoluntate, & propriè ex uno oculo, est signum malum: nisi sit signum crisis, [d] [& sanitatis, &] significent ipsam alia signa fluxus sanguinis narium, cum incolumitate signorũ aliorum. et cõsiderat ex lachrymis paruitatem & multitudinem, & subtilitatem, & grossitiem, & calorem, & frigus, & exitum cum uoluntate, aut sine voluntate. et fugere lumen, est signum non bonum. Si autem uehemens fit amor tenebrę, tunc est mortale, nisi sit [e] [uehementia] & dolor. Quòd si non fuerit, tunc est propter casum uirtutis spiritus animalis. et intuitus stans absque palpitatione, & motu, est malus. et multitudo aggregationis lippitudinis, ita quòd aliquid eius post aliquid, est mala. et lippitudo sicca ualde [f] † [ ] et huiusmodi quidem lippitudo generatur propter [g] [pigritiam] uirtutis oculi innatæ in maturando materiam. et [h] [similiter] sentit cum plurimo eius [i] [per exuberationẽ] rei uenientis ad oculum, quę conatur exire, et non licet ut dicatur, quòd illud sit propter multitudinem humiditatum uenientium ad oculum, propterea quòd [k] [pigra sit] natura indigerendo eas, quoniam oculus in hac dispositione est siccus, profundus, & signa siccitatis manifesta, & [l] [similiter] siccitas lippitudinis [m] † [ ] uelox.

a B. duorũ oculorum, & cõtractio ipsorum.
b † B. & rubedo, & splendor eius fluxũ sanguinis narium plus.
c B. significant unumquodque signa alia.
d B. per fluxũ sanguinis nariũ.
e B. tensio.
f † B. est mala.
g B. defectum.
h B. pp illud.
i B. sicut punctionem.
k B. deficiat.
l B. pp illud.
m B. est.

Signa proportionalia istis. *Cap.* 34.

SI aggregatur super pupillam, quum est aperta, aliquod sicut tela araneæ, deinde recedit ad palpebram, & fit lippitudo, & non cessat esse sic, est signum propinquitatis mortis. et uehementia rubedinis oculi, & permanentia eius ita, in acuitate febris, est mala, & significans apostema cerebri calidum. [a] [et in ore stomachi.] et permutatio eius ad colorem pauonis, & cœlestem, est deterior. et [b] [apertio oculi iterum, & multitudo [c] † [ ] splendoris, est significatio mala, & fortasse est propter materias calidas, multas, & apostemata in partibus cerebri. et si remanet palpebra in somno aperta, absque consuetudine, est signũ non bonum. et siccitas palpebrarum est signũ malum. et si remanet oculus in uigilia apertus & approximatur ei digitus, & non palpitat, est significatio mortis. et uehementia apertionis oculi iterum, cum alienatione, & debilitate, est mortalis. et dicitur quòd ille, sub cuius oculis apparet pustula, sicut lens alba, moritur in die decimo, & apparet in eo desiderium dulcedinis.

a B. aut in stomacho.
b B. eminẽtia, uel egressio.
c B. Alia litera. uisionis.

Signa sumpta ex parte nasi. *Cap.* 35.

TOrtuositas nasi, mala, & significat propinquitatem mortis. causa enim in ea est spasmus malus, mortalis. et [a] [applanatio eius iterum] est mala. et esse contentus in attractione aeris naso, & naribus, est malũ. et si inuenis ex anhelitu eius odorem piscis, aut butyri, aut luti, est malum, et distillatio aquæ citrinæ ex naso in febribus acutis, fortasse est significatio propinquitatis mortis. et si non sternutat cum [b] [optarmicis] est significatio mortis. et destructio sensus similiter, et si non [c] [facit ei fluere sanguinem percussio, & rascatio.] et si infirmus assiduè mittit digitum suum ad nasum suum, quasi mundificat ipsum absque causa, est signum non bonum. Et exitus aquę per nasum est malum.

a B. diuisio eius, ita q̃ partes extremitatis nasi cartilaginosæ uideantur diuisæ etiam. Alia litera. depressio extremitatis nasi eius.
b B. medicinis sternutare facientibus.
c B. facit fluere sanguinẽ ex naribus instrumenta pungentia, naso supposita, quæ solent prouocare fluxum sanguinis narium.

Signa sumpta ex parte auris. *Cap.* 36.

EXsiccatio pulpę auris, & eius inuersatio, & contractio extremitatis [a] † [ ] est signum malum. et dicitur, quòd, quum sordes auris dulcescit, est signũ malum apud Gal. mortale apud primos. Aduentus doloris in aure cum febre acuta, est timorosus, est enim mortalis, nisi currat aliquid, & quiescat, & illud in senibus. In iuuenibus uerò contingit, quòd moriuntur antequam saniem faciat propter uehementiam sensuum eorum.

a † B. cartilaginositatis existentis in parte exteriori auris.

Signa sumpta ex parte dentium. *Cap.* 37.

[a] [COmmotio] dentium [b] † [ ] in febribus acutis, & quasi ille cuius

a B. cõfricatio.
b B. adinuicem.

fus sunt, comedat aliud, signum est non bonū. Dicitur, quòd ille, cuius dentes cooperiuntur in febribus, viscositatibus, significat quòd febris eius sit vehemens, significat enim caliditatem vehementem, & materiam viscosam tardæ resolutionis. Quum accidit infirmis omni hora, vt mundificent dentes absque consuetudine, quæ currit, est significatio non bona. Stridor dentium, & cōmotio eorum absque consuetudine, fortasse indicat c [maniam, & si mania non accidit] deinde accidat illud, significat pernitiem; nisi in illo, qui assuetus est eo, pp debilitatem d [cordis eius,] tunc e [ ] stridet dentes eius ex qualibet causa. Et uiriditas dualium est signum malum.

c B. amentiam seu alienationē rationis. Et si alienatio rōnis iam acciderit.
d B. lacerti mādibulæ.
e † B. enim.

Signa sumpta ex parte linguæ, & oris, et quæ sequuntur ea. Cap. 38.

DEnigratio linguæ in egritudinibus acutis est signum ad malitiam decliue. et exsiccatio eius oris, & saliuæ non sunt bonæ. Et quando exsiccatur in primis, deinde exasperatur cū statu, deinde denigratur, est mortale, & proprie in quartodecimo. et scias, quòd uehementia fœtoris oris in egritudinibus acutis, est significatio mortalis: quoniam significat corruptionem humorū omnium. Subleuatio vnius duorum labiorum a † [ ] in febribus acutis, est malum. Scissio labiorum in febribus acutis significat superfluitatem inflammationis. et contractio eorum, & frigus ipsorum est malum: Si remanet os apertum in egritudinibus acutis, est significatio mala Super fluitas siccitatis linguæ est signum nō bonum. Dicitur, quòd quum exuberat super linguam in febre acuta sicut cicer niger, & sicut granū alkerua, tunc mors est proxima, & accidit ei desiderium rerum calidarum. Asperitas linguæ, & siccitas eius est significatio phrenesis. et considera in asperitate linguæ, & alteratione coloris eius consideratione superflua, ne sit causa eius res tingens, Et scias, quod nō tingitur lingua ab omni humore dominante, in omni dispositione, b [donec] peruenerit ad eam cum substantia sua, aut c [per uicinitatem aliquorum membrorum communicantium.]

a † B super alterū absque creatione est signū malum tortuositas labij.
b B. dum.
c B. cum vapore suo ex aliquo membro communicante.

Signa sumpta ex radice linguæ, et gutture, et meri. Cap. 39.

PRæfocatio subito facta non in die crisis, est signum malum. Et præfocatio sine spuma est leuior: spuma enim non fit, nisi quum cor iam ad tātam peruenerit calefactionem, quòd destruuntur ei operationes pulmonis, & diaphragmatis, quare non potest facere, vt redeat anhelitus cum æqualitate. et istud non fit, apostemate non existente in gutture, nisi propter rem magnam. et multoties quidē fit, imò plurimum, causa cerebri. Et ad vltimum, quando accidunt in febre forti præfocationes prauę, tunc iam aduenit mors: quoniam cor eget causa vehementiæ caliditatis, anhelitu plurimo: sed uia eius iam est oppilata; quamobrem inflāmatur cor, & superfluit malitia complexionis eius. quare non tolerat uitam. et similiter contorsio colli, cum prohibitione deglutitionis, illud enim aut fit propter remotionem spondylis, aut propter uehementiam siccitatis, & neque aliquid est deterius eis ambabus cum febre a [iterum. et] si non potest fieri deglutitio nisi cum labore, est significatio mala, & similiter si b [reiicit] cum aqua, & egreditur per nasum, & similiter quando strangulatur cum c [ea] in omni hora, est significatio non bona.

a B. Et iterum.
b B. strangulatur.
c B. saliua. Alia litera. cum difficultate deglutit saliuam suam.

Signa mala sumpta ex parte uenarum. Cap. 40.

DIxit Hipp. quando apparent uenæ paruæ apud frontem, & palpebram, a † [ ] est malum.

a † B. & furculam.

Signa mala sumpta ex mollificatione corporis, et malitia resupinationis, et debilitate. Cap. 41.

MOllificatio corporis, & malitia resupinationis, & debilitas quandoque fiunt causa multitudinis humorum grossorum in uisceribus, et quandoque fiunt propter siccitatē corporis, & paucitatem humorum. et quando que fiunt propter superfluitatem debilitatis uirtutis in lacertis. Et non est significatio distinguens inter ea essentia corporis grossi, aut macri, sicut quidam existimauerunt. et multoties quidem sunt uiscera plena humiditatibus, & corpus est extenuatum. & multoties debilitantur uirtutes in lacertis, & corpus est pingue; immo signa alia sunt, quæ dicta sunt in locis alijs.

Signa mala propter formam iacendi. Cap. 42.

REsupinatio super lectum, non secundum formam consuetam, imò secundum permistionem, & exitum a consuetudine, est malum signum: maxime quum infirmus præcipitatur ad stratū suum paulatim, quoties æquas eum, & præparas ipsum preparatione bona, cōuertitur super dorsum suum, & diligit discooperire extrema, & proiicit ea proiectione non naturali, absque caliditate ualde manifesta, est ergo causa angustia magna. & oportet vt tu attendas in hoc etiam rem unam: fortasse enim homo est pinguis, grauis corpis, velocis mollificationis, diligens in dispositione sanitatis vt iaceat omni hora secundum hanc formam; aut est prohibens a † [ ] dolor præter resupinationem: illud enim iterum est ex eo, cum quo non magnificatur timor. Omnis præparatio non consueta de resupinatione, & tensione, & reliquis, quam non fecit in dispositione salutis, est in ægritudinibus acutis mala. & scias quòd amor resupinationis, aut est propter multitudinem humorum in visceribus, aut propter siccitatem, & resolutionem humorum b [acutorum: quare debilitant lacertos:] aut propter debilitatem, quę accidit lacertis ex parte alia. & si non potest iacere, & resupinari, & vti alijs positionibus, imò desiderat sedere, est significatio mala, & plurimum eius, propterea quòd anhelitus sit difficilis, quum iacet propter apostemata, & nocumenta in membris anhelitus, ī quibus scita est dispositio ex eo, quod præterijt.

a † B. alium sicum.
b B. quare debilitantur lacerti.

præterijt. Et si diligit fugere ab hominibus, & conuerti ad parietem, est signum non bonum et declinatio in somno super uentrem, absque consuetudine, est malum: aut enim est a permistione rationis, aut a lesione in uentre. et iacere humidum est laudabile, & illud est quum iuncturæ ægri sunt recipientes plicationem velociter.

Signa sumpta ex cute. Cap. 43.

Quum desiccatur cutis, ita quòd, quando extendis eam, non redit ad locum suum, tunc illud est significatio mala. Exitus uaporis calidi ex cute cum anhelitu frigido, est significatio pernitiosa, & non fit nisi quia caliditas cordis finita est.

Signa accepta ex uentre, et partibus hypochondriorum. Cap. 44.

Inflatio ventris in ægritudinib. acutis, et paucitas [a] [complicationis] eius, et propriè, quũ illic est solutio uentris, est signum mortis: præcipue quando apparet in eo pustula ampla, coloris fusci. Tensio hypochondriorum, & essentia unius duorum laterum magis [b] [augmentata.] quam alterius, & similiter essentia omnis lateris [c] [augmentatior] omni latere, quod est ei simile in eminentia, & depressione, et similiter in lenitate tactus, et duritie, [d] † [ ]Quando inflatur mirach non a ventositate [e] † [ ] & siccitate, tunc intra ipsum est apostema, [f] † [cum quo non est nisi dolor, et ob fuscatio.] Et tensio hypochondriorum, si est cũ dolore, tunc materia declinat ad inferiora, et si est absque dolore tunc materia decliuis est ad superiora.

a B. detumitionis uel contractionis.
b B. eminens.
c B. eminentior
d † B. est significatio mala.
e † B cum exiccatione.
f B. & siccitas cũ eo, & si non, non est exiccatio.

Signa sumpta ex ano. Cap. 45.

Exitus ani in febribus acutis per se ipsum, est significatio mala.

Signa sumpta ex uirga, & testiculis. Cap. 46.

Lenitas testiculorum est signum malum: et similiter [a] [exuberatio] amborum in ægritudinibus acutis. Contractio testiculorum, et uirgæ, significat mortem innati [b] † [ad] dolorem uehementem. Pollutio in principio ægritudinis significat longitudinem, et est in postremo ægritudinis laudabilior.

a † B magnificatio uel a oltemario.
b † B. caloris &.

Signa sumpta ex matricibus. Cap. 47.

Exitus matricis mulieris, et uuluę in febre acuta, est signum malum.

Signa sumpta ex parte extremitatum. Cap. 48.

De eis sunt ex parte qualitatis earum, sicut frigus extremitatum cũ caliditate febris acutę, et fixione eius [a] [et] non eradicatur, est signum non bonum, cum chronica verò nõ est illud horribile, et causa eius in febribus acutis est apostema magnũ in cõcauitate ventris, aut [b] [submersio] caliditatis innatæ, aut aduentus syncopis, & resolutionis. et fortior significatio frigoris extremitatum in febribus acutis super mortem, est, quæ est frigoris accidentis eius in principio ægritudinis. & similiter, quum est frigus, cum quo non calescit. & hoc totum significat fugam sanguinis totius ad interiora propter apostema. Obfuscatio digitorum manuum, & pedum, & vnguium eorum, est signum mortale. Rubedo extremitatum, & earum [c] [alteratio] subito, magis pernitiosũ est, quàm earum obfuscatio. Si autem inuenitur grauitas tunc iam appropinquat, quoniã grauitas significat debilitatem virtutis animalis, & obfuscatio significat debilitatem caliditatis innatæ, & rubedo significat corruptionẽ & dominium humorum, & nigredo melior est, quàm obfuscatio, & rubedo. & cum hoc toto, quum uideris signa plurima, non est longinquum, quin saluetur infirmus, & casus extremitatum eius alteratarum, & adustio extremitatũ, & cutis cum frigiditate uentris, est signum mortis iterum, & ex eis ex parte situum earum, sunt sicut spasmus, & propriè post fluxum uentris est mortale. Alcuzez cum alienatione, & vehementia febris, est significatio mortis.

a B. quum.
b B. extinctio
c B. coloratio colore rubeo purpurino.

Signa ex parte somni, & uigiliæ. Cap. 49.

Si somnus sit diurnus, non nocturnus, est signum non bonum. et si non dormit in eis ambob. est deterius: causa enim est corruptio cerebri qualitercunque sit. & salubrior somnus diurnus est, qui est ĩ principio eius, & hoc totum in statu paroxysmorum febris est deterius. In principio verò eius, multoties fit, & nõ nocet, & profunditas somni cum debilitate pulsus, est malum, est enim propter debilitatẽ uirtutis, non propter humiditatem cerebri, & propriè quum est cum permistione rationis, & quandoque est hoc a putrafactione humoris frigidi. Somnius augumentatus in [a] [nocte, qui succedit permistioni] rationis, & associatur frigori extremitatum, est malus, sicut somnus, cui succedit leuitas est bonus.

a B. ægritudine cui succedit permistio.

Signa mala sumpta ex actione manus. Cap. 50.

Collectio palearum, & peruenire omni hora ad aliquid, quasi colligat ex se, aut ex pariete, est signum malum. & causa in eo est ex vaporibus qui eleuantur ad cerebrum, ergo faciũt imaginari illud, quod non est, propter descensionem eorum ad oculum & humiditatẽ albugineam.

Signa sumpta ex doloribus. Cap. 51.

Dolor vehemens in visceribus in febribus acutis est signum malum significat enim adustionem vehementem, aut magnitudinem apostematis, aut exituram. Quum est in aliquo membrorum dolor vehemens, & sedatur subito quiete completa absque causa tunc illud est malum.

Signa

Signa sumpta ex uoce, & loquela, & silentio. Cap. 52.

VOx fortis ualde est bona, & loquela ordinata est bona, & contrarium illius est malum. et taciturnitas plurima, prolixa, significat secundum plurimum a [inquietudinem] aut mollificationem lacertorum linguæ, & epiglottis, aut spasmũ eorum: aut destructionem imaginationis, quæ est principium sermonis: & quum infirmus loquitur in crisi, est bonum, & ad ultimũ, taciturnitas uerbosi significat b [causas inceptionis] alguesgues, aut aliquid de eis, quæ dicta sunt, & multitudo sermocinationis in taciturno, significat initium alienationis, & permistionem rationis.

a B. imaginationem melam uel corruptam.

b B. Alia litera. initium subet aut.

Signa sumpta ex ratione. Cap. 53.

Aa Lienatio cum motu, & percussione in capite, & nare, est saluum. & cum a [alguacre & apoplexia] est mortalis.

a B. aluchar ĩ. cum quiete.

Signa sumpta ex motibus. Cap. 54.

MVltitudo permistionis, & inquietudinis est signũ non bonum, & significat multitudinem uaporis eleuati ad caput. Saltus infirmi omni hora, & sessio eius est significatio mala, & est propter angustiam, aut propter permistionem rationis. & constrictionem anhelitus, & præfocationem, & a [in peripneumonia,] deterior, quoniam plurimum eius est propter præfocationem, & constrictionem anhelitus, licet sit pp causas alias iterum, & quũ grauantur membra a motu etiam. est significatio mala, & quando obfuscantur ungues, tunc mors est præsens, & tremor est signũ malum, quum non fit crisis bona.

a B. & peripneumoniam & est.

Signa sumpta ex existimatione. Cap. 55.

QVum est plurimus timor mortis, tũc est timor.

Iudicia sumpta ex saltu, & halicibus. Cap. 56.

a [SAltus] & halices fiunt propterea quòd natura mouet membra lacertosa, ut expellat ex eis superfluitatem & dũ membrum permanet rarum, & materia est pauca, obediens, non indiget illo, imò illud est ei necessarium propter contrarium eius, & si fuerit b † [ ] cum permutatione ex calore ad frigus c [per naturam] tunc d † [ ] est signum non malum. & significat multoties quòd natura non potest facere resolutionem, nisi cum adiutorio uillorum, propter multitudinem materiei, aut propter debilitatem virtutum.

a B. oscitationes

b † B. illud.
c —— B.
d † B. est occupatio uel concitatio naturæ, &

Signa sumpta ex somnijs. Cap. 57.

MVltoties uidet infirmus de genere illius, quo fit crisis eius, sicut videt habiturus crisim cum sudore, quod ingreditur balneum & præparatur ei.

Signa sumpta ex appetitu. Cap. 58.

DEstructio appetitus in ęgritudin ib. chronicis est malum. & in ægritudinibus acutis etiam, a [si] est infra illud, & ad summum significat humores corruptos, aut mortem uirtutis animalis, & naturalis. & quum destruitur sitis in febribus adurentibus, est significatio mala, & propriè cum nigredine linguæ.

a B. sed.

Iudicia, & significationes icteritiæ. Cap. 59.

ICteritia ante septimum, & ante digestionẽ est malum signum: nisi succurrat ei fluxus vẽtris, quemadmodum quidam existimauerunt & est secundum a [considerationem.] & ad vltimum icteritia ante septimum non est laudabilis. & si fuerit icteritia post septimũ, tunc est iterum non ita salubris, dum non coniunguntur ei signa alia. Quod si accidat icteritia in septimo, aut nono, aut quartodecimo cum signis laudabilibus, & absque nocumento in partibus hepatis, aut duritie, & apostemate, tũc est laudabilis. & multoties quidem accidit propter huiusmodi crisis completa, & significat laudem b [& dispositionem] leuitatis, quæ reperitur post ipsam. & significat malitiam eius dispositio c [contrarii] leuitatis. & ex illis, quæ significat malitiam eius, est vt sit cum ictetitia fluxus ventris cholericus, multus, qui ebullit, & exitus rerum d [spumosarum adurentium:] in huiusmodi enim timetur de infirmo, nisi succurrat ei fluxus uentris multus, mundificans, aut sudor communis, & sit iam uirtus fortis, tunc enim fit leuitas velociter.

a B. rationem.

b B. eius dispositio.

c B. contraria.

d B. malarum adustarum.

Significationes sumptæ ex apostematibus. Cap. 60.

QVum febris acuta a [peruenit ad apostemata titillicorum] & extremitatum, est deterius, quàm ut sint prius illa apostemata, deinde sequatur ea febris causa putredinis, quamuis illud etiã sit malum. Apostemata, quę accidunt in radice auris, & non maturantur cum saniositate, sunt mala, b † [aut quę] non sequitur aliqua de euacuationibus fortibus, est signum malum & non oportet iterum, vt fiducia habeatur in maturatione, quum accidit exitura, & reliqui humores sunt indigesti: illud enim est non sufficiens: sicut ista etiam multoties accidunt, & existimatur iam declinatio adesse, & interficit. Omnis pustula, & omne apostema quod apparet, & postea c [redit,] est malum: d [ueruntamen quandoque] significat fortitudinem naturę, & e [fortasse] hęc apparitio, & profundatio est consueta homini alicui in natura sua: quare non est significatio uehementis malitiæ.

a B. perducit ad apostemata emunctoriorum s. locorum sub aure sub ascellis & inguinib.

b † B. nisi sequatur ea euacuatio, quod si nõ fuerit aliquid illius & non fuerit digestio &.

c B. profundatur.
d B nisi re leat tunc enim
e B. quando que

Signa sumpta ex parte pustularum, quę similantur eis. Cap. 61.

PVstula ciceralis, nigra, in febribus acutis est mala ualde, & quando a [in fine uenit, uel tardatur,] moritur ille, qui eam habet, in secũdo multoties. Conuersio ulcerum in corpore

a B Alia litera. multiplicantur u. l excitantur.

ad

ad uiriditatem,& nigredinem,& cœlestem colorem,aut citrinitatem,est signum malum, & citrinitas est leuior eis. Dicitur,quòd si apparet super genu infirmi aliquid nigrum,simile vuę nigrę, in cuius circuitu sit rubedo, moritur cito. Quod si protendatur vsque ad diē quinquagesimum. tunc signum mortis eius est, quòd sudauit sudore frigido. Quando apparet super uenam,quæ est in b [gutture,] aliquid simile grano alkerua, cum c [variola alba, magna,] & accidit ei desiderium rerum calidarum moritur in vigesimo. Et nos quidem iam diximus illud, quod accidit in lingua d [adolescentib.] de pustulis mortiferis. Dicitur, si fuerit febris quælibet,& apparuerit super digitos vtriusque manus similis apostema nigrum,sicut granum erui,cum dolore vehementi, morietur in quarto, & accidet ei grauitas, & profunditas somni:si autem natura constringatur, cum hoc accidet e [pleuresis.] Et quandoque constringitur adeo,donec fit lapis.

b B.collo.
c B.pustulis albis pluribus. Alia litera. saphati alba plurima.
d ——B.
e B.sirsen.

Signa sumpta ex forma uenarum. Cap. 62.

DIxit Hippoc. si apparent uenæ paruæ, quæ sunt in fronte, & quæ sunt in palpebris, & furcula,est malum. Alteratio coloris uenarū apparentium a dispositione sua cum colore pauonis, a † [ ] & apparitio earum, quæ de eis non apparebāt ante cum hoc, b † [ ] est malum.

a † B.& ad rubedinem fuscam.
b † B.modo.

Signa sumpta ex rigore. Cap. 63.

RIgor plurimæ reditionis in febre praua, cum debilitate virtutis,est mortalis,et cum firmitate virtutis iterum, quando febris cum eo non remouetur,non est bonus. Et deterior omnibus est,ut sequatur ipsum euacuatio non adiuuans,& non sedetur cum eo febris,& si nō accidat euacuatio iterum, tunc significat ꝙ humor motus est vincens, a [qui expelli non potest,]& est malum. In accidente verò vice vna, non forsitan verificatur aphorismus iudicans, an est propter debilitatem superfluam uirtutis, aut propter aliud.

a B.deficiens a digestione.

Iudicium euacuationis. Cap. 64.

EVacuatio iuuatiua per fluxum ventris, & vomitum & alia,est illa, quę est post digestionem, & quæ euacuat humorem, quem oportet,& quæ fit cum facilitate, & cui succedit leuitas. Et de signis a [euacuationis humoris, quem euacuat medicina, aut non] medicina, est, ut incipiat in euacuatione humoris alterius:& b [deterius eo est, ut finis eius permutetur ad exitum curata]aut ad sanguinem nigrū, aut humorem fętidum,aut humorem purum. Et similiter in uomitu.Et quando abbreuiatur euacuatio,postquam c [effecerit, quod efficit,] oportet, vt adiuuetur. Et quando superfluit euacuatio, & nondum incepit digestio, tunc non est illud, cuius iuuamento sit innitendū. Et euacuatio debilis, pauca,fluxu sanguinis narium,aut sudore,aut alio, significat quod natura mouit,et nō potuit,et si fiant mala signa alia significant mortem,& si non fiunt mala,significant longitudinem.

a B. quod euacuatio consumpserit uel mundificauerit humorem, qui est curandus cum medicina aut absque.
b B.mala ex ea est ut permutetur ad rasuram curath.
c B.inciperit.

Iudicia sudoris. Cap. 65.

SVdor est bona crisis in ægritudinibus acutis,& phlegmaticis,& iterum speciebus apostematum timorosorum,& apostematibus uiscerum.

Causa multitudinis sudoris. Cap. 66.

SVdor multiplicatur aut causa materiei propter multitudinem suam, aut subtilitatem suā, aut causa uirtutis ex vehemētia expulsiuę, aut mollificatione retentiuæ: aut causa pororum eius,quando dilatantur propter causas dilatationis.& minoratur sudor propter contraria illarum causarum & sudor quidem, quando tergitur,exuberat,& quando a [mouetur] abscinditur.

a B. diminuitur.

Diuersitas membrorum in sudando. Cap. 67.

MEmbra quæ plus sudant,sunt illa,in quibus a [est materia faciens ægritudinē vt magis,] & illa quæ non sudant, sunt membra in quibus non est materia, & illa in quibus dominatur aliquid de causis constrictionis pororum:de quibus est,quòd latus super quod dormit infirmus secundum plurimum,raro sudat quoniam est coarctatum,siccas habens uias, & non currit ad ipsum humiditas, neque currit ab eo. & sudor quidem multiplicatur in membris posterioribus,vt in dorso plusquam in anterioribus,sicut pectore.Et multiplicatur in superioribus magis, quàm accidet in inferioribus, & propriè in capite.

a B.faciens ægritudinē est plus uel plurima.

Diuersitas dispositionum in sudando,& alijs. Cap. 68.

SOmnus plus facit sudare quàm vigilia,quoniam calor innatus in eo plus agit in humiditate,& quia nocumentum anhelitus in ipso est a [magis parum,] & illud mouet materias ad b [interior a.]Inquit Hipp. sudor plurimus in somno absque causa faciente illud, significat quòd ille plus cibi suo affert corpori, quā toleret: Si autem fuerit illud præter quod ille de cibo sumat,tunc scias quòd indiget euacuatione,& causa in hoc est,quòd sudor plurimus cum sanitate virtutis,non fit nisi propter multitudinem materiei,cui pertinet vt expellat eā natura,& illa multitudo aut fit per causam propinquam,quę est repletio propinqua,& repletio propīqua est cibis sūptis tunc,& hāc repletionem expellunt fames,& exercitiū,& sudor, qui expellitur per naturam;aut fit per causam antecedentem longinquā,quæ est ex superfluitatibus antecedentib.& non excusat in huiusmodi nisi euacuatio mundificās corpus ex eis: per sudorem verò fortasse non egreditur de ea nisi illud,quod subtile est,tenue,paruum,& dimittit corruptum inobediens in corpore. c [& consuetudo naturæ est, quod diligit expellere humorem corruptum.] & illud est de illis,

a B.difficiliter.
b B.Alia litera exteriora.
c B.opprimitur natura faciliter uitare humorem corruptū.

lis, quæ debilitant eum. Et scias, quòd quando plus caliditas innata est fortior, est resolutio magis occulta: quare non fit sudor, nisi fuerint causæ aliæ: & propter hoc fit sudor egrediens à natura aut à repletione, & multitudine, & vehementia dilatationis pororum: aut propter defectum virtutis à digestione bona, aut propter vehementiam motus.

Dies in quibus multiplicatur sudor & minoratur. Cap. 69.

SVdor in ægritudinibus acutis plurimum fit in tertio & quinto, & minoratur in quarto: imò parum contingit vt [a] † [ ] ægritudines istæ crisim faciant in quarto, nisi raro. Et parum quidem contingit secundum quod experimentatores existimant, vt sudet æger in vigesimoseptimo, & trigesimoprimo, & trigesimoquarto.

a † B. cum eo.

Modi significationum sudoris. Cap. 70.

SVdor significat per tactum suum, si est calidus aut frigidus. Et significat per colorem suum, si est clarus, aut ad citrinitatem, aut viriditatem decliuis. Et significat per gustum suũ, si est amarus, aut dulcis, aut ad acetositatem decliuis. Et significat per odorem suum, si est fœtidus, aut acetosus, aut dulcis, aut alius. Et significat per substantiam suam, sicut si est subtilis, aut viscosus. Et significat per quantitatem suã, sicut si est paucus, aut multus. Et significat per locum suum, si est communis in toto corpore, aut abbreuiatus. Et quod ex quocunque mẽbro est, in ipso est ægritudo. Et significat per horam suam si est in principio, aut statu, aut declinatione. Et significat ꝑ illud, quod succedit ei, sicut succedit ei nocumentum, aut leuitas, aut rigor, aut horripilatio, aut aliud.

Signa sumpta ex parte sudoris. Cap. 71.

SVdor frigidus, cum caliditate febris, est signum malum valde: & propriè qui appropriatur capiti, & collo: & significat syncopim, licèt non sit frigidus: quomodo ergo frigidus? & est deterior specierum sudoris, quoniam significat [a] [rem quæ fuit, non rem] quæ erit. Quòd si febris fuerit magna, tunc est mors proxima. Et non fit sudor frigidus, nisi iam cecidit caliditas innata: quare non seruat humiditates, imò separatur ab eis, quare segregat eas, & euaporat caliditas extranea: deinde separatur ab eis illa caliditas pp suam extraneitatem: quare infrigidantur. Sudor interfectus est malus. Et sudor multus significat longitudinem ægritudinis propter multitudinem materiei. Et non cõueniunt habenti eum phleboto mia, & ventris solutio propter debilitatem suam, imò clysteria leuia. Et quando post sudorẽ nõ inuenitur leuitas, non est signũ bonum. Quod si [b] [fecerit] augumentum nocumenti, tunc erit signum malum, licèt sit etiam communis corpori. Et sudor festinus in principio ægritudinis, est malus: significat multitudinem materiei, nisi causa in eo sint humiditates aeris, propter pluuiam multam, quoniam tunc cum

a B. syncopim, quæ fuit non syncopi.

b B. inueniat post ipsum.

sua malitia erit minor malitia. Et multoties quidem incipit ęgritudo cum sudore, deinde sequitur ipsum febris, & prolongatur. Et quũ ex sudore accidit horripilatio, non est bonum, imò est malum: quoniam horripilatio significat expansionem humoris mali nocentis in corpore; & illud significat quòd sudor non mundificat, imò mouet de humoribus malis illud, cuius acuitas [c] [est fracta, permiscens ip-
10 sum humiditatibus, quæ, resoluuntur per sudorem.] Et significat quòd materia [d] † [ ] plurima [e] † [ ] non resoluitur apud euacuationem sedatiuam. Et quando debilitantur virtus, & pulsus, & sudat frons parum, est signum malum: si verò cadat pulsus, tunc est mors. Sudor enim bonus, cui conuenit vt sit per ipsum crisis completa, est ille, qui fit in die critico, & est communis toti corpori, abundans; & super ipsum alleuiatur infirmus; & sequitur illum il-
20 le, qui non est communis, sed succedit ei leuitas. Et ad summum considera sudorem per se ipsum in caliditate sua, & frigiditate, & colore suo, & suo odore, & gustu, & quantitate sua in multitudine, & paucitate sua, & tpe suæ egressionis, aut est ĩ principio, aut statu, aut ĩ declinatione: & quid associatur ei de febre in fortitudine, & debilitate sua; & quid succedat ei de leuitate, & grauitate. Et scias, quòd in conualescentia multiplicatur sudor eius propter re-
30 liquias materierum; quare non est malum par uam facere [f] [minutionem]

c B. erat confracta cum permistione [illegible] cum humiditatibus resolutis cum sudore.

d † B. est

e † B. quæ

f A. phlebotomiam.

Signa sumpta ex parte pulsus. Cap. 72.

PVlsus martellinus, & formicãs, & vehemẽtis serralitatis, aut vndosus malus est. Et gazellinus cum debilitate est malus: Et diuersitas, in qua est intersectio vehemens, & motus debiles, deinde succurrit illi unus fortis succursu non succurrente, imò ex momento ad
40 momentum, est mala valde. Dixerunt quidam, quum pulsus sinister est frequẽs, & pulsus dexter rarus, & illud est cum debilitate, tunc est significatio mala. Et scias, quòd plurimorum hominũ pulsus naturales sunt diuersi, mali, absque ęgritudine; quare oportet, vt tu scias hoc iterum.

Iudicia fluxus sanguinis narium. Cap. 73.

EA, quæ sunt sicut [a] [pleuresis] & apostemata hepatis [b] [acuta, vel] calida & [c] † [
50] sub hypocondrijs, terminantur crisi completa per fluxum sanguinis narium: primum verò ex quacunque nare sit alia uero ex illa, quæ sequitur ea: & similiter febres incensiuæ, & sunt de genere primo. Peripneumonia verò non facit crisim per eum. Et pleuresis est res in eo media. Et tertiana facit crisim per ipsum. Et plurimum quidem accidit fluxus sanguinis nariũ iuuatiuus in imparibus: & parũ fit in quarto: in tertio uero, & quinto, & septi-
60 mo, & nono fit. Et, quum speratur fluxus sanguinis narium bonus, & est debilis, iuuetur secundum quod docuit Hipp. cum effusione aquæ calidæ super caput, & cum vaporatione: sicut quando timetur superfluitas eius, prohibetur cum aqua frigida, & cum positione ventosæ super hypochondria, & quę sequuntur ipsum.

a B. frẽsen

b ——B.

c † B. apostemata calida.

ipsum. Et melior quidem fluxus sanguinis narium est, qui sequitur partem infirmam: et diuersificans non est cum illa bonitate. Et apostemata conuenientiora ad hoc vt crisim faciant per fluxum sanguinis narium, sunt illa, quæ sunt supra[d] [sumen.] Et in apostemate quidē phlegmatico, quod incipit transire in lapideitatem, et prolongatur[e] [saniositas] et eruptio, non expectatur crisis per fluxum sanguinis narium. Et similiter non expectatur in apostemate frigido in cerebro, et in peripneumonia, crisis per fluxum sanguinis narium.

d B. umbilicum.

e B. & expectatur in ea sanies.

Significationes sumptæ ex fluxu sanguinis narium. Cap. 74.

FLuxus sanguinis narium paruus est malus & plurimus. Et[a] [fluxus sanguinis narium pluris malitiæ] est, qui est sanguinis nigri. Et parum fit fluxus sanguinis malus ex sanguine rubeo, splendido. Et fluxus sanguinis narium qui cadit in quarto, significat difficultatem crisis. imò bonus est ille, qui cadit in imparibus.

a B. Alia litera vt plurimū fluxus sanguinis narium malus.

Significationes sumptę ex sternutatione. Cap. 75.

STernutatio bona est, quando accidit apud statum: in primis uero eius est de signis coryzæ, aut humoris mordicatiui.

Iudicia egestionis. Cap. 76.

IAm locuti fuimus de egestione in libro primo sermonem vniuersalem abbreuiatum. Et necessarium est nobis, vt repleamus sermonem in ea multa repletione, & secūdum illud, quod[a] [sequitur] de sermone in ægritudinibus acutis.[b] † [ ]

a B. conuenit.

b B. Et scias ꝙ qui sudat sudore plurimo nō aduenit ei crisis completa cum fluxu ventris.

Signa sumpta ex egestione. Cap. 77.

DIuersitas coloris eius, quod egreditur de egestione, est laudabilis in duabus horis, non alibi: quarum una est diuersitas critica, post digestionem in die critico, & signo critico; & altera post potionem[a] [solutiuam, pertrāseuntem, fortem.] Et significat in duabus dispositionibus mundificationem corporis expectatam. in alijs verò significat adustionē, & liquefactionem, & multitudinem humorum corruptorum. Egestio fœtida similis egestionis puerorum, & infantium, est mala. Egestio cholerica in principio ęgritudinis significat dominiū cholerę, & est non bona: & in fine eius apud declinationem significat, quòd corpus mundificatur, & est significatio bona, et quando separatur egestio cholerica multa, & nō alleuiatur ægritudo, tunc illud est significatio mala. et fluxus vētris multus post signa mala,[b] [significat] casum virtutis; & præter quòd succedat leuitas, est significatio mortis, licèt febris etiam sit eradicata. Fluxus vētris, super quem est vnctuositas, non ab acceptione rei vnctuosę, significat liquefactionem mēbrorum radicalium, & est significatio mala, sed non est mortalis; & fortasse est vnctuositas ex carne. et quando super ipsam est simile virus, & emanat citrinum, & dominatur fœtor, & illud in febribus acutis, est mortale. Egestio super partes, cuius stat res subtilis, significat quòd est virus ex hepate, & est mordicatiua; & facit exire egestionem cum velocitate; & fortasse egreditur sola, & est mala. Quum in egestione sunt aliqua similia corticibus lupinorum in omnibus ægritudinibus, tunc est signum mortale.

a B. solutiui diuersi fortis.

b B. &

Iudicia uomitus. Cap. 78.

IAm locuti fuimus etiam in libro primo de vomitu. Et necessarium quidem est, vt afferamus hic aliquid de eo, & de alijs[a] [& eius positio magis licita] est in hoc loco: Dico ergo, ꝙ vomitus magis iuuatiuus, est ille, qui ex phlegmate & cholera: in quo, in re euomita vel effusa est vehemens permistio, & non est vehemētis grossitiei. Et quāto plus vomitus est purior, tāto magis est deterior: cholericus enim purus significat vehementiam caloris: & phlegma purum significat vehementiam frigòris.

a B. quod magis conueniens.

Signa sumpta ex uomitu. Cap. 79.

VOmitus diuersificatus à calore vomitus consueto qui est albus, aquosus, & citrinus est malus: & ille, qui est sicut viridis, & qui est sicut color porri, & propriè fœtidus, & qui est sicut color siclæ. Et rubens[a] [cum nigredine,] & obscurus. Et deterior est, qui est sicut flos æris, & niger, & propriè[b] [eum sit spasmus subito.] ipse enim interficit statim, nisi sit illic virtus: fortasse enim remanet et vsque ad duos dies. Et oportet vt consideretur in eo, ne sit tinctura in re comesta. Et quādo euomuntur omnes isti colores, est malum ualde. Et vomitus fœtidus est malus. Et vomitus purus, sicut diximus, est malus.

a B. uehementer.

b B. cui succedit spasmus.

Iudicia urinæ. Cap. 80.

IAm præmissa sunt à nobis uerba vniuersalia de vrina in sen, in qua sunt accidentia, in libro primo: & nos afferamus hic de illo & de alijs, quod magis conueniens est huic loco. Dico ergo, quòd non oportet, quum non videtur in vrina signum digestionis forte, iudicare de morte: fortasse enim liberabitur ęger cum hoc, per euacuationem cadentem ex parte aliqua cum virtute expellente digestum, & indigestum: & fortasse resoluetur humor secundum longitudinē[a] [tolerantię]: aut fiet crisis per exituram, & propriè quādo non fuerit humor vehementis malitiæ: sed est malus secundum plurimum, & significat fortitudinem infirmi: & minor significatio in eo est super longitudinē. Et similiter urina, quæ remanet secundum colorē urinarū sanorum in horis ęgritudinis omnibus. Si autē incipit alterari cum[b] [sublimatione] ęgritudinis, tunc est magis incolume. Et quandoq; est vrina in ęgritudinib. pestilentialibus bona, naturalis in substātia sua, & colore, & sedimine, & ille cuius est, tendit ad mortem. Et scias, quòd multoties mingunt infirmi vrinas malas in substātia sua, & colore, & alijs: & ē illud expulsio critica, & propriè in ęgritudinibus acutis, quarum cā est hepar, & partes vrinę.

a B. temporis.

b B. augmento.

Signa mala sumpta ex paucitate, & multitudine urinæ. Cap. 81.

VRina, quæ mingitur quandoque pauca, quàndoque multa,& quandoque retinetur,& non mingitur, est signum malum in febribus acutis, significans pugnam vehementē ægritudinis, & naturæ,quę vincitur, & vincit: & significat laborem naturæ.& significat etiam grossitudinem materiei: & quòd ipsa difficulter suscipit digestionē. Si autem febres fuerint quietæ,indicat longitudinem propter grossitudinem humoris.

Signa sumpta ex tenuitate urinę. Cap. 82.

VRina tenuis quandoque fit sicut in diabete,& est cum ea assiduatio sitis,& velocitas surgendi ad vrinam, & facilitas egressionis. Et quandoque fit propter cruditatem,& oppilationem prohibentem exitum materiei. Et quandoque fit propter debilitatem virtutis alteratiuæ, & non est cum facilitate exitus, & est minoris malitiæ quàm diabetis. Et quando [a] [mingitur] vrina tenuis in ægritudinibus acutis p aliquot dies,significat permistionem. Quod si accidat permistio, & perseueret tenuitas,significat mortem velocē: propterea quòd materiæ superveniunt in cerebro, & aufertur anima. Et quando conuertitur ad grossitudinem, cum qua non fit alleuiatio; fortasse est propter liquefactionem membrorum. Quando multiplicatur vrina aquosa, apud horam [b] [exacerbationis] febris [c] [totalis,] significat quod apostema eueniet in inferioribus. Et considera in substantia permista colori in capitulis,quæ sunt post istud etiam. Et scias,quòd tenuitas est,sicut ipsa non iungatur nigredini, & rubedini. Si autem fuerit, tunc scias, quòd causa in hoc est res tingens,aut vehementia virtutis qualitatis ægritudinalis imprimentis in aquam.

a B. perseuerat.
b B. augmenti.
c B. uniuersalis.

Signa sumpta ex grossitudine substantiæ & conturbatione eius. Cap. 83.

QVum conuertitur vrina tenuis in grossam in febre continua,& sunt signa bona, significat crisim cum sudore. Si verò non fuerint signa bona,aut fuerit febris vehementis adustionis,significat inflammationē in corde,aut in hepate.Et clarificatio vrinæ grossę ante crisim, est signum non bonum: illud namque significat retentionem materiei, & defectum naturæ in expellendo eam. Vrina grossa, turbulenta,in qua non residet aliquid, & non clarificatur,significat ebullitionem humorum propter vehementiam caliditatis extraneæ, & debilitatē innatę digerentis;quapropter est mala.Cum vrina spissa,& propriè in quarto, multiplicatur crisis febrium ex lassitudine; & propriè si associatur ei fluxus sanguinis narium.

Signa sumpta ex vrina alba. Cap. 84.

VRina alba in ęgritudinibus acutis significat declinationem materiei non ad partem venarum, & instrumenta vrinæ: fortasse enim declinat ad cerebrum,& erit dolor capitis aut phrenesis. Et fortasse declinat ad quædam viscera,& significat apostema.Et si sunt signa ad in columitatem decliuia, significant, quòd egreditur cum vomitu secundum plurimum,& propriè quando non est signum in solutione ventris,cui succedat excoriatio intestinorum.Et quando est vrina alba, tenuis, in febre acuta,deinde accidit ei conturbatio,& grossitudo cum albedine sua; significat spasmum, & mortem.

Signa sumpta ex colore in vrina aigra in febribus acutis. Cap. 85.

SCias,quòd non verificatur iudicium penitus de morte, propter nigredinem coloris vrinæ, in ęgritudinibus acutis;licèt in se ipso sit signum malum. Et quamuis associentur ei iterum signa alia mala; quum vides virtutem in ea fortem, & est potens facere euacuationes diuersas ex omni genere;succedit ei quies:sicut accidit mulieribus,quando cum menstruis purgantur ab humoribus malis: & propter [a] [istæ mulieres sunt saniores,] quoniam ipsæ forsitan propter causam aliquam [b] [consuetæ sunt euacuari ab huiusmodi materia] ex uia menstruorum. Et scias, quòd vrina nigra quanto plus est pauca,tanto est deterior,significans cōsumptionem humiditatis. Et iterum quanto magis est grossior,tanto est deterior in ægritudinibus acutis.Et quando nigra est decliuis ad subtilitatem,& tenuitatem,& est in ea sedimen pendens, & est ei odor acutus in febribus acutis,indicat dolorem capitis, & permistionem: & certior dispositionum eius est, quòd significat fluxum sanguinis narium nigri; quoniam materia est acuta,vincens. Et fortasse erit cū eo sudor propter caliditatem, quū non superfluit neq; minoratur, & expellit versus superfluitatem:& antecedit sudorem eius horripilatio.& quando associatur vrinæ nigræ, in qua est sedimen pendens,res nigra,rotunda aggregata [cū qua inuenitur odor malus,] & tensio in lateribus,& apostema sub hypochondrijs,& sudor,significat mortem.& huiusmodi quidem tensio sub hypochondrijs significat spasmum; & huiusmodi quidem sudor fit ex debilitate. Vrina tenuis,aquosa,ad nigredinem decliuis, significat tenuitate sua longitudinem ægritudinis, & sua nigredine malitiam suam.& dicitur,in vrinis nigris subtilibus,quādo ille,cuius est vrina, desiderat cibarium,moritur.Et vrina tenuis nigra, quando conuertitur ad [d] [subalbedinem, vel flauitatem,]& grossitiem,& non associatur ei vlla quies significat ęgritudinem in hepate, & propriè icteritiam;quoniam hęc conuersio, quę est ad grossitiem à tenuitate,& ad subalbedinem à nigredine,significat diminutionem caliditatis,& casum digestionis. Et illud est de illis,quib.associatur,aut succedit leuitas.Et si nō fuerit [e] [propter illud,significat materiam iam inuiscatam in hepate,& non propter mundificationem,&]iam fecit accidere oppilationem; imò si [f] [est caliditas,tunc iam subito faciet accidere] apostema. Vrina tenuis nigra, quæ mingi-

a B. istud in mulieribus est salubrius.
b B. euacuare huiusmodi materias.
c B. priuata odore.
d B. rufedinem seu ad citrinitatem fuscam. Alia litera à tenuitate ad rufedinem seu ad citrinitatem fuscā à nigredine.
e B. ita significant materiam iā adhærentē in hepate non mūdificatam quę.
f B. fuerit caliditas vel acuitas eius tunc cū ea, iudica quòd iam accidere

mingitur in febribus acutis paulatim, in tempore longo, quando est cum dolore capitis & colli, significat destructionem rationis gradatim: & est in mulieribus magis saluum.

Signa sumpta ex vrina rubea. Cap. 86.

VRina rubea in ęgritudinibus acutis, quando est cum rubedine subtilis, significat cũ signis laudabilibus crisis velocitatem: & cum contrarijs eorum significat velocitatem mortis. Et [a] [ex toto] inflammationem vehementẽ. Et subtilitas cum rubedine significat in ægritudinibus acutis dolorem capitis, & permistionem. Et vrina rubea, grossa, in ægritudinibus acutis quando eius egressus fit paulatim & frequenter, & est cum fœtore, significat timorem: quoniam significat caliditatem vehementem, & inquietudinem, & defectum naturæ. Verũ, quando est abundantis exitus, multi sediminis, significat separationem: & proprie in febribus incensiuis [b] † [ ] Et qui mingit sanguinem purum in acutis, moritur: quoniam significat repletionem sanguineam, vehementem, cum acuitate ebullitionis: & timetur de huiusmodi, præfocatio, quę fit ex repletione ventriculorum cordis, si declinat ad cor: aut apoplexia, si declinat ad cerebrum. Vrina rubea valde si conuertatur in febribus ex lassitudine factis ad grossitiem, deinde appareat sedimen plurimum, non subsidens, & fit illic dolor capitis; significat longitudinem ægritudinis, quoniam materia est inobediens: quamobrem non ingrossatur prius: & postquam ingrossatur, non subsidet velociter; uerùm eius crisis fit per sudorem, quoniam materia est decliuis ad venas. Et huiusmodi quidem vrina assimilatur vrinæ ictericiæ, & differt ab ea in hoc, quòd non tingit pannos. Et ad summum, vrinæ rubeæ substantiæ, & rubei sediminis, significant [c] † [appetitum,] & cruditatem; & significant longitudinem, [d] † [ ], quando rubedo non est uehemens, & [e] [est illa quæ est] decliuis ad turbulentiam.

a B. in summa significant.

b † B. incensiuis pernustis Alia litera permistis.

c †. immaturita tem.

d † B. proprie.

e B. sit

Signa sumpta ex vrina flaua. Cap. 87.

VRina [a] [flaua] in febre acuta, quando conuertitur ad albedinem, aut ad nigredinẽ, est mala: quoniam significat per albedinem eleuationem materiei ad caput, & per nigredinẽ acuitatem qualitatis ægritudinis.

a B. fusca, seu vrina citrina cũ fuscedine.

Signa sumpta ex sedimine. Cap. 88.

SEdimen diuersum in substantia, & colore, quod significat humorũ diuersorum multitudinẽ, est malũ. Et deterius eo est illud, quod est minorum partiũ: significant enim, quòd natura non potest expellere, nisi postquã minorãtur partes. Et [a] [lene] quidem multoties est magis significatiuum bonitatis, quàm album. Et multoties viuit ille, cuius sedimen est decliue ad rubedinẽ, sed est [b] [leue.] Et moritur ille, cuius sedimẽ ad albedinem declinat sed est diuersum, asperũ. Substantię enim bonitas, vehementius est facilis ad suscipiendam expulsionem, quam bonitas coloris. & significat iterum, ꝙ humores non patiuntur ab ægritudine plurimum: sicut sedimen bonum, quando minorãtur eius partes, significat, quòd natura operata est iam in eo valde, & ægritudo non egit in eo. Sedimen spumosum, & spuma plenum, cuius albedo est propter commistionem aeris cũ eo, est malum valde, egrediẽs à natura, & crudum est malum. & sedimen cuius [c] [superiora sunt rotunda, & mouentur, melius est quàm sedimen, cuius superior superficies est congelata,] & magis significatiuum, quòd ægritudo est velocis status, & acuta. & sedimen, quod non antecedit tenuitas, & [d] [paucitas superfluitatis,] imò est inuentũ in principio, significat, quòd humor est plurimus, nõ quòd sit digestus, imò oportet vt [e] [rubeat] sedimen post aduentum digestionis, & postquam fuerit vrina subtilis in primis, & postquam fuerit hypostasis pauca. & dum non est ita, significat, quòd materia grauis, grossa, est multa, & quòd ægritudo interficit. & similiter vehementia tincturæ absque sedimine [f] [pauco. & dum non est ita, non significat bonum, & quandoque significat bonum, & maturitatem.] & quandoque accidit illud propter dolorem, & propter vehementiam caliditatis, & famem: tinctura enim vrinæ ieiuni additur, & minoratur eius sedimen. & sedimen rubeum significat multitudinem sanguinis, & tarditatem digestionis: & associantur eis in febribus incensiuis [g] [iterum] angustia, & tristitia. & si prolongatur vsque ad quadraginta, prolongatur ægritudo: & fortasse non speratur crisis in sexagesimo. Iterum sedimen rubeum pendens, in quo est declinatio ad superiora quũ est in vrina tenui, significat in ægritudinibus acutis permistionem rationis: si autem perseuerat, timetur perditio. Si autem vrinę substantia incipiat peruenire ad grossitudinem, & incipit pendens subsidere & albificatur, significat salutem. Sedimen, quod est secũdum formam frusti carnis, in febribus acutis sine significationibus digestionis, significat, quod est ex rasura membrorum; & non est ex renibus. & quando est illic digestio, aut non est febris, significat illud, quod scis, de dispositione renũ. & illud, quod est simile squãmis piscis, & non est signum digestionis, & febris est acuta, est ex rasura febris, quam facit in neruis, & ossibus, & venis; & in alijs fit ex vesica. & furfureum quidem significauit simile illius: & quòd febris incipit radere ex profundo: & distinguit inter ipsum, & inter illud de vesica, quoniam illud de vesica est cum signis læsionis vesicæ, & [h] † [ ] cum digestione, & grossitudine.

a B. lene.

b B. lene.

c B. pars superior est subtilis & inferior grossa in modum piramidis melius est sedimen cuius latum habet superiorẽ partem depressam & planam

d B. paucitas diminuta

e B. aduentum

f B. non significant bonitatem & digestionem

g — B.

h † B. in est.

Signa sumpta ex dispositionibus aggregatis propter significationes diuersas, coloris, & substantiæ, quarum prima est in vrinis oleagineis. Cap. 89.

[a] [OLeaginea] est illa, cuius color & substantia similãtur colori [b] [olei] & eius substantiæ: & licèt sit mala, tamen quando; aliæ significationes significant salutem, non est cum ea malum. Sedimen verò, quum est oleagineum,

a B. Vrina cum ductuosa vel lis pinguedinis vel vnctuosa liquefacta

b B. pinguedinis liquefactæ vel vnctuositatis liquefactæ

neum, est malum valde. Et omnino oleagineum purum est malum, & est illud, quod facit te videre colorem [c] [olei] cum citrinitate & viriditate. Et quando oleagineum est accidens post vrinam nigram, tunc est significatio bona, secundum quod testificatur de ea Ruffus sapiens. Et deterius oleagineum est illud, quod est in principio ægritudinis. & quando significationes significant malitiam, & mingitur vrina oleaginea in quarto, indicat mortem infirmi in sexto. & vrina quæ alteratur subito ex signis laudabilibus ad signa vituperabilia, significat in egritudinibus acutis mortem: quoniam significat casum virtutis subito, propter prauitatem accidentium. Vrina [d] [oleaginea] quandoque significat permistionem rationis: quoniam facta est ex exsiccatione. Vrina, in qua sunt frustra sanguinis congelati in febre acuta, quãdo cum ea est siccitas linguę, est signum malum: si autem fuerit nigra cum hoc, tunc illud est deterius. & non currit sanguis in vrina in febre acuta, nisi propter vehementiam acuitatis eius, & propterea quòd disrumpit vasa, & vias eius: & eius congelatio est propter vehemẽtiam caliditatis ipsius. Vrina alba tenuis, in qua est spuma, & nubes citrina, significat timorem vehementem propter illud quod ipsa significat de [e] [exacerbatione] & vehemẽtia acuitatis materiei. & nos quidem iam locuti fuimus de vrina tenui, nigra, illud in quo est sufficientia. Vrina tenuis [f] [flaua] in principio febrium acutarum, quãdo conuertitur ad grossitiem, & ad albedinem, deinde remanet fæculenta, turbida, sicut vrina asini, & incipit exire inuoluntariè, et sunt illic vigiliç, et inquietudo, significat spasmum vtriusque lateris, cui succedit mors, quãdo non fuerint signa bona vincentia illa. Vrina enim quę est cum [g] [flauo] colore, non subtiliatur, nisi propter dominium humoris cholerici, caliditi: & non ingrossatur, & inspissatur, nisi propter exacerbationem ęgritudinis, & commotionem in dispositionibus materiei. & dixerunt de vrina pauca, quę est cum colore sanguinis, quòd est mala, pręcipue quando cum infirmo est passio [h] [uenenosa.]

c B. pinguedinis liquefactæ.

d B. similis pinguedini liquefactæ vel vrina vnctuosa.

e B. commotione.

f B. rufa

g B. ruso.

g B. sciatica.

Signa mala sumpta ex parte qualitatis separationis vrinæ. Cap. 90.

Qvando febrem acutam patiens non potest mingere nisi parum, & cum dolore, absque [a] [vulnere,] aut apate in instrumentis vrinæ, & cum frequentia pulsus, & debilitate, est signum malum. Quum retinetur vrina in febre continua, & est vehementia doloris capitis, & multitudo sudoris, significat cuzegi. Vrina, quę guttatim stillatur in febre [b] [continua, & cum vehementia doloris capitis, & multitudine sudoris, significat cuzegi. Et vrina, quę guttatim stillatur in febre] quieta, significat fluxum sanguinis narium. Quòd si febris fuerit acuta, incẽsiua, significat dispositionem malam adueniẽtem cerebro. & si fuerit quieta, significat multitudinem repletionis, & debilitatem naturæ in expellendo. et causa vrinæ egredientis in febribus acutis inuoluntariè, est debilitas virtutis, aut nocumentum in cerebro: & non fit illud,

a B. vlcere.

b —— B.

nisi propter ascensionem materię acutę, calefactę ad cerebrum, quare communicant ei membra lacertosa.

Numeratio signorum malorum in vrina. Cap. 91.

AQuosa [a] [& procedens,] & fœtida, & nigra, & grossa est mala. Et illa, in quo procedit ex inferiori parte eius vsque ad ipsius superiorem sicut fumus, est mortalis, propinqua. Et iterum pinguis, cuius color est color aquę carnis, cum fœtore dominante, est mortalis.

a —— B.

Signa in ægrotis mala generum diuersorum, quorum malitia est propter aggregationem eorum, in febricitantibus, & alijs. Cap. 92.

QVando aggregantur vomitus, & punctura [a] [ ] & permistio rationis; tunc illud est signum mortale. Quando diuersificatur alteratio corporis in tactu, & in colore, & in eo quod euomitur, et in eo quod euacuatur; significant quòd natura est [b] [ambigua] cum humoribus diuersis, et ęgritudinibus diuersis, cui est necessarium resistere eis omnib. et [c] [est proculdubio de illis, quę deficiunt ei.] Quando aggregantur in febre inseparabili frigus eius quod apparet, et adustio interiorum, et vehementia sitis cum hoc, tunc illud est mortale. Quando aggregatur cum [d] [percussione] dentium permistio in ratione, tũc ęger approximat perditioni Quando accidunt infirmo subito fluxus ventris nigri, cum adustione, et mordicatione, et dolore adurente in [e] [ventre] eius, et pulsus cordis, et syncopis, est signum mortis. Quãdo sudant duo cornua frontis sudore frigido, et citrinantur vngues et uirides fiunt, et alterantur, & apostematur lingua, et apparet super ipsam, & super corpus pustula extranea; tunc mors est proxima. Et si fuerit in partibus hypocondriorum percussio, et [f] [saltus] cum febre: deinde cum hoc oculus mouetur motu malo; tunc oportet vt expectetur malitia dispositionis: quoniam hæc dispositio significat ventositatem inflatiuam, & percussionem, quæ fit propter apostema vehemens, & propter vehementiam [g] [constrictionis] venæ magnę. & pulsus vehementis percussionis [h] [continuus,] magnus, ualde associatur [i] [maniæ:] & oportet vt consideretur: fortasse enim percussio, & saltus non sunt submersę ad viscera, imò in eo quod apparet de mirach; & illud non est nociuum, [k] [quando est] cum eo apostema nisi superfluat valde in magnitudine. & si perseuerat hæc dispositio viginti diebus, & non sedantur apostema, & febris, significat quòd aperietur: & tũc fortasse saluabitur infirmus: & illud erit per vrinam exuberantem, aut permutationem materiei ad extremitates, & propriè ad pedes. Illi, q debilitantur ex ęgritudinibus, quando accidunt eis anhelitus frequens, & syncopis, tunc iam appropinquant morti: & non addunt super quatuor horas. Quum homo habet febrem incensiuam, & inuenit alleuiationem, & quietem caliditatis subito, absq; crisi manife-

a † B. ventris.

b B. aggrauata.

c B est ex eis, quæ deficiunt ei proculdubio Alia litera. illud est ex eis, quæ faciunt eã deficere procul dubio.

d B. stridore

e B. alchatin.

f B. iectigatio.

g B pulsus.

h B. successiuus vel frequens.

i B. amentię vel permistioni rationis.

k B. quãuis sit

sta cum euacuatione, aut permutatione, & sine extinctione vltima, & sine permutatione de aere ad aerem in regione vna, aut in duabus regionibus, & quiescit quod est in pulsu de velocitate, & inuenitur sicut tranquillitas; tunc iudica, quòd moritur uelociter. Quum homini inest febris, & pulsat cor eius subito: & inuadit eũ singultus, & stringitur uenter eius sine causa cognita, moritur. Quum, qui ęgritudinem habet acutam, mingit vrinam [l][albam,] subtilẽ, deinde ingrossatur, postea [m][ebullit,] & albescit, & remanet ebulliens [n][ita, &] quasi vrina asini, & mingitur inuoluntarie, & sunt vigiliç, & inquietudo, significat tetanum apparentem in vtrisque lateribus, deinde morietur. Dicitur, quum vrina fuerit [o][similis muri,] postquam fuerit alba ante illud, & super ipsam fuerit sicut spuma, deinde cucurrerit ex naribus sanguis niger, tunc illud est res mala. Et de signis malis, quç quidam medicorum dixerunt, & non tendit ratiocinatio ad ea nisi cum [p][gra uitate,] sunt quòd dicitur, quando apparet in homine super venam, quæ est in collo eius pustula similis grano cucurbitæ cum [q][uariolis] albis, plurimis, & accidit ei desiderium rerum calidarum. [r] † [ ]Et dicitur, quando apparet in homine in tempore sinistro pustula dura, rubea, & accidit habenti eã cum hoc pruritus uehemens in oculis eius, [s] † [ ]moritur in die decimo; [t][& habens hunc dolorem desiderat sisamos.] Et dicitur, quçcunque ęgritudo uehemens accidit subito, deinde sequitur illam uomitus, aut fluxus uentris, est significatio mortis. Dicitur, quòd quando accidunt febrienti, & alij, apostemata, & vlcera leuia, deinde destruitur ratio eius, moritur. Dicitur, quòd quando inest homini mollities in facie, & corpore eius, & non est dolor, & accidit ei in principio illius pruritus in naso suo, moritur in secundo, & tertio. Et dicitur, quòd quãdo inest homini super genu eius simile vuç rotundæ, & illud est nigrum, & in circuitu eius rubeum; moritur citò [u][vsque quo expectentur] quinquaginta dies. Et signum mortis eius est, ꝙ sudat sudore frigido.

l B. subalbidã, vel flauam.
m B. conturbatur.
n B. vel conturbata.
o B. cholerica.
p B difficultate.
q pustulis.
r † B. moritur.
s † B. moritur. in die quarto. Et, dicitur cui apparet bothor sicut lens sub oculis.
t B. & desiderat dulcia.
u B. nisi tardauerit ad.

Signa longitudinis ægritudinis. *Cap.* 93.

SCias, quòd longitudo ęgritudinis fit propter grossitudinẽ in visceribus, aut propter permistionem in regimine, & secundum omnem dispositionẽ debilitatur in ea stomachus, quoniam [a][tangit ipsum tarditas, & digestio ęqualis significat eam, aut] tarditas sediminis pendentis, aut assiduatio sediminis rubei [b] [†]iterum. paruitas eni m apparitionis [c][sediminis] significat longitudinem ęgritudinis. et similiter, quando est cum acuitate ęgritudinis pulsus magnus, & facies eius pinguis, & hypochondria inflata, quæ non [d][detumescunt;] significat paucitatem resolutionis, & longitudinem ęgritudinis. Quum adueniunt signa crisis ante digestionem, & non cadit uirtus, & non apparent signa mortis; tunc ægritudo prolõgatur: & scias, quòd [e][terribilitas crisis, quando non iuuat,] & non nocet, & dispositiones remanent secundũm modum suum; tunc ægritudo est longa. Et multitudo [f][saltus] in ægritudine, significat lõgitudinem eius, & propriè quum [g][vehemens fit] à principio rei: in fine verò eius est rectus. [h] † [ ]Et quando associatur euacuationibus paucis, quæ significant, quòd natura mouit materiam, & deficit in expulsione eius integra, siue sit sudor, aut fluxus sanguinis narium, aut [i][alia signa bona,] aut priuatio signorum malorum, significat longitudinem. Et quando remanet sedimen rubeum vsque ad quadraginta dies, indicat longitudinem febris, ita vt non speretur crisis, & separatio, vsque ad sexaginta. Pollutio in principio ægritudinis significat lõgitudinem. Quum vides signa longitudinis ægritudinis in diebus antecedentibus, tunc nõ est significatio eorum, sicut significatio ipsorum post illud. Et quum videris illud, quod est contrarium illis signis, magis verificari, forsitan apparere in medijs diebus, & in posterioribus eius; tunc considera iudicium indicationis, vt scias ipsa in quo die erit: & ille dies, qua die indicatur: & obserua conditiones prædictas in ea; & considera dispositionem virtutis; & ætatis, & temporis, & complexionis, & dispositionem motuum [k][ęgri] in quantitate, & qualitate sua, & antecessione, & postpositione sua, & horarum suarum, propriè in statibus acutæ, & longitudine eius, & abbreuiatione eius, an sit ad motum decliuis, aut ad quietem; & iudica per quantitatem eius.

a B. ipse extenuatur, & signa tarditatis digestionis significant ipsam, &
b † B. Et
c B. extenuationis.
d B. extenuantur.
e B. accidentia ipsius quando non iuuantur.
Alia litera accidentia difficilia quæ accidunt in crisi, & passiones eius quando non iuuant.
f B. iectigationis.
g B incipit.
h † B. plurimus sudor significat longitudinem.
i B. aliud à sanguinis bonis.
k B. ægritudinis.

Signa, quòd ægritudo consumetur crisi, aut resolutione. *Cap.* 94.

QVum fuerit virtus fortis [a][ualde,] [b] † [ ] & paroxysmi augmentati in qualitate, & quantitate, & ætas, & complexio, & tempus declinant ad motionem, non ad quietem, & digestionis & eius cõtrarij signa festinantia, tunc ægritudo consumetur cum crisi. Et si res fuerint è contrario, et signa tarditatis inuenta, tunc ægritudo prolongatur, & interficit [c][cum resolutione, aut remouetur.] Et si diuersificatur, erunt crises diminutæ, & tardatæ, & cum permutatione. Mors autem, & vita significantur per dispositiones virtutis, & signa [b][alterationis vniuscuiusque] duarum rerum, & sui contrarii.

a——B.
b † B. & ægritudo acuta.
c B. aut remouetur cum resolutione
b B. demonstrantia unamquamque

Judicia recidiuationis. *Cap.* 95.

DEterior recidiuatio est illa, quæ est velocior, & est cum virtute debiliore. Et [a] asso ciantur ei] proculdubio, quum est eius forma hęc [b][signa recidiuationis.] Et vt eueniat recidiuatio errore regiminis saluius est, quàm vt eueniat per se cum rectificatione regiminis. & de errore in hoc est, dare in potu calefacientia, & medicinas, quibus vult aliquis bonitatem appetitus, [c] a [ ]sicut gelaniabin mellinũ, & trochisci rosacei, & similia. & reliquię, quæ remanent post crisim, attrahunt recidiuationẽ citò nisi succurratur. & recidiuatio vehementior est quàm radix, quoniam [d][malitia eius est veniens, & status] est debilis.

a——B.
b B. forma signa mortis. Alia litera. forma associetur ei signa
c † B. & digestionis.
d B ęgritudo est reditus natura seu virtutis

Signa

Signa recidiuationis. *Cap.* 9.

Alia litera ægritudo est rediens & causa lassitudinis, seu laboris & imprimes laborem, seu lassitudinem.
Alia litera, ægritudo est rediens, & est sicut restauratio ossis malæ facta, quæ postea redditur laboriosa.

ET in illo, cuius febris non quiescit per crisim completam & in die suo, timetur recidiuatio. Et si fuerit quies eius sine crisi omnino, nō est excusatio recidiuationis: & propriè quando crisis est cum eis, quæ sunt sicut variolæ, aut icteritia, aut scabies: & ad summum cū ea, quæ fit in cute. Et significatur quandoque, quòd erit recidiuatio ex debilitate virtutis, & appetitu, & nausea, & malitia animæ, & paucitate digestionis, & corruptione cibi in stomacho, tendentis ad acetositatem, & fumositatē, & inflatione hypochondriorum, & partium hepatis & splenis, & corruptione somni, & lōgitudine vigiliarum, & vehementia sitis. & vehementia inflationis faciei propriè est signum [a] [malum,] & propriè in palpebra superiore, & propriè eius apostematio, & ipsius [b] [abbreuiatio,] & similiter cum resolutione inflationis faciei. Et de illis, quæ significant eam, est vt corpus bene recipiat cibum, & non remoueatur per ipsum extenuatio, & propriè quando ista accidentia mala apparent, & vehementiora fiunt in horis paroxysmorum ægritudinis, quæ fuit. Et quandoque significatur recidiuatio ex pulsu, quando remanent in eo spissitudo, & velocitas. Et ex profundatione exiturarum criticarum, & occultatione earum. Et ex vrina, quando in ea remanet tinctura plurimę citrinitatis, aut flauedinis, aut rubedinis, aut [c] [ex illis, in quibus] non pendet sedimen, neque residet, & quando vrina infirmi non similatur vrinæ eius naturali. Et quædam tempora significantiora sunt recidiuationis, quàm quędam alia, sicut autumnus: in ipso plus cadit recidiuatio, quàm in reliquis temporibus. Et genus ægritudinum iterum adiuuat ad significādam recidiuationem sicut febres apostematosæ, quum post se relinquunt caliditatem, & [d] [inflationē] in visceribus & sicut [e] [epilepsia,] scotomia, & dolores renum, & hepatis, & splenis, & hemicranea, & cephalea, & catarrhus, & quæ ab ipso generantur de [f] [asthmate,] & alijs, & ægritudinibus anhelitus.

a B. maximū.
b B. remanētia.
c B. cruda in qua.
d B. Alia litera inflāmationem.
e B. soda.
f B. ophtalmia.

Causæ mortis. *Cap.* 97.

MOrs fit, aut propter causam, qua corrumpitur complexio cordis, aut propter causam, qua resoluitur virtus; quare extinguitur. Et facta propter causam, qua corrumpitur cōplexio cordis, aut est [a] [dolor vehemens, aut qualitas superflua de qualitatibus notis, aut est qualitas extranea venenosa, aut est] retētio materiei anhelitus; [b] †[ ] Et propter hoc oportet, vt ne dimittantur resupini, & ne dimittantur guttura eorum desiccari.

a —B.
b † B. & patientes bis secundum plurimum moriuntur propter priuationē anhelitus.

Species mortis, quæ accidit in horis febrium, & signum qualitatis mortis infirmi. *Cap.* 98.

DE illis est mors, quæ accidit eis [a] [in] principio paroxysmi febris [b] [&] augmento eius, aut [c] [reuolutione] eius. Et plurimum eius est in febribus apostematum intrinsecorum, vbi effunditur ad ipsa superfluitas subito. Et in ægritudinibus malignis, à quibus superatur natura in primis cum mouetur quū fortitudine, præcipuè si fuerit debilis: & ad summū est, sicut præfocans, & sicut extinctio ignis à multis lignis. Et de illis est mors in statu paroxysmorum febris propter superationem naturæ ab ęgritudine. Et tertia est mors facta in declinatione, & est pauca, & rara. Et plurimum eius est in declinatione particulari, non vniuersali: & causa in ea, quòd natura in ipsa est sicut secura, & expāditur caliditas, & partitur, & disparitur retentio, quę necessaria est in horis principij. Et plures eorum moriūtur cum, syncopi subito, & quidam eorum gradatim. Et fortasse declinatio est declinatio, [d] [quæ est sine mollificatione virtutis, & resolutione] caliditatis innatæ: quare æstimatur, quòd sit declinatio [e] [leuis,] & pulsus quidem diuersificatur in vtrisq; declinationibus: ipse enim in vera confortatur, & in falsa mollificatur, & in vera æquatur, & in falsa diuersificatur, & egreditur ab ordine. In declinatione verò totali non moritur aliquis, nisi propter causas laboriosas de foris, quæ superueniunt infirmo, & est debilis; sicut motus, aut eleuatio, aut ira: & quādoque accidūt huiusmodi etiam primæ. Et huiusmodi quidē mortem antecedit sudor paucus, viscosus. Et multoties moritur aliquis in variolis in declinatione. Et multoties quidem antecedit eam sudor inæqualis ad frigus decliue: & fortasse est in capite, & collo tantum, aut in pectore tātum. Et quando cutis [f] [aliqua speciei] est sicca, tensa, tunc non erit mors per sudorem; & cum eius contrario, erit cum sudore. Verùm plurimum mortis in ægritudinibus mortalibus fit ex modo aliquo in hora, in qua fit crisis bona in ęgritudinibus saluis, sicut si est ęgritudo in paribus, erit mors in paribus: & si fuerit in imparibus, erit mors in imparibus. Et scias, quòd causon, & quæ ei sunt similia, attrahūt mortem apud statum paroxysmi: & accidunt cum ea accidentia mala de permistione rationis, & vehementia angustiæ, & profunditate somni, & debilitate tolerātiæ febris: deinde accidunt dolor capitis, & tenebrositas oculorum, & dolor oris stomachi, & inquietudo. Et phlegmatica attrahit mortem in principio paroxysmi: & tunc est frigus longū, & non calefit: & pulsus paruus valde, [g] [vermicularis,] & vehemens fit somni profunditas, & pigritia. Et ad summum vnaquæque attrahit mortem in hora, in qua ipsa fit vehementior super infirmum plus, siue sit incipiens, siue sit in augmento, aut in statu. Et mors quidem in augmento apparente quandoque accidit, in paucis tamen. Et quum tu consideras signa mortis in hora, quam diximus, & non inuenis ea, tunc non timeas, quòd si inueneris ea tunc existima, quòd erit mors. Si autem consequutum fuerit illud aliquod malorum signorum prædictorum, tunc iudica secundum plurimum, si fuerint paroxysmi impares, quòd ipse morietur in septimo, aut pares, quod morietur in sexto, præcipuè si fuerit ægritudo velocis motus.

a B. cum.
b B. aut.
c B. periodo.
d B. periodi pp mollificationē virtutis, & resolutionem.
e B. vera.
f B. dispositione mortis.
g —B.

Significationes mortis absque crisi. Cap. 99.

DE illis est debilitas virtutis, & defectus eius ad resistendum ægritudini. Et de illis est tarditas signorum digestionis omnino. Et de illis est virtus ægritudinis cum tarditate motus ipsius. Et quando aggregantur omnia ista, est magis [a] [perniciosa.]

a B. significatiua.

Dispositiones accidentes conualescentibus. Cap. 100.

QVandoque accidit conualescentibus recidiuatio, [a] † [ ] & accidit eis vehementia virtutis, & debilitas ipsius, [b] [quum in eis est illud] quod diximus in capitulo regiminis eorum. Et accidit eis, ne iuuentur ab eo, quod sumunt de cibo, & ne redeant corpora eorum ad virtutem. Et accidunt eis exituræ, quum non sunt mundificata corpora eorum ab humoribus per euacuationem. Et quandoque accidit eis corruptio quorundam membrorum, propterea quòd expellitur materia illic. Et quandoq; accidunt eis ægritudines contrariæ ægritudinibus, quæ fuerunt in eis, quum superfluent in eis in contrario eius, quod est cum eis: sicut accidit eis grauitas in lingua, & paralysis, & colica frigida, & appoplexia, & epilepsia, & dolor capitis inseparabilis, & hemicranea, & quæ his sunt similes; quando infrigidatio, & humectatio modum pertransierunt. Et quandoq; accidit eis pruritus plurimus, quem remouet aqua tepida. Et accidit eis, vt albificentur eorum capilli, propterea quòd capilli priuantur nutrimento, & propterea, quod [c] [spargitur] humiditas innata, qua stat nigredo, sicut accidit segetibus, quòd quando siccantur, albescũt; postea quando eorum dispositiones bonę fiũt, redit nigredo capillorum, sicut accidit iterum segetibus, quãdo potantur aqua, quoniam tũc redit ipsarum viriditas.

a † B. quũ fuerit cũ eis illud, quod diximus in capitulo recidiuationis.
b B. secundum.
c B. Alia litera resoluitur.

Regimen conualescentis. Cap. 101.

OPortet, vt in conualescente alleuiatio fiat in omni re: & nõ afferatur ei aliquid graue ex cibis, neque aliquid ex motibus, & [a] [ex calefacientibus, & causis comprimentibus, donec ad voces perueniatur vsque & alia:] & gradatim perducatur ad exercitium æquale, facile: ipsum enim iuuatiuum est valde. Et, vt occuperis in eo, quod augmentum efficit in sanguine eius. Et oportet agere, vt quiescat, & lætetur, & gaudeat, & prohibeatur ab euacuationibus, & propriè coitu. Et vinum cum temperamento est ei iuuatiuum, propriè vinum subtile, tenue. Et de conualescentibus conueniẽtior ad hoc, vt interdicatur ei satietas, est conualescens, cuius crisis fuit occulta: quoniam ipse est expositus recidiuationi: & huiusmodi forsitan indiget euacuatione. Et conuenientior ei est fluxus ventris subtilis: præcipuè quũ videris egestionem cholericam, aut decliuem ad colorem humoris [b] † [ ]

a B. balneis, & causis opprimẽtibus, ita, ut etiã voces, & alia ei non afferantur.
b † B. & substantiam eius.

qui est ex humoribus, ex quibus fuit febris: & videris in appetitu defectum. Et quum volueris illud, tunc fac quiescere conualescentem, & conforta virtutem eius, [c] † [ ] deinde euacua. Et fortasse necessarium est tibi, vt euacues, & confortes simul cum cibatione: & præpara ei tunc, verbi gratia, cibos medicinales, solutiuos: aut commisce eis virtutes medicinarum solutiuarum conuenientium, sicut pruna, & siracost, & tereniabin, & similia illis, habentibus choleram. Et quandoque iuuantur per diuretica, & mundificantur per ea venæ eorum: & quandoque faciunt illud ista diuretica cognita, [d] [sicut] facit illud uinum commistum. De phlebotomia autem sciendũ est, quòd parum indiget conualescens extractione sanguinis, & fortasse indiget etiã: & significant illud forma, & signa sanguinis: præcipuè quum inuenis febrem [e] [occultam] in uenis, & vides pustulam in labio. Et fortasse cogit te ad phlebotomandum infirmum malitia sanguinis eius, propter illud, quod remansit in ipso de cinereitate humorum malorum: quare necessarium est ei, vt extrahatur sanguis eius malus, & augmentetur in eo sanguis bonus. Et melius in hoc est, vt facile fiat, & non faciat aliquid subito. Et somnus diurnus fortasse est magis nociuus conualescenti, propterea, quòd mollificat eum, & fortasse confortat eum, propterea, quòd ipsum quiescere facit. Et quando non conuenit, fortasse attrahit febrem, propterea, quòd facit cruditatem, & frãgit de virtute caloris innati. Et obseruatio in omnibus conualescentibus mundificatis, & non mundificatis, est, vt currat esse eorum secundum regimen, quod fuit in ægritudine ex cibarijs, & alijs duobus diebus [f] [in eo, quòd est inter eos,] & ad summũ secundum g [men suram, qua res diei critici pertranseat secundum regimen, quod fuit in sanitate eius, deinde illud, quod sequitur sanitatem] eius: deinde eleuetur ad illud, quod est supra ipsum. Et oportet in mundo, & eo, cuius febris fuit salubris, ne subtilietur regimen eius, quoniam febriet corpus eius, & mala fiet eius dispositio. Et oportet, vt redeat ille, cuius extenuatio, & macilentia in diebus paucis fuit, ad pinguedinem in diebus paucis: quoniam virtus eius est fixa: & fiat cum contrario eius contrarium illius. Et si non appetit conualescens, tunc in ipso est repletio. Et si appetit, & non impinguatur post ipsum, tunc affert sibi vltra virtutem suam, & supra virtutem naturæ suæ: quare nõ potest digerere illud, & diuidere in corpore, aut in corpore suo sunt humores plures, in quibus natura est occupata, aut virtus stomachi eius est prostrata valde, aut virtus totius corporis eius, & caliditas ipsius innata, sunt prostratæ, quare non alteratur cibus alteratione conuenienti, vt [h] [exemplificet, vel restauret] natura ex eo. Et huiusmodi quidem, licèt appetant in principijs rei suę cibum, tamen quãdoque conuertitur in eis dispositio ad hoc, vt non appetant: quoniam nocumẽta, & repletio humorum malorum, fiunt fortiora, & augmẽmentantur. Et ne appetant, deinde appetant propter viuificationem virtutis suæ, melius est

c † B. cum facilitate.
d B. &
e B. quasi [illegible] reliquias. Alia litera [illegible] niũtur in febre sicut reliquiæ.
f B. & qui [illegible] cinantur, & Alia litera, ipsam sequuntur.
g B. quantitatem téporis qua pertranseant [illegible] critici, [illegible] quuntur [illegible] lutis eius, diem euasionis ab ægritudine.
h B. sugat.

quam ut appetant, deinde non appetant. Quũ ergo perseuerat appetitus, & non alteratur corpus ad virtutem i [dominantem,] tunc virtus appetitiua, & instrumentum eius sunt sana: & virtus digestionis, & ipsius instrumentum sunt debilia. Ergo melius est, vt gradatim deducatur conualescens ex k [cauarim] & pullis ad hędum: & non reducantur ad consuetudinem, dum adhuc in venis est strictura. Et fortasse syrupus acetosus faciet eis euenire excoriationem intestinorum propter debilitatem intestinorum ipsorum, & similiter acetosa. Et de regimine conualescentium est permutatio eorum ad aerem cõtrarium ei in quo erant. Et de regimine cõualescentiũ est obseruatio eius, quod oportet caueri de specie ęgritudinis eorum, ut opponatur ei, quod securitatem faciat ab ea: sicut in pleureticis: oportet enim ut timeatur in eis asperitas pectoris. Et non oportet ut conualescens sudet in balneo l [propter raritatem carnis suæ debilis. Quum ergo [multiplicatur sudor eius, tunc in ipso est superfluitas. Et abrasio cum nouacula nocet ei, propter illud cuius narratio præcessit.

i 2. & pinguedinem, seu restaurationem.

k B. theiugi. i. perdicibus.

l B. resoluatur caro eius & quum.

Cibatio conualescentis. Cap. 102.

Oportet, vt sit cibus eius in qualitate boni chymi, facilis digestionis. Et oportet ne toleret famem, neque sitim. Et fortasse est necessarium, vt declinet qualitas ad contrarium complexionis ęgritudinis preteritę, propter a [timorem alicuius rei: & ad] cautelam. Scias quod cibi humidi, fluidi b [velocius nutriunt, & minus sunt audaces: & grossus, & grauis est] ècontratrio siue sit cibus, aut potus. Et oportet ne super se afferat frigida, nisi vocet ad illud residuum caliditatis, imò ut regatur cum eo quod est temperatum, & sit ei caliditas subtilis cum humiditate completa, velociter recipiens digestionem. Et ut sit cibus eius in quantitate cum mensura, qua fiat bona eius digestio & eius superatio; & adde secundum gradationem, quum non vides grauitatem, neque rugitum, neque velocitatem descensionis, neque tarditatem c [retentionis.] Et minue ex eo si d [non videatur ex eo quod uideri debet.] Et quando repletur subito, & tenditur stomachus eius, tunc fortasse febrit. Et similiter non oportet, vt bibat subito; fortasse enim est ex eo timor. Hora autem cibi eius est hora ęqualitatis aeris, in e [vesperis,] æstatis, & hora f [post meridiem] hyemis nisi g [nocens aliquid festinum. Et oportet ut diuidatur super ipsum quã titas, quæ est minus satietate eius. Et aqua uehementis frigoris est ex eis, à quibus oportet alienari conualescentem: quandoque enim interficit: fortasse enim superueniet lędendo quibusdam visceribus: & fortasse faciet spasmum: & nos iam sciuimus, qui mortuus est propter illum. Et scias, quod appetitus conualescentis quãdoque minoratur propter debilitatem, aut propter humores in stomacho: & associatur eis secundum plurimũ h † [ ] syncopis. Et quãdoq; minoratur causa hepatis, & paucitate attractionis eius, & apparet in

a B. remanẽtiã vestigij, aut pp.

b B. sunt velocioris penetrationis & minoris nutrimenti. Et grossi & spissi sunt. Alia litera velocius nutriũt, & sũt minoris nutrimẽti & grossi.

c B. eius multã

d B. videris ex illo aliquid.

e B. hassiar.

f B. meridiei.

g B. exigens.

h † B. securi

colore, & in egestione tenui & alba. Et quãdoq; minoratur causa humorum in corpore toto, & satietatis nauseatiuæ. Et quãdoq; propter debilitatem virtutis corporis, & caliditatis innatæ, aut in stomacho proprie. Rege verò vnumquodq; cũ eo, quod sciuisti de regimine eius, quãto plus facilius est. Et scias, ꝙ secaniabin de cydonijs est bonum medicamen conualescentibus, propriè quãdo eorum appetitus est prostratus propter debilitatem i [in stomachis] eorum, & facit securitatem ab excoriatione intestinorum. De confortantibus verò stomachũ, quæ sunt calidiora eo, sunt sicut trochisci ros. & quæ sunt eis similia K [fortasse enim] sunt causa recidiuationis.

i B. oris stomachi.

k B. quandoq;.

Motus ęgritudinum. Cap. 103.

Iam sciuisti horas ægritudinis, & sciuisti ꝙ motus in periodis quandoq; fit addendo in labore, & significat statum; & quandoq; fit minuendo, & significat declinationem. Et uehementiores fiunt motus ægritudinum, & accidentia earum in nocte, propter uehementiam occupationis naturæ in digerendo materiam tunc ab omni re.

TRACTATVS SECVNDVS,

De diebus crisis, & horis eius.

De principio ægritudinis & prima computatione crisis. Cap. 1.

De hominibus sunt, qui dicunt, ꝙ principium ęgritudinis, ex quo numeratur computatio dierum crisis, est extremitas horæ, in qua se ipsum proijcit, & apparet in eo nocumentum operationis. Et hæc quidem diuersitas non aduenit nisi in febribus, quæ non accidunt subito: in illis autem, quæ subito accidunt, non a [est] principium horę. illud est, sicut accidit quibusdam febricitantibus, b † [ ] ut incipiat febris inceptione apparente, & fit homo ante illud non habens ægritudinem; quare dormit, aut ingreditur balneum, aut laborat, & febrit subito. In febribus autem, quas antecedunt confractio, & dolor capitis, & similia, deinde accidunt, c † [ ] ambæ res diuersificantur. † d [fortius] est, vt consideretur hora inceptionis ipsius febris, & illic est iam aparitio exitus à dispositione naturali in complexione manifesta: inceptio verò doloris capitis, & confractionis, considerationem non habet, & quòd decumbit in lecto, & somnus, non sunt de illis quibus est e [intuendum:] fortasse enim infirmus non decubuit, & iam incæpit febris. Et si pepererit mulier, deinde accidat ei febris, tunc f [si non computetur ex febre, & non nisi ex partu, est illud error, de hoc dixerunt quidam, quòd plurimum] accidit post secundum, & tertium.

a B. occultatur in eis.

b † B. subito.

c † B. tunc.

d B. dignius.

e B. ianitendũ.

f B. fiat computatio ex febre non ex partu ex illo. n. est error & plurimũ q.

De cauſa dierum criſis, & periodorum eius.
Cap. 2.

PLures quidem homines poſuerunt cauſam in menſuratione temporum criſium ægritudinum acutarum ex parte lunæ, & quòd virtus eius eſt virtus incedens in humiditates mũdi, faciens in ea ſpecies alterationis, & adiuuãs ad maturandum, & digerendum, aut ad contrarium, ſecundum præparationem materiei. Et ſignificant hoc per diſpoſitionem[a] [extẽſionis, & contractionis] & augmentationẽ cerebellorum cum augumentatione luminis in luna, & velocitatem maturationis fructuum arborum, & herbarum cum [b] † [ ] apparitione eius. Et dicunt, quòd humiditates [c] [ciuitatum] patiuntur à luna: quare diuerſificantur diſpoſitiones earum ſecundum diuerſitatem diſpoſitionum lunę. Et fit vehemẽtior apparitio diuerſitatis cum vehementia apparitionis diuerſitatis in diſpoſitione lunæ: & fit illud vehementius, quando luna eſt ſecundum oppoſitionem diſpoſitionis, in qua fuit: deinde ſecundum quadrationem: & hoc per diuiſionem reuolutionis ſuæ ad medietatem: deinde ad medietatem medietatis. Dixerunt propterea, quòd reuolutio lunę eſt vigintinouem diebus, & tertia ferè, diminutis diebus coniunctionis ex eis: propterea, quòd lunæ nõ eſt operatio, [d] [ ] quæ ſunt ferè duo dies & medietas & tertia: quare remanent vigintiſex dies. [e] † [ ]

Et erit medietas eius tredecim dies, & quarta diei. Et quarta ipſius ſex dies, & medietas diei, & octaua diei. Et octaua eius tres dies, & quarta diei, & medietas octauæ diei: & eſt minor reuolutio eius. Et fortaſſe extrahunt eam ſecundum modos alios, diuerſificantes has cõputationes parumper, & addunt in ea parumper; verùm in hoc eſt tranſgreſſio, quia dicũt, quod non debent dicere. [f] [Sunt ergo iſta tempora] facientia neceſſario, vt appareãt in eis diuerſitates magnæ, & ſunt dies [g] [periodorum paruorum.] Et quando incipit, [h] † [ ] & materia eſt bona; apparet apud ſtatum eius alteratio manifeſta tendens ad bonitatem. Et quando incipit tempus, [i] †] & diſpoſitiones ſunt corruptæ; eſt alteratio apparens apud complementum temporis [k] [ſecundum] corruptionẽ. Criſis verò ægritudinum, quę in temporibus procedunt, & vltra menſem; numerantur ex ſole. [l] [Et in hac quidem menſuratione & experientia] eſt ambiguitas. Et in eis ſunt [m] [loca tali modo, ꝙ multiplicatur occupatio cum hoc ſuper naturalem, & non impedit ſuper medicum aliquid Et [n] [ſuper] medico quidem non in eſt, niſi ut cognoſcat quod egreditur cum [o] [criſibus] pluribus: & non pertinet ei ut ſciat, quæ ſit cauſa eius, quum declaratio illius cauſę extrahat eum ad artem aliã; imò oportet, vt ſit ſermo de diebus criſis, ſermo quem loquimur ſecundum ſemitam experientiæ, aut ſecundum [p] [uiam poſitionis & axiomatum.] Et ſcias, ꝙ plures eorum nominant reuolutionem illud, ex quo non egreditur [q] [multiplicatio] à genere ſuo: & eſt eius intentio, quod non egreditur cũ ea duplicatio ad diem non criticum: & exemplum horum eſt quartanus, & ſeptenus: Nam eorum [r] [medium] peruenit ſemper ad diem criticum ſecundum [ſ] [experiẽtiam] dierum criſis, quę accidit ęgritudinibus, quibus cõueniũt iſti, quartanus, & ſeptenus. Et reuolutiones quidem bonæ radicales ſunt tres, reuolutione quartanorum, [t] † [ ] & reuolutio ſeptenorum, & eſt cõpleta; ſed reuolutio [u] [decenorum] eſt magis completa, quam omnes: quadrageſimus, enim & ſexageſimus, & octuageſimus, & omnes illi dies ſunt criſis: Verùm duæ primę reuolutiones ſunt diminutæ [x] † [ ] ex hoc, propter fractionem, quã attendere oportet; & per quam ſunt tres ſeptẽ vigintidies, [y] † [ ] & quartanus primus eſt quartus, & quartanus ſecundus eſt in quo reſtauratur fractio. Et propter illud eſt in ſeptimo: quoniã ſunt ſex dies, & res plurima de ſeptimo, & propter illud cadit continuatus, & quartanus tertius cadit in vndecimo. Et illic [z] [peruenit] hora duplicationis ſepteni: quare ſequitur ipſum ſeptenus ſecũdus, & eſt in quartodecimo. Et quando reſtaurauerimus ſeptenum tertium, cadet in die vigeſimo. iam ergo cucurrit res in quartanis ſecundum hoc, quod quartanus primus, & ſecundus ſunt continuati: & ſecundus, & tertius diſgregati: & tertius & quartus continuati. Quum ergo pertranſit quartuſdecimus, tunc iam cadit diuerſitas. Et laudabiles quidem ſicut Hippo. & Gal. inceperunt à continuatis: fuit ergo ordo dierum ita, [a] [ſeptimus, & quartuſdecimus, & vigeſimus eſt continuatus: ex quartodecimo ergo viginti multiplices ſunt ſeptenorum ſecundum intentionem, quare inuenimus ſecũdos] ſeptenos ſegregatos, quos ſequitur tertius [b] † [ ] continuatus complens viginti: deinde ſeparantur ex viginti: & eſt vigeſimus quartus: deinde vigeſimuſſeptimus continuatus: poſtea trigeſimus primus ſeparatus [c] [eſt ſuper quatuor ſeptenos:] & trigeſimuſquartus cõtinuatus: deinde ſeptenus cõtinuatus: quare ſunt quadraginta. Deinde currit multiplicatio ſuper tres ſeptenos, ſecundum quòd ipſi ſunt viginti, [d] [ut ſit continuatio] ſexaginta & octuaginta & centum, & centumuiginti. Et non eſt conſideratio plurima ad illud quod eſt inter eos de diebus. Alij autem ſicut Archigenes dixerunt, quod poſt quartum decimum eſt octauus decimus, & eſt dies criſis, & vigeſimus primus: & vigeſimus octauus: deinde trigeſimus ſecundus: poſtea trigeſimus [octauus] cum continuatione ſepteni. Et quidã numerauerunt quadrageſimũ ſecundum, & quadrageſimum quintũ, & quadrageſimumoctauum dies criſis: & iam tranſgreſſi ſunt in hoc: & conſiderato, qualiter cadat, qud ipſi fecerũt de diſtinctione quartanorum, & ſeptenorum. Nam quartanis [f] † [ ] in diebus criſis in eſt virtus fortis, vſque ad viginti dies: deinde virtus aduenit ſeptenis vſque ad trigintaquatuor: quũ ergo æger in ęgritudine chronica pertranſit viginti, tunc attende ſeptenos. Et apud Archigenẽ quidẽ dies vigeſimuſprimus valde plus eſt criticus: quàm vigeſimus q [g] [eſt

ſeptenus

a B. fluxus aquarũ & refluxus.
b † e Plenilunio eius, ſeu.
c B. corporis.
d † B. in eis &
e † B. & medietas diei.
f B. cũ ergo iſta ſint tempora p̃dicta, ſeu iſtę reuolutiones erũt prædicta tẽpora, ſeu prædictæ reuolutiones. Alia litera. Sũt ergo iſta tẽpora, ſeu iſtæ reuolutiones prædictæ.
g B. reuolutionum paruarum.
h † B. tempus.
i † B. & materia.
K B. tendens ad.
l B. Amplius in iſtis menſurationibus, vel fractionibus partium dierũ, vel calculationibus partium. Alia litera. Amplius in iſtis menſurationib. & experimentis & in eis ſunt loca conſiderationum.
m B. poſitiones ambiguæ.

Alia litera. Loca conſiderationum. Sed occupatio cum huiuſmodi p̃tinet ad naturalem, & nõ confert medico.
n —— B.
o B. experiẽtiis
p B. ſemitã motus lunæ, ſeu aliter ſecundũ ſemitam ſituationis aſtrorum, & inueſtigantium cauſas, vel ſecundum aliam literam, aut ſecũdũ ſemitã ſituationis eius, & egreſſionis, vel motus eius à diuerſis aſpectib.
q B. duplic
r B. duplica
ſ B. conſiderationem.
t † B. Alia litera, & eſt cõpleta.
u B. vigeſimorum.
x † B. ab illis.
y † B. non vigeſimus primus.
z B. reſtauratur
a B. ſeptimuſdecimus eſt ex quartanis continuatis & vigeſimuſprimus ex ſeptenis multiplicatis ſecundũ diuiſioné. Et inuenerunt duos
b † B. ſeptenus
c B. Alia litera ſeparatus à quatuor ſeptenis.
d B. quare eſt ſecundum continuationem.
e B. quintus.
f † B. Alia litera, & ſeptenis.
g B. Archig

septenus non disiunctus apud octauum decimum, vbi currunt septeni. [Hip. verò, & Gal. & qui post eos ambos fuerunt, non inuenerunt rem secundum illud. Et similiter est diuersitas in vigesimoseptimo, & vigesimooctauo. Archigenes enim vidit aliud à sententia amborũ, & fecit meliorem vigesimumoctauum. Et similiter est dispositio trigesimiprimi cum trigesimosecundo; & trigesimiquarti cum trigesimoquinto: & quadragesimi cum quadragesimosecundo. Et scias, quod de ægritudinibus sunt, quarum crisis est in septem mensibus, imo in septem annis, & quatuordecim annis, & viginti vno anno. Et sunt quidã, qui existimãt, quod post quadraginta non fit crisis cũ euacuatione forti, verum res non est ita. Et nõ est etiam necessarium ut alteretur ægritudo h[ ]ad acutam, aut ut in ea sit recidiuatio, aut sit in ea compositio ægritudinum. Et non est prohibitũ in ęgritudine chronica, i[quin] cesset natura digerere ipsam, deinde confortetur super ipsam vice vna, & expellat eam quamuis k[sit pauca.] Verum plurimum est secundum quod dictum est: & fit separatio in ea, aut cum crisi diminuta, aut per exituram tardi motus, aut per resolutionem. Inquit Hip. dierum criticorum alij sunt pares, & alij sunt impares. Et impares quidem fortiores sunt in crisibus secundum plurimum, & in plurimo numero. Et parium quidem exemplum est quartus, & sextus, & octauus, & decimus, & quartusdecimus, & vigesimus, & vigesimusquartus, & alij, quos numerauimus de paribus secundum duas sententias. Et impares quidẽ sunt sicut tertius, & quintus, & septimus, & nonus, & vndecimus, & qntusdecimus, & septimusdecimus, & vigesimusprimus, & vigesimusseptimus & trigesimusprimus. Amplius Gal. negauit qđ dictũ est in hoc [aphorismo] de esse octaui, & decimi: & inuenit illud diuersũ radicibus Hipp. Et fortasse hic sermo Hip. est antequã bene sciret esse dierũ crisis: m[&] habet expositionẽ. Et scias, ꝙ quandoque continuantur dies, & fiunt sicut dies vnus crisi: & illud plus cõtingit post viginti, siue sit euacuatio, siue exitura. Et scias, ꝙ in die bonę crisis, quãdo apparẽt signa mala, tũc illud est deterius, & significat mortem plurimum, sicut si accidat eis aliquid in septimo, & quartodecimo.

Marginal notes: nes testificat nobilitatem quartidecimi esse supra nobilitatem decimi octaui ex parte septenorum. — h B. pp illud. — i B. quòd non. — k B. raro fiat. — l B. capitulo. — m B. aut.

De proportionalitate dierum crisis adinuicem, & debilitate, & comparatione eorum ad ægritudines. Cap. 3.

Dierum criticorum alij sunt fortes in vltimo, in quibus fortasse semper fit crisis: & alij sunt debiles valde, & alij sunt medij. Et ego dicam eos distinctè, & postquam dixero, quòd primus dies crisis est dies quartus: & cũ hoc non multum cadit in eo crisis, & est indicatiuus septimi. Dies autem septimus est dies fortis valde, & indicat ipsũ quartus. Et licet vt septimus ponatur in primo ordine superiore. Et dies vndecimus non est in virtute quartidecimi, verũtamen in ęgritudinibus, in qbus paroxysmi carũ a[incipiunt] in imparibus, vt tertiana, est fortis valde, & fortior quartodecimo. Et dies quartusdecimus est dies fortis valde, & de fortitudine eius est, quòd non inuenitur dies, cui non proportionatur quartusdecimus, qui sit vltimus, in fortitudine in iudicijs crisis, & salute eius, nedum à cõplemento eius. Dies septimusdecimus est fortis, & qui proportionatur ei ex diebus est fortior, & proportionalitas eius ad viginti, est proportionalitas vndecimi ad quartumdecimum. Octauusdecimus est de diebus crisis b[interficiẽtibus: & eorum magis pernitiosus] est dies vigesimusseptimus, & est quasi non sit dies crisis. Et dies quadragesimus est fortior trigesimoquarto, quãuis trigesimusquartus, sit bonę virtutis, & fortior trigesimoprimo. Et scias, quòd ægritudines, quæ paroxysmum faciunt in imparibus, sicut tertiana, & plures nautę, sunt velocioris crisis, & earum crisis fit in imparibus: quapropter expectatur in tertiana vndecimus, & non expectatur quartusdecimus, nisi parum: quãuis secundum plurimum paroxysmus septimi declinet à quartodecimo parũper. Et illæ, quæ faciunt paroxysmum in paribus, sunt tardiores. & crisis earum plus est in paribus.

Marginal notes: a B. veniunt. — b B. est ex dieb. criticis, & min⁹ proportionatur vigesimusprimus. Dies verò vigesimusquartus, & trigesimusprimus sũt ex diebus criticis raro eueniẽtibus, & magis raro eueniens, q̃ ipsi. Alia litera. Et minus proportionatur vigesimusprimus diei vigesimoquarto. Et trigesimusprimus est ex diebus criticis minimis, seu paruis. Et minor eo. Capitulum sequens sic continuatur cum superiore. — a B. Dies autem critici.

a[*Dies critici. Cap. 4.*

Illi] qui sunt in ordine superiore, sunt sicut septimus, & vndecimus, & quartusdecimus, & septimusdecimus, & vigesimus. Et quandoque fiunt reuolutiones in ęgritudinibus conuenientes secundum plurimum numero dierum crisium: quare fiunt septem reuolutiones tertianę, sicut septem dies causonidis. Et quandoque fit dispositio numeri mẽsium, & annorum in chronicis, secundum dispositionẽ numeri dierum in acutis; quare fit quartana septem mensium, verbi gratia, & currũt eius indicationes secundum considerationem indicationum dierum: & cadit inter eas de antecessione, & postpositione secundum considerationem, quæ cadit in diebus, & dicam illud.

De diebus cadentibus in medio. Cap. 5.

Dies isti, quos diximus, sunt dies critici radicales. Verùm quandoque accidit diebus criticis propter aliquam causarum accidentiũ extrinsecus, aut ex ipsa ęgritudine in velocitate motus sui aut tarditate sua aut ex dispositione corporis in virtute, aut debilitate, aut ex accidentibus, quę accidunt, sicut vigiliæ vehemẽtes ex vigilijs extrinsecis, aut a[cadentium] ex causis corporeis aut animalibus, quãdo superfluunt vehemẽter, vt cadat ante eos festinatio, aut tardatio ab eis: licèt non b[eleuetur statione crisis necessariæ] in hora sua; imò minuatur ex ea. Et si non esset causa fortis accidens, verificaretur crisis c†[ ] & non antecederet, neque tardaret. Verùm, quando accidit illud accidens, & est forte d[declinat] hora, & tardatur, aut antecedit: & si fuerit debilis, fit difficilis crisis. Et prohibet eam ne sit completa, & nominantur dies, in quibus cadit hęc e[reflexio,] dies cadentes in medio, & habent iudicia dierum crisis ęx parte. Et isti dies sunt sicut tertius, & quintus, & sextus, & sicut nonus, & sicut tertiusdecimus: tertius enim & quintus con-

Marginal notes: a B. cadentes. — b B. stet ĩ statione necessario. — c † B. apud ipsã — d B. uariatur. — e B. variatio.

continent quartum: & nonus est inter septimum, & vndecimum. Et fortasse erit dies cadens magis conueniens vni duorum dierum, qui sunt in duobus lateribus eius: aut erit dies criticus, qui [f] [est inter illos cadentes,] in latere altero magis pertinens ei: festinatio enim vndecimi ad nonum, plus est quàm tardatio septimi ad nonum: quamuis vnusquisque eorum sit plurimum.

f B. vicinatur illi cadenti.

De uirtute dierum in medio, & debilitate. eorum. Cap. 6.

SCias, quòd nonus est dies fortis prælatus in eis, deinde quintus, postea tertius & nō a [abbreuiatur] à quarto, qui est radix, abbreuiatione manifesta. Et tertiusdecimus quasi propter suam debilitatem non est de illis, in quibus fit crisis. Sextus autem est dies, in quo cadit crisis; veruntamen illa est mala. Quòd si euenerit non mala, erit difficilis, occulta, diminuta, non salua à timore: & ipse b [propter paruitatem casus crisis in eo siue mala sit, siue non mala,] est quasi contrarius septimo; & indicat ipsum quartus in malitia. Et parum quidem completur indicatio quarti cum bono, nisi cum difficultate: quare accidunt in ea signa timorosa, sicut c [somnus profundus,] & syncopis: & propriè si fuerit euacuatio, tunc accidet syncopis d] & accidet in eo casus virtutis, & e horripilatio,] & destructio pulsus: si autem apparuerit in eo sudor, non erit æqualis: Et fortasse minuitur in eo crisis cum euacuatione: quare erit complementum eius cum exitura mala, & ictericia. Et erit vrina mala, mali sediminis, hoc est, quando fuerit salua Et si non fuerit, f [tūc quocunque modo fuerit, erit salus eius per accidens] recidiuationis. Inquit Gal. Septimus est sicut rex iustus, & sextus sicut rex vincens, iniustus: & octauus est proximus sexto.

a B. diminuitur.

b B. in paucitate casus crisis in eo, & casus eius malus, aut non facilis.

c B. apoplexiæ.

d—— B.

e B. Rigor.

f B. qualiter ergo erit: & salus eius erit cū accidente.

De diebus bonis, & malis, qui secundum ordines suos critici sunt, aut cadentes in medio, aut dies indicationis. Cap. 7.

EOrum meliores sunt septimus, & quartusdecimus: Et post eos sunt nonus, & septimusdecimus, & vigesimus: deinde quintus, postea quartus, a [post octauus,] deinde tertiusdecimus. Et scias quòd dies crisis fortioris, & iudicij, & fortiores dies cadentes, & dies indicationis, sunt illi, qui sunt in diebus antecedentibus: & quanto magis procedunt, debilitatur eorum iudicium.

a B. & decimus octauus.

De diebus, qui non sunt critici, neque intentione prima, neque intentione secunda. Cap. 8.

ISti sunt dies primus, & secundus, & decimus, & duodecimus, a † [ ] & nonusdecimus, & quintusdecimus iterum est huius summę. Et est mirabile, ꝙ plures eorum sequuntur diem criticum.

a † B. alia litera & sextusdecimus.

De diebus indicationis Cap. 9.

DIes indicationis sunt dies, in quibus videntur vestigia, quæ sunt significationes alterationis materiæ, aut significationes victoriæ vnius duorum a [alternatorum,] ægritudinis, & virtutis; aut inceptionis pugnæ leuis, quæ currit inter naturam, & ægritudinem, non propter separationem, sed propter furiositatem. Primæ quidem sunt sicut significationes digestionis, & contrarij digestionis. Significationes verò digestionis sunt, sicut nubes rubea, aut ad albedinem tendens: significationes indigestionis iterum notæ sunt. Secundæ verò sunt sicut apparitio virtutis appetitus, aut casus eius in eo: & leuitas motus, aut grauitas eius. Tertiæ autem sunt sicut dolor capitis, & angustia, & strictura anhelitus, & tremor, & sudor non communis, & euacuatio non completa. Quum ergo apparent ista vestigia in istis diebus, erit crisis in diebus notis sequentibus eos: & erit quartus indicans, ꝙ erit in septimo: si fuerit signum bonum: aut sexto, si fuerit signum malum. Et propriè in causonide, & b [fixa, quòd fiat in septimo, & minus, quòd in sexto:] verùm in tertiana multiplicatur, quòd fit in sexto, & c [septimo, aut] in vndecimo, aut secundū plurimum in quartodecimo, c † [ ] aut vigesimo, aut vigesimoprimo. Et septimusdecimus iterum indicat in vigesimo, aut e [ ] vigesimoprimo. Et octauusdecimus indicat f † [ ] in vigesimoprimo. Et vigesimus in quadragesimo. Et de diebus cadentibus in medio, tertius in quinto: & si fuerit malum, tunc in sexto: & quintus in nono, & si fuerit malum, tunc in octauo. Et scias, ꝙ significationes indicationum quandoque g [declinant] à diebus suis propter causam prædictam in declinationibus crisis à diebus suis, quos merentur ad illos, qui sunt ante eos, aut post eos. Et scias, quòd h [sequitur diem secundum de diebus] indicationis aliquid de genere eius, quod fuit in die indicationis tum ægritudo est velocis motus. Et considera signa festinantia & tardantia, & iudica in diebus indicationis, qui indicant ea, si festinant, aut tardantur ex hoc.

a B. alterantium.

b B Paroxysmi quòd fiat secundum minus in septimo.

c B. Septimus indicat ꝙ fit.

d † B. & vndecimus & quartusdecimus & quartusdecimus quidem in septimo, aut in vigesimoprimo.

e † B quòd.

f †, B. quòd.

g B. variantur.

h B. quando cecidit in die secundo post illum.

Cognitio dierum crisis, quum dubitatur. Cap. 10.

COgnitio dierū crisis est necessaria ad intētiones plures. Oportet enim, quum crisis est ꝓpinqua, vt regatur æger regimine quodam: & quum est longinqua, vt regatur regimine alio. Et oportet in die crisis, & qui ei proximus est, vt regatur æger regimine proprio. Non ergo moueatur omnino cum medicina: fortasse enim adiuuabit natura ad euacuationem; quare superfluet vehementer, & fortasse faciet ei contrarietatem in parte sua; quare pariet a [laborem] non crisim, & non fiet euacuatio, & in hoc est illud qđ est in eo. Et oportet in cognitione dierum crisis, vt obserues iterum res b [naturales] alterantes dies crisis notos. Et c [nos inuenimus cognitionem diuidi] in duos modos, quorum vnus est in crisi ægritudi-

a B. contrarietatem morbo.

b ——

c B. via, cognitionis diuiditur.

tudinis absolute: & alter est in [d] [ipso] die crisis [e] [ex parte] tēporis, in quo est crisis. Fortasse enim prolongātur dispositiones crisis duobus diebus, vel tribus, quare dubitatur ad quē eorum proportionetur. Modus verò primus significatur ex duobus modis, ex signis abbreuiationis ægritudinis, & longitudinis eius: & ex naturis ægritudinum, & uirtutibus earū. Significatio uerò ex signis longitudinis, & abbreuiationis [f] [est, quoniam fortasse erit] secundum consumptionem ęgritudinis: sicut si sit ægritudo non de illis, quas possibile est consumi in quarto, & qui ipsum sequuntur, & possibile est consumi in septimo, & qui sequitur ipsum. Nam si apparent signa digestionis apparitione bona in eis qui sequuntur quartum, speratur quòd crisis erit in septimo. Et si apparent signa longitudinis ægritudinis prędicta in capitulo suo, scias quòd crisis eius tardabitur, & erit [g] [successio] eius absque crisi. Et si nullum eorum apparet, speratur quod consumetur ægritudo inter septimum, & quartumdecimum. Significatio verò ex naturis ægritudinum est, sicut sciuisti, eo quòd mouetur de ęgritudinibus in die impari, & cum caliditate acuta: & par est de eis, quæ diuersificantur ei. Modus uerò secundus significatur ex modis propter considerationem reuolutionum, & ex numero horarum crisis, & tempore crisis, & verificationibus dierum, & verificationibus dierum, & virtutibus eorum. Significatio ex consideratione reuolutionum est, sicut, verbi gratia, tu scis, quòd dies par est melior cuidam ęgritudini, & impar est melior alieni ęgritudini, verum ex tempore crisis est, vt consideres, & cognoscas, in quo duorū dierum sit [h] [labor] lōgior, & ponatur ei crisis: nisi [i] [sequatur,] quod sit fortioris iudicij quàm iudicium huius significationis. Et de hoc secūdo capitulo est illud, quod facit esse necessariū, ut ponatur [k] [in eo crisis dies in medio ex diebus tribus] cū conditione prædicta. Significatio autē ex virtute dierū, & naturis ipsorum est, sicut si sit sudor incipiens in nocte septimi, & non sudare in octauo tota die; tunc crisis erit in septimo, non in octauo; quamuis febris eradicetur in octauo. Et si fuerit secundum diuersitatem huius, & incipit sudor in decimotertio, & non cessat infirmus sudare vsque ad decimū quartum, & eradicetur febris in decimoquarto; tunc non proportionabitur crisis nisi ad decimumquartum: & illud est, quoniam octauus, & decimustertius non sunt in virtute duorum dierum aliorum [l] [ex] bonitate. Et mors cum sexto conuenientior est quàm sit cum septimo, & cum decimo magis conueniēs quàm sit cum nono. Significatio autem ex aggregatione iudiciorum est, sicut illud cuius narratio præterijt, verbi gratia, in decimoquarto, in eo, quod diximus, aggregantur sudor, & eradicatio simul. Significatio verò ex diebus indicatiuis est, vt consideres, an inuenias in exemplis prædictis indicationem ex quarto; tunc indica, quòd crisis erit in septimo: aut inuenias [m] † [ ] in vndecimo; tunc indica, quòd crisis erit in decimoquarto.

d B. manifesto.
e a. qui est ex summa.
f B. non est nisi.
g B. cōsumptio.
h a. pugna.
i a. prohibeat.
k B. crisis I die medio trium.
l B. in.
m † B. in septimo aut.

De declaratione proportionis dierum crisis ad plures ægritudines. *Cap. II.*

IAm sciuisti, quòd oportet ut crisis ægritudinum valde acutarum sit ad septimū: & oportet, vt illarum crises, quæ sequuntur eas in acuitate, sit ad quartumdecimum, & ad vigesimum: & quæ has sequuntur, ad quadragesimum: deinde post illud faciunt crisim ægritudines chronicæ absolute. Quum incensiua uehemens fit in [a] [imparibus, illud est tunc signum malum: & multoties interficit in sexto, & indicat in quarto: & fit in ipso sudor frigidus, & his similia: Et quę est ex sirsen, erit crisis eius secundum plurimum ad vndecimum cum acuitate sua: quoniam inceptio magnificationis eius fit secundum plurimum post tertium, & quartum: deinde facit crisim in septimo: scias ergo illud.

a a. paribus.

INCIPIT FEN TERTIA,

De apostematibus, & pustulis.

TRACTATVS PRIMVS,

De illis quæ ex eis sunt calida, & corrupta.

Sermo vniuersalis de apostematibus. *Cap. I.*

IAm locuti fuimus in libro primo de apostematibus, & speciebus eorum, & curis ipsorum sermone vniuersali, & ad quem redire oportet illum, qui vult audire, quod nunc loquemur. in hoc autem loco loquemur de eis sermonem particularem. Dico, quod omne apostema, & pustula, aut est calidum, aut est à sanguine, & quod currit cursu eius: aut à cholera, & quod currit cursu ipsius. Et quod est à sanguine, aut à sanguine laudabili, aut à sanguine malo. Et sanguis laudabilis, aut est grossus, aut subtilis. Et factum quidem à sanguine laudabili grosso, est phlegmon, qui accipit carnem & cutem simul, & est cum pulsatione. Et à subtili, phlegmon, qui accipit cutem solam, & est spina, & non est cum pulsatione. At verò à sanguine grosso malo fiunt species exiturarum malarum. Nam si eius malitia uehemens fiat, & ipsius adustio, proueniet erysipela: & eueniet combustio, & crusta: & deterior ea est ignis persicus. Et à subtili malo, accidit phlegmon, qui declinat ad erysipelam cū malitia, & fraudulentia. Si autem fuerit subtilior, erit erysipela phlegmonides, & quando fuerit eius malitia maior, erit erysipela habens inflationes, & uesicas, & combustionem, & crustam. Cholericum autem, aut est à cholera subtili valde, quæ non continetur in eo, quod sit magis intus, quam illud, quod apparet de cute, & est acuta; & fit ex ea formica, aut ambulatiua sola, & est subtilior, aut ambulatiua corrosiua, & est mala. Aut ex cholera grossiore illa, & minoris caliditatis, & continetur magis intus quàm prima in cute: & [a] [est quasi sit] in ea phlegmatica, & fit ex ea formica miliaris: & est minoris imflammationis, &

a B. fuerit permistum.

tardioris

tardioris resolutionis. Et si fuerit materia grossior, & deterior; accidet formica corrosiua. Et si pertransierit in grossitie sua vsque ad substātiam sanguinis, & fuerit mala, accidet erysipela mala. Et in omnibus illis, materia est[b] † [ ] subtilis, quamuis diuersificetur post illud, & fit propter subtilitatem suam, quòd expellit eam natura, & non retinetur in aliquo, nisi in cute, & quod approximat ei. Et quando multiplicatur materia apostematis calidi, & magnificatur apostema; tunc est de summa apostematum[c] [acaumatum] mortificantium. Et de summa prædictorum est, quę dicitur barachiē. Et istæ species malæ, & quæ eis similantur, multiplicantur in anno pestilentiæ. Et de apostematibus calidis illa sunt mala, quæ non[d] [excitantur] ad declinationem quam[e] [sequuntur] leuitas, & detumitio: neque ad aggregationē materiei, imò ad corruptionem membri. Et non semper fit à magnitudine apostematis, & multitudine materiei, imò fit quandoque à malignitate materiei. Et scias, quòd apostemata parum fiunt singularia pura, sed plura eorū sunt composita. Et scias, quòd omne apostema in exterioribus, cum quo non est pulsatio, non facit saniem: de intrinsecis uerò iam locuti fuimus.

[f] † [ ]

b † B. mala.

c B. althoin.

d B. peruenīūt.

e B. sequitur.

f † B. Alia litera, & oportet, vt detur in potu patienti apostema intrinsecum aqua solatri cum medulla cassiæ fistulæ.

ANNOTATIONES.

Apostematis nomine, quod etiam lib. 1. annotauimus, Græci abscessum intelligunt. hic tamen pro tumore ea vox sumitur, quæ recepta iam omnibus significatio est. Quid tumor sit, fusius est in eodem 1. lib. explicatum. nunc singulas eius species perquirit, & singulas deinceps curationes generatim in sequentibus tradet. Porrò nunc suboscure agit, vt multi discrepare eum à Galeno miris modis putent. Ab illo tamen minimum variare deprehendet, qui diligentius rem perpenderit. Hæc ferè Auicennæ sententia est. Tumorum alij calidi, alij non calidi. De calidis hic verba facit. in sequentibus verò etiam de non calidis. Calidos esse ait ex sāguine vel sāguinis sobole; et ex bile uel biliosa fluxione. Ex sanguine tumores fiunt, aut probo, aut malo. Si ex probo, vel crasso idest mediocri (neque enim crassissimum intelligit; sed crassum vocat alterius collatione, quem huic ut contrarium membrum opponit) estq; phlegmone cum pulsatione, carnem simul & cutim occupans: vel ex tenui, & erit phlegmone cùm punctione (punctionē verò spinæ nomine significat) quæ solā cutē apprehēdit. Rursum uerò si ex nō laudabili sanguine tumor fiat, aut ex eo crasso, aut ex tenui. si ex crasso, vel ex malo adustoq; & esse ait erysipelas cum vesica & crusta; vel ex deteriori etiam sanguine: & fit ignis persicus. si verò ex tenui & malo; vel ex mediocriter fit tenui, estq; phlegmone ad erysipelas vergens, cum malitia & fraudulentia, hoc est, vt nos intelligimus, quum videatur phlegmone, fallit tamen medicum, & mala est inflammatio. vel ex tenuiori & malo sanguine, & est erysipelas habens inflationes & vesicas & combustionem & crustam. Hos tumores fieri ait ex sanguine. Gignantur uerò etiam ex bile. ij autem vel ex tenui, & formicam vocat, quæ solam cutem occupat: esseq; hanc ait, uel ambulatiuam solum vel etiam corrodentem: hoc est, vel solum cutem depascere, vel etiam vlcerare. aut ex minus tenui quam prior, & hic profundam carnem magis arripit, uideturque commistam habere pituitam, & minoris esse inflammationis, & tardioris resolutionis: vocaturq; hæc formica miliaris. aut ex crassa & deteriori bile fit tumor, & formicam esse corrodentem ait. aut ex crassiori adhuc bile, & ad substantiam sanguinis accidente, & gigni dicit erysipelas malum. Hæc Auicēnas quum asserat, parte ex alia Gal. 2. ad Glauc. in hunc fere modum eandem rem docet. Si tumor ex sanguine fiat, aut ex eo optimo & mediocrem crassitudinem obtinente, diciturque is nomine generis inflammatio: nempe tumores ex sanguine omnes, inflammationes dici solent. vel ex calido & crasso sufficienter, cui etiam ulcus coniungitur & crusta, ac quod circumiacet, in inflammationē efferuescentem, grauiterque dolentem eleuatur; & carbo dicitur. vel ex feruente, crasso, & fæculento tumor gignitur, qui & sanies admistas habens, pustulas quasdam per summa cutis excitat, ijs similes, quę ex igne: quibus disruptis crustosum sub ipsis ulcus inuenitur; & carbo itidem vocatur. At verò ex bile in aliquo membro consistente fit herpes. atque hic, si bilis crassa est, & totam cutem ad carnem vsque suppositam occupat vlceratq; & Hippocrati exedens dicitur. sin tenuis quidem est, & in superficie tantum ueluti deurit, absolutè herpes uocatur. sin autem minus calida, minusque acris bilis fuerit quàm prior, miliaris herpes nuncupatur. hunc in lib. de tumorib. præter naturam gigni ex bile & pituita, idem suspicatur. At verò quia commiscentur hi tumores plerunque, si ex bile & sanguine tumor fiat, vel etiam ex sanguine tenuissimo feruescente; tunc erysipelas, ait Gal. gignitur: idque si solam cutem occupet, nihil inferiorem carnem molestans, exquisitum erysipelas dicitur: si uerò inferiorem etiam partem occupet; tunc, non exquisitum, sed erysipelas inflammationi mistum uocatur. in hoc autem uel præualent erysipelatis accidentia, & est erysipelas phlegmonodes: vel inflammationis, & est phlegmone erysipelatodes, vel neutrum præualet est inflammatio dicetur erysipelati mista. Hæc Gal. 2. ad Glauc. quæ quidem, quum ita se habeant, constat certè (ut à sanguine incipiamus) de tumoribus, qui ex probo sanguine fiunt, non multum à Gal. authorem nostrum discrepare. solùm, quum Gal. vnum duntaxat ex mediocriter crasso sanguine, phlegmonem .s. gigni asserat, hic alterum ex tenui sanguine adijcit; non aliud tamen quā exquisitum erysipelas intelligens, quod Gal. inter eos tumores ponit, qui ex sanguine & bile, seu ex feruescente & tenuissimo sanguine procreantur. Placuit uerò Galeno id inter bilis tumores referre, quòd sanguis ex quo ipsum fit, ad bilis naturam maximè uergit. Auic. uerò inter sanguineos collocàt, quod uerè ex ipso fit sanguine, licèt tenuissimo. De tumoribus uerò ex malo & crasso sanguine, si rectè aduerteris, per erysipelas cum crusta & vesica, & per ignem persicum, non aliud quàm duo carbonum genera intelligere uidetur, de quibus Gal. De prauo autem & tenui sanguine discrepare certè uidentur, quum hic tres species tumoris gigni ex eo arbitretur, phlegmonem ad erysipelas inclinantem; erysipelas phlegmonodes; & erysipelas, cui bullæ, ustiò, & crusta con ungitur, de quibus non uidetur Gal. meminisse. Sed & Gal. priores duas species phlegmonem erysipelaceam, & erisipelas inflammatorium, inter eos tumores posuit, qui ex sanguine & bile calidioribus, uel ex sanguine tenuissimo feruescente fiunt. de tertio uerò eo erysipelate, non is quidem uidetur dixisse quidpiam; putamus tamen erysipelatis inflammatorij speciem esse ex paulo acriori & feruidiori materia genitam. De ijs autē, quæ ex bile, per formicam nihil aliud hic quàm herpetes intelligit. uerù quum formicam dicit aliam esse ambulatoriam, aliam corrosiuam; id membrum quod exquisitum herpes Gal. uocate in duo, pro bilis uiolentia, secat; quæ non cutem depascat, sed etiam acriori potestate prædita ipsam ulceret.

Cap. 1.

Cap. 9.

Cap. 1.

ceret.

ceret, profundiorem tamen substantiam intactam relinquens. per formicam verò miliarem, herpetem miliarem; per corrosiuam, exedentem intelligit. Addit tantum his tumorem eum, qui ex craßiori bile ad sanguinis substantiam accedente oritur; à quo fieri ait erysipelas malum: per hoc fortaße erysipelas vlceratum intelligens, de quo Galenus 14. meth. nempè quum superiora erysipelata non vlcerent, hoc quod vlcerat, eorum collatione malum dici potest. Non ergo tantum à Galeno, hic author discrepat, quantum dißentire multi putant.

Cap. 2.

De phlegmone. Cap. 2.

IAm sciuisti phlegmonem, & signa eius ex caliditate, & inflammatione, & additione quantitatis, & tensione, & impulsione, & pulsatione. si est [a] [submersa, vel quia est propinqua] arterijs, & membrum in quo est tale, est cui adueniunt nerui; quibus sentit [b] [non plus quàm sensibilitas, sicut sciuisti dispositionem eius.] Et quanto plus fuerint arteriæ maiores, & magis grandes erit pulsatio eius, & ipsius dolor vehementior, & eius resolutio, aut ipsius collectio uelocior. Et quum phlegmon est in membro sensibili, sequitur ipsam dolor vehemens, qualitercunque sit, & comitatur ipsam, vt appareant venæ illius membri paruæ, quæ erant occultæ. Et scias, quòd nomē phlegmonis in lingua græcorum est absolutum super omne, quod est inflammatum: deinde dicitur de omni apostemate calido: postea dicitur de eo, quod est ex apostemate calido cum proprietate prædicta, & non caret inflammatione propter coarctationem sanguinis, & oppilationem meatuum [c] † [ ]. Et parum, quod contingit ut phlegmonē sit simplex: sed secūdum plurimum ei associatur erysipela aut durities, aut [d] [furiositas.] Et habet causas, de quibus sunt antecedentes corporeæ, ex repletione, aut malitia humorum [e] [cum debilitate] membri recipientis, licèt non sit repletio, neque malitia humorum. Et de eis sunt primitiuæ, sicut contusio, aut incisio, aut fractura, aut dislocatio, aut vlcera, quæ multiplicantur in membro, quare declinat ad ipsum materia propter dolorem, & debilitatem: & fortasse declinant ad ipsum materiæ, & retinentur in vijs, quæ sunt debiliores; sicut accidunt cum vlceribus, & scabie [f] † [ ] apostemata in locis [g] [vacuis.] Et augmentum quidem eius declaratur additione magnitudinis, & tensionis. Et status ipsius, per [h] [finem] eius: & illic aggregatur [i] [materia,] si debet aggregari. Et declinatio incipit tendere ad lenitatem, & debilitatem. Et malus est, qui non tendit ad declinationem, neque aggregat saniem: & huiusmodi quidem perducit ad mortem membri, & putrefacit ipsum. Et multoties quidem fit illud propter magnitudinem apostematis, & multitudinem materiei ipsius. Et multoties fit illud causa malignitatis materiei, si apostema fuerit paruum. Et tu quidem scis illud, quòd [k] [rarificatur, quoniam pulsatio incipit in tensione, & inflammatio incipit in sedationem.]

a B. submersus & fuerit ꝓpinquus.
b B. & non fuerit sicut plurima ex viscerib. sicut sciuisti dispositiones ipsorum.
c † B. quibus fit euētatio, & trāspiratio.
d B. inflatio vētosa, seu tumor ventosus, vel vaporosus.
e B. Alia litera, aut debilitas.
f † B. dolorosa.
g B. emūctorij.
h B. statum.
i B. sanies.
k B. resoluitur ex pulsatione, q̄ incipit sedari & minorari, & ex

Et scis illud, quod aggregatur per additionem pulsationis, & caliditatis, & fixionem vtriusque. Et scis illud, quod putrefit [l] [ ] propter digestionis difficultatem, & tenebrositatem, & vehementiam tensionis. Et scias, quòd dum non [m] [submergit naturam materia,] non peruenit ex ea apostema, [n] [& respirat per ignem eius, quod apparet exterius.] Et scias, quòd quando vicinantur [o] [pustulæ demenuliati indicant demenul] malignum. Et oportet, vt tunc in potu tribuatur habenti apostemata interiora aqua endiuiæ, & aqua solatri cum medulla casiæ fistulę.

inflammatione, quæ īcipit quiescere.
l † B. seu corrūpitur.
m B. vincit natura materiam. Alia litera alterat natura materiam.
n——B
o B. Bothor ad dumel. Alia litera, pustulę aldulmemeliæ indicans apostema.
† furunculi.

ANNOTATIONES.

Prima Phlegmones, seu inflammationis differentia, ait Galenus. 2. ad Glauc. est secundum quam, hanc quidem humidam: illam verò siccam eße contingit. sicca nuda est absque humore calida intemperies; humida verò, intemperies cum materia. hæc verò rursum, quæ cum materia est, absolutè quidem calidum quemuis tumorem significat à sanguine, bile, aut quocunque alio calido humore manantem. contracto autem generis nomine tumorem ex sanguine significat, de quo hoc in loco agitur. Hanc ergo, vt Galenus, in libro de tumoribus preternat. solent Græci de partibus dicere, quæ in maiori tumore sunt, carnosis, intentis, renitentibus, pulsanti dolore dolentibus, & rubentibus. Cæterum, vt ibidem Galenus, quicquid in tumorem attollitur, altera ex duabus hisce causis attollitur, vel quòd eiusdem rei substantia à calore funditur: fusa verò in spiritus vertitur, & in maiorem molem excrescit. vel, quòd foris aliquam nouam substantiam assumit. substantia verò hæc in carnosis partibus, (de his enim hic agimus) vel caro est, vel humores. videndum ergo à qua nam causa inflammatio, quam contracto generis nomine, ita vocari diximus, oriatur. Certè, si ex fusione excrescerent carnosæ partes, conuersa videlicet à calore in spiritus eorum substantia; tum spiritibus plenas eße quamdiu tumor adest; tum superueniente frigore, in naturalem statum redire oporteret. At nihil horum in his deprehendere est: quum si eas seces, non spiritus, sed sanguis multus effusus appareat. quum etiam refrigeratæ, non tamen detumescant. non ergo ex priori causa phlegmone gignitur. Quòd si ex noua aliqua substantia foris aßumpta in tumorem attolli dixeris; erit hęc vel caro, vel sanguis. non caro, quum huic, neque color inflammationum adsit, neque calor immodicus, neque dolor, & alia id genus, quæ inflammationem sequuntur, sed sola multitudo; essetque ea partis incrementum, non cum alteratione tumor. Esse ergo ex influente sanguine inflammationem oportet, ex eo, scilicet ab ipsis vasis per eorum tunicas resudante, & in omni carnis particula roris instar permisto. Hac, pulchra sanè methodo, Galenus, libro de tumoribus pręternat. inflammationis causam inquirit. damnat verò pluribus eorum sententiam, qui ex spiritibus inflammationes oriri existimant, sed ea non est, vt hoc in loco fusius describamus. His ita constitutis, inflammatio tumor est carniformis particulæ, cui succedit cutis tensio, tangenti renixus, dolor, profunda pulsatio, rubor, & calor, vt ait Galenus 14. method. & 4. in 6. vulgar. morb. quem hic author noster æmulatur. Quum diximus carniformis particulę tumorem esse, ossa reiecimus, quæ, quia inflammatorium quiddam pati Galenus scripsit 1. de comp. med. per loca, veram inflammationem pati, quidam opinantur, quum tamen ea, neque san-

Cap. 1.
Cap. 2.
Cap. 2.
Cap. 2.
Com. 1.

sanguis fluxum in se admittant, neque sentiant (nisi ambientis membranæ sensum ossium esse dixeris (neque tendi uerè possit. Cutis inflammatione tenditur ob sanguinis in subiectam carnem confluxum. renititur eadem tangenti ob spiritus sanguini permistos, & doloris ratione irruentes, tympani in modum. dolor, calidam intemperiem, & tensionem sequitur. profunda verò pulsatio, ob arteriarum, quæ passim admistæ sunt carni, compressionem; de qua re Galenus, secundo de loc. aff. & libro de tumoribus preter nat. rubor humoris naturam: calor verò, tum materiæ calidę affluxum, tum prohibitam perspirationem sequitur. Habes ergo inflammationis naturam, de qua hic verba fiunt, breuissimè explicatam.

Cap. 3. Cap. 8.

Cura phlegmonis. Cap. 3.

QVum accidit phlegmon à causa primitiua, non deest quin aut causa primitiua, & eius uestigium inueniat mundificationem corporis, aut repletionem. Quod si obuiet mundificationi, non est necessarium nisi curatio apostematis inquantum est apostema, a † [ ] & extractio materiei extraneæ, quæ fecit accidere apostema: & illud fit per mollificatiua, & resolutiua leuia: sicut emplastrum de farina tritici cocta cum aqua & oleo: Et quandoque excusat scarificatio laborem: & b † [ ] proprie quando apostema est multæ materiei. Quum autem inueneris corporis repletionem, tunc oportet, ut non tangas apostema cum mollificatiuis, quoniam attrahetur ad ipsum supra quod resoluatur ab eo: imò oportet ut euacuetur materia per phlebotomiam: & fortasse indiget solutione uentris: & quum feceris illud, administra mollificatiua. Et eius quidem curatio est proxima curationi eius, cuius causa c [primitiua inuenit mundificationem] corporis: & differt ab ea in hoc, quòd non indiget d [curatione cum] repercussione plurima in principio sicut indiget illa, imò minus illa. Quum autem causa est antecedens, non primitiua; tunc oportet ut incipias cum euacuatione. & comple ei quod meretur ex phlebotomia, & ex solutione uentris, si indiget ea. Et necessitas quidem eius est, aut quoniã corpus est immundum, aut quoniam ęgritudo est magna; quare necessaria est euacuatio, & minoratio materiei, & attractio ad contrarium. Et licèt corpus non sit multarum superfluitatum, tamen in membro quandoque aduenit, quod ipsum debilitat: quare attrahuntur ad ipsum materiæ. Et oportet ut obserues conditiones prædictas in hoc, ex ætate & tempore, & regione, & alijs. Et incipe cum repercussiuis, nisi in locis, quæ conditionauimus in libr. primo. Deinde oppone augumento cum intromissione mollificatiuorum, & humectantium cum e [refrenatiuis.] & quã tum procędit in augmento, procedas in additione mollificatiuorum paulatim: & apud finem, & statum, & vltimitatem magnitudinis & f [additione suę vltimitatis] fac uincere mollificantia, & fac ea pura. Et g [exsiccantia sunt, quæ sanant in fine:] verum humectantia mollificantia sunt ad dilatandos poros, & ad sedandum dolorem. Exsiccatiuum est illud, quod sanat: & prohibet remanere aliquid, quod fiat sanies. Si autem non sanat integre, & dimittit aliquid, non relinquit nisi rem modicam, quam resoluit illud, in quo est acuitas. Et quandoque accidit ex h [refrenatione] uehementia doloris propter i [suffocationem] materiei, & soliditatem membri. Et quandoque accidit ex ea reditus materiei ad membra principalia; & quandoque accidit, vt induretur apostema. Et accidit quandoque ut incipiat membrum tendere ad uiriditatem, & nigredinem, propriè quando medicatur cum eis in fine rei, & prope statum. Et scias, quòd uehementia doloris facit te indigere medicinis mollificantibus absque attractione: & fortasse erit cum eis infrigidatio nõ prohibens mollificationem. Ex reditu verò materiei ad membra principalia securat euacuatio k: † [ ] nisi l [quando illud, quod prouenit ex eis, est] secundum semitam expulsionis ex eis, & m [sunt] membra recipientia ab eis, sicut euacuatoria illorum. illic enim non est uia ad repellendum penitus: & nos iam uerificauimus ista in loco suo. Et quum timetur ut declinet ad duritiem, administra mollificantia, in quibus est calefactio, & humectatio cum fortitudine. Medicinæ autem repercussiuę, n [quæ sunt mediæ] sicut succi herbarum frigidarum, quas multoties diximus in locis alijs: sicut succus portulacæ, & cucurbitæ, & endiuiæ, & uirgæ pastoris, & aliarum; & succus solatri propriè. Et corpora eorum contrita præparata ad emplastrum: & succus psyllij etiam. Et ceratum cum aqua frigida. Et fortasse excusat laborem in eo spongia infusa in aceto, & aqua frigida. Et kekendi est fortis in principio: & similiter cortices granatorum, & semperuiua. Et sauich decoctum ualde, & proprie cum aceto misto aut sumach, & o [tilub] est bonum iterum. Et si indiget fortiore illo, adde in eis sandalum, & acaciam, & memithe, & fausel, & hyusquiamum album. Et herba, quæ nominatur herba apostematum, est in principio ualde bona. Et quandoque iuuatur eius desiccatio, & stipticitas cum croco. & humectatio in principio est timorosa. Et quando cadit superfluitas in infrigidatione, fortasse perducit ad corruptionem membri, & corruptionem humoris constricti in apostemate, & tendit apostema ad viriditatem & nigredinem. Si ergo timueris aliquid de hoc, tunc emplastra locum cum farina hordei, & volubuli, & in quo est mollificatio. Si verò apparet aliquid de hoc, tunc scarifica locum, & p [excoria ipsum, & non expectes collectionem, neque maturationem: & illud quando uides illud, quod effusum est, plurimum ualde: & fortasse moritur membrum. & scalpellationis alia est q [magis apparens,] & alia magis profunda: & illud est secundum locum apostematis, & dispositionem membri. & quum scalpellaueris, tunc embroca cum aqua maris, & reliquis aquis salsis. Et emplastra cum eo, in quo est mollificatio & si non in diges

Marginal notes (left): a † B. Et curatio apostematis in quantũ est aperta est. — b † B. est curatio sufficiens. — c B. Alia litera est repletio. — d —— B. — e B. repercussiuis. — f B. Alia litera, & vltimitatem ...sionis. — g B. ex exsicca.

Marginal notes (right): tribus quædam sunt plura, ... ponuntur ... in statu. — h B. repercussione. — i B. conculcationem. — k B. Alia litera, nisi fuerit quod prohibeat ab ... & — l B. fuerit. — m B. nisi fuerit — n B. Alia litera & quæ declinant ad mediocritatem sunt. — o B. alahalub. — p B. fac scarificationem profundam. — q B. Alia ... extrinseca superficialis.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 90

diges rarificatione, & embrocatione, sis contentus mollificatiuis. Et scias, quòd administratio eorum fortiter repercutit in primis, & eorum quę fortiter resoluunt in fine, est mala: caue ergo quãtum potes: infrigidatio enim uehemens perducit ad illud, quod sciuisti. Et aqua frigida similiter est de illis, quæ oportet cauere, nisi in eis, quæ sunt sicut erysipela. Et in resolutione uehementi accidit dolor. Si ergo volueris [r] [regere] in principio cum sedatione doloris, non approximes eis aquam calidam, & olea mollificantia, & emplastra facta ex huiusmodi medicinis: ipsa enim uehementer sunt contraria ei, quod est necessarium de prohibitione effusionis. Et [s] [redeas ad bolũ armenum solutum in aqua frigida, aut cum oleo ros. & melius oleum ros. est illud, quod est ex rosis, & oleo: in oleo quippe est resolutio quædam: aut lentes decoctas cum rosis: aut merdasengi cum oleo ros. Si uerò ista non ualent, & quæ eorum cursu currunt, administra uolubilem, quoniam ipsa est uehementis iuuamenti in principio, & statu, & [t] [alsirengi] & alhasech, & apium, & arbedarungi similiter. Et multoties quidem sedat dolorem vinum dulce mistum cum oleo ros. imò congelatum vuæ, & parum ceræ super lanam: aut lana hyssopi infrigidata in æstate, & tepefacta in hyeme: aut spongia infusa in vino styptico, aut aceto, & aqua frigida. Et crocus ingreditur in sedatione doloris. Quum ergo uides inceptionem apostematis incedere itinere exituræ, tunc dimitte infrigidationem: & incede in viam eius quod maturat, & [u] [aperit. Quum autem apostema peruenit ad statum, tunc necessaria sunt qualia sunt anethũ, & chamæmilla, & maluauiscus, & semen lini, & similia: imò emplastra, quæ nominantur basilicon, & quæ nominantur diachylon. Et emplastrum de colcotar exsiccat absque dolore, & propter illud est eius administratio conueniens, [x] [quum fit inflammatio] phlegmonis. Et est conueniens quando non timetur aggregatio, & melius est ut ponas super ipsam desuper lanam infusam in vino styptico. Et caro minus indiget exsiccatione, quam neruus: quoniam neruus non redit ad suam complexionem cum exsiccatione parua. Et caro minoris necessitatis est, quæ pauciores habet arterias. Et multoties quidem cadit necessitas scapellandi ante maturationem. Et multoties ingeniatur in attrahendo apostema ex membro nobili ad ignobile, cum attractiuis: deinde curatur, & [y] [aperitur.] & in apostematibus calidis, quę indigent saniositate, emplastretur caput eius cum psyllio, & cum extinctiuis in circuitu eius, & liniatur ex epithematibus, & emplastris cum penna, quoniam digiti lędunt ipsum.

r B. Alia litera infrigidare.

s B. propera, seu festinanter administra.

t B. alsarmach.

u B. saniem facit.

x B. apud sedationem inflammationis.

y B. Alia litera saniatur.

ANNOTATIONES.

Et incipe cum repercussiuis &c.] *Digna est animaduersione quæstio, an semper in inflammationum principijs ea sint ex usu, quæ repellunt. Galenus 13. meth. generatim repellendum admonet. Nostri tamen, plures casus excipiunt. primò quidem, quãdo adenosas partes phlegmone occupat; uel prope particulam est principem. quando uenenata, aut multa, aut valde crassa uel impacta materia est. quum crisim sequitur. quum à procatarctica fit causa. quum imbecilla est pars. aut plethoricum corpus. aut maxime dolorosa inflammatio est. Addidit author noster ad huius capitis initia, quando tumores puris corporibus occurrunt. Egent tamen limitatione hæc omnia. primum enim quòd in glandosis quoque partibus repellere liceat, testimonio est Galenus qui. 3. de comp. med. per loca in parotidibus repellentia, quamuis leuia & discutientibus multis permista admonuisse morbi initio testatur: quæ tamen & in adenosis partibus, & prope cerebrum inflammatio est. Celsus quoque lib. 6. in ijsdem si sine morbo fiant, primum esse ait experimentum reprimentium. De uenenata autem & multa materia, testatur certe id ipsum Galenus. 3. de comp. med. per loca, vt plurimum in inflammationibus repulsoriam curationem scribens conuenire: atque id maximè, quum neque malignum est, neque multum quod affluit; neque corpus humoribus ex æquo redundat. De crassa uerò quod aiunt, materia, quã uis non negem ob id in carbunculo pura repellentia à Galeno interdici, quod crassior materia est, quàm repelli queat. non hoc tamen reprimentia prorsus interdicit, sed moderatur, propterea q; his ea quæ discutiunt, admiscẽtur. At, quod de impacto humore dicunt, uanum esse res ipsa ostendit, quando impacta iam materia morbi initium non est, de quo hic agimus. De critica quoque inflammatione, fatemur, si bona est crisis (arripiet enim quæ huiusmodi fuerit, ignobilem particulam non nobilem) non esse reprimendam materiam naturæ consilio impulsam. at, si mala sit crisis, feratur q; ad principem partem humor, quis neget hic esse repellendum? Quod uerò de procatarctica causa limitant, id sicuti ex hoc malè intellecto authore desumitur, ita non perpetuo obseruatur. Ait quidem hic de procatarcticis causis agens, si purum sit corpus, utendum esse apostematis curatione inquantum apostema. utendum scilicet præsidijs, quæ tumori iam facto conueniunt, non is tamen absolutè in omnibus à procatarctica causa tumoribus arcet repellentia. quin is, qui vlcera hoc in loco inter procatarcticas tumorum causas ponit, non negarit in ulcerum inflammationibus reprimentibus esse vtendum, si quando inflammatio in causa fuerit, ne curetur ulcus. Quum uerò à partis imbecillitate prohiberi hæc asserunt gratis admittimus: idque etiam Galenus 13. meth. testatũ reliquit. sicuti tamen, si imbecillitas ea innati caloris quodammodo frigiditas fuerit non uehemens exarsio, tunc ab ijs esse abstinendum certum est, quæ quia frigida sunt, repellunt; ita etiam in eodem imbecilli calore, quamuis non satis conueniant, quæ refrigerando reprimunt; non prohibentur tamen quę astringendo id agunt. De plethorico autem corpore fatetur id ipsum Galenus 3. de comp. med. per loca antea citato, repercutiendum docens, nisi corpus humoribus ex æquo redundet. At quod de dolore asserunt, non ita absolute uidetur statuendum. quando enim inflammationi magnus coniungitur dolor, perpendendum, an ob acriorem calidiorem q; materiam dolor affligat, an ob nimiam tensionem. si ob tensionem, vtendum profecto est relaxantibus non repellentibus, ijs præsertim quæ astringunt, & superficiem corporum quibus adhibentur, magis cogunt. si tamen ob calorem immodicum urget dolor; non uideo cur non refrigeres, repellas q;. Est ergo, de repellentibus in inflammationum principio euitandis, non ita plane statuendum, ut hi asserunt. Verum, si rectè aduerteris in tot enumeratis casibus alia quidem repellentia prorsus interdicunt: alia non omnia interdicunt, sed quædam, alia eadem moderantur, non omnino reijciunt, quæ omnia licebit, vt*

Cap. 6. — Cap. 16. — Cap. 2. — Cap. 16. — Cap. 2.

ex

ex ijs, quæ diximus, colligas. De phlegmone verò curanda, quod reliquum eſt, pete ex Galeno 2. ad Glauc. 13. method. Paulo libro quarto. Itemq; repete, quæ libro 1. Fen. 4. doctr. 5. animaduerſa.

Cap. 2.
Cap. 1.

Eryſipela, & ſpecies eius. Cap. 4.

IAm ſciuiſti cauſas eryſipelæ, & ſpecies eius in libro primo. Et illa, ex quibus diſcernitur à phlegmone ſunt, quoniam eryſipela magis apparentem habet rubedinem, & [a] [puriorem.] & ex phlegmone apparet rubedo ad nigredinem decliuis, aut viriditatem. & [b] [plurimum coloris eius occultum] in profundo. Et rubedo eryſipelæ deſtruitur per tactum [c] [ſtatim,] & albet eius locus cauſa ſubtilitatis materiei rubeæ, aut ſeparationis eius: deinde redit velociter: & nō ſimiliter eſt rubedo phlegmonis, & vides in rubedine eryſipelæ colorem croci, & citrinitatem: & non vides illud in rubedine phlegmonis. Et apoſtema eryſipelæ non fit niſi in eo, quod apparet de cute; & phlegmone profundatur in carne etiam. Et eryſipela [d] [eſt pura;] & non eſt ita phlegmon, [e] [& peruenitur quandoque ex caliditate eryſipelæ ad hoc vt comburat cutem:] & [f] [eius virulentia veſicat] & minoratur illud in phlegmone. Et pura non [g] [impellit] penitus, & phlegmon [h] [impellit,] & quanto plus multiplicatur additio ſanguinis ſuper cholericum, eſt [i] [impulſio] magis apparens, & dolor, & pulſatio vehementiores. Et eryſipela attrahit febrē vehementius, quàm phlegmon. Et quandoque conſequitur ex caliditate eryſipelæ, vt comburatur cutis: [k] [quare alteratur illud quod nominatur eryſipela] & non eſt ita phlegmon: non eſt ergo inflammatio eryſipelæ minor inflammatione phlegmonis, imò plus. Verum tenſio phlegmonis, & dolor eius eſt propter tenſionem, & quandoque fit maior, qua propter dolor eryſipelæ eſt minor. Et vbi plus accidit eryſipela, accidit in facie: & incipit à lepore naſi augmentatur apòſtema, et expanditur in facie tota. Et quando accidit eryſipela à fractura oſſis ſub cute, tunc illud eſt malum. Et tu quidem jam cognouiſti diuerſitatem inter eryſipelā, & [l] [phlegmonem] in loco alio ab iſto.

a B. Clariorem.
b B. Plurimus color ſanguinis eius eſt occultus.
c B. à loco.
d B. pura ſerpit, ſeu ambulat.
e —— B.
f B. virulenta deſiccat.
g B. repellit manum tangentis.
h B. penitus repellit.
i B. repulſio tactui.
k B. Alia litera efficitur illa, q̃ nominatur pruna.
l B. phlegmonidē & īter phlegmone heriſipelatodem.

ANNOTATIONES.

Cap. 1. *De eryſipelate agit, quod ex tenuiſſima ſanguinis fit parte, vt Galenus 2. ad Glauc. Et ſi enim idem in libro de tumoribus, præter nat. ex bilioſo hoc fieri humore ait; eſt tamen, vt diximus, res intelligenda; fieri certè ex ſanguine exquiſitum eryſipelas, ſed eo tamen tenuiſſimo, & feruido, ad bilis naturam accedente. Quanquam autem Galenus 14. method. eryſipelas carnis ſubiectæ partem nonnunquam occupare teſtatur; hic verò author in ſola cute conſiſtere aſſerit; non differunt tamen. quin Galenus 2. ad Glauc. hoc ipſum confirmat, quum de exquiſito eryſipelate verba facit. non eſt autem exquiſitum id, de quo in 14. method. Vnum hoc in loco Auicennas ſcribit, de quo quis non mediocriter admiretur, quum ait, [& peruenitur quandoque ex caliditate eryſipelæ, & cæt.] eriſipelas ait eò quandoque caloris tendere, vt cutem vrat, & ſui violentia bullas excitet. At Galenus 2. ad Glauc. ſi tenuior bilis fuerit, quod in ſuperficie eſt, deuri ſolùm dicit; tumorem verò, qui ex ea fit, herpetem ſimpliciter nuncupari. Item & in libro de tumoribus, præter nat. de herpete, & eryſipelate agens, ex eo bilioſo humore, qui cutem vlcerat, fieri herpetem; ex aquoſa verò ſanie, & ſanguine eryſipelas: quod priori minus ait eſſe acre, magiſque in tumorem attollere, quàm vlcerare. Videtur ergo hic, author, id quod herpetis eſt, aſcribere eryſipelati, & vnum cum altero confundere. Sed paucis. non negat eo loco Galenus eryſipelas quandoque cutem deurere vlcerareq; : imò, quum minus acrem huius quàm herpetis materiam dicit, magiſq; in tumorem attollere, quàm vlcerare; ex hoc eryſipelas quoque vlcerare innuit, magis tamen & frequentius attollere in tumorem.*

Cap. 2.

Cura eryſipelæ. Cap. 5.

OPortet, vt euacues corpus in ea cum ſolutiuo choleræ. & ſi indigent phlebotomia, phlebotoma etiam. & phlebotomia quidem non multum confert, niſi quando materia eſt inter duas [a] [cutes.] Si autem [b] [profunda] fuerit, tunc eius iuuamentum minoratur: & fortaſſe attrahit. & ſi indigneris reiteratione ſolutionis ventris poſt phlebotomiam, fac illud ſecundum quòd [c] [calefit ex] duabus materijs. Deinde permuta te ad infrigidandum eam cum infrigidatiuis fortibus ſcitis in capit. phlegmonis: & cum effuſione aquæ frigidæ: & fac illud donec alteretur color: pura enim [d] † [ ] deſtruitur cum alteratione coloris, & diminutione ipſius. Et ad vltimum infrigidatio in eryſipela eſt magis neceſſaria, quoniam flamma, & dolor inflammatiuus in ea eſt plus: Et euacuatio in phlegmone eſt magis neceſſaria, quoniam materia in ea eſt magis inobediens, & groſſior. Et oportet, vt ſit infrigidatio eius in principio fortis ſtypticitatis, ad hoc, vt forſitan augmentetur eius ſtypticitas ſuper ipſius frigus vehementius ſtypticitate eius. Et caue cum hoc ne redire facias materiam ad membrum intrinſecum, aut ad membrum nobile. Et caue iterum ne denigretur membrum, & fuſcum fiat, & incipiat ire in viam corruptionis. Et quando apparet aliquid de hoc, incede in contrarium viæ ſtypticitatis, & infrigidationis. Et ſi fuerit eryſipela [e] † [ ] ſuper cutem, curetur ex ſcoria plumbi cum vino pontico bullito cum folijs ſiclæ bullitæ cum vino: & curetur cum eo, in quo eſt reſolutio, & exſiccatio fortis cum infrigidatione. Et illud eſt ſicut ſumatur lanæ veteris aduſtæ non lotæ pondus. ℥. xij. & .s. carbonis de [f] [cortice] arboris pini tantundem, ceræ. ℥. xx. ſcoriæ plumbi. ℥. ix. ſepi caprini veteris abluti cum aqua. ℥. xv. olei myrtini. drag. v. Et iterum leuius illo emplaſtrum fiat ex ſcoria plumbi cum ſucco rutæ, & oleo roſato, & cera.

a B. materia [illegible]
b B. pura.
c B. exiſtima[illegible]tur eſſe de.
d † B. ſeu [illegible]
e † B. inc[illegible]
f B. intri[illegible] parte.

ANNOTA-

ANNOTATIONES.

In erysipelatis curatione quæstio est, num venæ sectio sit opportuna. Author noster eam probat, ubi est opus; conferre autem scribit non multum, nisi quum materia intra duas est cutes, minus verò si profunda fuerit. Galenus de mittendo sanguine, nihil. Paulus tamen libr. quarto, secandam ait humerariam, si vires patiantur. Et Aetius hoc ipsum iubet, si sanguis redundarit. libro 14. Dissrepare ergo hi à Galeno videntur. Sed fortasse non dissrepant. Erysipelas, aliud diximus exquisitum solam cutem occupans: aliud non exquisitum, quod non cutem solùm, sed subiectam quoque carnem apprehendit. quod in sola est cute, ex tenuissima & feruenti materia fit: quam retrahere si velis secta vena, non possis. retrocedere enim non potest, quod in summam iam cuticulam euasit. At quod non exquisitum est, id non tam in summa cute, quàm in subiecta est carne. hoc verò ex crassiori quàm prius, sanguine esse solet, & sanguini commista est bilis. si pura enim hæc esset, non erysipelas, sed herpes fieret. quod verò tale est, neque summam cutem, neque etiam profundioris partes occupat. & in eo mitti sanguinem iubet hic author: quando, materia intra duas cutes existente id ipsum consulit. At si rursum crassior materia fuerit, quæ erysipelas facit, tunc in profundis partibus & sanguini crassam coniungi bilem, & vitiatum propterea sanguinem significat. quo in casu, si insigniter vitiatus est sanguis, multum pecces, si de mittendo sanguine cogites: sin autem non multum sit vitiatus, non adeo tamen venæ sectio confert, vt in superiori: quum & prauus etiam sit sanguis, & cum eo non tam qui prauus est, sed etiam probum simul educas, malo adhuc derelicto. Probè ergo de secanda vena consulere hic author videtur. Quòd tamen de ea Galenus non meminerit. ob id putamus, quia de exquisito erysipelate uerba facit. Paulus verò, Aetius, & Celsus de non exquisito, quod ex bile & sanguine fit non multum tenui: quòdque in facie & capite accidere consueuit, intelligunt. quo in casu duplici nomine secanda est vena, tum peccantis humoris ratione, qui non pura est bilis, sed biliosus sanguis, tum offensæ partis gratia, à qua toto ingenio retrahenda est fluxio. Hæc fortasse propositam dubitationem dissoluunt.

Et si fuerit erysipelas super cutem & cæt. } Multis hic locus dubitandi ansam præstitit, ita vt non defuerint, qui Auicennam erroris damnent, putentque ab eo erysipelatis & herpetis nomina confundi. nempe ex plùbi scoria, astringente vino, & beta medicamentum pro erysipelate parat; quo Paulus lib. 4. in herpete vtitur. *(Cap. 20.)* Adde &, quum proximis, verbis ait } Et cura cum eo, quo est resolutio & exsiccatio } illud in hoc iubet, quod Galenus 2. ad Glauc. in herpete. *(Cap. 2.)* Vtitur præterea etiam medicamento ex lana ueteri vsta: quo itidem præsidio in herpete Paulus. Accedat ad hæc quod superiori loco dicebamus, quum enim supra erysipelas cutem deurere & bullas excitare asserat, quam rem herpeti Galen. ascribit, videtur omnino alterum pro altero vsurpare. Sed ad hæc paucis. An erysipelas cutem deurat vesicetque, supra explicuimus. Nunc autem, etsi his præsidijs in erysipelate hic vtitur, non in omni tamen; sed in eo quod incedit super cutem, vt castigatior codex legit, eamque depascit; tale enim non tantum erysipelas est, sed vlceratū. hoc verò, quòd vlcerat, non multum ab herpete differt, neque dissimilia præsidia exigit. quæ propterea, quamuis Paulus vel Galenus de herpete protulerunt, erysipelati tamen vlcerato non minus commodi afferre, quàm herpeti possunt.

De formica [a] † [miliari. Cap. 6.

[a] † B. &c.

Formica est pustula aut pustulæ, quæ egrediuntur, & faciunt accidere apostema [b] [purum,] & ambulant: & fortasse vlcerant: & fortasse resoluuntur: & tu iam sciuisti causam vniuscuiusque illorum. Et color quidem formicæ ad citrinitatem est decliuis: & est inflammata cum substantia verrucali, & rotunda: & secundum plurimum habet radicem latam, nisi quædam species eius [c] [acruhaurod, & est radicis paruæ] quasi sit pendens. Et sentitur in omni formica sicut punctura formicæ. Et ad summum omne apostema [d] [in cute] ambulatiuum, quod [e] [latitudinem] non habet, est formica. Verum alia est miliaris, & alia est corrosiua secundum quòd sciuisti. Et quando fit vlcus, & putrefit, appropriatur nomine putridi.

[b] B. paruum.
[c] B. quæ nominatur acruarod: quæ habet radicem subtilem
[d] B. cutaneum
[e] B. profunditatem.

ANNOTATIONES.

Herpetas intelligit. horum tres species fecit cap. 1. quum de tumoribus generatim verba faceret. quod & Galen. in lib. de tum. præternat. & Aetius lib. 14. quamuis Paulus libro 4. duas tantum species agnoscat. *(Cap. 9. Cap 60. Cap. 20.)* Non videtur Paulus Galeni scripta hac de re satis percurrisse. vnde & de miliari herpete agens, de Oribasij sententia ex pituita & bile excitari ipsum ait; quasi id Galenus antea memoriæ non commendarit in libro de tumoribus iam citato. *(Cap. 19.)* Mirandum & de Auicenna videtur; qui de herpete, quam formicam nuncupat, verba faciens, simul etiam de verrucis & myrmeciæ specie agat, quod aa herpete longe diuersum vitium est. Nos profectò, quum authorem hunc de tumoribus 1. capite agentem tres herpetum species enumerare, neque de verrucis verbum quidem: quum etiam de verrucis in sequentibus agere ipsum animaduertimus; non possumus non admirari. suspicamurque (quamuis Rasim, quem hic passim æmulatur, in eodem esse errore non ignoremus) in hoc quidem capite interiecta à quopiam ea verba [& est inflammata & cæt.] vsque ad ea [Et sentitur in omni formica & cæt.] vt legendum sit continuata serie. [Et color quidem formicæ ad citrinitatem est decliui[illegible] Et sentitur in omni formica sicut punctura formicæ.] resectis cæteris; quæ certè uacant. In sequenti quoque capite ea sunt expungenda quum ait [Et Galenus quidem dixit esse conueniens & cæt.] vsque ad ea. [Illorum autem formicæ & cæt.] Non audemus tamen nos, hunc in tanto hominum odio tueri contentiosius: qui & errare ipsum potuisse certo scimus. Fieri nihilominus potuit, vt uerba illa à quopiam alio, qui Rasim legerit, interposita sint, quòd illi interponenda viderentur. Vt vt autem res hæc se habet, fluxisse profectò ex Rasi hunc errorem constat. cuius rei ansam Galenus videtur præstitisse, qui. 14. meth. de herpete agens, de myrmecia quoque meminit. *(Cap. 19.)* Neque tamen tamen accusandi propterea tamen acriter Arabes hac de re sunt, quibus patrius sermonis usus quum sit, ut formicæ nomen & herpetas & myrmecias indicet, non est tamen ipsa res ignorata.

Cura formicæ, & quæ eius cursu currunt. Cap. 7.

QVum non incipis in ea cum euacuatione humoris secundum quòd oportet, imò medicaris vlcus cum eo, quod sanat, redit ex alio loco [a] [cum nocumento,] & ex loco ipso: & non cessat [b] [humor facere corrosionem] post corrosionem. Et aqua quidem casei cum scammonea iuuatiua est in euacuatione materiei formicæ, & ei similium. Via autem, secundum quam curatur formica, est, ut quæ ex ipsa est corrosiua, alienetur ab humectatione quam iam administrasti in erysipela: humectatio enim non est conueniens ulceribus. Et administra in principijs eius prius [c] [† [ ] sicut lactucam, & nenuphar, & semperuiuam, & [d] volubilem,] & portulacam, [e][Et] si fuerit necessarium [f] † [ ] tunc quod sit sicut solatrum & proprie siccũ, tritum: in ipso est exsiccatio, & sicut arnoglossa, & rubus, & lens, & post ipsam sauich hordei, & cortices granatorum, & rami vitis. Et quum timentur super eam corrosio, & ulcera, administra cũ istis infrigidatiuis aliquid mellis, & similium, aut farinam thuris cum aceto. et aqua, quæ currit ex ligno vitis humido, quũ aduritur, & stercus ouium cũ aceto, & stercus vaccinum cum aceto. Quum ergo corrosio, & ulceratio apparet, tunc administra trochischos andaron cum vino styptico aut aceto cõmisto, aut succo cucumeris asinini, & sal, & fel hirci, et ruta cum nitro, et piper [g] [&] nitrum cum vrina pueri. & Galen. quidem dixit esse conueniens, vt sumatur aliquid sicut embuba, & ex extremitate pennæ, aut alterius rei, cuius extremitas sit acuta, quam possibile sit deglutire formicam, deinde penetret in circuitu eius vsque ad profundum cum acuitate sua, deinde eradicentur cum ea formicæ cum radice sua. Illorum autem formicæ, qui sunt sicut pueri, destruuntur, si intromittantur in balneum, & [h] [nocet] eis aer balnei, deinde egrediantur velociter, & liniantur cum oleo ros. & aqua ros.

a B. propinquo.
b B. corrodere cutim corrosione.
c † B. non.
d B. muscum aquæ.
e B. imò
f † B. administra.
g B. Alia litera aut.
h B. imprimat in.

ANNOTATIONES.

Habes de herpetum curatione plura ex Gal. 11. meth. Item & ex Paulo lib. 4. & Aetio lib. 14.

Cap 17. Cap. 15. Cap. 60.

Cura miliaris. Cap. 8.

MIliaris similatur formicæ in curatione, verum melius est in solutione eius ut sit in eius cathartico virtus eius, quod est sicut turbit cum eo, quod soluit choleram. et si est ibi [a] [ex epithymo,] est melius, quoniam necesse est illic esse ex melancholia, & phlegmate, quæ admiscentur choleræ. Deinde sumantur gallæ, & [b] [fructus tamarisci] & cortices granatorum, & bolum armenum: aggregẽtur omnia illa in aceto, & aqua ros. cum tali quantitate [c] [ne] mordicent, & liniantur desuper cum penna. Et lac dulce est vehementer conueniens curationi huius ægritudinis. Et quando pertransit principium, oportet tunc vt curetur cũ eis, quæ sunt, sicut caput piscis saliti adustum cum vino pontico. Et fortius illo quando necessaria est exsiccatio vltima, est vt sumantur folia albedarungi, & ponatur in eis calcadis, & administrentur. Et fortius hoc est, vt sumãtur flos æris, & sulfur citrinum adustum, & fiat ex eis linimentum cum vino, aut aqua ligni uitis, quæ manat secundum combustionem suam.

a B. virtus epithymi.
b B. alchermazech & sandali.
c B. Alia litera qua.

De pruna, & igne persico. Cap. 9.

HAec duo nomina fortasse absoluta sunt super omnem pustulam corrosiuam, vesicantem, adurentem, facientem accidere escaram, qualem facit accidere combustio, & cauterium. Et quãdoque absoluitur nomen ignis persici de illis, super quod est illic pustula de genere formicæ comestiua, adurens, vesicans, in qua est aliquid ambulans: & [a] [humiditas est cholericæ materiei,] paucæ nigredinis, paucæ [b] [putrefactionis,] & est cum pustulis plurimis [c] † [ ] alteratis, quasi sit illic humor [d] [& fætor] plurimæ ebullitionis & [e] [eleuationis:] & absoluitur nomen prunæ super illud, quod denigrat locum, & facit membrum habens colorem carbonis absq; humiditate, & est plurimẽ nigredinis submersa, & eminentia eius est paruæ quantitatis lupinalis: & fortasse non erit illic pustula omnino, imò incipit in primis pruna: & totum illud incipit cum pruritu, sicut scabies. Amplius quandoque vesicat ignis persicus, aut pruna, & currit ex ea aliquid, sicut currit à cauterizato cum cõbustione: & est locus cineritij coloris, niger, & quandoque est plumbeus: & est inflatio vehemens, qua circundatur absque rubedine verificata, imò cum declinatione ad nigredinẽ. Et illud, quod appropriatur nomine prunæ, est [f] [nigræ radicis igneæ,] & est ei splendor prunæ. Et ignis persicus de eis ambobus est velocioris apparitionis, & motus; & pruna est tardior, & profundior, & quasi materia eius est materia pustulæ, & impetiginis, sed est acutior in igne persico: Et quod ex eis accidit in carne, est velocioris resolutionis. Et quod ex eis accidit neruis, est fixius, & tardioris resolutionis. Et vnumquodque amborum est de cholera citrina adurente, permista melancholiæ. Et propter illud accidit ex eis ambobus, escara nigra. Et est quasi sit ignis persicus vehementius cholericus, & pruna vehementius melancholica. Et tibi quidem inest, ut nomines vnumquodq; amborum cum intentione, quæ aggregat ambo, prunam: deinde diuidas. et similiter inest tibi, vt nomines ea ambo ignẽ persicum propter illam eandem intentionem, deinde diuidas. Et inest tibi, ut des vnicuique intentioni nomen: & iam fecerunt totum illud, & non est plurima differentia in eo; & quandoque sunt cum [g] † [ ] formicæ speciebus [h] [&] miliaris malæ febres, vehementis caliditatis, pernitiosæ. Et quandoque accidunt ista causa pestilentiæ. Et multoties similantur phlegmoni, & tendunt ad nigredinem in principio, & proprie in [i] [peste sua.]

a B. Aliàs est cholericæ materiei.
b B. Alias concauitatis.
c † B. paruis.
d B. caliditatis.
e B. communis.
f B. nigræ & dix exsiccatiuæ apostematis declinis ad nigredinem.
g † B. illis cum.
h —— B.
i B. tẽpore in anno pestilentiæ.

Cap. 1.

ANNOTATIONES.

Ex crasso & faeculento sanguine ait Galenus 2. ad Glauc. duo carbonum genera oriri, alterum altero deterius: hoc verò quod deterius est, pustulas dicit per summa cutis excitare, ijs similes quae ex igne, quibus disruptis crustosum sub ipsis vlcus inuenitur. Hanc Galeni sententiam, si cum ijs conferas, quae hoc in loco Auicennas, nihil prorsus differre animaduertes. prunam, & ignem persicum vocat carbunculum, prunam autem qui deterior est. Graeci carbonem anthracem uocant, quamuis non ignoremus esse ex nostris, qui carbunculum idem esse cum igne persico & pruna, differre tamen ab anthrace opinãtur: quem errorem ex Rasi libro 22. tract. 7. fluxisse constat, diuersis capitibus de ijs tractante. De tumore hoc controuersia in Galeni dictis uidetur, quum. 2. ad Glauc. ex crasso & faeculento sanguine carbonem utrunque gigni asserat quod etiam. 14. meth. & alibi. Idem tamen in libro de atra bile ex atra bile eumdem fieri scribat, quod alibi quoque affirmat. Cui partim assentiri partim dissentire auctor noster uidetur, ignem persicum & prunam oriri dicens ex flauabile urente. permista cum melancholia. Verùm dissolui ab eodem Galeno quaestio haec uidetur in libro de tumoribus, ubi carbonum malignitatem docens, esse ait, ut uel primo initio ex atra & exusta fiat bile, uel in ipso feruore per assationem, sanguis melancholichus euadat: ita, quamuis carbo ex crasso & feculento sanguine fiat, est tamen is feruidus, & ad flauae exustae, id est, atrae ipsius bilis naturam uergens. nulla ergo contradictio est.

Cap. 1. Cap. 10. Cap. 4. Cap. 6.

Curatio prunae & ignis persici. Cap. 10.

NEcessaria est phlebotomia, vt euacuetur sanguis cholericus: & quando aegritudo est timorosa, tunc necessarium est ipsam approximare syncopi. Et fortasse est necesse, & propriè in pruna, facere scalpellationẽ profundam, vt egrediatur sanguis malus, constrictus in ea, qui est in natura veneni. Et non fiat illud quando materia est decliuis ad cholericam. Cura autem localis necessaria est ut sit, sicut cura erysipelae. Verùm non oportet ut sit linimentum vehementis infrigidationis, sicut in erysipela: quoniam materia ad grossitiem est decliuis, & quoniam ipsa est taliter, quòd non tolerat vt redeat parum ex ea ad interiora, quoniam materia est venenosa. Et non licet vt administrentur ea, quae sunt vehementis stipticitatis iterum, nam illa materia est tardae resolutionis, Et non licet vt administrentur resolutiua, neque in principio rei quum apparet, neque apud quietem inflammationis, quoniam additur in qualitate materiei: imo oportet vt administres medicinas exsiccatiuas, in quibus est infrigidatio, & resolutio quaedam cum expulsione; sicut emplastrum, quod fit de arnoglossa, & gallis, & lentibus, & pane plurimi furfuris: nam huiusmodi panis subtilior est in substantia sua: & emplastra istis similia de illis, quae scripta sunt in antidoratio: Et iterum gallae cum aceto uini: Et alumen cum aceto vini. Et de medicinis bonis in hac hora, & post ipsam, est ut sumantur granata, acetosa, & scindantur, & decoquantur cum aceto, donec leniantur, deinde terantur, & ponantur super pannum, & ad ministrentur: ipsum enim conueniens est in omni hora: & eradicat hanc aegritudinem in principio, & statu. Et quandoque cadit in medicinis huius a[apostematis] nux recens, & folia eius cum sauich & vua passa, & ficus cũ vino & oleo papaperis nigri: & melius est vt ex omnibus fiat emplastrum. Et de medicinis conuenientibus in pluribus horis sunt opium, & acacia, & b[dragacanthum. similiter & cortices granatorum,] de vnoquoque quorum sumatur pondus. ℥.i. floris ęris. ℥.j. semen hyusquiami albi. Et huiusmodi medicinae non ponuntur nisi super illud, quod non est vlceratum. In illo vero, quod de eo est vlceratum, est necessarium illud, quod fortiter exsiccet, sicut medicamen andaron, c[farasion, & trochisci ranudros, & medicamen de keisim] cum vino dulci, & cum rob: & reliqua; quae dicta sunt in curatione erysipelae vlceratae, & formicae miliaris. Et oportet, ut emplastrentur desuper emplastra in die bis, & in nocte semel & bis. Et non administres d[exsiccatiua] quantum potes, quoniam ipsa addunt in malitia ęgritudinis. Et oportet vt tu subuenias ei, quod continet locum, & loca adustionis cum bolo ar. & aceto, & aqua, & reliquis, quę infrigidant & repercutiunt. Et id, quod est propinquius illo, est lana hyssopi infusa in vino. Quum ergo quiescit inflammatio, & remanent vlcera, curentur cum eis, quae sunt sicut emplastra e[de merdasengi, & emplastra diabuticiaron] & cum reliquis medicinis vlcerum corrodentium praedictis in antidotario. Et nux antiqua unctuosa est conueniens ignipersico in hac hora.

a B. Alia litera hore.

b B. Alia litera draganthum. furi & cortices aeris.

c B. prassium & trochisci tulundurus & medicamen alchisur.

d B. Alia litera putrefacientia.

e B. alrasebe & emplastrum diabuthamum.

ANNOTATIONES.

Orditur statim à uenae sectione. At contra, quum bilis exuperet, & ea quidem atra, repugnare principijs Auicennae id praesidium uidetur, qui superante bile nunquam sanguinem educit. Verum, sicuti in superiori capite dicebamus. Fit quidem carbo ex sanguine, sed ex feruido & crasso: propterea que sectione uenae est opus, tum ob id, tum quòd carbunculo semper ferè plenitudo coniungitur, ut Galen. 3. ad Glauc. At de extrahendi sanguinis copia rursum quaestio est, larga ne an parca esse debeat. Sanè author noster ad animi deliquium ubi formidabilis est morbus, mitti sanguinem iubet. cui & Gal. 14. meth. & Aetius libro 14. & Paulus lib. 4. assentiuntur. Contra tamen, quum sanguis crassior sit, ad bilem atram, exustam, uergens, unde & repellentibus in hoc morbo abstineri Galenus monet 14. meth. quòd repelli ob crassitudinem eius materia nequeat: quum praeterea id uitij genus ex eorum sit numero, qui plerumque maligni quidpiam retinent (carbunculi enim in pestilenti constitutione frequentes sunt) non uidetur tam copiosa sanguinis euacuatio satis opportuna. Sed paucis. magnarum inflammationum potissimum remedium est uenae ad animi deliquium sectio ut testatur. .aph. Gal. magnus uerò morbus carbunculus est. Et si uerò malignum ferè semper quidpiam hoc tumorum genus secum aduehit, non semper tamen pestilens. In pestilenti abstinendum à sanguinis missione & copiosa & parua. at in alijs, qui ob acriorem & feruidiorem uim maligni sunt, non est ea commodius praesidium aliud: haec enim feruidum sanguinem refrigerat, & increscen-

Cap. 58. Cap. 25. Cap. 10. Cap. 10. aph. 23.

tem tumorem cohibet.neque verò alioqui sanguinis crassitudo, eius scilicet qui tumorem facit, venæ sectioni reluctatur, quæ non eum qui fluxit, sed qui influit, quiue fluxurus est, retrahit. Quod reliquum curationis est, pete ex Galeno 14. meth. Paulo lib. 4. & Aetio lib. 14. Dubitant autem hoc in loco nonnulli, suspectumque habent Auic. præsidium, quod hoc in loco ex malis punicis, itemque ex bolo armena parari iubet, ob id uidelicet quod hæc, Galeni indicationibus non respondeant, qui profectò & repellendum & vnà discutiendum ait, quum hæc tantum reprimant. Verum ad hæc de præsidio ex punicis malis æmulatur author noster Paulum & Aetium, quamuis Aetius solos cortices exemptis interioribus in vsum vocet. neque id repellendi aut discutiendi, sed sanam partem à praua separandi gratia admonetur. De eo verò, quod ex bolo armena, alia ratio est. nam præterquam quòd inest maligni semper carbunculis quidpiam, cui prauæ qualitati summe efficax præsidium bolus armena est aceto subacta; prohibet etiam ne ad feruentem particulam copiosior succus irruat, & ipsum quoque feruorem refrigerat: ac præterea non mediocriter olei gratia, quod huic medicamento admiscetur, relaxat, & tumoris duritiem emollit. non ergo medicamentum hoc, quod multorum alioqui vsuum, damnandum est.

Cap. 10. Cap. 28. Cap. 58.

De uesicis, & inflationibus. Cap. 11.

INflationes accidunt secūdum duos modos, quorum vnus est propter aquositatem, quę expellitur ex ebullitione in humoribus, cum qua eleuatur materia subito ad illud, quod est sub cute, & inuenit cutem spissiorem, quàm illud, quod est sub eâ, quare non penetrat in eam, imò remanet inflatio aquosa. Et secundus est, vt sit loco aquositatis sanguis, quare fit pus desubtus.

De cura inflationum. Cap. 12.

MVndificatio quidem corporis cum phlebotomia, & similibus est secūdum quod sciuisti: & administretur regimen, & cibus secundum modum, qui est dictus. Et ponatur super eas in primis quum apparent, quod sit sicut lentes coctæ cum aqua, & sicut cortices granatorum, aut cortices ramorum eorum decocti cum aqua: totum illud ponatur secundum quòd scis in loco suo post decoctionem, & leuitatem, tepidum. Si autem exierint vesicæ, & volueris ipsarum curationem: quoniam illæ, quæ sunt in grossiore cute dolent, oportet ut aperiantur cum acubus, & currat quod in eis est: & quæ de eis sunt subtiles, aperiuntur per se. Et non oportet vt tardetur, imò aperiantur etiam: & exprimatur, quod est in eis cum facilitate, paulatim. Deinde non euacuantur, aut vt sanentur, aut vt vlcerentur. Et si vlcerantur cū emplastris, quæ fiunt de cerusa, & quæ fiunt †de merdasengi, & similibus: & propriè quādo cadit in eis sicut ireos: & emplastris erysipelæ quando ambulat, & corrodit: & formicæ, & reliquis, quæ diximus. Medicamen compositum etiam. Recipe merdasengi. libr. j. olei veteris. lib. j. s. arsenici. libr. j. decoquatur merdasengi cum oleo, donec non adhæreat, deinde fundatur super ipsum arsenicum. Et iterum medicamen conueniens ei, quod de ipsis accidit super testiculos, & labia, & eis similia, & ad vltimum supra membra, quæ vehementer indigent exsiccatione. Recipe colcotar, & calcadis. viij. de vnoquoque a [foliorū rosæ.] ij. terantur cum aqua, & administretur, & similiter fimus caprinus cum melle. & quū cadunt escaræ, & carnes corruptæ & apparet caro sana, tunc curetur cura b [vulnerum planorum.] Et cadere quidem faciunt escaras, & carnem malam medicinæ notæ. Et in Alexandria faciunt eas cadere cum herba nominata c [sereicis,] & iterum tarbchasis: Et oleum de alchacuen est bonum ad deijciendum eas. Et ad vltimum administratio casus escaræ, & curationis residui cum curatione vulnerum sanorum, est conueniens valde. Medicamen bonum expertū antiquorum, quod quidam modernorum concesserunt. Recipe sarocollæ, & aloes, & olibani, & cerusæ, & †ziniar omnium æqualiter, & quantum est totum de bolo armeno, & fiant ex eis formæ similes auellanis: sumantur, & dissoluantur cum aceto, & aqua, & liniatur cum eis locus ponendo d [epithema super epithema] donec accidat in eo contractio vehemens, fiat escara: & tunc aut cadet per se si fuerit sub ea humiditas: aut est necessarium vt e [radas] eam; & facias ipsam cadere, & non cesses facere illud, donec cadat totum.

†lytargiro.

c B. baurach. b B. exitum simplicium. c B. carachi... †ærugine d B. liniamentum super linimentum. e B. eradicas

De † essere. Cap. 13.

ESsere est pustula parua a [lata] sicut vesicæ, & ad aliquantulam tendens rubedinem, & pruritum faciens, & angustiam: eueniens subito secundum plurimum. Et accidit quandoque vt currat ab ea humiditas: & fortasse est sanguinea. Et secundum plurimum fit uehemens in nocte, & eius angustia fit in ea vehementior, & eius tristitia. Et causa eius est vapor calidus eleuatus in corpore subito, aut à sanguine cholerico, aut à phlegmate baurachio. Et sanguinea quidem est vehementioris rubedinis, et caliditatis: & vehementioris & velocioris apparitionis. Et phlegmatica est minor in omnibus illis: & vehementia phlegmaticę est in nocte plusquam vehementia sanguineę. Et quum essere inuadit locum amplum, tunc si non fiat phlebotomia, timetur febris tertiana. Et oportet vt fiat phlebotomia in spatio, quod est inter illud, & inter b [statum.]

†epinyctide a B. superficialis. b B. Alia ... cipia.

De cura essere. Cap. 14.

SI sanguis quidem fuerit vincens, tunc oportebit vt in primis perueniatur ad phlebotomiam: deinde consequenter adhibeatur solutiuum choleræ, si tolerauerit virtus, quod fit sicut, quod fit de duabus partibus myrobalanorum, & parte vna hieræ, cuius potio sit. ʒ. iij. in syrupo acetoso: Et seda eam cum eis quæ sint sicut tamarindi, & aqua duorum granatorum cum corticibus suis: aut aqua granati a [acetosi] cum cortice suo: & infusione chrysomilorum, & aqua lactis acetosi, & trochiscis de spodio camphoratis cum aqua grana-

a B. Alia ... muza

granatorum: Et dare in potu aquam calidam in die multoties,est ex eis,quæ conferunt ei; & lenire naturam habentis eam. Et de eis,quæ sedant eam,est infusio sumach colata, de qua sumantur. ℨ.iij.Et ex cibis b †[tabasil,]& acetum cum oleo c †[ ] de amygdalis,d [& sisamino,& oleo cum aqua vuæ acerbæ] & lacte aceto so. Si autem humor fuerit baurachius, euacuetur corpus cum myrobalanis, & cum turbith,de quo sit quantum est medietas myrobalanorum:& sit potio eius. ℨ.iij. Et detur infirmo de nuce cupressi humida.drac.j.cum aloes.ℨ.j. Et sumatur crocus hortulanus, & teratur, & concutiatur cum aceto, & sumatur in potu. Aut detur in potu aqua magræ,aut aqua vrcei noui. Et ad phlegmaticam sumatur cubebæ. ℨ. i. cum tribus.ℨ.zuccari, & pondere.ℨ.iij. seminis agni casti in lacte dulci. Et de eo, quod est expertum, & conuenit in omni specie, est istud. Calamenthi. ℨ. ij. spodij.ℨ.ij. rosar.rubearum.ℨ.s.camphoræ Kirat. j. detur in potu cum aqua granati acetosi. Aut sumatur in potu e [sauina,] quum est ieiunus.

b †B. eius sunt althaffil. c †B oleum. d B. dulcib.cū aceto & oleū cū aqua agrestæ.

e Babel.

De a ʒesthiomeno, ʒ & differentia inter gangrænas, & † aschachilos. Cap. 15.

a B. corrosione & corruptione membri. † sphacelos.

SErmo de his rebus est proportionalis quodammodo sermoni de rebus, quarum rememoratio præcessit. Dico ergo,quòd membro accidit corruptio, & putrefactio propter causam corrumpentem complexionem eius, & spiritum animalem,qui est in ipso.Aut propter aliud prohibens eum peruenire ad ipsum. Aut propter aliquid congregans vtrasque intentiones:sicut venena calida,& frigida: & ea, quæ cum sua substantia sunt contraria spiritui animali.Et sicut apostema,& pustulæ,& vlcera mala ambulatiua venenosæ substantiæ.et ea,in quibus erratur, sicut erratur in effundendo oleum in vlceribus profundis,quare putrefit caro.et cum infrigidatione vehemēti super apostemata calida,quare corrumpitur complexio membri,quæ est in ipso. Prohibens autem b[cū peruenire ad ipsum, aut aggregans utranque intentionem: prohibens quidem] est oppilatio:& illa oppilatio, aut est accidentalis c † [ ] primitiua, sicut constrictio quorundam membrorum in radice sua,fortis:nam illa quando perseuerat, corrumpit membrum propter retentionem spiritus animalis ab eo: aut retentionem virtutis sparsæ super spiritū animalem,qui est in ipso, qui expāditur ex corde,& anima: quare corrumpitur complexio eius,& moritur.et quandoque fit propter oppilationem corporalem,sicut apostema calidum, malum,fixum,magnum, grossæ materiæ oppilans meatus,& introitum anhelitus, quo indiget spiritus animalis;& hoc cum hoc,quòd retinetur, etiam corrumpit complexionem. et quod de hoc est in principio, & non corrumpitur cū eo sensus eius,cui est sensus, nominatur gangræna;& propriè,quod est phlegmonides in principio.et quod ita confirmatum est, vt destruatur sensus eius cui est sensus, & illud est vt d[destruatur] caro;& quod ipsam sequitur, & vsque ad os, siue sit incipiēs,aut succedens apostemati,nominatur † aschachilos. et quandoque gangrænæ fiunt aschachilos; imò sunt via ad ipsam: & totum hoc accidit in carne.& accidit in osse e † [ ] et quum eius corruptio incipit perambulare in membro,& apostematur, quod est in circuitu corrupti,& fortasse peruenit ad corruptionē; tunc dicitur f [totum] accidens g [esthiomenus.] et dicitur dispositio partis membri, quæ iam h [putrefacta] est. i † [ ]& nisi esset propter grossitudinem materiei suæ, non adhæreret,sed expelleretur.

Alia litera. b—B. c †a causa. d corrūpatur.

† sphacelos. e †B. & alijs. f—B. g B. corrosio. h B. corrupta. i † B. putrefactio. Alia litera. & dicitur dispositio partis mēbri,quod est putrefacti mors & nisi esset grossitudo materiei tunc ipsa non adhæreret sed expelleretur.

ANNOTATIONES.

Phagedænam,gangrænam,& sphacelon intelligit.Quā uis enim sint, qui per esthiomenon, herpetem exedentem sumi uelint, quia tamen antea,quum de formica ageret,& de exedente verba fecit, existimamus phagedænam hic ea voce significari, affectum ab herpete exedente in hoc diuersum,vt Gǎlenus in lib.de tumor.præter nat.quòd hęc cum cute quæ subiecta quoque sunt attingit, herpes uerò solùm cutis exulceratio est. Italis vocari phagedænam lupam arbitramur. Quid hi singuli affectus sint,quid gangręna & sphacelus,abunde Galen.& 2.ad Glauc. & in lib. de tumoribus de phagedæna uerò in eodem de tumoribus. Quum gangrænam ait hic author ex interclusa animalis spiritus & animæ uia fieri, uitalem spiritum intelligit:id quod & alij aduertere. alioqui,animalium obstructio paralysim,atque id genus uitia solet parere, non gangrænas. animalem autem hic spiritum uocat, quasi animæ sedem, quem etiam à corde proficisci ait,ut tu quem nam ipse spiritum dicat,statim intelligas. Quòd si in exacto uocum rigore persistas,ut stare quosdam uideo;quòd animales spiritus dicat, non est rationi dissentaneum.in gangræna etenim quod primo loco pati animaduertis sensus est, ut excludi animalis spiritus uideatur. procedente tamen morbo etiam uitales prohiberi deprehendis.ut propterea non tam grauiter sit lapsus,ut ij putant.

Cap. 13. Cap. 9. Cap. 23. Cap. 6. & 8.

De cura. Cap. 16.

DE gangrænis quidem, dum in principio perseuerat,speratur quòd sanetur.Quum autem confirmatur corruptio in carne, tunc necessarium est accipere totum ipsius. Quum ergo vides membri colorem alterari, & est in via putrefactionis, tunc oportet ut succurras liniendo ipsum cum eo, quod prohibeat putrefactionem,sicut est bolum armenum, & terra sigillata cum aceto. Si autem illud non ualet, non inuenis excusationem,quin scalpellationem profundam facias diuersorum modorū in locis, & ponas sanguisugas, & phlebotomes venas proximas ei paruas,vt accipiatur sanguis malus cum cautela eius, quod circundat locum, sicut cum epithematibus prædictis. et ponatur super ipsum locum scalpellatum, quod prohibeat putredinem, & sit ei contrarium, de illis, quibus inest profundatio fortior, sicut farina erui cum syrupo acetoso,aut cum farina fabarum: & propriè permista cum sale. et de illis,quæ desuper liniuntur, est assa, & semen vrticæ etiam, & aristologia rotunda

da,& succus foliorum [a] [acori:] de vnoquoque sumatur pars vna, floris æris pars media. terantur cum aqua, donec fiat secundum spissitudinem mellis: & line cum eo [b] [vulnus] & in circuitu eius. Et de medicinis prohibentibus corrosionem, est, vt sumantur flor is æris, & mellis, & aluminis equales partes, & liniatur cum eis: prohibet enim & facit cadere illud, quod est putrefactum, & seruat illud, quod sequitur ipsum. Si autem pertransit dispositio dispositionem apostematis, & dispositionem corruptionis coloris eius, & incipit peruenire in mollitiem, & humectatur parumper; tunc hæc est inceptio eius in putrefactione; quare oportet vt puluerizetur super ipsum aristolochia rotunda, & gallæ æquali mensura acceptæ, donec desiccetur. Et similiter dragacanthum iterum, & colcotar sunt bona, propriè cum aceto, et folia nucis, & similiter cucumeris asinini, aut succus eius epithemādo. Quod si pars carnis incipit corrūpi, incide eā. aut fac eā cadere cū eis, quæ sunt sicut trochisci andarō, & fortius eis calcadicon. Quumq; fecerit cadere ordinē unum, succurre cum butyro ponendo desuper: deinde fac cadere secundo, donec peruenias ad [c] [cutem] sanam. Et dragacanthum rubeum est puluerizatio bona super mollitiem, & putrefactionem. Et quando apparet putrefactio, non [d] [expellas cum incisione & consumptione, quoniam] magnificatur malum. Et quando magnificatur apostema in circuitu putrefacti, tunc laudatum est ei sauich cum succo hyusquiami albi verùm apud me non est bonum ei: imò oportet ut huiusmodi administrentur super locum sanum, vt prohibeat ab ipso, & repellat. Et quum inciditur membrū, quod putrefactum est, tunc oportet vt cauterizetur illud, quod [e] [continet] ipsum cum igne: quoniam illud est [f] [cū cautela] aut cum medicinis cauterizantibus adurentibus: & propriè in membris facile suscipientibus putrefactionem, propter caliditatem suam, [g] [quia superfluitates calidæ approximant ei] sicut sunt testiculi, & anus: hæc est ergo quantitas, quam diximus hic. Et tu quidem inuenies in sermone nostro, qui est de vlceribus putrefactis, quod oportet te addere huic capitulo.

a B. persicorum
b B. vlcus.
c B. carnem.
d B. non preter necessitas incisioné aliter. n.
e B. circuit
f B. curatio bona
g B. vicinitaté superfluitatum currentium ad ipsa

ANNOTATIONES.

De grangrænæ curatione abunde agit Gal. 2. ad Glaucon. Paulus lib. 4. & Aetius lib. 14. Item & Celsus lib. 5. Vbi grangræna in sphacelum abijt, consulunt medici de affecta parte abscindenda. nempe quæ, quum resici amplius nequeat, proximas etiam corrumpit. At ubi agendum hoc est, quæritur num id solum quod noxium est, detrahendum, an etiam sani quidpiam. Gal. Aetius & Paulus præcidi aiunt oportere quo sanam partem attingit: vt nihil prorsus putridi ac cariosi relinquatur. At Celsus lib. 7. ex sana potius parte aliquid excidi iubet, quam vt ex ægra relinquatur. Discrepare ergo Gal. a Celso videtur. Sed verè non discrepat, si rectè aduerteris. nam neque Celsus secari sanam partem iubet: sed & loco citato, & lib. 5. vsque ad sanum corpus excidendum ait. Illud tantum innuit, quòd si modo in alteram partem sit inclinandum, de sana potius parte est detrahendum, quam vitiati quidpiam relinquendum; de qua re Galen. nihil. An vero id agendum quod Celsus consulit, vel potius contrà; res ipsa docet. Certè ea est huius morbi vis malignitasque, vt si quidpiam praui supersit, quod reliquum est, infici oporteat, & in eundem statum morbum recidere. propterea que tutius videtur aliquid ex parte sana abscindere, quàm eius vitij semina remanere. Contra tamen sæpenumero & animi deliquia, & sanguinis fluxiones & conuulsiones sequuntur, si de sana parte seces, quæ non minus negocij medicis plerumque faciunt, quàm affectus prior. Vbi igitur (vt hanc rem absoluamus,) neque crassior quæpiam vena astiterit neque neruosus locus fuerit, sed solam carnosam partem morbus occupat; videtur certe compendiosior curatio, vt etiam de sana parte abscindas; quàm vt quidpiam corrupti supersit, in quo postmodum extirpando diutius labores: probaturque propterea in hoc casu Celsi potius consilium, quàm alterum. At si eorum symptomatum discrimen impendeat, quod non tamen semper impendet; satius videtur, ut recentiores sequutus, quod putridi est reliquum, candenti ferro exuras, quàm ut de uiua parte abscindas.

Cap. 9.
Cap. 19.
Cap. 56.
Cap. 26.
Cap. 33.
Cap. 26.

De † althohoin. Cap. 17.

† bubone pestilenti

ANtiquissimi antiquorum nominauerunt eum nomine, quod translatum est in arabico [a] [althohoin] omne apostema existens in membris glandosæ carnis [b] [aut alibi.] Et sensibilia quidem sunt sicut caro glandosa, quæ est in [c] [maxilla, & origine] linguæ. Et illa quæ sensum non habent, sunt sicut caro glandosa, quæ est [d] [in mamilla, in] subascellis, & inguinibus, & eis similibus. Deinde dictum est post hoc [e] [ei,] quòd est cum hoc apostema calidum [f] † [perdens:] deinde dictum est [g] [apostematio perniciosa] propter conuersionem materiei eius ad substantiam venenosam, quod corrumpit membrum & alterat colorē eius, quod [h] [sequitur ipsam:] & quandoque resudat sanguinem, & virus, & similia illis: & adducit qualitatem malam ad cor ex via arteriarum; quare accidunt vomitus, & pulsus cordis, & syncopis: & quando eius accidentia fiunt uehementia, interficit. Et videtur, quòd primi nominabant hoc postremum [i] [carmata. Et est necessarium, vt sit deterius eorum illud, quod accidit] secundum plurimum [k] † [ ] in subascellis, & inguinibus, & post aures [l] † [ ] propter vicinitatem [m] [eius] ad membra, quę sunt vehementius principalia. Et saluius [n] [althoin mortalium] est illud, quod est rubeum: deinde citrinum: Et ex eo, quod ad nigredinem est decliue, non euadit aliquis. Althoin quidem multiplicantur in pestilentia, & in regione pestilentiali. Et inueniūtur nomina greca rerum, quæ assimilantur althoin, sicut tursios, & [o] [carmata] & carmakile, & furios; uerum apud nos non est magna distinctio inter eorum nominationem.

a B. althaun
b B & alibi
c B collo & in millis & ...
e B. de ...
f B. de ...
g B. de ... stemate ... tioso
h B. ipsu ...
i B. Alia ... chumata ... necessariu ... ut huius ... apostemat ...
k B. in ... debilibus
l † B. & ... ra eorum illa, qua ... sub ascell... post aures
m B eo...
n B. alth...
o B. coma...

ANNOTATIONES.

Bubonem proculdubio pestilentem intelligit, quamuis aliqui de carbunculo pestilenti agi uelint. bubonem nempe

pe testatur Paulus lib. 4. febribus pestiferis plurima ex parte superuenire, quod author noster de altoin. & buboni similia sunt, terminthum, phymata, & phygethla, quæ author noster ijs nominibus tursios, carmata, & carmachile, & furios, videtur significare, quum alioqui de carbunculo nihil eiusmodi sit, quod ostendas.

De cura. *Cap.* 18.

EVacuatio quidem cum phlebotomia, & cum eo, quod tolerat hora, aut quod sit necessarium ex eis, quæ educunt humorem putrefactum, est necessaria. Deinde oportet vt reuertaris ad cor cum defensione eius, & confortatione ipsius cum eis, in quibus sint infrigidatio & odoramentum, sicut acetositas citri, & a[miuæ,] & rob pomorum, & cydoniorum, & sicut granata acetosa, & olfactus sicut rosarum, & camphoræ, & sandali. Et cibus sit sicut lentes cum aceto: & sicut cibus cum aceto valde acetosus, factus ex carnibus b[arahengi] & hœdorum. Et oportet, ut c[toretur mansio infirmi cum aceto plurimo, & folijs salicis] & viol. & ros. & nenuphare, & similibus. Et ponantur super cor epithemata infrigidantia, confortantia, ex eis, quæ cognoscuntur de medicinis habentium pulsum cordis calidum, & habentium pestilentiam. Et ad ultimum regantur regimine habentium aerem pestilentialem. Althoin vero ipsum, & quod currit cursu eius de eis, quæ nominata sunt, curetur in principio cum eis, quæ constringunt, & infrigidant cum spongia infusa in aqua, & aceto, aut in oleo ros. aut oleo de pomis, & arbore masticis, aut oleo de myrto. ista fiant in principio: d[in statu vero] curetur cum e[scalpellatione] si possibile est, & fiat ut currat, quod est in ipso: & non dimittatur vt f[brunum fiat,] quoniam additur venenositas eius. Et si indiget ventosis sugentibus cum subtilitate, fiat. Et in illo, quod habet substantiam exituræ, oportet vt g[administretur] apud statum eius, aut circa statum eius cũ h[apertione.] Et quando est illic febris, i[tardabis cum infrigidatione, ne reducas cum ea materiam retro. Et apertio] quidem fit cum eis, quæ sunt sicut embrocha cum aqua chamemillæ, & anethi, & reliquorum k[aperientiũ] subtilium, quæ dicemus in capitulis vulnerũ. Dixerunt l[carmata autem, & sephiros, confert [emplastrum de capillo veneris: & atriplice, & volubili, & radice m[hybisci cum pauca gumma pini] & melle cum vino: aut n[gluten] cum gumma pini: & ceratum, aut sordes alueariorum apum: & lupini infusi in aceto: aut radix cucumeris asinini cum glutino albotin: aut nitrum cum ficubus, aut cum o[fermento.]

a B. limonis.
b B. alceiugi
c B. circundent locus infirmi cũ niue plurima & folijs Kalef
d B. &
e B. scarificatione
f B. congeletur
g B. occupetur
h B. facientib. saniem
i B. tunc declina ad infrigidãtia, & non fit illud superflue vt non retrocedat materia ad posteriora & saniatio
k B. facientiũ saniem.
l B. cumata autem & mecacalius conferunt
m B. maluauisci cum pauco ammoniaco
n B. debach
o B. Alia litera giemeigi.

ANNOTATIONES.

In pestifero bubone à venæ sectione curationem ordi-tur. At contra Rasis sanguinis missionem interdicit. Verum repetenda pro huius quæstionis dissolutione ea, quæ antea de pestilenti febre diximus. Cautè hic author sanguinis vacuationem proponit, de uirium tolerantia mentionem faciens. Neque verò hic locus sententiam nostram de venæ sectione in affectu pestilenti deturbat, qui ubi facta iam febris est pestilens, nullo pacto secari unam uelimus. quum aliud sit de pestifera loqui febre, quæ communis toti corpori est morbus; aliud de pestilenti bubone, in quo totum corpus rectè se habet, ea excepta particula in qua est bubo. Non negarim tamen citissime uniuerso corpori id uirus communicari, & febrem accendi: quo casu nos omnino à sanguinis missione abstinendum putamus, quamuis, in ijs qui à uirulento sunt quopiam demorsi, ubi dispersum per totum corpus est uirus, qui casus est huic similis. Paulum sanguinem statim detrahere non ignoremus.

De apostematibus accidentibus in glandulis.
Cap. 19.

APostemata glandosa, quæ non incedunt via a[atangarij] quandoque accidunt in loco aliquo casu in crisibus: & quandoque cadunt casu expulsionis à membris radicalibus. Et fortasse attrahunt ea, vlcera & apostemata alia super extrema, ad quæ currunt materiæ, b[in vijs quarum incedunt] carnes illæ: quare c[inuoluuntur cum] eis, sicut accidit inguini, & subascellæ ex apostematione amborum in eo, qui habet scabiem, aut vlcera super pedes, & manus. Et quandoque sunt cum repletione corporis. Et quandoque non est in corpore plurima repletio. Et eorum cura d† [ ] est diuersa à cura apostematum aliorum e[in principio, cum expletione; & non] administratur in eis illud: imò euacuatio per phlebotomiam, & solutionem ventris est illud, quod est necessarium. Curatio vero alia f[prolongetur] in eis, si possibile est, donec declaretur dispositio. Nam, si fuerit secundum semitam crisis, aut secundum semitam expulsionis ex membro principali, tunc non oportet vt prohibeatur omnino: imò trahatur ad membrum quacunque attractione est possibile, & etiam cum ventosis. Si autem fuerit propter multitudinem repletionis, tunc euacuatio est radix: & minoratio cibi, & subtiliatio. Et non administres expulsiua, imò mollificatiua; ita tamen ut non administres mollificatiua iterum absque euacuatione: fortasse enim eueniet illud super membrum cum attractione materiei plurimæ; imò quando administras mollificatiua, euacua cum hoc: & trahe materiam ad diuersum. Timor enim in expulsiuis est reditus materiei ad viscera, & ad membra principalia: Et timor in mollificatiuis, est attractio materiei plurimæ. Et euacuatio, & declinatio materiei securant ex nocumento mollificantium. Et quando dolor fit vehemens, tunc necessarium est vt sedes ipsum cum eis, quę sunt sicut lana infusa in oleo calido: deinde adde in eo salem in fine eius, donec sedetur dolor g[statum,] & in primis fortasse addit in dolore. Et quando corpus est mundum, aut mundificasti ipsum; tunc resolue, & non cures. Et quandoque valet in resoluendo illud, quod est sicut farina tritici: & saluius illa est farina hordei. Et fortasse magnificatur per resolutionem fortè apostema, quare nõ administretur,

a B. althohoin
b B. quæ incedunt in viis in quibus sunt.
c B. firmatur in
d †B. sicut scivisti.
e B. in hoc ꝙ in eis non incipitur cũ repercussione, neque cũ festinatione
f B. expectetur
g B. Alia litera deinde resoluatur
Alia litera cum eo ꝗd resoluit.

tur, nisi quando est necessaria repulsio ex membris principalibus, & attractio materieri ab eis ad apostema, timendò super illa principalia. Et multoties quidem sanat ea in principio oleum calefactum, quod effunditur solum. Verū quando apostema est in [h] [quantitate, & substantia sua molle,] in membro nobili, sicut mammilla, & testiculo, & non timetur ex prohibitione eius nocumentum; tunc prohibe, & repelle: sed quando sentis declinationem ad duritiem, tūc lini vbicunque sit.

h B: carne molli vel laxa aut

ANNOTATIONES.

Bubonum non pestilentium ortum & curationem pro sequitur. pro qua re adi Gal. 13.method. & 2. ad Glauc. Item vide quæ Gal. in 3. de comp. med.

Cap. 5. & 12. Cap. 1.

†abscessibus.

De exituris calidis. *Cap. 20.*

Exitura est de summa dubellet, quæ collectionem faciunt ex apostematibus calidis. quasi nomen aldubellati cadat super omne apostema a [vlceratum] in interiore, cuius est locus, ad quem effunditur materia aliqua: & remanet in eo, quæcunque materia sit. Et exitura b [quando est ex hac sua dispositione] calida, c [tunc aggregatur materia.] Et quandoque incipit apostema calidum sicut est, cum aggregatione, & solutione continuitatis intrinsecę. Et quandoque non incipit ita: imò incipit in inceptione apostematum calidorum sanorū: deinde conuertitur esse eius apud statum, vt incipiat in aggregatione: & nos in posterioribus differimus sermonem de dubellet frigidis, quę cōprehendunt humores viscosos, & gypseos, & lapideos, & arenosos, & capillares, & alios, licèt sint quidam, qui approприant nomine aldubellet illud, in quo sunt humores illius generis: verum nos loquimur nunc de eo, quod aggregat d [materiam:] hoc enim e [si] incipit exitura, propter materiam, quam expellit natura & non est possibile vt penetret cutem, neque f [etiam superficiem carnis] imò separat eius continuitatem per grossitiem suam, separatione aperiente; tunc quiescit in vacuitate eius, quod separatur g † [ ] secundum plurimum: h [quare] apparet ei caput acutum; & proprie si fuerit materia acuta. Istæ ergo exituræ incipiunt, & aggregant i [saniem.] deinde maturatur sanies, postea rumpitur. Et fortasse indiget cōfortatione in maturatione, & eruptione, & fortasse non indiget. et quanto plus est exitura vehementioris eleuationis, & acutioris capitis, & rubedinis, est humor attractus vehementioris caliditatis; & est velocioris maturitatis, & resolutionis, & eruptionis, & propriè eminens, procedens extra pinealis. Quæ autem est cum diuersitate, lata, profunda, paucæ rubedinis, est grossæ materiei, mala, decliuis ad interiora, pauci doloris, grauis motus. et deterior ista est illa, cuius eruptio est ad interiora: & corrumpit illud, super quod vadit. et est de ea, quæ expellitur ad vtrumque latus, & laudabilior eruptio eius est ad k [ventriculum proprium] membro, cui est via currens ad exteriora, sicut exitura stomachi: ut. n. erumpatur ad interiora eius, & ipsius concauitatem, melius est quàm rumpatur ad exteriora eius, & ad l [ventriculum continentem] mirach, sicut eruptio eius, quę in cerebro ad duos ventriculos anteriores laudabilior est, quoniā ambobus sunt meatus, sicut nasus m † [ ], & aures. et quando rumpitur ad spatiū continens cerebrum, aut ad ventriculum posteriorem, non inuenit meatum ad exteriora, & nocet nocumento vehementi et non est omne membrum conueniens ad hoc, vt eueniat in ipso exitura: in iuncturis enim minoratur egressio exituræ, quoniam in eis sunt humores mucillaginosi, & loca eorum ampla, non suffocantia materiam, neque retinentia n [egressionem putridi. Quòd si egrediatur illic exitura, erit propter rem maximam. et deterior exiturarum, & malignior earum est, quę egreditur super extremitates lacertorum, & propriè lacertorum plurium neruorum. et exituræ quidem diuersificantur propter spatium maturationis saniei suæ, secundum humorem in subtilitate, & grossitudine sua: & complexionem in calore, & frigore eius, & æqualitate eius: & secundum tempus, & ætatem, & substantiam membri. et non contingit o [ne] maturetur exitura, & p [ne] conuertatur quod in ea est in pus, nisi propter paruitatem caloris innati in membro, aut propter grossitudinem substantiæ, quæ est materiei. et quandoque cōtingit ex hoc, vt fiat sanies in interiore parte sui, & non appareat sensui propter profunditatem puris, & grossitudinem eius, quod est super ipsum: et statur super maturitatem saniei velociter, & quandoque non statur secundum substantiam suam in grossitudine. Quòd si maturatur, & subtiliatur, leniatur substantia eius velociter, & secundum quòd est de carne ista plurima, & pauca. et propter q [causa exituræ & casus ad saniem propter repletionem & multitudinem materiei & corruptionem] eius. et causæ r † [ ] eius sunt nauseatiua satietas, & exercitia mala: & ægritudines, quæ non faciunt crisim cum euacuatione apparente: & nocumenta alia ex angustijs, & sollicitudinibus corrumpentibus sanguinem. et de exituris quidem est species, quæ nominatur turmusios; & est exitura, quę rūpitur, & quod est sub ea, est simile carni bonæ, deinde apparet ab ipsa sanies alia. et de exituris est species, quę nominatur albir, & est exitura s [vasalis] rotunda, & rubea, quam, qui habet, secundum plurimum non expoliatur à febre, & eius euentus secundum plurimum est in capite, & quandoque accidit in alijs locis.

a B. existens in loco uacuo, uel concauo uel habens locum uacuum.
b B. est illa quę est ex summa illorum.
c B. & quæ aggregat materiā Alia litera tunc aggregatur sanies.
d B. saniem
e B. esse
f B. imbibit eā caro
g B. & h—B.
i B. materiam,
k B. concauitatem propriam.
l B. concauitatem quam continet
m † B. Alia litera & os
n B. unde exeat ad [illegible] nem
o B. ut non
p B. non
q B. causa exiturarum & [illegible] sus ad [illegible] repletio & [illegible] titudo [illegible] & corrup[illegible]
r † B. causa
s B. ulcerosa

ANNOTATIONES.

Abscessum intelligit, quod norit qui Galenum in lib. de tumorib. præter nat. & Paulum lib. 4. accurate legerit. Prosequitur rem hanc fusius hic author & in sequentibus. Pro quibus adi Hipp. 1. progn. Gal. 2. aph. & 2. ad Glauc. & 13. meth. & 14. meth.

Cap. 3. & 6. Cap. 18. tex. 42. Com. 40. Cap. 6. & 7. Cap. 5. Cap. 11.

Signifi-

Significatio quòd apostema sit exitura. Cap. 21.

QVum videris pulsationem plurimam, aut duritiem prolongatam, & caliditatem, tunc existima quòd apostema est in via vt fiat exitura.

Significatio maturationis & eius signum. Cap. 22.

QVum videris lenitatem quandam, & sedationem doloris, tunc scias quòd est in via maturationis.

Iudicia saniei. Cap. 23.

SAnies laudabilis est illa, quæ est alba, lenis, cui non est odor horribilis, & in qua non operata est nisi caliditas innata, licèt non sit excusatio à communitate extraneæ. Et non [a][additur] eius lenitas, nisi vt sciatur, quòd ipsa est præparata pati à virtute digestiua: & non diuersificatur eius [b][præparatio] in inobediente, & obediente. Et oportet ne sit ei odor vehementis horribilitatis, vt sit longinquior à putrefactione. Dixerunt, & requiritur ex ea alba, quoniam color membrorum radicalium est albus: & non assimilat eam nisi natura potens super eam. Et sanies mala est fœtida, significans putrefactionem, quæ est contraria maturationi, & significat dominium caliditatis extraneæ. et quãdo egreditur sanies diuersarum partium, [c][conuenientium] colorum, & substantiarum, est etiam de genere diuerso à bona. et necesse est omni [d][saniei, vt faciat euenire in corpore putrefactionem, aut maturitatem, aut diminutionem] aut alteretur cum modo alio.

a B. requiritur.
b B. operatio.
c B. diuersorũ.
d B. materiæ quæ accidit in corpore vt putrefcat vel digeratur aut infrigidetur seu induretur.

Significatio exituræ intrinsecæ. Cap. 24.

QVando accidit apostema calidũ in visceribus, & accidunt horripilationes, & febres, & non est eis ordo, & fit dolor vehementior, & est horripilatio in primis longioris spatij, deinde non cessat abbreuiari spatium eius, et additur grauitas apostematis: tunc scias quòd apostema fit exitura, & quòd peruenit ad collectionem sui. et non fiunt dolores isti in principio vehementiores: & quanto plus approximat status, minorantur, nisi quoniam eruptio [a] † [ ] fit in principio [b] † [ ] & solutio continuatis [c] [& dolor prouenit ex ea] quando colligitur [d]: † [ ] & quando fit materia sanies, quiescit[e] [etiam] calefactio fortis, & inflammatio: quare quiescit febris eueniens per communitatem cordis. et scias, quòd durities pulsus est testimonium magnum. et quando apparet signum exituræ [f] † [ ] aldubellati in visceribus, & non induratur pulsus, non iudices penitus, quòd fit exitura interior. In huiusmodi enim fortasse non erit in visceribus, imò in siphac quod continet viscera. et tu quidem iam sentis latus, in quo est exitura, per grauitatem, quæ pendet ex eo, & per dolorem.

a † B. dolorosa
b † B. & eruptio quidem
c B. ex qua prouenit maior dolor est illa, quæ accidit
d † B. materia
e B. tunc
f † &

Significatio maturationis intrinsecæ. Cap. 25.

QVando accidunt significationes exituræ intrinsecę, deinde quiescunt accidẽtia, quæ sunt ex febre, & horripilatione, & dolores sedatione completa, & remanet grauitas; tunc scias quòd sanies iam confirmata est, & maturatio adest.

Significationes propinquitatis eruptionis intrinsecæ. Cap. 26.

QVando redeunt dolores, & fiunt punctiones, & mordicatio, & grauitas fit vehementior, & similantur febres; tunc eruptio iam appropinquat. Quum ergo accidit rigor subito, & sedantur grauitas, & dolor, tunc iam eruptio facta est: & proprie quando apparet sanies euacuata, mordicans illud, quod pertransit. et est necessarium vt sit arefactio virtutis, & debilitas arefaciens. et quando exituræ intrinsecę fit eruptio subita, & egreditur res plurima; tunc fortasse accidunt pulsus cordis, & syncopis mala, & fortasse accidit mors propter resolutionẽ virtutis: & fortasse accidunt vomitus, & vẽtris solutio: & fortasse accidit sputum saniei plurimæ subito, quando exitura est in pectore: & fortasse accidit prętocatio, quando erumpit ad pectus res plurima subito.

Curationes exiturarum apparentium. Cap. 27.

EVacuationes quidem, & ea quibus medicantur apostemata in principiis suis, nisi timeatur reditus materiei ad membrum nobile sicut declarauimus, & sicut errant in hoc stolidi; sunt res, in quibus communicant exitura calida, & apostemata calida, quæ non sunt exituræ. Illud verò, quod ei appropriatur de regimine, est resolutio eius, quod aggregatum est in ea. Et illud est secundum duos modos regiminis; quorum vnus est regimen currens secundum rectitudinem, quum [a] [ægritudo] nõ egreditur ab eo, quod consuetum est plurimum. et est, vt ingenietur in maturatione materiei, vt fiat sanies, & in eruptione eius post illud [b], † [ ] vt tu obserues virtutem, & conserues eam ne prosternãt eam dolor & eruptio subito; plures enim hominũ mortui sunt syncopizãdo ex arefactione virtutis: imò oportet vt obseruet eam medicus, qualiter confortet virtutem, & conseruet eam cum eo, quod scis: quare oportet vt cibetur patiens dubellati cibis bonis, nisi sit exitura in visceribus: quoniam tunc oportet necessariò, vt subtilietur cibus. et secundus est regimen egrediens à rectitudine propter necessitatem dispositionis: & est, quoniam, quando ægritudo est magna, & exitura pertransiens in magnitudine sua illud, quod consuetum est, & timetur [c] [festinatio] rei in expectatione maturationis in ea, & scitur quòd virtus non sufficit in maturatione illius totius, & si administrantur maturatiua, perducet illud ad uestigium immaturationis; tunc necessaria est perforatio cum cautela, ne ferrũ tangat illud, quod sequitur exituram de membris nobilibus, in tactu, quorum à ferro est timor:

a B. apostema
b † B. &
c B. magnificatio.

timor:Et d [illud est] quum senseris, quod materia talis est grossitiei,quòd non maturabitur: & quòd calor innatus in membro tantæ est paruitatis,quòd nō maturabit : aut timueris quòd ipse propter suam e [abbreuiationem] est talis quòd alterabitur alteratione non maturationis veræ:aut exitura est prope iuncturas,& mēbra principalia ; quare timetur quòd ipsa corrumpat ea.Et si fiduciam habet in medicinis facientibus inuiscationem,& maturantibus;non elongabitur,quin inuiscantia prohibeant penetrare inspirationem in f [spatium,] & maturatiua moueant caliditatem debilem: & totum illud iuuat ad putrefactionem membri.in huiusmodi ergo est necessaria g [incisio] profunda, & perforatio disrumpens:deinde sequantur illud medicinę,que sunt in ultimo resolutionis, & exsiccationis. Et oportet, vt sint h [perforatio,& sectio] incedentes in longitudinem villorum neruorum membri, nisi sit voluntas vt destruatur operatio illius membri,timendo casum spasmi:tunc enim incide villos in latitudine & saluabis ab eo,quod timebas. Et plurimū quidem longitudinis villorum est cum longitudine corporis,nisi in membris appropriatis. Et i [similiter] inuenis plurimum longitudinis villorum k [cum plurimo ligaturæ,] & rugarum, nisi in membris appropriatis, sicut in fronte.Et oportet, vt non approximet perforato,neque l [secto] aqua, neque oleum, neque aliquid,in quo sit pingue.Et si non est excusatio quin lauetur, tunc fiat cum aqua, & melle: aut aqua cum vino,aut cum aceto.Quod si vehementiora fiunt apostemata, & inflammatio post perforationem, m [vaporetur] cum lentibus.Et si non fuerit illud necessarium,administrabis incarnatiua,& emplastra. Et scias quòd hæc perforatio est generatiua virus, & sorditiei, & fistularum : verum quum non inuenis excusationem,tunc non est ingenium aliud Et loca conuenientiora ad expectandum vt in eis maturetur,sunt loca carnosa,paucorum neruorum,& venarum. Et scias,quòd pineales,eleuatæ,acutorum capitum, parum indigent perforatione,neque ante maturitatem,neque post ipsam.

d B.similiter.
e B.diminutionem.
f B. porositatibus.
g B.Alia litera sacrificatio
h B. scarificatio & apertio.
i B. propter illud.
k B. esse cum incessu linearum.
l B. scarificato.
m B. emplastretur.

Regimen maturationis,& ingenium ad faciendum pus in exituris apparentibus. Cap. 28.

MEdicinarum maturatiuarum caliditas oportet vt sit proxima caliditati corporis,& sit eis inuiscatio quædam. De illis sunt in primis gradibus embrocha cum aqua tepida,& emplastratio cum farina tritici,aut hordei:& triticum masticatum est melius in hoc: & panis cum a [pice] aut cera:& crocus:& puluis olibani,& pix cum oleo ros. aut adeps porci: aut emplastrum de maluauisco,& semine lini.Et iterum emplastrum de ficubus siccis,dulcibus, grassis, pinguibus solis: aut cum farina hordei:& farina hordei iterum , & proprie si ponātur in ea hyssopus & origanum syluestre: aut aggregetur cum aqua, in qua decoquantur cum pauco sale,& non superfluo. Et quandoque ponitur in eo adeps,aut oleum b [aut] fortius illo c [duæ partes glutinis] albotim.Et medicinæ compositæ ex vuis passis , & storace, & galbano,& myrrha, d † [ ] & ladano,& resina,& butyro, & mastice, & hyssopo humida,& radice cucumeris asinini , & radice * sanguinis draconis.Et emplastrum galeni cum oleo de kerua absque cera : & proprie quando soluitur hoc emplastrum in oleo: & similiter emplastrum didimos, & emplastrum basilicon.Et de bonis in hoc est medicamen de lapide marchasitæ cum ammoniaco,quod desuper ponatur donec cadat per se.

a B.aqua & oleo.
b B.&
c B. est nastur-
d † B. ... do.

Regimen exiturarum, quando maturæ sunt. Cap. 29.

QVum inuenis exituram grossæ cutis,cum maturatione, cuius non speratur ipsius eruptio,& sunt illic venæ,& chordæ, & nerui; tunc oportet vt perfores,quoniam si dimiseris saniem,corrumpetur:& corrumpet, & corrodet venas,& villos neruorum:& illud quidem vehementius erit, quum fuerit prope iuncturas:& tu quidem quære cum tua perforatione locum saniei.Et sis sollicitus vt cadat porta perforationis inferius, nisi vbi non est possibile. Et si illud,quod est super exituram, fuerit grossum , & a [secueris ; & tunc seca portam tantum,quoniam b † [ ] adhærebit grossum cum eo , quod est post ipsum. Et si fuerit extenuatum tunc seca totum eius in longum.Et scias quòd locus, in quo est sanies, declaratur per tactum & c † [ ]quando tangitur cum digito d [proprie :] & tu obserua cum digitis alijs , saltem alterius manus, an expellatur aliquid ex e [cysti.] Et locus quidem saniei apparet ex declinatione coloris ad albedinem:& dum non est matura, est decliuis ad rubedinem. Et quandoque est locus saniei decliuis ad f [rubedinem ,& citrinitatem quū sanies non est bona g.[Et sustētare in tactu]absque vsu:verūtamen visus est adiuuans.h[Oportet ergo]vt in sectione i † [ ] consequaris lineas naturales k [ligaturę] l [nisi,quę sunt apud sumen]nisi apud necessitatem m [&] in membris diuersificantibus situm villorum in longitudine sua n [loco ligaturæ.] Nam si tu secutus fueris illud in perforatione exituræ,quę est super frontem,s.o [ligaturam,]cadet cutis frōtis super faciem : imò oportet vt tu diuersifices p [ligaturam.]In eis vero,quæ sunt sicut inguina,oportet vt vadas cum q [ligatura]in latitudine cutis. Et quum tu perforaueris exituram,& extraxeris quod in ea est ; tunc necessarium est, ut tu succuras ad conglutinandum cutem cū carne , ut non r [rumpatur & indurescat ,] & fiat taliter quòd nō glutinetur:quare fiat sinus, qui non cesset impleri, & redeat similis exituræ primæ:& quoties mundificaueris, non moretur iterum quin impleatur:& fiat in viriditate de genere fistularum. Et antequam facias ipsam conglutinari in hora , oportet vt mundes eam.Et si tibi necessarium fuerit,vt in ipsam intromittas radium,super cuius caput sit pannus asper,cum quo mūdifices ipsam,& frices, deinde fac ipsam adhærere , & conserues eam cum ligatura secundum quod dicemus de ligaturis cauernarum,& vlcerum profundorum,er it cōueniens valde. Et oportet,vt tu obserues in perforatio-

a B. volueris scindere.
b † B. ...
c † B. ...
e B. ... comp...
r B. fiat ... sta ... dura.

foratione illud, quod diximus de conditionibus: deinde perfora in loco maturiore[s] † [ ] & parte longiore à venis, arterijs, & chordis. Inquit Antyllus, si exitura fuerit in capite, tunc sectio eius sit sectio æqualis, & sit cum radice natiuitatis pilorum, ne sit transuersa in ea, vt cooperiant eam pili, & non ostendatur quum sanabitur. Dixit: & quando est locus [t] [eius oculus,] tunc eius perforatio sit [u] [lata.] Et si accide rit in naso, perforabimus eam æqualem cum quantitate longitudinis nasi. Et si fuerit prope oculum, perforabimus eam perforatione simili capiti lunæ nouæ, & faciemus tortuositatem inferius. Si autem acciderit in mandibulis, secabimus eam æquali sectione: quoniam compositio huius loci est æqualis: & scitur illud ex corporibus senum. post aures verò perforamus illud æqualiter. Brachia autem, & cubitos, & manus, & digitos, & inguina omnia perforamus in longitudine. Inquit, & si fuerit prope coxas, perforabimus eam perforatione rotunda. Et perforatio quidem rotunda est, quæ apprehendit cum apprehensione sua in longitudine corporis aliquid de latitudine eius, Inquit, quoniam quum locus iste non perforatur rotunde, possibile est vt aggregentur in eis materiæ, & fiant fistulæ. Et similiter etiam perforatur quod est prope anum, propter locum humiditatis, quæ aggregatur in eo. Et in latere, & costis, perforatur [x] [apperiendo.] In testiculis verò, & virga æqualiter. Inquit: & simus prompti semper, vt [y] [consutum sit sequens figuram loci] quanto plus poterimus super ipsum. [z] [Coxæ] autem, & adiutoria secantur in longitudine. & conserua vt non lædas neruos. [a] [Et scias quòd perforatio diuersificatur secundum loca, quoniam quãdo est apud oculum, tunc perforatio eius est [b] [lata,] similis situi oculi. Et in naso est cum longitudine nasi. Et in mandibula est cum longitudine mandibulæ. Et prope aurem secatur æqualiter, quoniam compositio huius loci est æqualis. Et cognoscitur illud ex corporibus senum: Post aures verò perforatur æqualiter. Et in brachijs, in cruribus, & coxa, & virga totum æqualiter fit in longitudine: & similiter in lacertis ventris, & in dorso, & in inguinibus, & subascellis pones eam perforationem accipientem ex latitudine etiam, ne fiat in ea sinus, qui fiat fistula. Et similiter in ea, quæ est prope anum accipe de latitudine etiam, ne proueniat sinus, & fiat fistula. Et testiculi, & virga æqualiter, & in longitudine. Et in latere, & costis accipe in latitudine etiam, vt sit [c] [transuersa,] quoniam situs costarum est similiter: & caro, quæ est super eas. Inquit, considera semper situm carnis, & villos lacertorum, quoniam non sumus prompti nisi ad hoc vt pertoremus cum imitatione loci, vt non proueniat incisio: & sit locus incarnationis bonus, non [d] [grossus.] Et sit in omni dispositione studium tuum ne incidas arteriam, neque venam magnam, aut neruum, aut villos lacerti: & perforatio sit secundum magnitudinem exituræ. Sed si fuerit parua, & currit, quod est in ea ex loco vno, tunc seca eam in loco vno. Et si fuerit magna, tunc perfora eam [e] [ex principio] de inde intromitte digitum tuum indicem [f] [sinistrum] in eo, [g] [& perfora eam vbi] peruenerit [h] † [ ] caput eius, deinde intromitte etiã [i] in foramine secundo, & secundum hoc, donec venias super eã. Et si exituræ fuerit locus [i] [sufficiens,] ex quo sit possibile exire, quod est in ea perforabimus ipsam in illo loco: & si fuerit rotunda, aut fuerit ei figura ne egrediatur, quod est in ea ex perforatione vna, perforabimus eã in interiore parte sui in duobus locis, aut tribus secundum quantitatem quam scis, quod omne, quod aggregat in ea, currit in hora. Inquit [k], (nisi) sit exitura coniuncturalis, aut membrum propinquum ossi, aut panniculo; festinabimus in perforatione eius antequam confirmetur eius maturatio, ne pus corrumpat aliquid de his membris. dico ergo, istud est regimen, quando non inuenimus excusationem de perforatione. si autem speramus quod rumpatur per se, non perforabimus. et similiter si speramus, quod ipsa erumpatur per medicinas facientes eruptionem: fortasse enim inuenimus in medicinis facientib. eruptionem, quod fiat loco perforationis. Et multoties perforatur cutis perforatione aliqua, aut accipitur de ea aliquid, postea ponitur super eam eruptionem faciens, vt sit ei profundatio.

De [a] *eruptionibus exituralibus.* *Cap. 30.*

EXituras quidem saluas, in quibus non est magna malitia, aperit aqua calida, & erumpit eas: putrefactæ autem lęduntur ex hoc vehementer, propter illud, quod attrahitur eis ex materia. Et quum vides exituram, quam aqua calida rectificat, confide tunc de bonitate eius.

[a] *De cura.* *Cap. 31.*

ET scias, quòd emplastratio cum radice narcissi rumpit omne prauum: & proprie cũ aqua, & melle: bulliatur totum illud cum oleo de lilio, aut irino: Aut radix cannæ recens cum melle, aut pice sicca cum sorditie aluearioꝝ apum: Aut emplastrum arbosilos: Aut sumatur ceræ, & resinæ, & butyri omnium an. lib. j. & picis siccæ, & mellis amborum an. lib. s. & floris æris drac. iij. & olei quantum sufficit. Et medicamen de allijs est bonum valde. Aut sumantur ammoniaci. vj. ceræ. iiij glutinis albotin. iij. sulfuris citrini. iij. nitri. iij. & fiat ex eis emplastrũ. Et de illis, quæ nos experti sumus, est vt sumantur medulla granorum cotti, & nux rancida, et fermentum, & caules decocti, & cepæ decoctę, & sinapis, & fimus columbinus, & fiat ex eis emplastrum; rumpit enim velociter. Et iterum diaquilon solutum in mucilagine sinapis, & sapone, associatum cum ficubus. Et de medicinis erumpẽtibus stantibus loco perforationis, est, vt administretur emplastrum factum ex melle anacardorum, & pice humida; quę duo aggregentur cum igne æqualiter, deinde ponantur super exituram per medium diem, quoniam rumpet eam. Et de eis iterum, quę sunt fortia, est, vt sumantur alkali, & calx non extincta, & ponantur in [b] [submersione sui, & media aquæ;] deinde coletur postquam bullierunt; & sint in illa aqua alkai, & calx; deinde sumantur,

Margin notes (left):
[s] B. Alia litera & magis carnoso.
[t] B. in loco oculi.
[u] B. tortuosa seu flexuosa
[x] B. perforatione arcuali seu lunari.
[y] B. sit perforatio sequens figuram creatam seu naturalem. Alia litera incisio seu perforatio sequatur figuram loci vel figuram creatam
[z] a. Cura Alia litera vsque illic In quit considera
[a] —B.
[b] B. tortuosa vel flexuosa.
[c] B. tortuosa
[d] B. turpis
[e] B. Alia litera in loco cũ pforatione maiori.

Margin notes (right):
[f] —B.
[g] B. donec.
[h] † B ad
[i] B. inferius
[k] B. si
[a] B. erumpentibus exituras.
[a] —B. & continuatur cũ præcedenti.
[b] B. aqua quã submergatur vel cooperiatur quantitate vna & media.

tur, & ponantur in caldaria de ære, & ponantur super prunas & congelentur in salem. Et sumatur de hoc sale ammoniaco, & ponatur in mucillagine nasturtij, in qua sit aliquid de mel le anacardi, & administretur. Aut sumantur cantharides, & terantur, & ponantur super oleum vetus, & ponantur super ignem leuem. s. ignem prunę, donec totum[c] [coaguletur,] deinde teratur sicut teritur[d] [emplastrum,] & fiat ex eo emplastrum, & ponatur super ipsum mel anacardi: & proprie si ponatur in eo stercus[e] [accipitris] aut stercus passerum, aut stercus anatis. Et quidam iam dixerunt[f] [alKebiKez.] Et de medicinis resoluentibus, est omne calidum, resolutiuum, iteratum super membrum cum ratificatione membri, & raritate eius, cum vaporationibus facientibus illud de illis, in quibus est humiditas calida. et quanto plus resoluitur,[g] [emplastretur multoties locus, & embrochetur.] et oportet ne vacuum sit regimen à medicinis lenientibus, donec leniatur durities ipsius: h † [quia] necessarium est, vt administrentur lenientia sola. et istę medicinæ resoluentes saniem sunt de summa albaurach, & sinapis, & stercus auium, & arsenicum, & calx, & cordumeni: & misceantur cum eis, quæ sunt, sicut thus, & glutinum albotin, & mastix, & i [aldibic,] & aggregentur cum aceto, & oleo antiquo. et medicamen factum cum alijs, aut ex alhacuem aut ex pyretro, & staphysagria, & † nitro cũ melle. et ante omnia ista mundetur locus cum aqua calida. et medicamen de marchasita, cuius descriptio. Recip. lapidis marchasitæ. ℥. xij. ammoniaci tantundem, farinæ fabarum. ℥. vij. misceatur cum resina humida, & liniatur super cutem, & ponatur super[k] [saniem] donec cadat per se; & oportet vt administretur statim, quoniam exsiccatur velociter. et medicamen factum[l] † [ ] ex salis ammoniaci quantitate partis vnius, & ex bezahard quantitate quartæ partis vnius, & ex lythargyrij quantitate partis vnius & tertię, & ex olei antiqui quantitate partis vnius, & duarum tertiarum partis. sumatur ex eo linimentum, et quando non conferunt medicinę, sicut prediximus, necessarium est perforare, aut cauterizare.

c B. fiat vnum
d B. vnguentũ.
e B. falconis.
f B. alchibichẽgi.
g B. minorabis reiterationem positionis & embrocationis.
h † B. si acciderit & non congeletur sanies, quòd si remota fuerit sanies, & resolutio facta fuerit & remanserit durities, tunc.
i B. Aldebac
† baurach
k B. locum saniei.
l † B. Alia litera de sale ammoniaco cuius descriptio.

Regimen exiturarum intrinsecarum. *Cap.* 32.

ALdubelet quidem intrinsecæ oportet vt regantur eum euacuatione: & propriè quando cholera est egrediens in egestione, & vrina, significat quòd sanguis totus est malus. Quando vero verificatur ex existimatione medici, quòd sanguis est bonus, præter illum, quẽ expellit ad exituram, & post euacuationem; tunc oportet vt maturetur cum medicinis æqualibus, sicut est vinum tenue subtile, quum bibitur paulatim. & illud, cui innitẽdum est in maturatione exquisitissima eorum, sunt medicinæ subtiliatiuæ, & exsiccatiuæ, sicut myrrha & cinnamomum, & reliquæ species. & consequantur cum potu vini subtilis, quod est ad albedinem decliue. et de compositis sunt theriaca, & mythridatum, & homorusia.

De aldemenul. *Cap.* 33.

ALdemenul iterum sunt de genere exiturarum: & plurimum eorum fit ex malitia digestionis. et ex motibus super repletionem: & quæ currunt cursu illorum. et deteriores aldemenul sunt, qui sunt profundiores.

ANNOTATIONES.

De furunculo agit, qui dothien græcè. De hoc Gal. in lib. de tumorib. Item & Paulus lib. 4. Cap. 16. Cap. 23.

De cura aldemenul. *Cap.* 34.

QVando apparent aldemenul, tunc eorũ cura circiter tres dies, est cura apostematum calidorum; deinde post illud oportet vt sit occupatio in resoluendo, & maturando: fortasse enim resoluentur, & illud est secundum minus: & fortasse maturantur. et non oportet vt sit negligentia in curatione aldemenul; multoties enim conuertitur ad exituram magnam: & [a] [cura eius est] euacuatio secundum quãtitatem necessitatis phlebotomiæ, & solutionis vẽtris. et quum fuerit in aldemenul pulsatio, & basis radicis, tunc est necessaria maturatio; ergo adiuuetur ad illam. et[b] [illum quidem, qui passus est multitudinem egressionis] aldemenul liberat solutio ventris, & rarificatio cutis cum balneis administratis semper, & exercitio. et de maturatiuis quidem est semen almaru tritum cum lacte, aut cum ficubus & melle. & ficus cũ melle ipso. et triticum masticatum est bonum ad maturationem eorum. et similiter passæ cõfectæ cum † nitro. Aut ficus cum sinapi permistæ cum oleo de lilio. et medicamen aldemenul cognitum. et medicamẽ de fermento notum. et medicamen cui inest iste modus; maturat. Recip. butyri. drac. j. & mediam, fermenti acetosi. drac. j. seminis almaru triti, & psyllii omnium an. drac. j. s.[c] [lactis fici.] drac. iij. fœnugręci, & sem. lini omnium an. ℥. v. bulliant in lacte, & administretur; ipsum enim est iuuatiuũ temperatum. et quum aldemenul difficiliter venit ad pus, & cum quiete caliditatis grauis, tũc phlebotoma uenam, quæ imbibit ipsum: deinde ventosa locum; & non facias istud in principio, quoniam egredietur sanguis virulentus, & retinebitur grossus, & fiet illic vlcus durũ. et quando maturatur, & non aperitur, perfora ipsum, aut cum medicinis, aut cum ferro, aut secundum quòd dictum est in exituris. et de bonis erumpentibus, est, illud semen lini, fimus columbinus, & fermentum.

a B. secundum hoc.
b B. corpus plenum multiplicatio egressio.
† baurach
c B. olei fici.

De Moro. *Cap.* 25.

HOc est apostema molle ex carne addita, quod accidit in carne rara; & plurimum eius fit in ano, & vulua; & quandoque est saluum, & quãdoque est malignum dolorosum.

ANNOTATIONES.

Thymum vel thymium, vel etiam condyloma hoc nũcupant, sed vt hæc differant, & curentur, docet Paulus lib. 6. Egit & hic author in lib. 3. Fen. 20. Cap. 71. Cap. 3.

TRA-

TRACTATVS II.

De apoſtematibus frigidis, & quæ currunt curſu eorum. Cap. 1.

HVmores frigidi: & qui currunt curſu eorum in corpore, ſunt phlegma, & melancholia, & ventoſitas; & compoſitum ex eis: & tu iam ſciuiſti ſpecies eorum. Et apoſtemata frigida, aut ſunt phlegmatica, aut melancholica, aut ventoſa, aut compoſita. Et apoſtemata phlegmatica, aut ſunt ſimplicia, & nominantur apoſtemata mollia: aut aquoſa ſicut accidit membro alicui vt in eo aggregetur aqua, ſicut hydropiſis proprie: aut dubellet, in quibus ſunt ſicut [a] [nodi] lenes aut duræ, ſicut ſcrofulæ, & nodi duri. Et melancholica aut † ſephiros, aut cancer. & tu ſcies differentiam inter vtroſque. Et ventoſa aut ſunt [b] [eleuatio,] aut inflatio. & [c] [eleuatio] quidem eſt quando ventoſitas permiſcetur ſubſtantiæ membri. & inflatio eſt, quando eſt ventoſitas aggregata in ſpatio vno, fixa in eo. Et quandoque componuntur illa apoſtemata ad inuicem, & cum calidis ex eis.

[a B. Nota quòd ubi habetur nodus in arabico habetur alſelha
† ſcirrhus.
b B. althebegi
c B. althebegi.
† oedema.]

De apoſtemate molli phlegmatico, quod nominatur † vndimia. Cap. 2.

ESt apoſtema album, molle, in quo non eſt caliditas: & quanto plus materia eſt ſubtilior & magis madida, eſt mollificatio eius vehementior, & digitus facilius penetrat in eo, quod comprimit, cum prohibitione eius [a] [quod eſt] in eo quod non eſt in [b] [eleuatione] & quanto plus materia eſt groſſior, eſt ad duritiem, & frigus [c] [ ] decliue; & plurimum eius eſt a vapore phlegmatis: & eſt de genere [d] [eleuationis.] Et differunt vndimia ab apoſtematibus melancholicis per paucitatem duritiei, & paucitatem obfuſcationis. Et quando accidit ex percuſſione & ſimilibus, & non occurrit materia, quæ attrahitur ad locum eius, niſi phlegma: tunc non apoſtemat prçter apoſtema phlegmatis: & illud eſt parum, & non euacuatur ex dolore.

[a B. aliqua.
b B. thebegi.
c † B. magis.
d B. althebegi.]

ANNOTATIONES.

Oedematis uoce tumorem omnem Hipp. intelligit. poſteriores tamen medici ad laxum tumorem, qui dum premitur, dolore uacat, & digitis cedit, eam uocem contraxere, ut Galenus 1. prognoſt. Fit, ut Galenus 14. meth. quandoque à tenui, nonnunquam à flatuoſa pituita. & author noſter plerunque à flatuoſa ipſa pituita gigni ait. Admiretur ergo quiſpiam, quoniam idem Galenus flatuoſum tumorem ab oedemate diſtinguit in lib. de tumoribus, & meth. Sed uerè tumor qui ex flatulenta pituita non eſſe ex flatibus; ſed medius inter pituitoſum & flatuoſum. dignoſcitur uerò ut in eodem 14. meth Galenus ſcribit, quòd in flatuoſo non redditur ex digiti compreſſione, fouea. Pro curatione uide Galenum 2. ad Glauc. & Paulum lib. 4.

[Com. 29.
Cap. 7.
Cap. 7.
Cap. 3.
Cap. 37.]

Curatio apoſtematis mollis. Cap. 3.

EVacuatio quidem, quæ fit cum ſolutione ventris, & abſtinentia ab eo, quod generat phlegma, eſt res, quæ eſt neceſſaria. Et quum factum fuerit illud, oportet vt ſit repercuſſio eius in principio, cum eo quod aggregat exſiccationem, & reſolutionem. Et oportet vt fricetur locus cum mantili fricatione dura, deinde adminiſtrentur ſuper ipſum exſiccatiua. Et nõ oportet, vt contangat ipſum aqua. Et de illis, quæ bona ſunt in principio, eſt, vt adminiſtretur ſuper ipſum ſpongia noua infuſa in aceto commiſto: aut infuſa in aqua † nitri & cineris. In ſubſtantia euim ſpongiæ ſunt exſiccatio, & reſolutio. Et quoties additur ægritudo, ponatur acetum, in quo infunditur ſpongia fortius parum. Et apud ſtatum perueniat cum ipſo finis in fortitudine, & adminiſtretur ſolum cum ſpongia, & permiſtum cum oleis vehemẽtis reſolutionis. Et in illa hora iterum adminiſtra ſpongiam infuſam in aqua cineris fici, & vitis, & [a] [ilicis] & ſimilium. Et oportet vt cõprehendat ſpongia omnia latera, ne declinet materia ad latus aliud. Et quandoque adminiſtras loco ſpongiæ, quum non inuenitur, pannum duplicatũ in duabus tunicis cum aqua cineris: & quando aſſiduatur ſuper ipſum vna vice poſt aliam, fortaſſe ſufficit. Et aqua calcis eſt fortior. Et de illis, quæ conferunt iterum, eſt oleum roſ. cum aceto, & ſale, & ſulfure combuſto. Et ipſum ſulfur eſt bonum. Et cicer cum aqua caulis eſt mirabilis iuuamenti. Et memithe in principio ſolum, & cum quibuſdam exſiccantibus calidis eſt bonum. Et ſtrictura cum ligamentis confert ei, in quo non eſt materia groſſa. Et oportet in illa ligatura vt ſit inceptio ab inferiore ad ſuperius. Et ſuccus myrti eſt bonus in principio: & bonitas eius poſt illud eſt, vt cum eo conficiantur medicinæ poſt. Et quũ hoc apoſtema eſt in membro neruoſo, ſpiſſo, aut ligamento, aut chorda, permiſceatur in medicinis, quod incidat cum lenificatione. Et quãdo eſt cum hoc dolor propter cauſam, quæ dicta eſt, tunc oportet vt ſedetur dolor in primis cum his, quæ ſunt ſicut hyſſopus humida & vinum coctum & ceratariа ex oleo: & vt adminiſtretur embrocha cũ vino ſtyptico nigro: & poſt illud adminiſtretur, [b] [cum cinere, & ſimilibus.] Et de epithematibus bonis eſt vt ſumantur myrrha, & lycium, & cyperi & aloes, & crocus, & acacia, & boli armeni parum, & conficiantur cum aceto. Et aqua caulis, & folia tamariſci, & ſal, & oleum, & bolum armenum emplaſtra cum aceto. Et iterum ei quidẽ, cuius anteceſſit dolor, ſumantur ſordes balnei, & bulliant cum aqua & inſpiſſetur cum calce, quç ponatur in ea, donec fiat mollis, et liniatur. Et iterum liniantur loca cum oleo, & ponatur deſuper ſpongia, aut lana imbibita aceto, & ligetur ſuper ipſum. ei medicamen de fermento eſt iuuatiuum. Et de iis, quæ ſunt iuuatiua, eſt vt ſumantur folia lilij, & [c] [conterantur] bene, & exprimãtur, & ſuperponantur: eſt enim mirabile. Et ſimiliter alumen, & lycium contrita cum aceto, & aqua cineris et de epithematibus fortis iuuamenti eſt iſtud, ſtercus vaccinũ, & olibanum, & ſtorax, & vſneæ, & calamus aromaticus, & ſpica, & abſinthium, & omnia iuuatiua, & omnes medicinæ prædictæ in areolis apoſtematum, & rememoratæ in antidotario. et quandoque confert mollitiei accidenti in [d] [apoſte-

[† baurath.
a B. glandis.
b B. aqua cineri & ſimilia.
c B. exilentur
d B. pedibus.]

[apostematibus] pregnantium, vt submergatur summitas cannæ, de qua fiunt scopæ, in aceto; & ponatur desuper. Et melius eo est istud, quod fit post contritionem, c [ex] chimolea cum aceto, & anethum. Et embrochis, decoctio caulium, & anethi: aut decoctio corticum citri. Et mollitiei, quę est sequens hydropisim, & ægritudines alias, quæritur cura, quæ est causę.

c B. &

De nodis. *Cap.* 4.

NOdi sunt dubellet phlegmatici, comprehendentes humores phlegmaticos, aut generatos a phlegmate, qui sunt facti sicut caro, aut sicut a [plus,] aut sicut mel, aut sicut aliud: & proprie qui eueniunt in curuaturis iuncturarum, aut res dura, nō est longinquum quin b [necessarium faciat eius obuiatio esse melancholiam, iterum.] Nos posuimus eam phlegmaticam, quoniam radix illius duri est phlegma, cui accidit vt desiccaretur c [grossæ.] Et quandoque accidit vt nodetur neruus, & similatur nodo, & non fit de nodis: & differt a nodis per hoc, quòd non separatur ex omni parte, & non separatur in longitudine, imò dextra, & sinistra. Et multoties accidit ex percussione, quòd assimilatur nodis. Quum ergo curatur in principio cum strictura superposita, remouetur, & resoluitur.

a B. iuscula farinę.
b B. sit necessarium ipsam reperire & esse de genere melancholiæ uerum.
c B. grossum.

ANNOTATIONES.

Melicerida, atheromata, & steatomata intelligit, de quibus Galenus in libro de tumoribus præternat. fusius etiam Paulus lib. 4. & 6.

Cap. 5.
Cap. 34.
Cap. 37.

De cura. *Cap.* 5.

NOdorum, qui sunt glandosi, curatio est in cisio & perforatio, non aliud. Et similiter valēs in a [duris] & similibus. Inquit Antyllus. tende in primis cutem, quæ est super nodos cum manu tua sinistra, aut minister extendat eam tibi, secundum modum, qui est possibilis. Veruntamen oportet ne secetur cystis nodi, quoniam illud prohibebit te vltimare excoriationem. Et quum extenderis tibi cutem bene, tunc seca eam cum facilitate: quoniam possibile est quandoque, vt velamen nodi tendatur cū eo in dispositionibus: tarda ergo donec appareat tibi velamen nodi: deinde extende tibi cutem vtriusque lateris cum vncinis, & incipe excoriare cystim a carne, quoniam possibile est excoriare ipsam, & fortasse est annexa ei, & tūc excoria ipsam cum gamedin, donec egrediatur cystis sana cum eo, quod est in vētre eius: illud enim est magis certum, quod esse potest. Quum ergo extraxeris illud, si cutis non superfluit a loco vulneris propter paruitatem nodi, tunc absterge sanguine & ablue vulnus cum aqua mellis, & sue eam, & incarna. Et si b [magnificatur] super ipsum plurimum propter cōpressionem nodi, tunc abscinde c [radicem eius totam,] deinde cura. Et si nodus est vicinus neruo, aut venæ, & est de illis, qui excoriantur, tūc d [necesse est] excoriare ipsum, & si est de illis, qui e [excoriantur, qui non] indigent excoriatione cum gamedin, & timetur, quod abscindatur aliquid de illo; tunc extrahe ex eo illud, quod egreditur, & pone in residuo medicamē acutum, & non incarnes ipsum, donec scias, quòd non remansit in eo aliquid de cysti: quoniam f [illud, quod de eo remanet, redit quum vult nodus magnus: ergo] imple ipsum cotto, g † [ ] & cura ipsum cum medicamine. et quum perforatur, oportet vt auferatur cystis, quæ est ei, cum complemento sui: & si nō cum alio, saltem cum vncinis: quoniam quando dimittitur, & si minimum sit de ea, redit. Et si possibile est vt excorietur, tunc si accipiantur cystis cum nodo, erit melius: & si relinquitur aliquid de cysti, ponatur in ea medicamen acutum, deinde consequenter adhibeatur butyrū. et in mellino quidem, quod est de exituris, sis sollicitus adeo ne rumpatur cystis eius, & ingenia vt egrediatur cum cysti: nam si eius cystis rumpitur, eius egressio erit difficilis Si vero accidat vt rumpatur, tunc rectum est vt h [conserues ipsam secundum illud, quod est in ea,] & ex coriatum ab ea aggregetur, & stringatur cum ligamentis. Et quando currit de illo res plurima, tunc oportet vt custodiatur patiens ipsum cum confortantibus naturam suam: & conseruetur apud somnum: fortasse enim adueniet syncopis ei: & oportet vt medicetur curatione eius, qui timet syncopim. et multi quidem de habentibus nodos, non tolerant excoriationē, neque medicinas acutas propter magnitudinē ægritudinum eorum, & propter complexiones eorum etiam, neque sufferunt aliud nisi perforationem. Oportet ergo in istis vt perforentur eorum nodi, & extrahatur, quod egredietur ab eis; & neque præsumas de cysti: imò pone in eo omni die postquam egreditur illud, quod i [aggregatur,] oleum cum butyro tepidum: nā cystis putrefiet, & egredietur per se. De bona autem curatione mellini fauosi est, vt incipiatur, & euaporetur cum aliquo calido: deinde emplastretur cum passis enucleatis. et melius est vt excorietur cutis: deinde ponantur super eam emplastra. & fortasse consequitur medicamen acutum in excoriatione cutis finem notum, sicut calx, & sapo, & cinis, & alia de illis, quæ currunt cursu eorum de illis, quæ dicta sunt in erumpentibus exituras. et iterum sumantur calcis. ℥. iiij. & fœcis vini adusti. ℥. ij. & nitri. ℥. ij. magræ. ℥. j. ferueant in aqua cineris ebullitionibus paucis, & ponatur in ampulla de plumbo, & roretur semper, vt non siccetur. et hoc medicamen est bonum k [iterum, & altheeltil] & glandibus, & similibus: et est vt sumatur ellebori, et arsenici rubei amborum an. partes duę, et corticum æris partes quatuor. et fiat ex eis linimentum cum oleo ros. et sumatur ex semine vrticæ, et corticibus eris, et arsenico cum oleo ros. et de emplastris bonis iterum mellino, et omnibus exituris l † [ ] calidis, et in quibus est humor leuis, est istud Recip. laudani, et m [galbani,] et bdellij, et sorditiei vasis apis, et glutinis albotin æquales partes, n [sumatur ex istis.] Et ex o [solutis] sine plurima mordicatione est vt sumatur † nitrum et medietas eius ellebori, et fiat ex eo p † [emplastrum] ex cera, et oleo ros. et iterum calcis pars. j. colca-

a B. melinis.
b B. superfluit.
c B. superfluum totum.
d B. non est malum.
e —— B

h B. ipsam super illud, quod est in eo.

e olcotar pars vna, arsenici pars j. Glandulas autem, quę similes sunt alsilac, et sunt species nodi, si tibi est possibile extrahere, extrahe sicut alsilac: et si non fiat inde nocumentum neruo, aut membro vicino, fac. et si fuerit in manu, et pede, et in loco coniuncto cum neruis, et chordis, non præsumas extrahere ipsum: quoniam faciet cadere patientem in spasmum: imò contere ipsum, et constringe super ipsum cum aliquo, cui sit grauitas, donec q [maturet eum.] et signum eius est, quòd huiusmodi compressio super ipsum stupefacit membrum.

q B. detumescat.

De glandulis. *Cap. 6.*

Quandoque generatur in quibusdam membris apostema glandulosum, sicut auellana, et nux, et minus eis: et multoties super a [volam] manus, et super frontem: et est in principio taliter, quòd quum super ipsum fit compressio, separatur: deinde redit multoties, & multiplicatur: et fortasse non redit. et cura eius est de genere curationis nodorum. et quandoque sufficit vt conteratur, et comprimatur, deinde super ipsum stringatur plumbum grauis stricturæ, quoniam digerit ipsum. et proprie quando linitur super plumbo epithema digestiuum de illis, quę sciuntur. et oportet iterum vt strictura administretur post eius digestionem, quoniam illud est causa prohibens reditionem.

Alia litera. a — B.

ANNOTATIONES.

Putant aliqui glandularum nomine ganglia Auicennam intelligere. Verùm, quum ganglium annotante Paulo lib. 4. neruorum concretio sit; hic uerò de neruis nihil afferat; nos id non affirmamus, præsertim quòd de ijs concretis neruis in superiori cap. quum de nodis ageret, uerba fecit, & curationem tradidit. Fortaße per glandulas tumores quosdam intelligit ex concreta ueluti pituita genitos, à superioribus nodis differentes, quòd ij capsula & uesicula ueluti quadam occluduntur, hi uerò nihil tale habent: unde & sola compressione & contritione curantur, quum alioqui in prioribus uesicam extrahi oporteat, quod & hic author admonuit.

Cap. 16.

De pustulis glandulosis. *Cap. 7.*

Accidunt etiam quandoque pustulę glandulosæ paruæ. et earum cura est ipsarum contritio, et expressio eius, quod est in istis, et stringere plumbum super eas.

ANNOTATIONES.

Non uidentur hęc à superioribus differre, nisi magnitudine: unde & curatio eadem est.

De fugille. *Cap. 8.*

Fugille est de genere apostematum glandulosorum: et quasi hoc nomine appropriatur illud, quod fit post aurem. et nos quidem iam diximus sermonem vniuersalem in omnibus, quæ currunt cursu eius. et cura eius est cura prædicta in capitulo apostematum glandularum, & in apostematibus, quæ sunt post aurem. et de illis, quę sunt ei propria, est cinis limaciarum confectus cum antiquo adipe, non salito: & huic quidem medicinæ nō est par: & iterum cinis mustellæ permisto in eo cerato cū oleo de lilio. et antiquatur, & administretur: & confert scrophulis etiam.

ANNOTATIONES.

Non desunt qui parotidas per fugille putent hoc in loco intelligi. Verùm, quum parotides inflammationes sint calidæ, hic uerò de frigidis agat tumoribus, non dicentur parotides. quamuis non ignorem proponi hoc in loco ab Auicenna, & cochlearum & mustellæ cinerem Galenī exemplo, qui 3. de comp. med. per loca ubi de parotidibus agit, iisdem utitur.

Cap. 2.

De scrophulis. *Cap. 9.*

Scrophulæ similantur nodis: sed differunt ab eis in hoc, quòd non sunt separatæ, sicut nodi, imò sunt suspensæ cum carne. Et plurimum quidem accidit in carne molli. et est eis iterum velamen neruosum. et fortasse fit scrophula vehementis magnitudinis. et fortasse ex vna earum generantur plures: & similantur in hoc a [altheeltil:] Et quandoque ordinantur nodi, & fiunt sicut b [cingulus pendens ex collo ad vnam partem,] & quasi sint racemus. & scrophulæ ad vltimum, sunt glandulæ c [sclirosticæ.] et de scrophulis quidem sunt, quibus associatur dolor, & sunt illę, quibus permiscetur apostema calidum, & materia calida: et est de eis, quibus non associatur dolor, & est difficilis curationis. et fortasse in eius curatione est necessaria perforatio, & putrefactio. et homines vehementius expositi ad habendas scrophulas in partibus colli, & capitis, sunt curta habentes colla, humidarum complexionum. et loca, in quibus generantur plus scrophulæ, sunt collum, & subascellæ et videtur quòd non nominantur scrophulæ, nisi propterea quòd multum accidunt porcis propter gulositatem eorum, aut propterea quòd figuræ earum secūdum plurimum assimilantur porcis. et saluiores scrophulę sunt, quæ accidunt infantibus. & grauiores earum sunt, quæ accidunt iuuenibus.

a B. alcualtil. b B. cholaie. c B. schirosia.

ANNOTATIONES.

Strumæ glandulæ sunt scirrho induratæ, ait Paulus lib. 4. & 6. scrophulę à nostris, & à Gręcis χοιράδες, quòd morbus sit qui scrophis frequens accidit.

Cap. 33. Cap. 35.

De cura. *Cap. 10.*

Radix, super quam est fiducia in curatione habentium scrophulas, est euacuatio, & subtiliatio regiminis et de euacuatione laudabili est vomitus. et est necessarium solutione educere phlegma grossum: & proprie cum pilulis nominatis a [alguasili.] et iterum sumantur turbit, & zinziber, & zuccari partes æquales, & bibantur vsque ad ʒ. ij. & hoc quidem est cum hoc, quòd soluit phlegma grossum, non

a B. aluasai.

non calefaciens,neque inteſtinorum faciens raſuram. et phlebotomia iterum eſt iuuatiua: & oportet proculdubio vt fiat ex cephalica. Regiminis vero ſubtiliatio eſt,quoniam oportet vt deuitet cibos groſſos,& potum aquæ ſuper eos & nauſeatiuam ſatietatem, & repletionem, & toleret famem quantum poteſt: & abhorreat omne quod replet caput materia: & oportet vt cuſtodiat præparatus eis caput ab eo, quod facit currere ad ipſum materias ex præparationibus facientibus currere: ſicut proſternere ſe ſuper faciem, & curuare ſe ſuper genua prolixè, & habere puluinar [b] [planum,] & ab operationibus, quæ trahunt materias ad caput, ſicut locutio plurima, & dolor capitis, & rixa, & ventoſatio eſt inconueniens patientibus ſcrophulas ſecundum plurimum:& illud ideo,quoniam non eſt ei poſſibile vt euacuet ex materia,quæ eſt in ſcrophulis,& quæ currunt curſu eius: imò trahit ad eas,& ingroſſat ipſas per id, quod extrahit de ſanguine ſubtili. et multoties quidem redeunt ſcrophulæ incipientes extenuari, & reſolui, ad diſpoſitionem ſuam primam. et omnino regimen ſcrophularum ſimilatur regimini ſephiros ex parte ipſius ægritudinis. et quum ſcrophulæ ſunt magnæ, tunc [c] [plagarij] alienant ſe a curatione earum cum ferro, & medicamine acuto: & illud eſt de illis,quæ ducunt ad vlcerationem earum,& ipſarum corruptionem. et eſt neceſſarium in huiuſmodi vti euacuatione,& mundificatione, & ſubtiliatione cibi, & adminiſtrare medicinas reſolutiuas ſuper eas cum facilitate. et iam inuenimus [d] [emplaſtrum apoſtolicum relatum ad Chriſtianos, in ſcrophulis mortalibus, ruptis,ſanationis magnę] ſed cum facilitate & lenitate.et de emplaſtris [e] [calefacientibus ſcrophulas] eſt emplaſtrum diaquilon. et quandoque permiſcentur cum hoc emplaſtro medicinæ aliæ, [f] [quas poſuit Hip.] ſicut radix lilij propriè cum proprietate,quæ eſt in ea: & ſicut ſtercus caprarum, & ouium: & ſicut naſturtium, & radix cucumeris aſinini,& vuæ montanę,& ficus, quæ cadūt ante maturationem [g] [albæ,] aut farina fabarum,& amygdalæ amaræ,& bdellium & aggregentur ad illud, & adminiſtrentur, et de emplaſtris bonis eſt emplaſtrum huiuſmodi. Recipe farinę fabarum, & hordei, & pinguedinis porci,& [h] [rici omniū an.partem j.& radicis colloquintidæ, & aluminis iameni, & radicum lilij, & picis humidæ omnium an. partem. s. aggregetur illud cum oleo antiquo [i] [cum pinguedine frixa,] poſt liquefactionem pinguedinis, & picis in oleo. & confert. Emplaſtrum bonum reſoluens duritiem in hebdomada,& in eo,quod eſt minus ea in tribus diebus, quod Gal narrauit in catageni:Recipe ſinapis,& ſeminis vrticæ,& ſulfuris, & ſpumæ maris & ariſtolochiæ, & bdellij. an. unc. j. ammoniaci, & olei antiqui, & ceræ an.unc. ij. Et de medicinis,quæ ſuper eas ponūtur, eſt pix [k] [confectis cum ea ficubus] aut cū ſquilla, aut confecta cum ea radix caulis contrita, & radix capparis cum bdellio, & lupini cum aceto & melle,aut cum ſyrupo acetoſo,& ſtercus vaccinum aggregatis vel decoctis cum aceto,aut omnia iſta cum adipe porci,aut cum oleo. Medicamen bonum: Fœnugreci partes. iiij. calcis, & nitri amborum an. pars j. aggregentur cum melle. Et iterum radix cucumeris aſinini, & folia lauri contrita cum glutino albotin: aut cinis amborum aggregatus cum eo: et iterum aggregentur farina erui,& ſtercus caprarum, & ouium, & propriè montanarum cum vrina infantis, & fiat linimentum. et iterum hoc medicamen: Myrrhæ. x. ammoniaci. vij.& dibic. j. viſci quercini [l] [glandium.v.galbani olei de bezahar] ſorditiei aluearij apum. [m] [j.teratur] & iterum aggregentur in mortario [n] unc. iij. aggregetur illud: & eſt linimentum bonum.et de medicinis bonis ſunt. Ceræ, gummi pini,adipis porci non ſalitę, praſſij, & floris æris partes æquales, fiat ex eis linimentum. Et iterum reſinæ [o] † [dactylorum] corticum æris an.partes.ij. aluminis iameni, arſenici omnium an.partes.iiij. ſumatur ex eis linimentum. et de medicinis bonis eſt medicamen de kitram. & medicamen cucumeris aſinini:& medicamen de condiſi: & medicamen nominatum ſandaros:& medicinæ factæ cum ſerpētibus et ſingularis ex eis,eſt vt ſumatur ſerpens mortuus, & [p] [proijciatur in vas lutatum luto ſapientiæ & dimittatur in furno] de lateribus, deinde conficiatur cum æquali quantitate ſui aceti permiſti cum melle ſecūdum medietatem.et de medicinis bonis eſt, medicamē de cordumeni, & naſturtio, & fimo columbino cum oleo, & omnia iuuatiua ſunt iterum ſingularia. et ſimiliter farina erui cum eis, & ſola cum aceto, & cum melle, & cum pice, & cera & oleo. et iterum ſumantur vuæ montanæ,& nitrum,& reſina, & farina erui,& aggregentur cum aceto & melle.Aut accipe radices lilij,& ſe.lini, & [q] [infundantur] in vino,& ponatur in eis ambobus poſt illud fimi columbini quantitas, quam exigit illud, quod præſens eſt, & fiat ex eis quaſi emplaſtrum, & eſt mirabile. et iam experta ſunt vrina cameli arabici, & [r] [anodatum eius emplaſtrum, aut epithema] commiſtis cum eis medicinis, quæ ſunt ad ſcrophulas, & fuerunt iuuatiua. et almugat eſt ex [s] [epithematibus] mirabilibus. et exiſtimauerunt quidam,& eſt Alkindus, quòd [t] [meſſes cornu caprini] quum aduritur & bibitur hebdomada vna omni die pondere. ʒ.ij. [u] [uideo, quod non oportet fieri] in omni menſe hebdomada vna. Et ſcias, quòd de ſcrophulis ſunt,in quibus eſt canceroſitas: & in huiuſmodi quidem oportet vt conficiantur medicinæ calidæ prædictæ cum oleo roſ. & dimittantur per dies aliquot,& adminiſtrentur.In ſcrophulis autem, quæ ſunt calidæ complexionis, non oportet vt ſuperflua ſit adminiſtratio medicinarum acutarum, imo ſufficit eis, quod eſt ſicut ſauich de tritico cum aqua coriandri. Et fortius illo eſt mirrha cum duplo ſui de lycio, confecta cum aqua coriandri: & eſt regimen in hoc vt vincat aqua coriandri, aut vincat medicamen aliud, ſecundum quòd præſens eſt: & quod neceſſarium facit vehementia inflammationis,aut paruitas eius. Et de illis, quæ conferunt eis, eſt, vt fiat ſternutatio cum oleo de nucleis perſicorum, excorticatorum, aduſtorum. Quòd ſi neceſſarium fuerit in curatione ſcrophu-

b B. demiſſum ſeu non eleuatum.

c B. chirugici.

d B. unguētum apoſtolorum quod factum fuit pro diſcipulis Chriſti eſſe magnæ impreſſionis vel ſanationis i ſcrofulis magnis p niciosis eruptis vel vlceratis.

e B. dilectis, & conuenientibus ſcrofulis.

f B. quæ faciunt ipſum fortioris operationis.

g B. Alia litera & ſunt exſiccatæ.

h B. anſeris.

i B contritione bona.

k B. cum qua ſit confecta farina.

l B.v.galba[...] eſt bazard.

m B.an.par[...] j. terantur [...] nia.

n B.viſcus [...] ficialiter co[...] ctum.

o † B.pa[...]

p B. inciner[...] in vaſe luta[...] to ſapientia[...] ſito in tan[...]

q B. bullia[...]

r B.quod [...] eſt coagula[...] applicando [...] ſum in emp[...] ſtro aut v[...] tum.

ſ B.emp[...]

t B. meſſ[...]

u B. ſanu[...] & oportet [...] fiat.

scrophularum vti ferro, oportet tunc, vt sit ad ministratio eius in scrophulis vicinantibus venis pluribus, & venis pulsatilibus, & neruis cũ cautela, & defensione. homo enim quidam errauit quum perforaret quasdam scrophulas, & obuiauit ramo neruorum reuersiuorũ, quare destructa est vox: & iam accidit, vt non inueniret neruum, sed detegeret eum frigori, quare corrupta est complexio eius, & destructa est eius operatio, vsquequo rediȷt ad ipsum eius complexio cum calefactione: & fortasse errauit, & inuenit† alguidegi: & deterior alguidem in hoc est illa, quæ est profundior: qua propter quũ excoriatur ex latere[x] [saluo oportet, vt sumantur] scrophulæ, & destruatur, quod residuum, est cum medicamine acuto, & non perueniat lateri læsio.

† venas iugulares.

x B. est saluior, & oportet, vt accipiantur.

B. par...

ANNOTATIONE.

Cap. 11. Cap. 28. Cap. 33. Cap. 35.

Habes de huius morbi curatione ex Galeno. 14. meth. & Paulo lib. 4. & 6. Item & ex Celso lib. 5. Videntur tamen Auic. & Celsus ab alijs discrepare. quum Celsus quidem strumis affectos elleboro expurget; & author quoque noster, tum purgationem, tum venæ sectionem in his commendet, de quibus alij ne verbum quidem. Sed paucis. si repletio adsit, supponit Galenus & Paulus, euacuandum & venæ sectione, si redundarit sanguis; & purgatione, si humores cæteri. prætermittuntque id veluti omnibus notũ præsidium. Aut fortaßé de factis iam strumis intelligunt, in quibus neque purgatione, neque sectione venæ induratam iam & impactam materiem retrahas.

De apostematibus duris. Cap. 11.

APostema durum, nominatum † sephiros, quod purum est, est illud cui non associatur sensus, neque dolor. Et si remanet cum eo sensus [a] & dolor] paruus, tunc nõ est sephiros purũ. & purũ quidem, & nõ purum, cũ quo est sensus quidẽ & est priuans dolorẽ. et sephiros, aut fit à melancholia feculenta sola, radicali; & color eius est [b] [cineritius.] Aut à melancholia commista cum phlegmate, & color eius est decliuis ad colorem corporis. Aut ex phlegmate solo, quod iam induratum fuit. Et puri quidẽ color, vt multum, est color plumbi, & est vehementis tensionis, & duritiei: & fortasse [c] [supereminent ei pili,] & hoc est illud, cui non est sanitas. Et est quodam ex eo, cuius color est color corporis, & permutatur de membro ad aliud, & nominatur fermos: & quandoque est cum colore corporis durum, magnum, quod non sanatur, neque permutatur vnquã. Et omne sephiros, aut incipit [d] [apparere] paulatim, & additur, aut conuertitur ex fluxione, aut erysipila, aut exitura in loco vacuo. & quando plurimum accidit durities in visceribus, non accidit nisi post apostema calidum, quando curatur cum infrigidantibus viscosis, ex medicinis, & cibis. Et quandoque canceratur sephiros. & propinquitas sephiros ad cancrum, et elongatio eius ab eo, est secundum multitudinem inflammationis eius, & paucitatem, et apparitionem pulsationis in eo, & occultationẽ eius, & apparitionem venarum in circuitu eius, & non apparitionem earum.

† scirrhus.

a B. quidam licet sit.

b B. plumbeus.

c B. super eum est lanugo quedam.

d B. est sephiros apparet.

ANNOTATIONES.

Scirrhum exquisitum, idest, qui sine sensu, & non exquisitum intelligit: ex pituitosa materia, uel melancholica. Definit scirrhum Galenus in 2. ad Glaucon. præter nat. durum esse tumorem sine dolore, Vide & quæ in libr. de tumoribus.

Cap. 4. Cap. 9.

De cura. Cap. 12.

OPortet, vt de his apostematibus illud curetur, cui est sensus, & vt sit [a] [incisio] post mundificationem corporis cum eo, quod educit humorem facientem ægritudinem. & fortasse est illa mundificatio cum phlebotomia, si est sanguis plurimę nigredinis. Et super illud sit, qđ resoluit, & lenit simul. & non curetur cũ eo, quod resoluit, & exsiccat tantum: quoniam illud perducit ad vehementiam lapideitatis pp exsiccationem grossi, & resolutionem subtilis. Et oportet, vt ponantur curationi eius duę reuolutiones: reuolutio resolutionis cum lenitate cum eo, quod non exsiccat plurimum, quia omne resolutiuum secundum plurimum exsiccat: & humectatiuum raro resoluit. Et oportet, vt sit gradus eius in caliditate ex secũdo ad tertium: & in exsiccatione ex gradũ primo. & reuolutio alia lenificationis. Et sint istæ duæ reuolutiones succedentes. & oportet, vt membrũ famem pati cogatur in reuolutione resolutionis, et trahatur nutrimentum ad eius oppositum cum motione illius oppositi, et exercitio eius, et ipsius famelicatione. et [b] [cibetur] in reuolutione lenificationis, et [c] [fiat ei causa appetendi] nutrimentum cum fricatione, et quæ sunt ei similia, et liniatur cum pice. et diuersificetur necessitas in uirtute medicinarum resoluentium, et lenificantium, et debilitate earum secundum raritatem membri, et ipsius spissitudinem, et uehementiam duritiei, et debilitatis eius. Et iterum compositio medicinarũ oportet ut aggregetur inter duas uirtutes. Et oportet ne multum utantur balneo, quoniam resoluit subtile, et aggregat spissum, et non peruenit ad hunc finem ut leniat spissum. Et lenificantia quidem, in quibus est resolutio quedã, sunt sicut adipes gallinarum, et anserum. et uitulorum, et boum, ceruorum proprie, et medullæ eorum. Et adeps hirci, et asini adeps est bona eis, et adipes rapacium leonum, et ursi, et [d] [leopardi, et adid,] et quæ currunt cursu eorum de vulpibus, et [e] [lupis] et adipes rapaciũ auiũ. Et oportet ut misceantur cum eis, q̃ sunt sicut ammoniacum, et bdellium, et galbanum, et storax, et mastix, quando præparantur ad resoluendum: et [f] [fiant singularia.] Et de prædictis adipibus melior est adeps leonum et ursi. et in mucillagine fænugræci, et lini sunt resolutio et lenificatio. et oportet ne in istis adipibus, et earum similibus de mollificantibus, sit sal omnino: quoniã sal exsiccat, et indurat; imò oportet ut sit earum operatio operatio solis in cera, quæ lenit, et liquefacit, et nõ perue-

a B. solicitudo curationis.

b B. satæretur cibo.

c B. dimittatur ad ipsũ fluere.

d B alnem er, & lupi.

f B. administrẽtur singulariter quando præparantur ad lenificandum.

g B. resolutiuis, in quibus est lenificatio aliqua
h B. alschalabi.

nit ad hoc ut exsiccet. Et de g[lenificantibus iterum, in quibus est resolutio,] quædam sunt sicut bdellium h[sicilien se] & oleum antiquum, & oleum de alcanna, & oleum de lilio, & galbanum, & laudanum & storax, & hyssopus humida. Et meliora eorũ sunt, quę sunt minoris antiquitatis, & exsiccationis, & uehementioris humiditatis, & iterum mastix albũ appropinquat prædictis. Et in oleo de alcanna, & oleo de lilio, & ficubus i †[ ]& alkerua est de resolutione, & lenificatione simul quod est supra sufficientia. Et de lenificantibus quidem est, ut sumatur fęx k [seminum] & fæx aceti, & ferueãt, & effundatur post ebullitionem bonã super l [utrasque, quod est ei conuenientius] & administretur. Et de medicinis bonis ad illud est, ut sumantur stercus asini, & radix hybisci, & fiat ex ambobus linimentum: & si fuerit cũ ambobus storax, erit melius. Et iterũ quando apparet lenitas, oportet ut liniatur cum ammoniaco soluto cum aceto forti diebus pluribus, deinde redeat lenificatio: aut m[galbano, & opopanaco.] aut sumantur galbanum, & ammoniacum & bdellium, & terãtur omnia, & inuoluãtur cum oleo & de ben, & oleo de lilio cum aliquantulo mucillaginis fœnugręci, & lini: & fiat sicut emplastrum. Et sordities balnei est ex medicinis uehementis iuuamenti quando ponitur in emplastris apostematum durorum. Et quum non inuenitur sordities balnei, tunc administretur loco eius n [aqua et †euisci,] & nitrum. Et de emplastris bonis in hora resolutionis sunt emplastra: quę sunt ad scrophulas, de illis, quę diximus: & emplastra iulios, & colophon. Et quum apostema est uehementis grossitiei, tũc nõ est excusatio ab aceto: ipsum enim incidit, & debilitat uirtutem membri: & proprie quando est neruosum: quoniam est uehementius uacuum à materia: & dimittit eã causæ imprimẽti deforis: uerũ oportet ut sit administratio aceti, & intromissio eius in medicinis, in fine rei. nõ in eius principio; & vbi cadit ultimatio ĩ lenificatione, & cũ intromissione tepiditatum lenificationis: & alleuietur in administratione aceti. Et quum non fit alleuiatio cum aceto, nocet neruis, & conuertit in lapideitatem. Et medicus tunc fit audacior in administrando acetum, quando apostema est in membro carnoso: sicut id, quod est in splene. Et quandoque linitur locus cum aceto, & uaporatur cum eo, deinde consequitur cũ epithemate, sicut illud, quod est de opopanaco, deinde ammoniaco o, [deinde incipit] cũ pauco leui, postea p [additur uirtus, deinde gradatur] ad lenificationem. Et oportet ut administretur super apostema oleum lene, in quo nõ est stypticitas: & est magis conueniẽs quam aqua; & proprie oleum de anetho factum cum anetho humido. Et illud duritiei, quod est in neruis & chordis, curetur cum incisiuis. Et de curationibus bonis ad illud est uaporatio ex lapidibus ignitis, q [.s.] lapide molendini; & melius, quo fit uaporatio ab eo, est cum aceto; & melior, à quo fit uaporatio, est marchasita. & oportet, ut ad hanc perueniatur summam in uaporando, & suffumigando, donec appareat sudor. & quãdoq; linitur cum marchasita trita cũ aceto, & confert: & oportet ut alleuiatio iterum fiat in administratione aceti, ut non se paret subtile, & induret spissum & ut non corrumpat uirtutem neruorum superflue; & est in principio deterius: & ponantur administrationi eius interpollationes, in quibus est lenificatio. quum ergo incipies, tunc uaporetur membrum cum eis, quæ diximus, & leniatur tunc cum medicinis conuenientibus: & ut illud fiat in membro carnoso, est saluius.

i B. albesti.

k B. olei seminis lini.

l B. eas vnctuositas caudæ castratorum arietum.

m B. sumatur galbanũ & opopanacum.

n B. euiscum
† hibisci.

o B. incipiẽdo.
p B. augẽdo virtutem deinde gradando.

q B. sicut.

ANNOTATIONES.

Egit de scirrhi curatione Gal. 2. ad Glauc. & 14. method. Egit & Paulus lib. 4. neuter tamen de venæ sectione, aut purgatione: ea fortasse ratione, de qua in superioribus, quum de strumarum curatione est actum.

Cap. 4.

De duritie iuncturarum. Cap. 13.

QVandoque accidit in iuncturis durities prohibens moueri iuncturas cum facilitate, et non destruit sensum. et quandoque est a[neruus cum quo]est stupor aliquis, et quandoq; est b [carnosior.] Et cura est cum eo, quod sciuisti.

a B. neruosa qua.
b B. carnosa.

ANNOTATIONES.

Accidere hoc vitium solet in articulari morbo: & pori dicuntur, ex crasso & glutinoso humore geniti. quorum curationem habes ex Gal. 14. meth.

Cap. 4.

De eis, quæ nominantur almisnar. Cap. 14.

a [ALmisnar] est nodus rotundus, albus, similis capiti claui. & plurimum quod accidit ex percussione, & post exituras & post curationem earum amplius multiplicatur in corpore. Et plurimum accidit in pedibus & digitis pedum, & in inferioribus: & lædit in tantum, quod prohibet incessum: quare oportet ut sectio fiat super ipsum, & extrahatur: aut moneatur cum manu semper; & annectatur ei plũbum, b [quoniam] taliter est quòd nõ est possibile ut extrahatur. Et plurimum quidem eius: quum non curatur, fit cancer.

a B. almisnar
b B. quia

De cancro. Cap. 15.

CAncer est apostema melãcholicum de melancholia adusta à materia cholerica, aut in qua est materia cholerica, cum qua combusta est, non à pura fęculenta. & differt à sephiros per se, cum dolore, & acuitate, & pulsatione quadã, & uelocitate additionis propter multitudinem materiei, & inflatione propter illud quod accidit in illa materia de ebullitione, quum ipsa uenit ad membrum. & differt ab eo iterum per uenas: quas mittit in circuitu suo ad membrum in quo est, quasi pedes cancri: & non sunt rubeæ sicut in phlegmone, imò decliues ad nigredinem, & obfuscationem, & viriditatem. Et iam diuersificatur ab eo, quoniam plurimum aduentus sui fit incipiendo: et aduentus duri fit permutando ex calido.

a † B. puro. calido. Et differt à sephiros, a † [ ] quoniam est ei sensus, & illi non est sensus omnino, & plurimum quidem accidit in mẽbris raris: & illud est in mollioribus plus b [in hepate,] & in membris neruosis iterum. Et in primis quum accidit, est occultæ dispositionis, c [&] quando apparet cancer, ambigitur esse eius d [in primis, &] quando appatet secundum plurimum. deinde apparẽt signa eius. Et in primis quando apparet in principio, est sicut faba parua, durus, rotundus, fusci coloris, in quo est caliditas quędam. Et cancer quidem est uehementis doloris. Et alius est parui doloris, quietus. Et alius est, qui perducit ad vlcerationem: quoniã est ex melancholia, quæ est e [adustio sanguinis, &] adustio cholerǽ puræ solius. Et alius est siccus, qui non vlceratur. Et quãdoque permutatur ulceratus ad non vlceratum. Et quandoque reducit eum ad ulceratum curatio eius cũ ferro: & ponit ei labia grossiora, & duriora. Et videtur, quòd hoc apostema sit nominatum cãcer propter vnam duarum rerum, aut propter suam tenacitatem cum membro, sicut est tenacitas cancri cum eo, quod uenatur, aut propter formam suam in rotunditate sua, secundum plurimum cum colore suo, & egressione uenarũ: quę sunt sicut pedes eius in circuitu ipsius.

b—B.
c B. quoniam.
d—B.
Alia litera.
e—B.

ANNOTATIONES.

Cancer ab aquatici animalis similitudine uocatus, in omnibus corporis partibus, præsertim uerò in mollibus & raris membris gignitur, ut 2. ad Glauc. ex atra bile exusta ortum ducens. Dubitari ergo quispiam num hic inter frigidos, an calidos tumores ueniat reponendus. Certe atra bilis calida est, quæ ex superassata flaua gignitur, sicuti ater humor naturalis est frigidus. agendum ergo de cancro fuerat, quum de calidis tumoribus est actum. Verum ad hæc paucis. atra bilis quãmdiu flauæ, ex qua deusta gignitur, seruat seminaria; calida est; post assationem uerò tandem frigescit. ex feruida atra bile carbunculi gignuntur, de quibus inter calidos tumores actum est. ex ea uerò sine feruore, cancri: quod aduertere ex Galeno est lib. de tumorib. preter nat. proptereaq; nigriores quidem cancri colore sunt iis, quæ inflammata sunt, sed minime calidi. Recte ergo inter frigidos tumores cancer reponitur.

Cap. 10.
Cap. 7.

De cura. Cap. 16.

Illud, quod oportet a [cauere] de cura eius, est, quoniam quum incipit fortasse est possibile ut prohibeatur, ne addatur super illud, qđ ipse est: & conseruetur ita ut non vlceretur. Et accidit in quibusdam horis, ut sanetur incipiens: confirmatus uerò non. Et multoties quidem accidit cancer interius occultus, & est b [rectificatio] in eo secundum quod dixit optimus Hipp. ut non moueatur: quoniã si moueatur, fortasse perducit ad mortem: & si dimittitur, & non curatur, fortasse prolongatur spatiũ cum salute quadam: & proprie quando rectificantur cibi c [& ponuntur de illis, qui] infrigidant, & humectant, & generant materiam d † [ ] saluam, e † [ ] sicut aqua hordei. & pisces alradradi parui, & uitelli ouorum sorbilium; & similia illis. Et quãdo est illic caliditas, tunc detur lac uaccinum, statim quum extractũ est butyrũ, & colatur, & quod sumitur ex oleribus humidis, f [usque ad cucurbitam.] Et fortasse sufferunt cancri parui sectionem: nam si possibile est ut destruantur cũ aliquo, tunc non est possibile ut destruantur nisi per incisionem uehementem, ut g [ex toto assumatur membrũ inuadens, quod est in circuitu eius,] in cidendo ipsum ex h † [ ] circundante apostema, i † [ ] eradicando omnes uenas, quæ imbibũt ipsum, ita ut nõ remaneat de eis aliquid: & currat post illud, ex eis sanguis plurimus. Et iam antecessit mundificatio corporis per solutionem uentris, ex materia mala: & phlebotomia. Deinde conserua eum k † [ ] faciendo eum stare super cibos bonæ quantitatis; & qualitatis: & confortatione membri ad expellendum. quamuis incisio in pluribus horis addat ei malitiam. Et fortasse indiget post incisionem cauterio. Et fortasse erit in cauterio timor magnus: & illud erit, quando fuerit cancer prope membra principalia, & nobilia. Et iam narrauit quidam primorum, ꝙ medicus quidam incisit mammillam cancerosam radicitus, & cancerata est altera: dico, ꝙ possibile fuit, l [illud] in uia cancerandi, quoniam inuenit illam ægritudinem: & possibile fuit, ut esset secundum semitam permutationis: & est magis apparens.

a B. sperare.
b B. rectum, & conueniens.
a B. cũ eis quæ.
d † B. quietam.
e † B. non furiosam.
f B. ita, vt & ex cucurbita.
g B. eradicetur perueniẽdo ad membrum circuens ipsum.
h † B. membro.
i B. cãcerosum trahendo, &
k † Alia litera mundificatum.
l B. illa.

ANNOTATIONES.

Habes de huius insanabilis fere morbi curatione ex Gal. plura. 2. ad Glauc. & 14. meth. nec non 4. de comp. med. per genera. Adi & Paulum lib. 4. & 6.

Cap. 10.
Cap. 11.
Cap. 26.
Cap. 45.

Rememoratio regiminis soluendi ipsum. Cap. 17.

Svmat in potu multis uicib. inter quas sint dies pauci, quaque uice quatuor aureos epithymi cum aqua casei, aut aqua mellis: aũt decoctionem epithymi in syrupo acetoso. Et ei, qui ex omnibus est fortis, detur hiera ellebori.

Rememoratio medicinarum localium ad cancrum. Cap. 18.

Per medicinas locales ad cancrum requiruntur quatuor intentiones scilicet destructio cancri penitus, & est difficilis: & prohibitio additionis: & prohibitio ulcerationis: & curatio vlcerati. Et in illis, quibus quæritur destructio cancri a [penitus,] itur uersus illud, in quo est resolutio eius, quod collectum est de materia mala: & expulsio eius, quod præparatum est ad colligendum in membro b [de ea: & si fuerint] uehementis uirtutis, & motionis: c [tunc dimittatur, nam illud, quod de medicinis forte est, addit cancro malitiam. Et similiter oportet iterum ut alienentur in eis mordicatiua: & propter illud sunt medicinæ bonæ ei d [in] mineralibus ablutis, sicut tucia abluta: & misceantur cum ea quandoq; de oleis, sicut est oleum ros. & oleum de keiri. Ad illud uerò, quod prohibet additionem, peruenitur cum abscissione materiei: & rectificatione cibi: & cõfortatione mẽbri: & cũ medicinis repercussiuis notis. & admi-

a B. Alia litera ne augetur.
b B. & ꝙ nõ sit
c—B.
d B. de.

administratione linimentorum mineralium, sicut linimentum fricationis lapidis molendini, & lapidis cotis, & sicut linimentum factum ex fricatione eius, quod resoluitur inter tubulam, & manicam de plumbo in humiditate effusa super tabulam, quæ est sicut oleum ros. & sicut aqua coriandri: & iterum emplastratio cũ agresta trita est bona, iuuatiua. Et illa, quibus quæritur prohibitio vlcerationis, sunt linimẽta prædicta ad prohibendam additionem, quũ non fuerit in eis mordicatio: omnia enim ea sunt iuuatiua: & propriè quando miscentur cum fricatione prædicta, quæ fit ex pistello, & tabula plumbeis, [e] [quando est con fricata] terra sigillata, aut bolum armenum, aut oleum antiquum, & aqua semperuiuæ, & cerusa, cum succo lactucæ, aut mucillagine psyllij, & cerusa, & plumbo, [f] [quoniam] est compositio bona. Et de eis, quæ sunt iuuatiua, est emplastratio cum cancris fluuialibus recentibus: & propriè cum climia. De illis autem, quæ in curatione vlcerati sunt bona, est, vt assiduetur pannus lini infusus in aqua solatri super eum; & quoties fortasse exsiccatur, madefiat desuper cum aqua eius. Aut sumatur medullæ tritici, & olibani, & cerusæ de plumbo, omnium pondus ℥. j. & terrę sigillatæ, & boli armeni, & aloes abluti, omnium an. ℥. ij. aggregentur ista, & terantur. Et administrentur super humidũ pulueres: & super siccum emplastrum factum cũ oleo ros. & quandoque confert eis cinis cancri cũ cerato, ex oleo ros. & melius eo est cui admistum est æquale ei de climia. & quandoq; confert in eo medicamen de tucia, aut tucia abluta cũ aqua portulacę, aut mucillagine psyllij.

e B. & quũ fuerit in sũma eo.

f — B.

De apostematibus uentosis, & inflationibus lacertorum. Cap. 19.

DE apostematibus ventosis aliud est, quod fit à vapore leui, & similatur [a] [æstuationi] & currit cursu eius. & aliud est, quod fit à vapore ventoso, & nominatur inflatio, & est ei [b] [impulsio, & vicissitudinaria accessio, & fortasse percutit percussione manus,] & propriè quando inuenit spatium, ad quod aggregatur, sicut stomachus, & intestina, & quod est inter panniculos circundantes ossa, & inter ossa circundata lacertis & inter lacertos, & similiter quod circundat chordas. & fortasse non [c] [resoluit] spatia, imò [d] [subtiliat] membra coniuncta, & [e] [resoluit] ea, & generatur in eis, quod facit necessarium disrumpere ea. & ventositas remanet, & retinetur propter spissitudinem suã, & propter grossitudinem suam, & pp spissitudinem eius, quod continet eam. & cõstrictionem pororum & quandoq; existimat homo, ꝙ super membrum eius, sicut genu fit apostema indigens perforatione; quare perforat ipsum, & egreditur ventositas tantum.

a B. altebegi.

b B. resistẽtia ad manum compi mentẽ, & habet dispositionem similem vtri inflato: & fortasse causat sonitum percussio ipsius cum manu.

c B. ingreditur.

d B. separat.

e B. ingreditur.

ANNOTATIONES.

Habes & huius affectus causas signa, & curationem ex Gal. 14. meth. & 2. ad Glauc. Plura & Paulus lib. 4.

Cap. 7. & deinceps.

Cap. 5. Cap. 28.

De cura. Cap. 20.

ILlius autem, quod est simile [a] [æstuationi cũ augmẽto loci curatio est genus] curationis eius. In inflationis verò curatione est necessarium, quod cutem ingrediatur, & resoluat illud, quod est in ea. Et si possibile, vt sit ei super locum mora spatij longi. Et est necessarium, vt sit in fine subtiliationis, vt firmetur subtilitas partium eius ex profundatione vltima. & fortasse indiget positione ventosarum absq; scarificatione, vt carminetur [b] [ventositas.] & de medicinis eius localib. sunt olea calida, sicut oleũ subtilium partium, in quo decocta sunt, sicut ruta, & ciminum: & de seminibus subtiliantib. semen apij, anisi, & ammeos, & quæ similantur illis. & de emplastris resoluẽtibus, & proprie propter illud, quod cadit in mebris chordosis, & lacertosis, est illud, quod recipit sorditiem balnei, quę ponatur cum aqua in patella [c] [calcis non extinctæ secundum quantitatẽ, qua proueniat ex ea spissitudo luti, et liniatur cum eo, et quandoque faciunt ex vino, & calce emplastrum æquale bonum. Aliud: sumatur hyssopus sicca, et teratur, et puluerizetur super ceratum factum ex cera, et oleo anethino, et fiat ex eo rmplastrum [d] [ad liniendum.] Et in eo, quòd accidit ex inflatione in lacertis propter [e] [attritionem,] quę accidit eis, oportet, vt alienentur medicinę calidæ valde, & acutæ, ne refugiant membra ex eis, & terreãtur. imò quando medicantur cum resolutiuis, tunc misceatur cum eis aliquid de sedantibus dolorẽ, et illud est, sicut curatio tua, quam facis cum eo, quod est sicut rob concussum cum oleo, in quo infusa est lana hyssopi, & si fuerit caliditas aliqua tunc cum oleo ros. infusa in eo lana hyssopi, & dissoluta in eo aqua hyssopi humidæ. & administrentur omnia illa tepida, ad caliditatem decliuia, & non permittantur infrigidari, quoniam frigus nocet huiusmodi. Quòd si fuerit illic dolor ex principio, tunc administrẽtur desuper olea, in quibus est sedatio doloris cum prohibitione aliqua, ex principio, sicut oleum viol. ros. cum virtute olei anethini. & quãdo inuenitur aliqua alleuiatio, ponatur in medicinis illud, in quo est additio virtutis ad resoluendũ, sicut nitrum, & acetum [f] [deinde sicut cinis,] & emplastra resoluentia, sicut emplastrum prædictum.

a B. althebegi curatio est ex genere.

b B. Alia lit[…] inflatio.

c B. & eff[…] tur super[…] cis non[…] quantit[…]

d B. aut lini[…] tum.

e B. Alia li[…] ægritudine[…]

Alia litera. f — B.

De † uena medeni. Cap. 21.

ESt vt accidat super partem corporis pustula quędam, inflans deinde vesicat, postea egreditur ex eo quiddam rubeum, ad nigredinẽ decliue, deinde non cessat prolongari, & prolongatur, & fortasse est ei [a] [motus voluntarius] sub cute, ac si esset motus animalis, & quasi in veritate sit vermis: donec existiment quidam, quod sit animal, quod generatur. & existimat quidam, ꝙ sit ramus villi nerui [b] [per vehementiam grossitudinis.] & plurimum quidem accidit in cruribus. & ego iam vidi eam super manus, & super latus, & multiplicatur in infantibus super vtrunque latus. Et quando extenditur, & abscinditur, magnificatur in ea labor, & dolor: imò [c] [per spatium dolet,] et si non incidatur. Et Galenus quidem dixit, quòd non fuit comprehensum ex esse eius aliquid manifestũ, super quod sit innitendum,

† dracun[…]

a B. mo[…] nifestus. Alia litera[…] motus v[…]

b B. cor[…] grossi.

c B. attrah[…] sum est c[…] loris.

dum,quoniam ipse non uidit eam omnino. Et dixit,quòd causa eius, est sanguis calidus, malus,melancholicus,aut phlegma adustum[d] [adunatum]cum uehementia siccitatis complexionis. Et fortasse generant eam quędam aquæ, & olera cum proprietate,quæ est in eis. Et de cibis,qui plurimum generant eam,est ille, qui est calidus & siccus: Et quanto plus fuerit materia, à qua generatur, acutior, erit dolor uehementior. Et fortasse accidet in corpore uno in locis quasi quadraginta eius, aut quinquaginta, ex qua tamē euadet cum curatione. Et minoratur in corporibus humidis,& assuetis balneationibus & cibis humidis,& assuetis uino cum mensura. Et plurimum quidem generatur in [e] [medena: & propter hoc proportionatur ei] & generatur etiam in terra corasceni, & alijs: & multiplicatur iterum in terra Aegypti, & in terris alijs.

d B. Alia litera acutum.

e B. medinæ, & propter hoc denominata est ab ea.

ANNOTATIONES.

Cap. 3.

Scribit de tibiarum dracunculis Gal. 6. de loc. aff. nervosa natura, colore, crassitudineq; lumbricis similibus, in quadam Arabiæ regione nascentibus: quos tamen nunquam uidisse ait. Vidit tamen & author noster, & Rasis.

De cura. Cap. 22.

[a] [SOllicitudo] quidem eius in terra,in qua generatur, [b] [& cibis, ex quibus generatur, in quibus est materia, quæ est causa eius] illud est cum euacuatione sanguinis mali phlebotomādo ex basilica, aut ex saphena secūdum locum: & mundificatione sanguinis cum eis, quę sunt sicut syrupus de myrobalanis, & decoctio epithymi: & potare pilulas cochias proprie: & administratio trypheræ factæ ex sene, & fumo terrę,& humectatio corporis cum cibis humectantibus: & balneationes, & reliquum regimen humectantium motum. Verum quum apparet esse eius in primo apparitionis eius,tunc rectum est ut administretur regimen membri cū emplastris infrigidantibus, & humectantibus: sicut sunt succi frigidi noti,cū duobus sandalis,& cāphora,post mundificationem corporis,& [administrationem] iterum factam cum[d] [emissione] sanguisugarū super locū. Et de epithematibus bonis est epithema ex sandalo,& aloe, & cāphora, aut mirrha, & psyllium,& lac dulce.[e] [Si autem non separatur] sed incipit [f] [cadere,] fortasse prohibet eam, & aufert eam, & alleuiat laborem in ea, si bibat patiens eam secundum continuitatem tribus diebus, omni die pondus. ʒ.ij. aloes: aut bibat de eo in die una. ʒ.s. in secundo. ʒ.j. & in tertio. ʒ.j.s. tribus diebus. Et liniatur super eam aloes, aut liniatur super orificium eius humiditas aloes humidi, viscosi. Et similiter in principio quum egreditur, si non curatur de ea, & egreditur tunc, rectū est ut præparetur ei, quod stringat eam,& super quod reuoluatur cum facilitate paulatim, donec egrediatur usque ad finem sui, absque incisione; & melius est plumbum, super quod inuoluitur: & sit sufficientia super grauitatem eius in attractione eius: quoniam attrahitur cum facilitate, & non abscindi-

a B. Præseruatio.
b B. est euitare cibos ex quibus generatur & opponere causæ eius, &

c B. præuisionē.
d B. applicatione.

e B. Et si nō fit dolor. Alia litera, & si non confert.
f B. vesicare.

tur. Et sit studium tuū in alleuiatione egressionis eius, ut incipias, & extenues membrum, & rarifices ipsum cum embrochis, & ex aqua calida, & mucillaginibus infrigidantibus, & oleis lenificantibus frigidis, & subtilis caliditatis, & quæ currūt cursu eius, ut facilis fiat exitus eius. Et fortasse non fit facilis per illud: imò indiget eis, quę sunt sicut linimētum cum oleo de keiri, imò sambacino, imò oleo de ben, & ut administretur super ipsam emplastrum de pice. Et si existimatio fecerit necessarium, ut perforetur, ut egrediatur cum totalitate sua, & nō fuerit, quod prohibeat, perforetur & extrahatur. Et si egressio eius cum extractione prædicta nō fuerit facilis, & perforatio ipsius nō fuerit possibilis; tunc putrefac eam cum butyro: putrefiet enim tota, & egredietur. Et caue ne administres calida ex medicinis, quoniam fortasse perueniet ad esthiomenum. Et quando assiduatur super[g] [posteriora] eius fricatio cum sale paulatim.[h] [et illud sit] retro, cum facilitate & [i] [egressione eius] cum subtilitate; egreditur cum totalitate[k], † [ ] & proprie quando scinditur [l] [aut penetratur,] quod est post ipsam, & intromittitur stylus sub ea illic, & expellitur: & assiduatur abstersio, quum ipsa egreditur, cum sale paulatim, et cum facilitate: nam quum illud fit cū ea, egreditur tota. Quod si incidatur, et[m] [redit] non erit excusatio quin perforetur [n] [nisi inueniatur modus alius, deinde egrediatur] cum facilitate, et curetur locus cura vulnerum.

g B. fines, & extremitates.
h B. aut fricetur.
i B. cum inungatur locus, ex quo egreditur. Alia litera cum extrahatur ex loco egressionis cum subtilitate, seu cū ingenio & facilitate.
k † B sua.
l B. locus longinquior eo.
m B retrocedat vel cōtrahatur.
n B. & capiatur vice alia deinde extrahatur.

TRACTATVS TERTIVS,

De lepra.

Quid sit † lepra, & causa eius. Cap. 1.

† elephantiasis.



LEpra est infirmitas mala, proueniens ex sparsione choleræ nigrę in corpore toto; quare corrumpitur complexio membrorum, & forma ipsorum, et figura eorum: et fortasse corrumpitur in fine eius ipsorum continuitas, ita, ut corrodantur membra, et cadant casu, qui fit ab ulceratione. Et est sicut cancer communis corpori toti; fortasse enim ulceratur, et fortasse non vlceratur. Et est aliqua, quæ cum patiente eam, manet tempore longo ualde. Et melancholia quidem quandoque expellitur ad membrum unum, et facit accidere duritiem, aut † sephiros, aut cancrum secundum dispositiones suas. Et si fuerit subtilis dominans, proueniet esthiomenus: et si expellitur ad superficiem cutis, eueniet illud, quod nominatur baras, et morfea nigra, et impetigo, et his similia. Et quandoque spargitur in corpore toto, et tunc si putrefiat, proueniet febris melancholica: et si [a] [conculcetur,] et non putrefiat, eueniet lepra. et causa eius efficiens [b] [antiquior] est malitia complexionis hepatis, decliuis ualde ad caliditatē, et siccitatem; quare adurit sanguinem in melācholiam, aut complexio corporis totius: aut sunt ambæ ita, ꝙ faciunt sanguinē acquirere ꝑ causas suas frigus, et causa eius materialis sunt cibi melācholici: et cibi phlegmatici iterū, quā

† scirrhum.

a B. Alia litera aggregetur.
b B antecedens, vel remota.

c B. adiũgitur.
d B. &.

do c [componitur in] eis ſatietas nauſeatiua, d [aut] operatur in eis caliditas, quare reſoluit ſubtile, & ponit ſpiſſum melancholiam, & repletiones, & comeſtiones ſuper ſatietatẽ ſunt ad hanc eandem intentionem. Et cauſæ eius iuuatiuæ ſunt oppilatio pororum, quare præfocatur calor innatus, & infrigidatur ſanguis, & ingroſſatur: & propriè quando ſplen oppilatus debilis non attrahit, neque poteſt mundificare ſanguinem ex humore melancholico: aut eſt virtus expulſiua in viſceribus debilis ab expulſione illius in venas ani, & matricis, & ſunt pori ſtricti. & quandoque adiuuat illud totum corruptio aeris in ſe ipſo, aut propter vicinitatem leproſorum, quoniã ægritudo eſt e [inuadens.] & quandoque accidit propter hæreditatem, & propter complexionem f [embryonis,] ex qua erratus eſt in ſeipſo propter complexionem, quæ eſt ei, aut acquiſitam in matrice, propter diſpoſitionem, quæ eſt ei, ſicut ſi accidat ei, vt ſit conceptio in diſpoſitione menſtruorum, & quando aggregatur caliditas aeris cum malitia cibi, & eius eſſentia ex genere piſciũ, & carne ſalita, & carne groſſa, & carnibus aſinorum, & lentibus, proculdubio eſt, vt eueniat lepra: ſicut multiplicatur in Alexandria. & cholera nigra, quando permiſcetur ſanguini, adiuuat parum eius ad generandum multum ipſius, quoniã proculdubio ingroſſatur ex duobus modis: quorum vnus eſt per ſubſtantiam ſuam groſſam: & ſecundus per frigus ſuũ congelans. & quando ingroſſatur g [per partẽ humiditatis ſuæ, tunc eſt] exſiccatio eius per caliditatem corporis facilior. & iam peruentũ eſt ex groſſitudine ſanguinis leproſorum ad hoc, vt egrediatur in phlebotomijs eorum quiddã, quod eſt ſicut arena: & hæc ægritudo nominatur leonina: & dicitur, quòd non nominatur ita, niſi quoniam plurimum accidit leonibus, & dicitur quoniam terribilem facit faciem patientis eam, & ponit eam in forma leonum: & dicitur quoniam rapaciter tenet, quod capit rapacitate leonis. Et de hac ægritudine, quæ eſt debilis, difficilis eſt curationis, & de curatione fortis non fit ſpes. & incipiens quidem eſt ſuſceptibilior: & confirmata eſt magis inobediẽs. Et facta ex melancholia cholere, eſt magis fœtida, & pluris nocumenti, & difficiliorum accidentium, & vehementius adurens, & vlcerans, ſed eſt ſuſceptibilior curationis. & facta à fœce ſanguinis eſt ſaluior, & quietior, & non vlcerat. & facta à melancholia aduſta ſimilatur cholericæ in ſuis accidentibus, ſed eſt tardius ſuſcipiens curationem. & hæc quidem ægritudo non ceſſat corrumpere complexionem mẽbrorum per qualitatem contrariam qualitati conuenienti vitæ, ſcilicet caliditati, & humiditati, donec peruenit ad membra principalia: & illic interficit. & incipit in primis ab extremitatibus, & membris leuibus: & illic cadunt pili ab ea, & alteratur color eius, & fortaſſe peruenit ad vlcerandũ: deinde vadit paulatim in corpus totum. Nam quãuis prima generatio eius ſit in viſceribus, tamen h [primum veſtigium] eius eſt in extremitatibus, quoniam ſunt debiliores. Veruntamen quandoq; moritur patiẽs eam, antequam conuertatur malitia eius apparens ſuper viſcera, & membra principalia: & eſt mors illius cum i [attractione,] & propter malitiam complexionis illius. & quando cancer, qui eſt lepra membri vnius, ſit de illis, quibus non eſt ſanatio; tunc quid dicemus de lepra, quę eſt cancer corporis totius? Veruntamen in lepra eſt res vna: & eſt, quòd ægritudo ſpargitur in totum corpus: & quum adminiſtrantur curationes fortes k, [ſuſtentant ægritudinem, & non agit] ſuper membra l [ſimplicia,] & in cancro non eſt ita.

e B. contagioſa.
f B. alnathe.
g B. minuitur humiditas & efficitur tunc.
h B. prima impreſſio.
i B. lepra.
K B. fit occupatio, & actio ægritudinẽ, non fit nocumentum.
l B. Alia lit. ſana.

ANNOTATIONES.

Vbi atra bilis ſupra naturalem conſtitutionem in corpore affluit, ſeu ob imbecillam lienis attractoriam vim, ſeu etiam ob iecoris intemperiem, atque ad hunc gignendum ſuccum aptitudinem; turbidus fit & craſſeſcit, qui in venis continetur, ſanguis, vt Gal. 2. ad Glauc. à venis autem nonnunquam excretricis facultatis vi per hæmorrhoidas excernitur: ſæpius ẽt ad varices decumbit: quandoque ad partem corporis aliam conſiſtit; ac ſi naturalis ſit ater humor, ſcirrhum facit: ſi verò exuſta & craſſior bilis, cancrũ aut phagedænam. nonnunquam etiam ad cutem pellitur vniuerſam, tunc verò variæ vitiorum ſpecies fiunt. nanq; ſi ad cutis ſuperficiem ſpargatur, & ſummam tantum cutem infeſtet, gignitur, ait Auic. baras, & morphea nigra, & impetigo, atq; alia his ſimilia. hoc eſt, lepra Græcorum, vitiligo, ſeu alphos nigra: & impetigo, aliaq; his ſimilia ſicuti ſcabies. Quòd ſi non in cutem duntaxat ſummam, ſed ſub cute in vniuerſum corpus atra bilis diſpergatur, ſi putreſcat, fiet febris melancholica; ſin etiam non putreſcat, ait author eueniet lepra. Quid verò lepræ nomine intelligat, primis ſtatim verbis declarat, & eſſe concludit, ſicuti totius corporis cancrum. quę quidem verba, qui cum elephantiaſis deſcriptione contulerit, de qua Græci, idem planè eſſe lepram Arabum, & elephantiam Grçcorum confitebitur. Nempè elephãtiaſim fieri ait Gal. & 2. ad Glauc. & 3. de ſympt. cauſ. ſi nigra in totum corpus, & ad cutim vniuerſam bilis expellitur; cancrum verò, ſi in vnã quampiam partem incumbat. Ac Paulus quoque lib. 4. elephantiam totius corporis quendam eſſe cancrum, ſicuti, & hoc in loco author noſter ſcribit. Hanc rurſum ſubdit Paulus aliam eſſe mitiorem abſque vlcere: alterã verò maligniorem, in qua totum corpus fœdatur vlceribus. Idem de lepra, & Auic. ſubiungit. Ait item Galenus elephantiaſim tum iecoris, tum lienis vitio procreari. 2. ad Glauc. tũ ob craſſi & fæculenti ſucci alimẽta, tum ob lentum cochlearum raſini carnium, & ſalitarũ vſum Alexandriæ plurimum generari. eadem ferè hic Auic. repetit. Meminit Aetius, lib. 13. de duplici elephantiæ nomine, quam alij leontiaſim alij ſatyriaſim vocant. hic itidem de leonina lepra verba facit, vt demum, qui hoc caput cum Græcorum ſcriptis contulerit, nihil eſſe Arabum lepram, quàm Græcorum elephantiam fateri oporteat.

Cap. 10. Cap. 2. Cap. 10. Cap. 1. Cap. 10. Cap. 11.

De ſignis. *Cap.* 2.

QVando incipit lepra, incipit color, a [ ] fieri rubeus, tendens ad nigredinẽ. & apparet in oculis obfuſcatio ad rubedinem decliuis: & apparet in anhelitu ſtrictura, & in voce raucedo, cauſa nocumenti pulmonis, & cannæ eius. Et multitudo in ſternutatione: & apparet in naſo b [gauetu,] & fortaſſe fit c [ſtrictura in naribus, & caſſamu:] & incipiunt capilli in ſubtilitatem, & paucitatem peruenire,

a † B. Alia lit. faciei.
b B. gane.
c B. oppilatio in naſo, & priuatio olfactus.

re,& apparent uenæ in pectore,& parte faciei. Et est odor corporis, & proprie in sudore, & odor anhelitus ad fœtorem decliuis. Et apparent mores melancholici, & mali,& dolorosi. Et multiplicantur in somno somnia melãcholica. Et sentit in somno quasi super corpus suũ sit grauedo maxima: Deinde apparet d [sparsio in capillis & casus in eis ex toto,] propriè in pilis, qui sunt in facie, & partibus eius. Et quandoque e [dislocatur] locus pilorum, & finduntur vnges. Et incipit forma fieri fœda,& facies fit terribilis,& color denigratur. Et incipit sanguis congelari in iuncturis,& putrefit. Et additur constrictio anhelitus,& donec peruenit ad difficultatem uehementem, & dispnæam magnam. Et peruenit uox in fine raucedinis. Et ingrossantur labia,& denigrantur. Et apparet super corpus additio glandulosa, similis animali, quod græcè nominatur satos. Deinde incipit corpus vlcerari, quando lepra est non quieta. Et corroditur cartilago nasi,deinde cadunt nasus & extremitates. Et currit uirus fœtens. Et redit uox ad occultationem, & tunc iam non remanent pili, & denigratur color valde. Et pulsus quidem leprosi est debilis propter debilitatem uirtutis,& paucitatem necessitatis,quum ęgritudo sit frigida,& f [tarda] non uelox propter debilitatem frigoris, & fit necessaria spissitudo,quum non sit uelocitas,neque magnitudo.

d B. casus capillorũ, & scissio, seu fractio sets. seu corroditur.

f B. tardus.

ANNOTATIONES.

Elephantiasis signa pulchrè Aetius docet, libro 13. quem hic æmulatur.

Cap. 110.

De cura. Cap. 3.

OPortet ut a [incipiatur] in ea cum euacuationibus,& mundificatione,antequam ingrossetur ægritudo. Et quum tu uerificaueris quòd illic sit sanguis plurimus corruptus,tunc oportet ut b [incipias] & phlebotomes phlebotomia ultima; c [& si non aliunde, saltẽ ex manibus.] Et si non uerificaueris illud,tunc non phlebotomes: phlebotomia enim ex uenis magnis quandoque plus nocet, quàm sit eius iuuamentum. Verùm fit securitas cum phlebotomia eius ex separationibus uenarum paruarum, si timetur phlebotomia magnarum. Et scias,quòd sanguis frigidus est in eo, quod apparet, quare fit illud magis ultimum quam uẽtosæ, & sanguisugæ,& minus nocens uisceribus:& illæ sunt sicut uenæ frontis, & nasi. At uerò secũdum plurimum phlebotomia est necessaria in curatione huius ægritudinis. & de illis,quę uocant ad illud,est constrictio anhelitus eius,& difficultas ipsius,& fortasse est necessarium phlebotomare d [guidez] apud uehementiam raucedinis uocis & timorem præfocationis: si ergo phlebotomatur: oportet ut quiescat hebdomada vna,deinde euacuetur cũ eis, quæ sunt sicut hiera logodion, & hiera de pulpa coloquinthidę,& euacuetur cum apozematibus,& pilulis factis ex epithymo,& stæchados,& polypodio, & myrobalanis nigris,& kebulis,& elleboro nigro,& lapide lazuli,& lapide armeno:& non nocet si misceatur eis pulpa coloquintidæ,& scãmonea etiam,proprie quã do illic est cholera: & adiungantur eis aloes,& cucumer asininus:& e [theodoricon] est bonũ eis:& hiera picra iterum,& proprie quando fit fortis cum scãmonea,est de illis solutiuis, quæ sunt bona leprosis:& præcipue quando f [odorat odoramentum] ellebori: aut ponitur cum ea lapis armenus. & in æstate oportet ut g [exsiccetur,& non vltimetur in decoctione fortiter] ut non spargatur,& multiplicetur Decoctio ad leprosos. Recipe myrobal. citrinorũ,& nigrorũ amborũ an. ℥.x. ammeos ℥.v. althic boni.℥.s. passularũ enucleatarũ minã.s. decoquãtur cũ tribus h [eberic] aquę, donec perueniat ad tertiam,& exprimitur,& misceatur in ea de aqua mellis pondus.℥.v.& detur in potu.& ungatur corpus eius ex butyro, & sedeat in sole, donec i [frigatur] aut ambulet septuaginta passibus:& conuertatur super dextram,et sinistram et dorsum,et uentrem. et comedat cappares cũ melle. Sumat in potu hanc medicinam secundum quòd narrauimus, septem diebus, et remouetur decoctio eius omni die. et non sufficit in curatione istorum,qui non sunt confirmati,euacuatio una imò fortasse est necessaria euacuatio in mense bis, aut in omni mense semel, secundum quòd testimonium facit esse necessarium: et illud cum medicinis temperatis, et quandoque soluitur omni die cum facilitate ascellatione una,aut duabus ascellationibus cũ eo quod soluit illud de potionibus k [iuuatiuis] ex medicinis p̃dictis, quadraginta diebus. Fortes uerò ualde,sicut elleborus, et ei similia, et q̃ sunt multi ponderis,sufficiunt in anno semel ĩ uere, et semel in autũno, aut plus hoc. et oportet ut ueniatur super cerebra eorum cum mundificatione cum eis,quę sunt sicut gargarismata prædicta in cap. ægritudinũ capitis, et cum caputpurgijs notis. Descriptio caputpurgij. Recipe macropiperis, et chelidonię, et l [thapsiæ, et nasturtij, et burungi] omnium an.℥.j. nucis muschatæ, pulegij amborum an.℥.s. succi agni casti cotylas.iij. olei sisamini cotylas.iiij. misceantur, et decoquantur donec consumatur aqua; deinde coletur, et seruetur in uitriata: et fiat caputpurgium in naribus quantum capiunt: Deinde sequantur quando illud multiplicatur cum caputpurgijs, humectantibus prædictis: Et oportet ut prohibeantur ab omni quod exsiccat,et resoluit humiditatem innatam. et super eos interdicantur labor, et angustia. et ut permutentur de aere ad aerem,qui cõtrarius est ei et dentur ei in potu post mundificationem olea, sicut oleum de amygdalis cum eis,quę sunt sicut ex pressum vuę: et illud quando euacuati sunt multoties.et oportet,ut exercitentur omni mane post expulsionem superfluitatum ab intestinis. et pręcipiantur eleuare uocem altam. et saliant, et luctentur, deinde fricentur: quum ergo sudauerint, tunc sumant potum: et post illud inungantur oleis temperatis in calido, et frigido,humectãtibus secundum plurimum, confortantibus in primis: ipsi enim indigent in primis confortantibus sicut myrobalani iterum, et gallę cum aceto. et quandoque ad-

a B. festinetur.

b B. festines.

c B. etiam si fit ex duabus manibus, vel brachiis.

d B. venam guidegi.

e B. astadarithus.

f B. ponitur odor ellebori, seu aliquid parum.

g B. Alia litera allevietur,& nõ proiiciãtur fortia in decoctione.

h B. abarich.

i B. sudet.

k B. excellẽtib. seu solutiuis iuuatiuis.

l B. scitharagi, & interioris citri omnium: Alia litera, scitharagi, & nasturtii,& brẽchkhebuli.

ministratur super eos inunctio ex oleo cum la
cte mulieris. Et similiter oportet ut fiat eis ca-
putpurgium cum eo, quando multiplicatur
siccitas: & quando commouetur in eis nausea,
m[caueatur,]& melius quidem est vt balneētur
deinde inungantur. Et quando balneati sunt,
tunc eorum inunctiones sunt sicut oleum myr
tinum,& masticinum,&oleum de summitati-
bus uitium,& darsisahan,& oleum de costo su-
per extremitates: deinde ille, qui de eis est medi
catus, quiescat media hora: & præparetur uo-
mitui cum pēna: deinde sumat in potu aliquid
de absinthio. Et fortasse est necessarium inun-
gere eos in balneo cum subtiliatiuis resoluen-
tibus, in quibus cadunt nitrū,& sulfur, & bac-
cæ lauri,& glutinum carpentariorum, imò si-
napis,& origanum,& piper,& macropiper, &
pyrethrum & staphisagria,& synapis, & aloes,
& calamēthum,& emplastrare eos super iūctu
ras eorum. imò fortasse est necessarium, quod
est sicut euphorbium: & illud, quando præcipi
tur eius ut balneentur propter resolutionem
superfluitatum eorum: & propter sudorem ip
sorum, n[Inunctio] enim eorum est canon in
curatione ipsorū. Et quandoq; inunguntur fri
cando cū theriaca,& scellite,& allesangiem. Et
fortasse est necessarium inungerę cum huius-
modi in sole calido. Et melior ablutionum eo
rum in balneo est aqua, in qua decoquitur fœ-
nugręcum cū sapone bono. Et oportet ut alie-
netur leprosus à coitu penitus. Res uerò, quæ
in potu tribuuntur, multæ sunt: nam de melio-
ribus medicinis est theriaca maior, facta cum
carnibus uiperæ: & theriaca diatessaron: & ala-
smenam: & diasulfur. Et quandoque fit ca-
putpurgium cum istis etiam. Et ut in potu su-
mant de trochiscis tyri etiā solis aure. j. in
vncia uini grossi, aut o[passi: & trochiscis squil-
læ iterum. Et scias, quòd caro uiperæ, & illud,
in quo est uirtus carnis eius, est de nobilibus
medicinis ei. Et non oportet ut sit uipera p[de
luto, aut littoralis, aut de locis humidis,] quo-
niam in ea secundum plurimum est parum
iuuamenti. q[Et de eis, quæ plurimæ est mali-
titię, est illa, quæ sitim facit, cum qua est perdi-
tio: imò] eligatur montana, pręcipue alba. Et
abscindantur capita earum,& caudę uice una
subito: & tunc si multiplicatur cursus sangui-
nis & remanent uiuę, & agitantur agitatione
plurima, tempore longo, tunc istæ sunt bonæ:
& si non, dimittantur. Et quæ ex eis sunt con-
uenientes, sunt illæ ex quibus plurimus currit
sanguis: & quæ sunt plurimę agitationis. Et
post decollationem mundificentur, & deco-
quantur sicut dicemus tibi, & comedatur ex
eis, & iure ipsarum. Et ex potatione quidem
uini, in quo moritur uipera, aut r[uiuit] iam
sanati sunt quidam accidentaliter, aut inten-
tione interficiendi, ex eo, qui in potu tribuit
ut moriatur ille leprosus, & quiescat aut quie-
scat ab eo: aut sit illud obediendo somno, aut
uisioni. & sal uiperæ iuuatiuus est iterum. Eli-
xatio autem uiperæ est, vt sumatur uipera ab-
scissis extremitatibus, mundificata à uisceri-
bus: deinde elixetur cum porris, & anetho,
& cicere, & sale pauco, & decoquatur cum
aqua plurima, donec dissoluatur: & suman-

m B. uomant.

n B. sudor.

o B. vini cocti.

p B. de loco sterili, in quo non nascitur aliquid aut de loco humido, aut littorali, iuxta aquas

q B. & pp multam malitiā ex ea in faciendo sitim, & per eā sequitur perditio, seu mor.

r B. de quo biberit vipera.

tur ossa eius tunc ab ea, & mundetur caro ip-
sius: & detur ad comedendū caro eius, & sor-
beatur ius ipsius s[& ponentur ossa eius tunc su
per micas panis de simila: & fortasse proijci-
tur cum] ea aliquid de pullis columbarum, do
nec bona fiat. Et huius quidem regiminis iuua
mentum fortasse non apparet in principio:
deinde apparet subito: & fortasse antecedit sa-
nitatem separatio rationis diebus aliquot. Et
signum apparitionis iuuamenti eius: & appli-
catio ad horam, in qua oportet ut abstineatur
ab administratione eius, est, vt incipiat lepro-
sus inflari: quare inflatur: deinde fortasse per-
miscetur ratio eius: postea excoriatur: deinde
sanatur. Quum ergo non patitur scotomiam,
neque inflatur, tunc iteretur super eum regi-
men uice alia. Et de illis, quæ narrata sunt ad il
lud, est ut sumatur serpens niger excoriatus, &
sepeliatur donec in eo fiat uermis, & extraha-
tur cum uermibus suis, & exsiccetur, & detur
in potu illi, super quem superfluit lepra ex eo
tribus diebus, omni die pondus. ʒ. j. cum syru-
po de melle. Et inunctio iterum cum eo, in
quo est uirtus uiperæ, & iuuamentum ei, sicut
oleum, in quo decoquatur. & sicut hoc medi
camen: sumatur serpens niger excoriatus, &
ponatur in olla, & fundantur super ipsum de
aceto forti. unc. viij. & de aqua. unc. i. & de t
[thapsia humida] & radice draconteę de uno-
quoque. unc. ij. decoquatur totum super ignē
leuem donec dissoluatur serpens, & coletur a-
qua à serpente: & fricetur cum ea post abrasio-
nem barbę. & capitis: fiat illud tribus diebus.
& eis quidem accidit ex administratione me-
dicinarum uiperalium excoriatio cutis corru-
ptæ: & permutatio carnis, & cutis sanæ: quam
uis inunctio leprosi cum humectatiuis tempe-
ratis in calliditate; est ex illis quę conferunt in
quibusdam horis, quum uehementior fit sicci-
tas. & similiter facere caput purgium cum eo,
quod est sicut oleū uiol. & sit in eo parum olei
de keiri. iterum sicut adipes rapacium, & boū,
& uolatilium: & sicut cum oleo de costo, aut
darsisahan. & oleum de lilio seruat extremita-
tes: & illud post mundificationem, & ante mū-
dificationem non inungatur omnino: quoniā
oppilat poros. & de eis, quę bibuntur, & con-
ferunt eis, est u[almuri gilin, & medicamen
asclideni.] Et lac est de conuenientioribus,
quibus curatur: & propriè apud constrictio-
nem anhelitus & difficultatem eius, & raucedi
nem uocis eius, & in temporibus, quę sunt in-
ter euacuationes. & oportet, vt bibatur in di-
positione, qua mulgetur lac: & lac ouiū est de
rebus magis conuenientib. ei: & oportet ut bi-
batur de eo quantitas, quæ digeratur: & si sint
contenti eo solo si possibile est, erit iuuatiuum
ualde. & si fuerit necessarium, non addatur su-
per ipsum aliquid, si possibile est, præter panem
mundum, & alesfidabegi cum carnibus arietū,
& quæ illis sunt, similia de eis, quę dicemus, &
quando anhelitus redit ad rectitudinem, tunc
melius est ut dimittatur lac, & conuertatur su-
per res acuti saporis, ut uomat cum eis non pro
pter aliud nisi illud: & euacuetur cū eo, quod
diximus: deinde si necesse fuerit redire ad lac,
fiat vsq; ad terminū prędictū. & oportet vt fit
hoc

s B. positis super micis panis de simila & ponitur cum.

t B. scitharagi humido.

u B. alberzeli, & medicamen alselache.

hoc regimen in anno multoties. In phlebotomia verò eorum, qui confirmati sunt, nō oportet vt sit occupatio neque in solutione ventris eorum cum medicina forti: quoniam superfluitates in eis mouentur, & non separantur: imò fiat alleuiatio in declinando materias eorum ad intestina. Et administretur deforis, quod carminet, & resoluat. Et de potibus conuenientibus eis, est vt [x] [sumatur acori. unc. j. s. & nitri] tantumdem, & succi caulis agrestis vsque ad unc. iij. misceatur totum, & bibatur mane, & vespere. Et vt sumatur eis de limatura eboris pondus. x. sacraiati, & detur eis in potu in tribus. unc. vini, & butyri: Aut sumatur althit cū melle quantitate nucis: Aut sumatur de squilla quantitas. x. [y] [sacraiati] cum syrupo squillæ inspissato sicut lohoc. Aut sumatur cymini. drac. s. & mellis quantitas quæ inspissetur sicut lohoc. Et succus calamenthi est eis valde bonus ex tribus obolis, vsque ad. vj. Et oportet vt vtantur piscibus salitis in quibusdam horis, sicut vtuntur medicina. Et alienentur ab acutis nisi ꝓpter vomitum, & nisi secundum semitam [z] [albecikir,] in eo in quo sumuntur. Et quandoq; medicantur cum cauterio dispartito super mēbra corū, sicut sinciput & [a] [summitas] capitis, & super radicem epiglottis, & duo tempora & [b] [collum] & iuncturas manuum, & pedum. Et dixerunt quidam, oportet vt cauterizentur in principio timoris lepre cum cauterio in anteriore [c] [capite, vt conferat caluariæ, & alio inferiore illo, & apud locum, in quo capilli tondū tur, & super supercilia: vnum deinde] in dextra capitis: & aliud in sinistra: & vnum posterius super nucham: & duo apud duas commissuras corticales [d]: † [ ] & vnum super splenem: & sint [e] [cocturæ illæ cum cauterijs leuibus minutis.] Et quando cauterizatur super caput, oportet vt perueniat vsq; ad os donec excorietur os [f] [saltem] vicibus pluribus, postquam [g] [cōseruatur] applicatio illius ad cerebrum [h] † [ ] secundum summā corrumpentem complexionem eius. Nam stolidi quandoque interficiunt cum hoc, quum non alleuiantur manus ipsorum.

x B. vt transglutiat seu bibat aceti. unc. i. s. chitran.
y B. kitrac
z B. alabezir
a B. commissuras.
b B. spondilia.
c B. parte capitis magis supra quam sinciput aliud inferius illo & apud locū vbi terminantur capilli supra frōtem & vnū.
d † B. seu commissuras laterales in summitate capitis.
e B. sed eo cauteria illa leuia minura.
f B. aut
g B. sit obseruatione.
h † B. sit.

ANNOTATIONES.

Habes elephantiæ seu lepræ curationem fusissime ab Aetio descriptam lib. 13. habes & ex Paulo lib. 4. meminit & Galen. 2. ad Glauc.

Cap. III. Cap. 1. Cap. 10

Modus medicinarum conferentium compositarum.

De quibus sunt [a] [albedarungi, & albes,] qđ stat in loco carnis viperę in hac ægritudine. & de illis est medicamen [b] [alsulendati. vel rum bedarungi] habet [c] [descriptionem magnam, quam] dixerunt Indi: & experti fuerunt ipsum. & de eius modo est, vt sumantur myrabol. nigrorum, & scitaragi Indi amborū. drac. x. macropiperis. drac. s. [d] [been] albi. drac. ij. s. terantur, & liniantur cum butyro vaccino, & cōficiantur cum melle: & sit potio eius ab vno aureo vsque ad. ij. drac. post mundificationem corporis. Si autem sumatur cum eo, cum æqua li mensura sui de diamuscho, non timebitur eius malitia; quoniam ipsum est eius bezahar.

a B. albezacha li & albisi
b k. alselahaue rūt alberzacha li.
c B. Alia litera descriptiones plures quas.
d B. albis

Modus confectionis nominatæ [a] {bederauilia} maioris.

Et est [b] [almebaram] conferens lepre, & barras, & morpheę, & impetigini, & aquæ citrinæ, & pruritui, & scabiei antiquæ, & confirmat rationem, & destruit obliuionem & est bonum conseruationi conferens syncopi. & hoc medicamen fecerunt sapientes Indi regib. suis. Recip. myrobal. belliricorum. & emblicorum, & [c] [capsię] omnium an. drac. xiiij. nucis muschatæ, [d] † [ ]& corticum thuris, & meu, & phu, & piperis & macropiperis, & [e] [selgamonati et narckeisar] & neremise, & cūdisi, & succi squillæ, & folij Indi omnium an. aure. viij. & [f] [albes varii] boni aure. iiij. terantur medicinę, & cribellentur, & teratur albes solum: & qui terit ipsum, oppilet nasum suum & nares suas, & inungat eas ante illud cum butyro vaccino; & veniat eius trituratio super medicinas; & sumantur de penidiis [g] [alaramu, & alsaphan] heminæ. ij. & media [[h] de baldac] terantur, & proijciantur in ollam nouam; & proijciatur desuper de aqua cū mensura, qua soluantur; & quā do liquefiunt, remoueantur ab igne, & puluerizentur desuper medicinę, & conficiantur cum eis bene; deinde fiant ex eis formę similes auellanis, quarum vnaquæque sit vnius aurei; & detur in potu omni die vna in ieiunio cum aqua tepida, aut vino.

a B. alberzacha li.
b B. alchuamedran.
c b scitharagi indi.
d b. & chairbua.
e B. & selfel mu nu & narcheisar.
f B albis cineritii coloris.
g B. alchazani.
h B quæ hemi nę sint de illis quæ visitantur in regione bagadedi.

Modus confectionis [a] [alsulendati.]

Et est medicamen Indum magnum in via [b] [albe de rauli] & ipsum confert iterum ad casum [c] † [ ] palpebrarum, & albedinem capillorum, & asthma, et tremorem cordis, et teporem appetitus, et fluxum ventris superfluum, et hydropisim, et ictéritiam, et paucitatem seminis, et fistulas, et canitiem senum, et confert pruritui, et vlceribus. Recipe. [d] [alsulendati] mundatę ablutę ducentos sexaginta aur. et [e] [alsulendati] quidem est vrina hircorum montanorum; et illud est, quoniam ipsi mingunt diebus ęstuationis suę super lapides in monte, qui nominatur [f] [alsuledati] et denigrantur lapides, et fit sicut pix pinguis, subtilis, et myrobal. beliricorum, et emblicorum, et piperis, et macropiperis, et lauri, et nucis muschatę, et cinnami, et macis et xyloaloes, et darkele, et spodij, et attemet et burungi, et merenis; omnium an. aur. iiij. bdellii. cc. et sexaginta aur. et zuccari tabarzet. c. xxxiij. aure. et auri rubei, et argētimeri, et ęris rubei, et ferri, et [g] [allohonoc et alselud] omnium an. aure. [h] [c.] comburantur mineralia, et terātur, et tricocinentur cum medicinis, et misceantur omnia cum melle, et butyro. et reponantur in vitreata viridi; cuius dosis sit duorum aureorum cum lacte caprino, aut aqua tepida; et addatur in eo de melle dispumato aure. xxxvij. et butyri aure. xxxiiij. [i] [quoniam eius decoctio erit bona, veruntamen crescit] et peruenit ad finem in. xxj. die.

a B. alselaha.
b B. alberzacha li.
c † B. pilorum
d B. alselaha.
e B. alselaha.
f B. alselaha.
g B. alanach & alsuled.
h B. viii.
i B. & si decoquatur erit melius quoniā crescit & complebitur eius fermētatio.

Modus

Modus aduſtionis [a] *[alſeud.]*

MAlleando fiunt laminę de ferro, deinde decoquātur myrobalani bellirici, et emblici, et coletur aqua eorum, et ponatur in vaſe ęris, et accendatur ſub eo ignis leuis et calefiat [b] [alfeud] donec rubeat, et ignitum ſubmergatur in illa aqua, deinde redeat ad ignem, et rubeat, quum ergo rubuerit, ſubmergatur iterum in illa aqua; et fiat illud viginti una vice, deinde coletur aqua illa, & ſumatur fæx in qua reſidet aliquid de [c] [felud:] deinde reducatur uas ſuper ignem, & ponatur in eo vrina vaccæ, & igniatur ferrum, & ſubmergatur in ea iterū viginti vna vice: & ſumatur iterum fęx eius, donec [d] [remaneant] de fæce eius aurei.viij. [e] † [ ] & ſimiliter fiat de ære donec compleantur ex eo iterum.viij.aurei. Argētum verò limetur cum lima, donec fiat ſicut terra, deinde decoquatur cum aqua ſalis in cochleario ferreo, donec aduratur bene, ſi autem non aduritur, proiiciatur in cochlearium parū ſulfuris citrini, quoniam comburetur, & ſumātur de eo.viij.aurei, & totum illud ſit tritum, & cribellatum. Auri verò combuſtio eſt ita, oportet vt aurum limetur donec fiat ſimile terræ, & ſit cum eo aureus vnus ex [f] [amioch & remaneat] cum auro donec liqueſcant vtraque ſimul. deinde dimittatur per horam vnam, deinde limetur iterum, & addatur ſuper ipſum aureus vnus ex [g] [alamioch] & limetur iterum cū lima, deinde [h] [frigatur] in cochleario, & fundatur ſuper ipſum aqua ſalis, & ferueat donec conſumatur aqua, & remaneat aurum [i] [alamioch,] deinde teratur in mortario bene, donec fiat ſicut puluis, & miſceatur cum medicinis, [k] [Mundificatio autem alſuledati] eſt ſecundum hunc modū: ſumatur de aqua [l] [alhaſce] & urina vaccæ, & proijciantur ambæ ſuper [m] [alſuledati] in vaſe nouo: in tanta quātitate, quòd ſubmergant ipſum, & ponatur in ſole calido hora vna, deinde fricetur vehementer, & coletur aqua ab eo in vaſe nouo, & ponatur in ſole tribus diebus, deinde coletur, & ſumatur fæx eius ſpiſſa, deinde fundantur aqua [n] [alhaſcæ] et vrina ſuper [o] (alſuledati: et puluerizetur ſicut puluerizata) fuit prius, et fiat illud tribus vicibus: deinde ponatur in ſole vigintiuno die donec ingroſſetur, et fiat ſimilis melli, et denigretur ſicut pix.

a B.alſulad.
b B.alſulad.
c B.alſulad.
d B purificetur
e † B.& de fæce alſulad aur. viij.
f B.alanach & liquetur plūbū.
g B alanch
h B.ponatur.
i B. & alanch.
k B. clarificatio autem alſelaha.
l B alhaſcech
m B.alſelaha.
n B. alhaſcech.
o B.alſelaha & regatur ſicut recta.

Modus [a] *[alſuledati] minoris.*

ET iuuamenta eius ſunt ſicut iuuamenta maioris. Recipe [b] [alſuledati] colatæ partem vnam et [c] [calor] partes quatuor: teratur alcor, et miſceatur cum eis quantum eſt pondus eorum de melle, et quantum ipſum eſt de zuccaro: et quantum eſt medietas mellis de butyro vaccino, et reponatur in vitreata: et doſis eius ſit aureus unus cum lacte vaccino tepido. Modus medicamenti conferentis leprę. Recip. myrobalanorum nigrorum mundatorum, et zingiberis, omniū an.drach.x.ammeos. drac.v.altit bonæ drac.iij. paſſularum mundatarum. [d] [s. mekulæ] decoquantur cum tribus [e] [deguarich aquæ, & aldeguaric eſt quatuor lib. debaldach] donec cōſumantur duæ tertiæ, & remaneat tertia: deinde exprimatur, & coletur proiiciatur ſuper colatum de melle, quod ſufficit ei: & detur in potu de eo lib. j. ungatur ſuper totum corpus infirmi butyrum vaccinū, & ſedeat in ſole, donec ſudet, & præcipiatur, vt ambulet poſt illud. lxx. paſſibus: & iaceat aliquando ſuper latus ſuum dextrum, & aliquando ſuper latus ſuum ſiniſtrum, & ſemel ſuper ventrem ſuum, & ſemel ſuper dorſum ſuum: & cibetur pane, & melle, quantitate [f] [abbreuiata.] vij. diebus, ita, vt liniantur ei medicinæ omni die.

a B. confectionis alſelaha.
b B. de alſelala.
c B.alchur.
d B.mechul medium.
e B.duarich que & duarich eſt quatuor libræ regionis bagadedi.
f B.moderata

Modus [a] *[epithematis] lepræ.*

SVmatur ſerpens niger excoriatus, & decolletur, & ponatur in vas: & fundatur ſuper ipſum de aceto forti. vnc. viij. & aquæ vnc. j. & alſcitaragi humidi, & radicum draconteę amborum, ana. vnc. [b] [xij.] decoquatur ſuper ignem leuem, donec decoquatur ſerpens, deinde coletur cum panno, & ſeparentur oſſa à carne, deinde ponatur fæx in vaſe vitreo. Quum ergo volueris curationem, præcipe ei, vt radat pilos ſuperciliorum, & capitis: & lini deſuper ex illo tribus diebus. Modus [c] [epithematis] alterius. Rec. ſtaphiſagrię, & myrabalanorum nigrorum mundatorum, & emblicorum, omnium an. partem j. frigantur cum oleo [d] antiquo,] & liniatur cum eo latus, vel locus poſtquam abluitur cum decoctione ſenticis [e] [euripnum] & balauſtię. Et iterum comburantur myrobolani, & gallæ, & liniantur deſuper cū aceto. Cibi autem eorū ſunt omnia, quæ ſunt velocis digeſtionis, boni chymi, ſicut carnes volatilium notorum, ſcilicet earum iſfidabegi: & piſces humidi, lenis carnis, cum ſpeciebus quæ ſunt neceſſarię. & melior cibus eorum eſt panis de [f] [ſimla mundus] et panis cauſa daru ſii, et ſorbitiones factę ex eis: et olera humida. Et eſt neceſſarium, vt permiſceantur cum eis, q̄ ſunt ſicut ſicla, et raphanus et porri. & nō oportet, vt negligat adminiſtrare inciſiua: & ꝓpriè ante mundificationem, ſicut capparis, et fœniculum, et porri: iſta.n. mundificant eorū cibos à ſuperfluitatibus, et præparant ſuperfluitates expulſioni. Quum ergo adminiſtraueris medicinas laudabiles, tunc adminiſtra ēt hoc regimen. & piſces ſaliti in hoc cap. ſunt valde boni eis. et nos promptiores ſumus ſuper iſta, quū volumus, vt faciamus eos vomere, aut ventrē eorum ſoluere. et caulis cōfert eis cum ꝓprietate ſua et panis cū lacte, et melle: ficus, et vua, et paſſulæ, et amygdalę torrefactę, et cartami, et pineæ et quæ fiunt ex iſtis, cōferunt eis. et oportet, vt comedat in die bis ſecundum menſuram digeſtionis. Nam ſemel comedere nocet eis. et non bibat vinum quū excitatur ægritudo, niſi parum, et quum quies eſt ægritudinis, bibat de ſubtili, quod non eſt antiquum, quantitate tēperata, conſueta. et quando cadunt pili ſuperciliorum ex ſuperciliis, et ſimilium, tunc fiat curatio cum cura alopecię et reliquorum, quę dicemus in libro decorationis.

a B.liniment...
b B. ii.
c B.liniment...
d B. omphacino.
e B...
f B.ordeo mundo.

Modus

Modus epithematis alterius.

SVmatur staphisagrię, et myrobal. nigrorum mundatorum, & emblicorum omnium an. pars. j. et frigantur cum oleo omphacino, et liniatur cum eo locus postquam ablutus est cum decoctione senticum, et balaustię. *Modus alius.* Comburantur myrobalani, et gallę, et linian-tur cum aceto desuper.

FEN QVARTA.

De solutione continuitatis: & est præter id, quod pendet cum fractura, & † algebra. Et est quatuor tractatus.

TRACTATVS PRIMVS,

De vulneribus in membris.

Sermo vniuersalis de solutione continuitatis. Cap. 1.



IAM ostendimus in libro j. species solutionis continuitatis secundum modos, qui necessarii fuerunt in loco simili illi. Et uolumus nunc innuere summas de speciebus earum, quas oportet nobis esse notas ante illud, quod volumus declarare. Dico ergo quòd nos conamur in quibusdam membris, quorum continuitas est soluta, vt redeat eorum continuitas sicut fuit, & illud sicut in carne. Et conamur in quibusdam eorum, vt remaneat contactus eorum cum conseruatione, licèt non redeat ipsorum continuitas; & illud in ossibus, nisi in ossibus puerorum, & infantium. in eis enim quandoque speratur reditus ille. De neruis verò, & venis dixerunt quidam medicorum, quòd non redeunt ad cõtinuitatem, imo fortasse remanet in eis contactus conglutinationis, conseruatione currente super eos, & coniungit eos. Et dixerunt quidã, quòd illud non prouenit nisi in arterijs solis. Gal. vero iam contradixit eis istud, & dixit, imò quandoque incarnantur arteriæ per testimonium experientiæ, & cum concessione ratiocinationis. Testimonio verò quoniam nos iam vidimus arteriam, quæ est sub basilica & [a] [capitulo arteriæ temporis,] & cruris, incarnari. Et concessione quæ est ex ratiocinatione, quoniam os est extremitas in duritie, & non incarnatur nisi parum in infantibus: & caro, quæ est extremitas in lenitate, incarnatur: sed venæ, & arteriæ sunt mediæ inter ossa, & carnem: quare oportet vt sit earum dispositio inter carnẽ, & ossa: ergo sunt minus recipientes incarnationem, quàm caro: & facilius suscipientes eam, quàm ossa. Et incarnantur, quando sectio est minima, & parua, & corpus est humidum, & lene: Et non incarnantur in diuersificato ab eo. Et hoc est modus disputationis [b] [rhetoricus]: & illud, in quo confiditur, est experimentum.

a B. vidimus arteriam temporum.

b B. argumenti probabilis non demonstratiuus.

ANNOTATIONES.

Solidarum nostri corporis partium aliæ ex sanguine, aliæ ex semine ortum ducunt. ex sanguine caro & glandes, 10 cæteræ omnes, venæ, arteriæ, nerui, ligamenta, tendones, cartilagines, cutis, ex semine. Harum, quædam ex sanguine, si abscindantur, gigni rursum possunt. reliquæ verò non possunt, vt Galen. 1. de semine. ac priores si transuersim secentur nullo negocio, adductis duntaxat sectarum partium labris, iunguntur: talesq; prorsus redeunt, quales antea posteriores verò eo pacto (quæ prima intentio vocatur) insanabiles sunt, ait Galen. in lib. art. med. secunda tamen intentione, hoc est, glutine quopiam diuisas partes nectente, con iungi possunt. Cur verò caro & glandes coire, & si abscin 20 datur, rursum gigni queant, cæteræ verò nequeant, pluribus disserit Galen. 1. de semine. cur verò illæ quidem iungantur absque medio; hæ verò non nisi agglutinatæ; à partium natura prouenit, quæ sicciores aut molliores sunt. ita enim & in externis rebus corpora, quę mollia sunt, facile iunguntur nullius alterius rei nexu: at quæ dura, nunquam nisi quodã veluti glutino coniunguntur. neque enim testa cum testa, lapis cum lapide sine glutino iungi possunt, vt Gal. 5. meth. sunt verò carnes quidem & glandes, molles: aliæ verò duriores. Cæterùm quamuis hæc genera- 30 tim ita se habeant, particulatim tamen, non molles solùm, sed etiam duras coalescere deprehendi videtur: non tam eas quę ex duris molliores sunt, vt venę & arteriæ; sed etiam plane duras, ut ossa. De ossibus profectò, testimonio est Gal. in lib. art. med. De venis uerò & arterijs, disserit aduersus alios quosdam medicos Gal. 5. meth. probatque tum ratione, tum experientia etiam has coniungi. ratione quidem, quoniam, quum hæ non ita siccæ sint & duræ, ut ossa & cartilago, imò his longè molliores: propterea non esse ait desperandum, quo minus coeant. experientia uerò, 40 quoniam idem se coniunctam uidisse arteriam testatur. Verùm sicuti ossa non nisi in infantibus, atque id etiam perraro coeunt; ita & arterias & uenas, non nisi in mollioribus natura, & habitu corporibus necti. atque etiam raro accidere Gal. in locis iam citatis affirmat. Auicennas tamen hoc in loco, qui eadem ferè scribit, sicuti rationem, qua Gal. sectam arteriam aut uenam coniungi posse ait, probabilem putat: ita etiam quod de experientia idem ait neque aperte assentitur, neque dissentit. Tu uide, quod ad hunc locum facit. Hipp. 6. aphorism. 50

Cap. 10. Cap. 61. Cap. 11. Cap. 7. Cap. 91. Cap. 7. aph. 19.

Summa de uulneribus in membris. Cap. 2.

MEmbra, in quibus quum cadit vulnus, magnificatur eius nocumentum, & interficit secundum plurimum & [a] [fortasse] non interficit [b] [nisi] raro, sunt sicut vesica, & cerebrum, & renes, & intestina minuta, & hepar: 60 quamuis sit possibile vt saluetur super ea, quum est leue. In corde autem non speratur salus, quum in eo accidit vulnus. Et plurimum illæ; cui accidit vulnus in ventre suo, quum accidit ei nausea, aut singultus, aut solutio ventris, moritur. Et quando vulnus est in loco, in quo oportet vt vehemens fiat dolor, & apostema,

a B. profectò. Alia litera. b —— B.

ma, ſicut ſunt capita lacertorum, & poſteriora eorum, & proprie illorum, qui ſunt neruoſi, & non accidit apoſtema; ſignificat illud nocumentum intrinſecum, ad quod conuertuntur materiæ, & non perueniunt ad vulnus. & oportet, vt tu obſerues illud, quod dicemus in capitulo vlcerum de iudicijs. in quibus communicant vlcera, & vulnera, & poſtpoſuimus ea vſque illic, attendentes ad illud, quod eſt conueniens.

ANNOTATIONES.

aph. 19.

Veſica ſcribit Hipp. 6. aph. diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut præcordijs, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale eſt. Author quoq; Coac. prænotionum, Moriuntur, ait, maximè ex vulneribus ſi quis cerebrum ſauciatus fuerit, aut ſpinalem medullã, aut hepar, aut ſeptum tranſuerſum, aut cor, aut ueſicã, aut venam craſſam. Moritur autem etiam ſi in arteriam & pulmonem valde magnæ plagæ fiant; ita, vt pulmone percuſſo paucior ſpiritus per os procedat, quam is eſt, qui ex vulnere elabitur. Verùm, ſicuti priorem ſententiam limitat Galenus de magnis vulneribus, quod innui à ſene ait ea dictione, diſciſſa (excepto corde, quod ne minimum quidem vulnus ſuſtinet.) ita & poſterior limitanda videtur. Hippocratem æmulatur, & Celſus, libr. 5. ſeruari ait, non poteſt, cui baſis cerebri, cui ſtomachus, cui iocinoris portæ, cui in ſpina medulla percuſſa eſt, cuique, aut pulmo medius, aut ieiunum, aut tenuius inteſtinum, aut uentriculus, aut renes uulneratæ ſunt, cuive circa fauces grandes uenæ, uel arteriæ præciſè ſunt. Limitat tamen Author noſter, quod de uentriculo dictum, eſt ubi ex uulnere nauſea, ſingultus uel alui ſolutio accidit, nempè, ut putamus, quòd ſymptomata hęc internæ uentriculi tunicæ uulneratæ indicia ſunt; alioqui enim ſi uel exterior uel carnoſa pars uulnus patiatur, ſi modo admoueri poſſint medicamenta, curari & uentriculus poteſt. Addit etiam neruoſarum ad extremarum in muſculis partium uulnera, ſi circunſtantibus partibus non ſit tumor, ex Galeno 5. aph. nanque exactiſſimi ſenſus eiuſmodi partes ſunt, & maxime propterea periculoſæ, præſertim uero, quum materia quam extra uergere oportet, intro ad eas ipſas neruoſas partes reuocetur.

Cap. 26.

Com. 66.

Sermo vniuerſalis de cura vulnerum. Cap. 3.

VVlnus carnoſum non euacuatur, quin aut ſit ſectio plana, recta: aut ſectio rotunda: aut habens latera, aut ſectio cum diminutione aliquãtulę carnis. & quandoque eſt profundũ, penetrans. & quandoque eſt diſcoopertum. & vnicuique eorum eſt regimen: & communicant omnia in retentione ſanguinis currentis. & iam poſuimus ad illud capitulum. & fortaſſe curſus ſanguinis quantitate temperata cõfert vulneribus, & prohibet apoſtema, & [a] [oppilationem] & febrem. Nam de melioribus, cũ quibus intendimus in vulneribus, eſt, vt prohibeamus eorum apoſtemationem: quoniam quando non accidit apoſtema, poſſibile eſt, vt [b] [eius] fiat curatio: verum quum illic eſt apoſtema, aut attritio, aut contuſio, aggregatur in vacuitate eius cum vulnere ſanguis, qui vult fieri apoſtema, aut pus, & non eſt poſſibilis curatio vulneris, [c] [& dum non præparatur illud tunc] curetur apoſtema. Et ſi retinetur in contritionę ſanguinis, tunc [d] [non ſit ſecuritas, ꝙ ipſius reſolutio feſtinet,] ſi fuerit ei quantitas, de qua ſit curandum, & tenſio; & illud cũ conuerſione eius in pus. & reſolutione ipſius; & illud fit cum omni calido leui de illis, quæ tu ſcis. Et propter hoc oportet, vt adiuuetur curſus ſanguinis, quando abbreuiatur. Quũ ergo ſectio eſt [e] [plana,] recta de qua nihil eccidit; ſufficit in regimine eius ſtrictura, & ligatura, & prohibitio [f] [ſanguineitatis,] & aquoſitatis ab ea, & prohibere, quòd aliqua rerum [g] [cooperiat] eam, neque pilus, neque aliud: poſtquam tu conſeruaueris complexionem membri, & ſollicitus fueris in hoc, ne attrahatur ad membrum, niſi ſanguis naturalis. Et ſi fuerit ita magna, vt ne concurrant extremitates eius, quoniam ſunt rotundæ, elongatæ, aut diuerſę figuræ, aut iam deſtructa eſt ex ea caro pauca, non plurima; tunc eius cura eſt ſutura, & prohibitio aggregationis humiditatis in ea, cum adminiſtratione exſiccantium repercuſſiuorum, & [h] [adminiſtratione ſubtiliantium, quæ] dicemus. Et ſi fuerit profunda, tunc ſtrictura etiam facit eam adhærere multoties: & non eſt neceſſe detegere eam [i] [ ] ſi eſt poſſibile illud, et illud eſt, quãdo non confert ſtrictura cum ligatura [k] [firmans eam:] [l] [& fortaſſe neceſſarium eſt detegere eam] ſicut oſtendam: & proprie vbi non cadit ſtrictura bona ſuper radicem profundi: quare effunduntur ad ipſum materiæ propter debilitatem eius, & dolorem, qui neceſſarius eſt: & propter diſpoſitiones, quas dicam in capitulo vlcerum. Et ſi eſt neceſſarium, vt detegatur, non erit excuſatio quin ponatur cottum, & quod currit curſu eius ſuper eius orificiũ, exſiccans ipſum, proprie vbi ſtrictura non cadit ſuper radicem, ſicut diximus. Aut eſt eius præparatio talis, quòd non eſt poſſibile materiam malam effundi ab ea. Aut eſt in ea os. Aut iam [m] [concauata] eſt, & facta eſt fiſtula, & fit in ea humiditas mala valde. & eſt tunc in iudicio vlcerum, non vulnerum. & dixit ſapiens, ꝙ vulnus non indiget niſi ligatura aggregante labia, quando quæritur adhærentia, & incarnatio: verum ſi fuerit neceſſarium, vt naſcatur in ea caro, tunc non eſt in eo neceſſarium illud; ſed eſt neceſſaria aliquando ligatura, cum qua effundatur ſordities ex orificio eius: & aliquãdo ligatura fit tali menſura, quæ retineat medicamen deſuper. Inquit, & ſufficit, vt ſit orificio vulneris locus, ex quo effundatur ſordities ſemper per naturam, aut ita, vt cadat perforatio illic, aut vt tu figures ipſum cum illa figura. Ego enim iam ſanaui vulnus magnum, cuius profundum erat vbi eſt genu, & ipſius orificiũ in coxa, præter quòd fecerim ei orificium aliud inferius apud genu: ſed præparaui coxam tali pręparatione, quòd profundum fuit ſuperius, & orificium inferius, quare ſanatum eſt abſque perforatione in inferiori parte. Et ſimiliter quandoque ſuſpenduntur brachium, & palma, & alia taliter, quòd orificium ſemper eſt inferius: hoc eſt ergo ſermo eius, et dico, ꝙ fortaſſe tibi cadet vulnus, vbi tibi erit neceſſariũ incidere complete, et ſecare membrum. Quum autẽ ex vulnere abſeinditur caro plurima, tunc neceſſaria ſunt ea, quæ carnem

naſci

a B. bothor.

b B. vulneris.

c B. dũ nõ regitur res illa, &

d B. erit neceſſaria feſtinatio in

reſolutione ipſius.

e B. ſimplex

f B. olei, vel aquoſitatis.

g B. ingrediatur

h B. adminiſtratio rerum, quæ adhęrere faciunt, quas.

i † B. & fortaſſe eſt neceſſarium detegere eam

k B firmans

l ——

m B. obſtrucata

n B. imò.

nasci faciunt. Et non sufficit illud quod exsiccat,& prohibet, [n] [&] fortasse nocet exsiccatiuum,& prohibitiuum,& ex parte quòd repellit materiam, ex qua nascitur. Et quandoque est profunditas,& diminutio ossium taliter, quòd non est possibile vt nascatur complete, quare remanet profundum. Sicut quandoque accidit vt nascatur plus, quàm sit necesse; quare est caro addita. Et oportet vt cibetur æger, qui vult ut nascatur caro in vulnere suo, cibo laudabili, boni chymi. Et quandoque est illud, quod facit nasci, ita, quòd possibile est ei ut faciat nasci carnem, cutem uerò non facit nasci; quum iam abscisa est totaliter; imò non facit nasci loco eius nisi carnem duram, supra quam non nascitur pilus. Venarum autem rami multoties [o] [eminent,]& nascuntur sicut caro. Et de vulneribus sunt quędam habentia timorem, sicut vulnera cadentia in neruis,& extremitatibus lacertorũ; & dicam ea in capitulo dispositionum neruorum:& multotiens sequuntur ea accidẽtia mala; sicut illud, quod sequitur vulnus extremitatis lacertorum, de alteratione coloris,& casu pulsus, post spissitudinem, et paruitatem, et perducit ad syncopim, et casum virtutis: & quandoq; sequitur ea spasmus. Et similiter illa, quæ cadunt ante genu, apud rotulam; quoniam sequuntur ea accidentia mala, & sunt perimẽtia, à quibus parum liberantur. Et quando accidit spasmus ex huiusmodi vulneribus, lacertosis, et non recipit curationem; tunc curatio est incidere lacertum in latitudine; & est voluntas ut destruatur operatio lacerti; Verum illud est de illis, quę oportet vt post ponantur quantum est possibile; & curetur spasmus, & permistio rationis, cum re alia pręter eam. Et sicut vulnus geniculi; fortasse enim necesse est, ut [p] [ponatur cum sectione dura. Et nt sit festinatio] in apostematib. eius,& vlcerib. ipsius, et vulneribus cum phlebotomia, et solutione ventris et prohibitione incarnationis, donec mundificentur mundificatione ultima, deinde incarnentur.

o B. incarnantur, vel consolidantur.

p B. fiat sectio cum sectione facta in modum crucis, & ut aduertatur sen fiat præseruatio.

ANNOTATIONES.

Cap. 26.

Et unicuique eorum est regimen &c.] Vbi aliquis ictus est qui seruari potest ait Celsus li. 5. protinus perspicienda duo sunt, ne sanguinis sit profusio, neve inflammatio interimat. Sanguinis certe profluxus animæ fomitem atque ipsam animam e corpore educit: Inflammatio uerò & dolorũ & febrium, & omnino causa est, ne curetur uulnus. Quum duo hæc uulnerum curationi incommodent, uidetur tamen alterum alteri aduersari: sanguinis profusio inflammationem prohibet, quo minus fiat. idem si parum profluat, inflammationem auget. propterea ergo in fluxu sanguinis ulcerum seruandus ita est modus, ne eorum unum, uel alterum succedat. Sanguinis fluxio symptoma est pręter naturam, quod omni recenti ulceri coniungitur, (nisi intrò fortaße sanguis reuocetur, cui uulneri mors propè est) inflammatio uerò non statim. Quare & primum quod in uulneribus recens illatis agendum est, sanguinis tentanda suppressio est, ut hic author ait. Rursum tamen cohibito sanguine, nisi satis pro arcenda inflammatione fluxerit, eiusdem fluxio erit procuranda. Hoc ipsum & Hipp. in lib. de ulceribus affirmat, quum ait, Omni recenti ulceri, pręterquam in uentre, conducit frequenter sanguinem defluere facere, prout opportunum uisum fuerit, & ab ipsis partib. ulcus complectentibus, tum aliàs, tum si in tibia ulcus fuerit, aut in digito pedis aut manus, magis quã si alicubi in alia corporis parte. sanguine enim defluente, gracilescentia sicciora fiunt ac minora. prohibet enim hoc maximè talia ulcera humectari: deinde uerò in omnibus putredo sanguinis ex sanguinis transmutatione fit. At dignum hic quæstione est num si sanguis copiosè non fluxerit, citandaq; propterea est fluxio, ex vulnere ipso an ex alia parte vel vicina uel remota prouocandus sit sanguis. Hipp. si iam descriptam legas sententiam, non ab ipso vulnere, sed à vicinis partibus ducere sanguinem videtur, quum dicat, à partibus vlcus cõplectentibus. At contra Galenus 4. meth. si, ait, perpetuũ est, quod ab eo (Hippocratem intelligit) didicimus, incipiẽtem fluxionem ad contraria trahendam esse: fixam verò in iam laborante particula vacuandam esse vel ab ipsa particula, quæ affligitur, uel à maxime vicina; in promptu nobis & de sanguinis detractione colligere est, quòd in principio hæc è longinquo, postea ab ipsis exulceratis partibus sit emolienda. Discrepare ergo ab Hipp. Galenus videtur, quum hic quidem initio à contrarijs postea verò à vicinis & exulceratis ipsis partibus. Hipp. verò neque de exulceratis neque de contrarijs, sed de partibus ulcus ipsum complectentibus sanguinem detrahat. Profectò, quid agendum in recenti sit vulnere, ubi copiosus sanguis non fluxerit, doctissimè Galenus admonet: neque statuere aliter potest, qui rem animaduerterit. At de Hipp. quòd à circumpositis partibus duci sanguinem velit, mirandum esset: quum in recenti adhuc vulnere, circumpositæ partis scarificatio fluxionem ad vulneratam partem concitare queat, non sedare. Sed paucis: quamuis vulgatus Cornarij & Latinus & Græcus codex, quem passim sequimur, ita legat, ut supra recitauimus: legiße tamen aliter Galen. constat ex 4. meth. iam citato. Omni (legit Galen.) recens facto vulneri, nisi in uentre sit, expedit ex ipso statim sanguinem plus minusve effluere. quippe phlegmone minus tentabitur tum vlcus ipsum, tum, quæ circumposita loca sunt. Addit deinceps. Et ab ijs, quæ inueterata sunt ulcera, ut sanguis crebro fluat, prodest, utcunque opportunum uidebitur, tum ab ipsis vlceribus, tum à circumpositis ulceri partibus. Ita legit Galen. Hanc lectionem si sequaris, constat senem in recenti vulnere, de loco ex quo ducendus sit sanguis, nihil proferre: sed in antiquo. Supposuit autem ea in recenti, quæ alibi de fluxione docuerat. Sedabitur ergo proposita controuersia si ita legas. legi uerò ita oportere, non res ipsa duntaxat; sed & Vidij Florentini viri nostra tempestate clarissimi interpretatio plane docet, quam hic adiungimus. Recenti, ait, cuius ulceri, nisi fuerit in uentre, pro ualetudine est sanguis amplius minusve plaga statim fluens. nam & ipsum vulnus, & quæ iuxta sunt, minus inflammatione premuntur. prodest etiam in diuturnis vlceribus id agere, vt sanguis crebro tam ab ipsis, quàm à partibus adiunctis vtcunque opportunum uidebitur, effundatur. atq; adeò si vlcus fuerit in crure vel in digito pedis aut manus, magis quàm si in alia parte corporis. exhaustum enim sanguinis eruptione siccius redditur ac minus: neque madere ullo pacto sinitur. adde quòd a putri atque alienato sanguine omnia proficiscuntur. Ita doctissimus ille uir eleganter atq; erudite eum locum conuertit.

Cap. 6.

Cap. 6.

Quum ergo sectio est plana &c.) Vulnera, sicuti primis statim uerbis admonuit, uel simplicia absque substantiæ amissione sunt, et recta, uel rotunda, alteriusve figuræ; uel cũ amissione substantiæ, uel profunda, uel superficiem tantum occupantia. Vt hæc singula curari debeant, breuissimè hic explicat. Galenum & in lib. art. med. & 3. meth. præsertim & 2. ad Glauc. imitatus. Est tamen hic illud animaduersione dignum. De simplici vulnere hos scopos proponit stricturam, ligaturam; externorum corporum prohibitionem;

Cap. 4.
Cap. 90.
Cap. 8.

nem; partis temperiem conseruandam; & praui humoris à uulnere auersionem. At nonne & in simplici uulnere sutura quandoque est opus, ueluti si transuersim secetur musculus, ut Galenus. 3. de comp. med. per loca? non hic tamen meminit de sutura. (Cap. 2.) *Quum item de seruanda partium temperie ait, quæritur quo nam pacto temperamẽtum uulneratæ partis seruetur? Conseruantur profectò similia similibus. an ergo uulnerata humida parte humidis utendum erit? Hoc si asseras, aduersaris Galeno, qui seruari partium temperaturam ait mediocriter exsiccantibus. Quòd si etiam rursum statuas exsiccantibus utendum; aduersatur communis medicorum nostri temporis consuetudo, qui humectans semper aliquid, quod ipsi digestiuum nuncupent, medicamentis admiscent. Sed ad hæc paucis. Per ligaturam, conseruationem coniunctorum ulceris labiorum intelligi ab Auic. putamus; siue per fascias, fibulasve, siue per suturas, seu etiam per panni alicuius supra ulcus agglutinationẽ fiat. De seruãda uerò partis temperie, caro quæuis temperamento, quantumuis humido constans sicca est, ubi sana est, Hippoc. enim in libro. de uulceribus siccum sano propius esse ait, & humidum non sano. proptereaq́; non nisi exsiccantibus uulneratæ partis temperies seruatur, magis tamen aut minus pro temperamenti cuiusuis ratione. Quòd tamen nostri digestiuis quæ uocant, passim utantur; id non conseruandæ partis gratia, sed ut humores, qui in affectum locum plerunque fluunt, & ipsis uulneratis partibus impacti sunt, concoquant: alioqui, si in ipsam affectarum partium substãtiam non affluant succi, temere concoquentia adhiberi certum est magis quam ut pluribus dißeramus.*

(Cap. 3.) *Et oportet ut cibetur æger &c.] Si gigni proba caro nõ potest nisi ex probo sanguine, quod Galenus 3. meth. ubi dubio procul optimis cibis in uulneratis est opus. quod hic authorAt uerò num multis an paucis, num pleno uictu an tenui, non explicat. Docet autem id Hipp. in lib. de uulceribus. Modicus, inquit, cibus & aqua, quam maxime omnibus ulceribus conducunt, & magis recentioribus quàm uetustioribus (& si quod aliud ulcus inflammatum est, aut inflammationem minatur, & si periculum est corruptionis) & ulceribus, ac inflammationibus in articulis: et ubi conuulsionem fieri periculum est: & uulneribus in uentre: maxime uerò omnium fracturis in capite ac femore, & si cui alij parti fractura contigerit. Atque huius certe præcepti non alia esse uidetur ratio, quàm exsiccandi scopus, qui ulceribus & uulneribus omnibus est communis; quum siccum sit sano propius, & humidum non sano. Certum autem est & ex uictus parsimonia minus alimenti ad uulneratam partem ferri, & ex aquæ potu minus concitari, fluereque ad affectam partem humores; id quod tamen limitat in recentibus uulneribus, magis quam in antiquis eße obseruandum. Sunt tamen nostra tempestate etiam, qui & satis plenum uictum, & uinum quoque ipsum meracißimum seruandarum, ut aiunt, uirium gratia exhibent: quæ profectò uictus ratio, quum uires non tantum seruet, quantum fluxionem plerunque & inflammationem amplificat, ita, quamuis quandoque bene cedat res, plurimum, solet interficere, nisi purum & minime plethoricum sit eius, qui curatur, corpus. Medicus uerò, qui Hippocratem æmulatur, tamdiu & à pleno uictu, & à uini potu abstinebit (nisi quidpiam, ut syncope, & uirium imbecillitas obstiterit) quamdiu inflammationis uel copiosioris ad uulnus materiæ confluxus discrimen fuerit; quod sane tempus, & si septem dierum à medicis paßim præscribitur. neque tamen semper idem est, neque à medico tam exacte statui potest, quum non una omnium sit & corporum & temporum uis & natura.*

De cognitione eius, quod facit nasci, & quod incarnat, & quod sigillat, & quod corrodit, ex medicinis.
Cap. 4.

MEdicamen faciens nasci carnem est illud, quod coagulat sanguinem sanum in carnem. Quòd si fuerit exsiccatio ei vehemens, prohibet sanguinem venientem: quare non habebit materiam caro. Et si est ei abstersio uehemens, remouet eum, & facit eum currere: quare consumit materiam inuentam carni: ergo oportet vt non sit ei plurima exsiccatio, imò vsque ad terminum: neque abstersio fortis valde, imò abstersio pauca, in tanta quantitate, vt abstergat sorditiem, absque mordicatione: & nõ indiget stypticitate, de qua est curandum. Et oportet iterum, vt sit in caliditate, & frigiditate sua [a] † [ ] in complexione sua, si fuerit separata [b] † [ ] cum contrario, secundũ quantitatem separationis. Et si non fuerit separata separatione, de qua curetur, tunc assimiletur calido valde calidum valde, & frigido valde frigidum ualde. Et obseruetur iterum impressio medicinæ in loco, vt opponatur ei: si superfluit, in malitia complexionis. Medicinæ autem incarnatiuę sunt illę; quæ aggregant inter duo elongata: nõ oportet vt operẽtur nisi in superficiebus amborum, & facientes adhęrere inter ea vtraque cum rore, qui est in substãtia amborum. et si fuerit sanguis purus, tunc est illud quod exsiccat sanguinem [c] [plurimũ, sufficiens cum eo in adhęrentia] cũ exsiccatione [d] [vehementi,] veloci, antequam fiat pus. et non firmat ei illud, nisi fuerit cũ illo superfluitas virtutis in exsiccando; uerũ oportet, ne sit abstergens, quoniã abstersio est contraria intentioni, quæ est in eo; quoniã intentio in eo est ponere illud quod [e] [colligitur de sanguine, nutrimentum, & adhęrentiã:] & abstergens abstergit illũ sanguinem: quare dispartitur; ergo [f] [cõsumit] materiam, qua expectatur cõglutinatio. & non indiget diminutione in exsiccatione, sicut indiget ea illud quod facit nasci; quoniam faciens nasci indiget vt, currat ad ipsum materia, & illius materiei cursum prohibet exsiccatio; & incarnatiuũ non indiget; imò indiget incarnatiuum exsiccatione fortiore, & pauca stypticitate. Cõsolidatiuũ uerò sigillatiuum uehemẽtius indiget stypticitate, quã illa duo; quoniam est ei necessariũ [g] [recuperet] quod est per naturã vehementioris exsiccationis. s. cutem; & quoniã indiget vt exsiccet humiditatem extraneã, & radicalem vehementer, & illud, quod est ante ipsum, eget ut exsiccet humiditatem extraneã exsiccatione plurima; & radicalem cũ mensura, qua conglutinetur, & ingrossetur, & non minuatur ex substantia. At corrosiua diminuẽs carnem oportet vt sit vehementis abstersionis valde. [h] [Et illud quidem, quod est rectum in curatione vulnerum quando perforantur, est vt non approximet eis aqua. & si fuerit necessarium, & non suffert æger à balneatione, oportet ut ponatur super ea de emplastris, & de panno infuso cum oleo secundum modos ligationis, & non permittatur aqua peruenire ad ipsum.]

AN-

ANNOTATIONES.

Per medicamentum faciens nasci carnem, id intelligit, quod sarcoticon Græci vocant, exsiccans videlicet primo gradu, & mediocriter ac citra morsum abstergens; quod profectò eo nomine vocatur, nō quòd ipsum carnem gignat, id enim naturæ est munus; sed quòd tum sordem tum ichorem aufert, quæ gigni carnem probibeant. habet tamen hic gradus latitudinem; conueniuntque nonnunquam sicca magis vel minus, pro partis & corporis cui adhibentur, tēperamento, vt fusius Gal. 3. meth. Sed obijciet statim hoc in loco quispiam Aristotelem, qui. 1. problem. sect. puris et sanescentibus vulceribus humida imponi aßerit. Verùm animaduertere ex eo loco est, humida ipsum medicamenta hęc nuncupare acrium & sicciorum comparatione, quæ tetris vulceribus admouentur, quum tamen et hæc sicca eße oporteat. Post carnis generationem, agglutinantia (incarnantia à nostris vocantur) vsu veniunt; quæ. s. quod iam genitum est, firment, roborentq́ ac veluti conglutinent; suntq́ hæc secundo ordine vel etiam tertio exsiccantia; non tamen detergentia ut priora, sed astringentia. sui profectò astrictione & siccatione carnem in uulnere ortam quodammodo obdurant, uniuntq́ non mediocriter. Accedunt tertio loco epulotica, quæ à nostris consolidantia, prioribus sicciora & magis astringentia, minus uerò abstergentia. hæc enim obduratam iam carnem maiori desiccatione astrictioneq́ ita densant, ut uicem cutis præbeat, quæ alioqui abscissa gigni rursum non potest. sunt præterea & medicamenta alia, quę redundanti carni auferendæ admouentur; atque hæc corrodētia uocant, quæ, quum potenter desiccent, potenter etiam abstergunt. sed hæc omnia uberius ex Galeno habes. 3. meth.

Cap. 3.
probl. 50.
Cap. 3. 4. 5.

De perforatione uulneris, & aliorum: quum oportet ut discooperiantur. *Cap. 5.*

DIxit Gal. oportet vt seces ex loco eius vehementioris eminentiæ: [a] [& vt inclines ipsum.] Et non sit [b] [tractus] perforationis nisi [c] [ad partem,] ex qua est possibile currere pus ad inferiora. Et vt obseruentur in perforatione [d] [† alesuirati,] & rugę secundum modum, quē diximus in capitulo [e] [vulnerum,] & dubellet, nisi in eis, quæ excepimus. In eis verò, quæ sunt sicut inguina, & subascellę oportet vt vadat perforatio cum cute in natura: Deinde ponantur desuper exsiccatiua absque mordicatione, de illis, quæ sunt posita in tabulis medicinarum singularium. Et puluis olibani melior est in eis: quàm olibanum, quoniam illud est vehementius stypticum. Et reperforātur, ne approximet eis aqua. Et si fuerit necessarium, & æger non suffert à balneatione, tunc oportet vt vulnus occultetur sub emplastris conuenientibus, tectis cum pannis infusis cum oleis, secundum modum coperturæ, quæ separat inter aquam balnei, & humiditatē eius, & inter vulnera: aut ingenietur in illo aliquid ingeniorū possibilium in ipso.

a B. & tumoris aut subtiliore.
b B. locus.
c B locus.
d B. alasere, † fibræ.
e B. exiturarū.

ANNOTATIONES.

Vbi vulnera sinum habeant, in quem sanies recipitur neque effluit; nunquam sanescunt, nisi saniei effluxum pares. fieri id quandoque solo membri situ commutato potest, quandoque etiam, nisi alterius loci sectione non potest, vt 2. ad Glauc. Vbi de sectione hac obeunda constitueris, admonet quæ seruari oporteat: de quibus etiam antea, quum de abscessibus secandis ageret. Vnum hic admonet, quod & in iam citato loco cauendum in ulceribus ab aqua, id quod fermè etiam ab Hippocr. in lib. de vlcerib. est animaduersum, quum vulnera non nisi uino humectanda docuit. Quòd si fistulas idem Hipp. in lib. de fistulis calente aqua perfundit; id agit emolliendæ fistulæ & calli gratia, vt emollita ea pars exsiccantibus facilius abradi possit. Ita etiam sicciora vulnera nonnunquam restituendi temperamenti causa, sine quo curari vulnus nō potest, calida aqua abluimus.

Cap. 2.
Fen. 3. tr. 1. c. 27.

De regimine vulnerum habentium apostema, & dolores. *Cap. 6.*

NEcessarium est in huiusmodi vulneribus [a] [alleuiare,] & credere quòd vulnus non consolidatur omnino, dum apostema non sedatur. Et illud, quod non completur nisi cum eo, in quo est exsiccatio, & infrigidatio in principio rei: & mollificatio in secundo: & vt administretur in eo cura apostematum omnino. Et quod est proprium in hoc cum communitate sui iuuamenti in omni membro à capite vsque ad pedes, est vt sumatur granatum dulce, & decoquatur cum vino pontico, & emplastretur cum eo locus. & oportet vt tu obserues illud, ad quod conuertitur dispositio apostematis: sicut si tu administraueris vnguentum nigrum, & videris vulneris ruborem vehementem fieri, & vesicari, declina ad infrigidantia, & ad vnguētum album: & si videris ipsum mollificari, aut indurari, & tu iam administrasti album, administra nigrum & alia.

a B. procedere cum facilitate.

ANNOTATIONES.

Vbi vlceri coniuncta inflammatio est, curari vlcus nisi ablata ea non potest: quod frequentissime Galen. in libris meth. admonet. Quomodo inflammationes curari debeant, supra docuit, & hic quoque breuissime repetit, curandum dicens in initio, ante absolutam videlicet inflammationem, ijs, in quibus desiccandi & refrigerandi vis inest; ipsis. s. repellentibus; deinceps verò mollientibus, id est suppurantibus; ac demum tumorum curatione, quæ reliqua est. Roget hic quispiam cur non discutientibus potius agatur res in inflammationum harum statu, quæ præterquam quòd inflammationem curant, eo etiam nomine quòd exsiccant, vlceri sunt opportuna? His ita satisfacere est. Quæ discutiunt nō leuiter calida sunt, quæ propterea, si inflammatæ & vulceratæ particulæ apponantur, igneum feruorem vulneri inducunt ex quo & augebitur phlegmone, & subiectæ partis temperamentum alterabitur. Satius ergo est suppurare: id quod lenibus, calidis. s. & humidis fit medicamentis, quę affectæ partis calorem non multum excellunt. Ob id forte ait Hipp. in lib. de vlceribus vlcera omnia recentia, tum ipsa, tum circunsitas partes minimè inflammatio[illegible] incurrere, si quis quam citissimè suppuret: ac, si pus ab osculo vlceris non interceptum supprimatur.

Re-

Regimen vniuersale in vulneribus viscerum interius. *Cap. 7.*

INtentio in eo,quod existimamus, quod est fissura,aut disruptio interius,est ut incarnetur:& non dimittatur sanguis congelari.in interioribus, a [ita]ut prohibeatur fluxus sanguinis..Et medicinæ conferentes in vtrisque intẽtionibus primis sunt sicut b [uestimenta,]quando decoquuntur in aceto. Aut detur in potu de centaurea maiore pondus.ʒ.j.Et terræ sigillatæ in hoc inest c [curatio]magna. Illud autẽ, quod in potu sumitur causa fluxus sanguinis , est sicut dauic vnum &.s.de semine hyusquiami al.cum aqua mellis; & reliquę medicinæ p̄dictæ in prohibitione sputi sãguinis. & fluxus sanguinis.De vulnere autem,& fissura apparẽtibus,dedit sapiens d [quòd in dispositione mirach uentris,donec]egrediantur quędam intestina,oportet ut scias quomodo e [applices]in testina,& intrommittãtur. Quòd si egrediatur aliquid de zirbo,oportet ut scias an sit necessarium ut ligetur cum ligatura firma,aut non:& an suatur . vulnus , aut non ; & qualiter sit uia in suendo ipsum. Et Gal. quidem dixit anatomiã almirach.& diximus nos ipsum in anatomia.Et propter illud,qđ iam diximus in anatomia , locus illorũ est minoris timoris quũ disrumpitur,quã locus f [aluourati.Et aluourati, quidẽ est medium corporis utriusque lateris] mẽsura quatuor digitorum g [ab alborati.i.umbilico.] Inquit, quoniam fissura quum accidit in loco h [alborati,] egrediuntur cum ea intestina plus:& reditus eorũ in ea est difficilis. Et illud ideo,quoniã res,quę tenet eam , nõ est nisi duo lacerti descendentes in longitudine corporis, qui protenduntur ex pectore vsque ad os pectinis,& propter illud quando disrumpitur unus horum duorum lacertorum,oportet uti i [egrediatur pars intestinorum, & augumẽtatur inde disruptio]& illud ideo,quoniam lacerti,qui sunt in vtrisque ilijs, plus k [coarctãt ipsum:uerũ]est ei in medio lacertus fortis continens l [ipsum.]Si autem præparetur,ut sit disruptio magna,egredietur numeratio ĩtestinorũ:quare erit eorũ intromissio uehemẽtior,& difficilior.In vulneribus autẽ paruis,si nõ succurratur cũ intromissione intestini , inflatur, & ingrossatur.Et istud propter illud,quod generatur in eo de ventositate:quare non ingreditur ex illa disruptione. Et propter illud faluiora vulnera accidentia in mirach, disrũpentia,sunt illa,quæ sunt ęqualis magnitudinis.inquit:& indigẽt ista vulnera rebus quatuor,quarum prima est,ut reducatur intestinum apparens ad locum, qui est ei proprius:& secũda,vt suatur:& tertia,ut ponatur super eã medicamẽ conueniens: & quarta ut sit sollicitudo ne proueniat alicui membrorum nobilium propter illud timor.Pone ergo ꝙ sit vulnus tantæ quãtitatis,ut non possimus propter paruitatẽ eius intromittere intestinum procedens ab eo , tũc quidem est nobis necessarium , ut resoluamus illam uentositatem,aut ut dilatemus ipsam disruptionem: & ut dissoluamus uentositatem , est melius si possibilę est in ea.& causa quidem in inflatione intęstini est frigus aeris : propter·illud ergo oportet , ut submergatur spongia in aqua calida,& exprimas ipsam,& uapores ipsum . Et uinum stypticum quando calefit,etiam est iuuatiuũ in hoc loco:& illud,quoniam calefacit plus quàm sit calefactio aquæ , & confortat intestinum. Quod si hæc cura nõ resoluit inflationem intestinorum,tunc administretur amplificatio vulneris. Et conuenientius instrumentorum ad hanc sectionem,& instrumentum,quod cognoscitur ad perforãdas fistulas. cultelli autem perforãdi acuti ex duab. partibus m [facti ad caput]caueantur. & rectior figurarum,& præparatio infirmo est,ut si fuerit vulnus læsum,uadens ad partem interiorẽ, sit figura,& prępáratio ad superiorem.Et si fuerit vulnus uadens ad superiorem,figura & præparatio uadant ad inferiorem. Sit ergo intentio tua , quam intẽdis in vtrisque rebus simul, ut non cadãt reliqua intestina super intestinũ , n [cuius inferius apparet.]& quum tu posueris hanc tuam intentionẽ,scias, ꝙ si fuerit vulnus in parte dextra, tunc oportebit ut scias ægrum declinare ad partem sinistrã,et si fuerit in parte sinistra, facias eum declinare ad dextram.& sit intentio tua semper, ut ponas partem , in qua est vulnus, altiorem parte altera; hæc est.n. res, quæ est cõmunis omnibus istis vulneribus. Quum ergo seruantur intestina in locis suis , quæ sunt eis propria , postquam reducta sunt ad uentrem , quum uulnera sunt magna , tunc necessarius est minister edoctus:.& illud ideo, quoniam oportet ut teneat locum illius uulneris totum manu sua deforis,& colligat ipsum, & aggreget , & detegat de eo aliquid ministro suenti ipsum,& redeat ad illud, quod iam sutum est de eo etiam,& aggreget ipsum,& colligat paulatim,donec suatur vulnus totũ sutura decẽti , & ego narro tibi illud,quod melius est dę suitione, ventris: dico ergo quoniam propterea,quòd res,quæ est necessaria est ut o [comprehendatur illud,quod est inter] mirach & siphach iã est necessarium tibi ut incipias, & intromittas acum in cutem deforis ad interiorẽ partem . quum ergo penetrauerit acus in cutẽ & in lacertum euntem secundũ rectitudinẽ in longitudine uentris totius,dimitte marginem siphac in hoc latere, & non intromittas in ipsum acum , & fac penetrare acum in marginẽ alium deintus ad exteriora p [deinde fac penetrare eã ab intus ad exteriora] in margine alio mirach : & quum feceris eam penetrare , tunc fac penetrare eam secũdo in hoc eodem margine mirach,aut deforis ad interiora:& dimitte marginẽ siphac,qui est in hoc latere:fac ergo penetrare acum in latus aliud deintus ad exteriora:& fac eam penetrare cum tua penetratione in siphac in marginẽ mirach,qui est in parte eius,donec facias eam penetrare totũ: deinde incipe iterum ab hoc eodem latere, & sue ipsum cũ margine,qui est siphac in latere alio: & extrahe acum ex cute,quam penetrauit:deinde reduc.acum in illam cutem.& sue marginẽ siphac , qui est in latere alio cum hoc margine mirach;& extrahe eam ex cute , quę est in parte eius:& fac illud una uice post aliam, vsquequo suas vulnus totum secũdum illud exemplũ. In mẽsura autem,quę est inter duo puncta,caueatur

a B. &

b B. albelabes. Alia litera almas quãdo decoquitur.

c B. sufficiẽtia.

d B. si disruptũ fuerit mirach ventris,ita, vt.

e B. ordinẽtur.

f B. albhere, & alahere est medium ventris,& duo ilia sunt in duobus laterib.

g B. distantia, & albhere.

h B. albhere.

i B. egrediantur quædam intestina, & emineant seu exeant ex illa disruptione.

k B. exprimunt ipsa,& non.

l B. ipsa.

m B. & a[…] capitis.

n B. egred[…] & nõ graue[…] per eam.

o B. coniu[…]tur, vel aggr[…]tur.

p —— B.

tur superfluitas in latitudine, & strictura: quoniam amplitudo non tenet secundum, quòd oportet: & strictura q [adunat.] Et filum iterũ, si fuerit chordosum adiuuat ad disrumpendũ, & si fuerit molle, abscinditur, r [& eligatur lene, durum.] Et similiter si profundaueris puncturam in cute, s [nam si fuerit longinqua punctura, verum remanserit de vacuitate intra ipsum & extra eam, non incarnatur, &] serua æqualitatem illic etiam. Inquit: & pone intentionem tuam in suendo ventrem adhærentiam siphac cum mirach, t [fortasse enim adherebit, & incarnabitur:] quoniam est neruosum. Et iã conferunt ipsum quidam secũdum hunc modum. Oportet ergo vt figamus acum in margine mirach exteriore, & faciamus eam penetrare ad interiora, & dimittamus marginẽ siphac totum: deinde reducamus acum, & faciamus eam penetrare: deinde penetret acus ex contrario partis, quam penetrauit, deinde faciamus eam penetrare in marginem alium de marginibus mirach secundum hoc. et iste modus cõ suendi est melior consuitione communi, quæ comprehendit quatuor margines in punctione vna: & illud ideo, quoniam cum hac consuitione iterum, quam iam diximus, iam cooperitur siphac retro mirach, & continuatur cũ co coopertura decente. Inquit: deinde pone super ipsũ de medicinis incarnatiuis. Et necessitas ad ligandum est vehementior in his vulneribus. et madefac lanam u [inarahaze] cum oleo calido parum, & inuolue super x [a libreni, & alalibreni] sicut vadunt, & clysteriza ipsum cum aliquo mollificatiuo etiam, sicut sunt olea, & mucillagines. et si vulnus iam peruenerit ad intestina, & suisti ipsum, tunc regimen sit illud, quod diximus. Veruntamen oportet vt clysterizetur cum vino nigro, styptico, tepido: & proprie si vulnus iam consecutum fuerit, aut appropinquauerit ad minuta intestina: quoniam intestinum ieiunum non sanatur omnino ex vulnere. quod in ipso accidit, propter subtilitatẽ sui corporis & multitudinem eius, quod est in eo de venis, & propinquitatem suam ad naturam neruorum, & multitudinem effusionis choleræ ad ipsum, & vehementiam caliditatis eius, quoniam est magis propinquum hepati, quam intestina alia. Inferiora vero ventris propterea quòd sunt de natura carnis, sis de medicatione ipsorum confidens. Inquit Galenum in libro de ingenio sanitatis: & sit intẽtio tua apud disruptionem mirach ventris cum siphac, vt suas eam consutione conglutinante siphac cũ mirach, quoniam est neruosum, tardæ incarnationis cum alio: & illud cum modo suitionis, quæ diximus: quoniam ipsa aggregat, & conglutinat y [in punctura siphac.] Inquit: & intestina quum egrediuntur, tunc confert vinum nigrum forte, & calefiat, & submergatur in eo lana, & ponatur desuper: quoniam ipsa dispergit inflationem eorum, & detumescere ea facit: Si autem non fuerit præsens, tunc administra quasdam aquas stypticitatis fortis, calefactas. Quòd si non fuerint præsentes, tunc vapora ea cum aqua calida, donec detumescant. Si autem non ingrediuntur in illud, amplificetur locus. Inquit Hip. quum egreditur zirbum ventris in vulnere, necesse est vt putrefiat, quod de eo egreditur, quamuis moretur tempore paruo: & est in hoc vehementius quam intestina, & z [hepar,] quoniam intestina, & extremitates hepatis, si non remanent exterius spatio longo, donec infrigidentur valde vehementer, tunc quum ingrediuntur ventrem, & incarnatur vulnus, redeunt ad naturas suas, zirbum verò licèt moretur tempore paruo, tamen necesse est vt quod ex eo quod apparet, ingreditur ventrem, putrefiat. et propter illud properant medici in incidendo ipsum: & non intromittunt quod de ipso apparet in ventrem. quòd si inueniatur in zirbo diuersum ab hoc, illud est valde parum: fortasse non inuenitur. et si egreditur aliquid de zirbo, tunc necesse est tibi vt scias, an oporteat incidi, an non: & an oporteat sui vulnus, an non: & qualiter suatur. Nam si vulnus cadat in a [alnourati] & est medium ventris, tunc est pluris timoris: quoniam sunt extremitates lacertorum b [coopertæ super ventrem.] si autem fuerit in ilijs, & sunt a duobus lateribus medij ventris, a dextra, & sinistra quasi quatuor digitis, tunc est saluior: quoniam non est in c [eo] aliquid, de extremitatibus lacertorum d [neruosorum.] Loci vero e [alborati] sutura iterum est difficilis, & illud ideo, quoniam intestina eminent, & egrediuntur a disruptione, quæ est in hoc loco: & reditus eorum in hoc loco est difficilis: & illud quia illud, quod f [plicat ea intentione eorum,] est duo lacerti protensi in longitudine ventris, carnosi, qui descendunt ex pectore ad rachaba, & est os pectinis. Et propter illud quando cadit vulnus in hoc loco, g [incidunt hos lacertos] & est eminentia h † [ ] intestini vehementior: quoniam lacerti, qui sunt in i [ilio continent ipsum,] & non est eis in medio lacertus fortis, retinens ipsum. Si autem k [præparatur] cum hoc, vt sit vulnus magnum, tunc necesse est, vt emineat & egrediatur ex eo numerus intestinorum: quare fit intromissio eorum difficilior.

q B. disrumpit.
r B. quare eligatur inter durum & leue.
s B. & fueri lõginqua a disruptione vel a loco vulneris uerum tamen remanet ex futura, uel ex filis suturæ intra uulnus, quare non incarnatur seu consolidatur, quare.
t B quoniã cũ difficultate adhęret & incarnatur.
u B methazi.
x B. alabathean, & alhalebecein.
y B. Alia litera quamlibet puncturam vel scissuram siphac cum mirach.
z B. extremitates hepatis.
a B. albhere.
b B. extensorũ super ventrem neruosæ. Alia litera in medio ipsius.
c B. eis.
d B. neruosis.
e B. albhere.
f B. aggregat & tenet ea.
g B. inciduntur isti lacerti.
h † B. & egressio.
i B. iliis exprimunt ea.
k B. accidas.

ANNOTATIONES.

Intentio in eo quod existimamus &c. } *Scripserat in superioribus in vulneribus ut sanguis effluat conferre, de qua re nos plura. hic uentris uulnera excipit (thoracem s. & imum uentrem intelligens) Hippocratem æmulatus, qui in lib. de ulceribus uentrem ipse quoque excipit. At cur uentrem excipit? Fortasse id ueretur, ne dum sanguis effluit, ad internas partes aliqua eius portio effundatur, putrescatque & praua aliqua symptomata producantur. Fortaße etiam supprimi uulnera hæc statim iubet, ne tũ ex sanguinis profluuio, tum ex ambiente aere, internæ eæ partes innati caloris sedes perfrigerentur, ac sanguis ipse frigidior euadat, & corrumpatur. propterea ut quod hi de uentris uulneribus iubent, de internis dumtaxat & profundis intelligas.*


De uulnere autem &c. } *Aemulatur Gal. 6. meth. ubi de omenti putrescentis excisione plura. pro qua re adi & Paulum lib. 6.*

Cap. 4. cap. 6.

De qualitate ligandi vulnera. *Cap.* 8.

VVlnera autem,& fissura apparentia quum vis vt incarnentur,tunc fac illud,quod dixit sapiens de illis,quæ sunt huius artis.Inquit: quum vis vt incarnetur huiusmodi fissura, tūc adhære ei ligaturam incipientem ex duobus capitibus, non aliam de ligaturis. Quòd si fuerit magna,erit tibi necessarium vt adhæreret ei facias puluillos triangulatos.et si fuerit locus[a] [declivis] indiget sutura etiam.et puluilli quidem triangulati meliores sunt in aggregando labia[b] [ulcerum] quàm quadrati:quoniam coarctant[c] super fixuram tantum,& situs puluillorū triangulatorum est secundum hoc exemplum; linea recta inter duos puluillos sit fissura,& duorum puluillorum triangulorum vnus sit. b. & alter. g. decenter compositi secundum figuram,quam vides.

a B.plenus.
b B.uulnerum.



Quum ergo ligatur locus iste,& cadit ligamen duorum capitum, est ligamen tenens super locum fixuræ vehemētius, quàm si fuerint quadrati:Et non licet vt sit in applicatione[c] [vlcerum] ligamen non habens duo capita:& isti sunt puluilli triangulati,& figura stringendi.Et dicitur in libro de ingenio sanitatis:quidam homo habuit vulnus, cuius profundum erat proximum inguinibus,& ipsius orificium proximum genu, & sanauimus ipsum sine[d] [perforatione] penitus,ita quod posuimus sub genu eius[e] [puluillos,] & præparauimus ipsum taliter,quod[f] [factum] est orificium eius directum cum facilitate:& similiter fecimus de vulnere,quod fuit in coxa, & brachio : & sanata sunt omnia. Inquit ille,qui iam præuidit in experientia,scias quòd[g] [vulnera indigent et fiat sanies si possibile est eis intus,ad hoc vt penetrent cum ea] reliqua,quæ sunt illic meliora & velocioris alterationis simul. Vulnera disrupta,elongatorum labiorum, egent vt aggregentur cum ligamento aggregante labia eorum, nisi fuerit super ea ex illo dolor, aut fuerint apostemosa,quoniā dolent propter illud , quamuis sit cum facilitate: aut fuerit lacertus,qui sit disruptus in latitudine,quoniam non aggregatur:imò ponatur in medio lycinium,timendo ne incarnetur cutis: & remaneat lacertus non incarnatus. Inquit:& similiter quando findimus cutem capitis,ponimus inter labia aliquid,quod impleat ea:fortasse enim contrahitur cutis labiorum ad interiora vulneris:quare necesse est tunc,vt coneris cū ligamentis , vt trahas eam ad exteriora . Et quū cadit vulnus in longitudine,tunc ligamen sufficit,& aggregat ipsam decenter: & quum fuerit in latitudine,indiget vt suatur: & secundū mēsuram profunditatis vulneris erit profunditas futuræ[h] [dignior ex additione] anatomiæ. Inquit,quando fuerit nobis necessarium vt addamus in amplitudine vulneris,quum est strictū, & timuerimus ꝙ propter profunditatem eius incarnetur eius superius,& nō incarnetur eius profundum , aut fuit mēbrum vulneratum in hora vulneris secundum figuram,ꝙ quando redit ad equalitatem suam,nō est possibile vt curat ex eo sanies,neque vt ingrediatur ipsum medicina,& [i] [vt redeat] ad suam figuram quando egreditur, [k] [& commouet dolorem aliū:] tunc necesse est vt findatur sectione conuenienti.Et scias secundum summam, quòd vulnera, quæ sunt in latitudine lacerti,sunt digniora vt labia eorum sint vehementius elongata : quapropter sunt facientia maiorem necessitatem ad perscrutandum subtiliter in aggregando labia.et fortasse non erit excusatio a sutura, & ad ministratione puluillorum triangulatorum,& propriè si ceciderit in carne diminutio : nam cadens in longitudine minus eget illo.

c B.Alia litera vulnerum.
d B. ligatura.
e B. puluinar magnum.
f B.præparatū.
g B. uulnera alia litera exitu præi indigent ut sanguis eorum fiat sanies,quia mora & statio ipsorum est in ira usque quo alterentur cum eis.
h B alia litera & melius & rectius est ut fiat ex cognitione.
i B.si redeat
k B. commouet dolorem

10

20

30

40

50

60

ANNOTATIONES.

De vulneribus fascia vel sutura coniungendis habes ex Hippoc. plura in lib. de officina medici. commentario 2.& in de articulis & fracturis,passim. Habes & ex Gal. 3.meth.& 3. de comp.med.per genera plura.sed vide & Paulum lib.4.& Celsum lib. 5.

cap. ult. cap. 2. cap. 26. cap. 36.

Medicinæ incarnantes vulnera. *Cap.* 9.

HArum medicinarum virtutes iam narrauimus,& [a] [continuationis earum locū:] & non dubitamus quin sit necessarium vt puluis earum sit minoris virtutis,quā illud,quod eis fit cum oleis,& ceratis.et necessitas quidem perducēs ad olea, & cerata,est propterea quòd medicinæ siccę, & propriè,quæ sunt sicut merdasengi,& reliquæ minerales, non submerguntur vsque ad profundum , & non penetrant in poros. quum ergo ex eis fit ceratum,ad vltimū peruenire facit eas cursus olei ad locum , quē volumus. et istæ medicinę incarnatiuæ sunt ex mineralibus,& sunt ex plantis,& animalibus,& ex omni specie. et sunt ex mineralibus sicut cerusa,& oleum myrtinum, & cera.et ex plantis folia, sicut folia quercus masculæ, emplastrata, folia[b] [salicis] & folia caulis, & folia arborum malorum,& cortex[c] [palmæ,] & folia arnoglossæ,&[d] [spartum infusum] in aceto, aut aliquantulo vini : & proprie quando miscentur folia arboris pini masculæ, & fœminæ,ligata cū corticibus suis,& folia cupressi,& rami eius,& folia pentaphyl. cum melle.Et ex gummis glutinum albotin proprie prope [mēbra magna.] Et ex fructibus, & granis nux recens contrita cum aqua,& sale,aut vino,bullita cum foliis acetosę,aut foliis siclę, aut lactucæ,& pirorum syluestrium cum eo , quod est in eis de prohibitione fluxus: & nux cupressi : & alia combusta:& puluis molendini: & hordeum adustum propriè senibus, cum cera, & oleo ros. et de illis,quæ similantur floribus, flos sorbæ: & herba caudæ equinæ,& propriè in vicinitate [f] [complexionis[membri,aut carnis,& ad vulnera,quę sunt propinqua lacertorum capitibus.et ex animalibus,lac acetosum valde conglutinat vulnera magna. et de compositis medicamen Ruffi, & aureum,& esculeus,& medicamen de salicibus,& pulegio,& emplastrum de lino.

a B.gradus operationis earum.
b B.albol...
c B.corticis
d B.albol... fusci.
e B.rami... gnos.
f B.du...

ANNOTATIONES.

Quæ carnem gignunt propemodum infinita sunt . plura de his Galenus 2. de comp.med. per genera. & Paulus libro 4.

cap. 14.

Medicinæ consolidatiuæ, & sigillatiuæ. *Cap.* 10.

HArum medicinarum naturas iam sciuisti: & scis iterum, ꝙ oportet ne puluis earum sit in virtute eius, quod ponitur in emplastris. Et nunc oportet vt scias, quòd non est necessarium vt medicinæ istæ administrentur, quum iam æquata est superficies carnis duræ cum cute vltima æqualitate: Verum caro humida [a] [iã] æquatur, & additur, sed est [b] [spissa] taliter ꝙ quum exsiccatur descendit: imò non oportet, vt administres eas [c] [nisi cum hoc, quod est ita quòd quando exsiccatur æquatur.] Et hæc res cognoscitur existimatione. Oportet ergo vt administretur medicina consolidatiua antequam carnis nascentia in vulnere, in quo caro nascitur, ad hunc finem perueniat; quoniam consolidatiua etiam addit in quantitate carnis vsquequo consolidat, & additur cum ea virtus naturalis: ergo additur secundum hanc vltimationem, imò oportet vt sit taliter, quod quando exsiccat, & facit operationem suam, iam natura fecerit nasci cum quantitate ei necessaria cum vltimatione consolidatiuæ vltimæ in cōsolidando, quæ compleat duas operationes [d] [continuando inter carnem, & cutem] prædictas, mensura, qua æquetur superficies vlcerata. Quod si non auferatur istud, proculdubio fiet vestigium vulneris [e] [superius in cute.] Et oportet, vt administres sigillatiuum in primis, quum ipsum administras, humidum: deinde administra ipsum siccum tunc, quum appropinquatur sigillationi, faciens ipsum transire super ipsum cum extremitate radij. et medicinę quidem istæ sunt, sicut cortices arboris pini cum cerato de oleo ros. aut myrtino: & resina sicca, & abrotanum assatum, & cortices æris, & puluis olibani, & merdasengi, & centaurea minor, & venæ sunt bonę, & ossa combusta iterū, & aristolochia adusta est vehemētis consolidationis, & alumen iterum, & gallæ immaturę & folia fici. Et Hipp. quidem [f] [inquit de pede alhaueas, sicut dixerunt: & est simile,] quod intellexit per eum herbam, quæ nominatur pes corui. Et stercus canis comedentis ossa, & stercus lacerti: veruntamen est [g] [acutius primo,] quare oportet vt frāgas ipsum cum stypticis, & radix lilij cęlestis, & cortices [h] † [ ] opopanacis, & tutia. Et de facientibus nasci carnem mirabilibus in vulneribus calidæ complexionis, apostemosis, sunt sandali, & nenuphar, & aloes: & proprie in partibus ani, & testiculorum, [i] [& medicina aristolochię] si fiat vnguentum, aut indiges eo, quod est fortius de illis, quæ sunt inter consolidantia, sicut climia, & proprie combusta, & colcotar combustum, & lithargyrium, & cerusa. et quandoque cadunt in medicinis eius draganthum, & colcotar: quamuis sint de summa corrodentium, carnē: verum ipsa fortasse consolidant in vehementi humiditate, & proprie quando aduruntur [k] [fiunt minoris consolidationis, & non minuitur de corrosione eorum,] & præcipue si abluātur, [l] † [ ] fiunt ad consolidationem decliuiora. Flos vero æris, & medicinæ, quæ sunt vehementioris corrosionis non [m] [sunt rectæ ad illud, nisi cum regimine forti, & in quibusdam vulneribus, & vlceribus vehementis humiditatis. Aes vero adustum, quando abluitur, est bonum in consolidatione. et quum voluntas est vt fiat emplastrum, sunt necessaria, quæ sunt fortiora, de illis, quæ sunt inter consolidatiua, sicut climia, & proprie adusta, & colcotar adustum, & lithargyrium, & cerusa. Qualitas vero faciendi illud est, vt dissoluatur cerusa, & merdasengi cum aceto, deinde administretur: & climia teratur. et melius quidem est vt aduratur, deinde misceatur illud cum colcotar, & imbibatur oleo [n] [ros.] cum aceto, & vino styptico. et fortasse adduntur super ipsum draganthum adustum, & balaustię, & gallæ. quando vulnus, & vlcus sunt vehementis humiditatis. Emplastrum de lino etiam est mirabile. Sume pannū de lino ablutum, nitidum, & tere donec fiat sicut alcohol , deinde sume oleū fortis stypticitatis, aut oleum myrtinum, & pone in ipso parum galbani, & dissolue in oleo, & pone in ipso pannum contritum: & fac de eo emplastrū, quoniam est mirabile. Et vnguentum nigrum magnum facit nasci carnem. Quod si volueris vt fortius faciat nasci, tunc pone in ipso de thure, opopanaco, & aristolochia [o] [adusta] æquales partes, vt sit sicut pondus medicinarū quatuor. Modus pulueris alius. Recipe cerusæ, & merdasengi amborum an. partem j. scoriæ plumbi, & myrrhæ & gallarum omniū an. partem. s. Puluis alius. ostracorum combustorum. ℥. xij. granati parui quod cadit ab arbore, & exsiccatum est, calcadis amborum an. ℥. xvj. cornu ceruini combusti, abrotani, climię, resinę, radicum lilij, omnium an. ℥. iiij. minuti thuris, corticum arboris pini amborum an. ℥. vj. corticum granatorum, cerusæ, aluminis, omnium an. ℥. viij. gallarum. ℥. j. Puluis [p] [rubeus] Recipe [q] [rubeæ] ossiū combustorum, merdasengi omnium an. ℥. ij. thuris, aloes, amborum an. ℥. iij. sarcocollæ memithę amborum an. ℥. j. fiat puluis. Puluis alius. Rosarum, cerusæ plumbi, balaustiæ, omnium an. ℥. viij gallarum, & seminis rosarum, & aluminis æqualiter, aristol. aure. ij. minuti thuris aure. j. Modus emplastri ad vulnera corporum senum. Comburatur hordeum, & fiat ex eo ceratum cum oleo ros. aut oleo myrtino cum cerusa plumbi.

a B. quandoque
b —— B.
c B. in illis quæ quando exsiccātur æquantur.
d B. carnis & cutis in una hora.
e B. altius & eminentius quā cutis.
f B. per similitudinem ipsorū intellexit de pede alhachach sicut dixerunt & uidetur.
g B. Alia litera magis abstersiuum quàm primum.
h † B. radicis.
Alia litera.
i —— B.
k B. & fiunt cōsolidatiua eorū & non minoris corrosionis.
l † B. &
m B. cōueniūt.
n B. Alia litara myrthino.
o B. aggregata.
p B. alius.
q B. nura.

A N N O T A T I O N E S.

Glutinantia dicebamus ea eße quæ secundo ordine desiccant, absque abstersione. ita & Gal. 3. meth. statuit, quem vide & 2. de comp. med. per genera. Adi & Paulum lib. 4.

Cap. 5.
Cap. 37. & 45.

De medicinis facientibus nasci carnem in vulneribus, & vlceribus. *Cap.* 11.

IAm sciuisti proprietatem medicinarum facientium nasci carnem: & quomodo oportet ut sint in complexionibus suis. Et oportet vt administrētur medicinæ facientes nasci carnē, cū iam mundificatus est locus a sordibus, & similibus: & si non fuerit basis vulnerū nisi os, tūc mūdifica illud os, & exsicca in vltimo: & nō dimittas in eo obfuscationē, aut corruptionē, neque corticē, & humiditatem, quæ non exsic-

cetur,& proprie in capite:nam lenitas ossis,& eius humiditas est vna causarum prohibentiū natiuitatem carnis super ipsum:& quam a [exsiccatur,]& exasperatur,est illud,b [super quod fit materia,ex qua generatur caro, in eo magis faciens nasci.]Et scias quòd quandoque est medicina,faciēs nasci carnem in corpore,aut mēbro,& non est faciēs nasci in alio:& illud ideo, quoniam fortasse exsiccat in corpore & non exsiccat in corpore c [propter] complexiones duorum corporum. et secundum quòd sciuisti,fortasse superfluit d † [ ] in corpore: & non superfluit in corpore, neque est abstersio omnino:quum hæc medicina indigeat exsiccatione quadam, & abstersione quadam mensuratis secundum corpus, non absolutis: & res mensurata est diuersa cum impressione sua in rebus,quę non sunt conuenientis quantitatis in passione. et omne exsiccatiuum quidem,cuius siccitas est minor siccitate corporis, quod cum eo curatur, est iterum abbreuiatum ab hoc vt faciat nasci carnem eius; imò oportet vt sit siccius eo. et propter illud fit quòd olibanum non facit nasci carnem in corporibus e [donec pertranseant] æqualitatem in siccitate. Et experimentum quidem est illud, f [quod scitur, quòd est ex exsiccantibus, & stantibus: aut ex nascentia carnis secundum processionē, vel continuitatem : aut ex sordidatione.] Quòd si videris exsiccationem, cum qua fortasse non nascitur caro, tunc humecta parumper medicamina sicca: g † [ ]. & dimitte illud, quod vadit secundum virtutem suam. et quādoque iterum est quibusdam corporibus proportionalitas,cum quibusdam medicinis, absque h [aspectu operationis] earum: propter illud ergo oportet,vt misceantur medicinæ plures debiles,& fortes.At verò quare facta sint emplastra, & quę sit eorum necessitas, iam sciuisti.Et oportet vt non sis contentus medicina super exsiccationem,& humectationem;imò obserua ambas qualitates agentes,secundum ꝙ premisimus earum narrationem: neque iterum super exsiccationem,& humectationem: imò cum consuetudine considerationis inter dispositionem vlceris,& dispositionē complexionis corporis:quandoque enim corpus est humidum, & vlcus siccum:& quandoque est corpus siccum, & vlcus humidum: & quandoque sunt ambo humida:& quandoque sunt ambo sicca, et administrentur in primis, quę sunt debiliora, sicut olibanum, & farina fabarum, & farina hordei, & similia. Quòd si corpus fuerit siccum, & vlcus humidū valde; tunc necessarię sunt medicinæ vehementis exsiccationis cum comparatione ad medicinas facientes nasci carnem, sicut aristolochia,& radix opopanacis, & draganthum adustum:& in residuo sunt necessarię medicinæ i † [ ] sicut ireos,& farina lupinorum.et quandoque accidit vt sint quædā medicinæ, in quibus sit aliquid proprietatis,qua egent medicinę facientes nasci carnem de exsiccatione, & abstersione,sed superfluit:fiunt ergo,verbi gratia, propter exsiccationem suam vehementem retinentes sorditiem, & prohibentes materiam: & superfluit abstersio, & corrosio: sed quando permiscetur cum ea aliquid de illis,quæ sunt illi contraria, frangit ex eo, & temperat ipsum, & fit faciens nasci, sicut flos ęris; quum enim cum ipso associantur oleum, & cera, & k [quæ humectant membrum, & fixum faciunt; tunc ipsum propter exsiccationem,& vehementiam abstersionis,fit consolidatiuum:quare]oportet vt sit flos ęris vnam decem partium cerati,quādo administratur in corporibus, quę sunt sicciora: & vna duodecim partium, quando administratur in corporibus, quę sunt humidiora:& oportet vt obseruetur in istis,quando experiuntur prædicta. Senes egent medicinis, in quibus est caliditas maior, & attractio fortior.et cadunt in eis,quæ sunt sicut pix,& thus, & farina hordei,& farina fabarum,& farina erui,& radix lilij,& aristolochia,& climia,& herba opopanacis. et quando prohibetur medicina a iuuamento, declina ad aliam: quum ergo fit difficilis, curetur cum eo, quod est proprium ulceribus.

a B. fricatur.
b B. quod peruenit super ipsum de materia ex qua generatur caro magis firmum.
c B. secundum.
d † B. abstersio.
e B. siccis quæ pertranseunt.
f B. quo scitur illud quod est ex exsiccatione, & statione, scilicet ꝙ non ultra operatur & ꝙ facit nasci carnem secundum processionē uel cōtinuatem successiue & quod sordidat seu qd sorditiem generat.
g † B. & si fit sordes, tunc adde in siccitate.
h B. cognitione causarum.
i † B. quæ sunt mediæ.
k B. ambo h[...] mectant m[...] brum & [...] dant ipsum [...] resistunt ex[...] tioni eius, & [...] hementi a[...] sioni ipsius, [...] re efficitur [...] solidatiuum.

ANNOTATIONES.

Habes hæc ferè omnia ex Galeno 3. meth.

De curatione uulnerum a { alseiberegi. i. quæ fiunt in capite. *Cap.* 12.

Regimen quidem ossis in eis, & quid accidat ex accidentibus eorum timidis,iam dictum est in capitulo ossium,& b [algebra.] Verùm incarnatiua vlcerum eorum,& quæ sunt extra ea, sufficiunt quælibet medicinæ exsiccatiuę, leues, puluerizatę super ea ex medicina c † [ ] Et d † [medicina, quæ est facta ex aloe,& myrrha,& olibano,& sanguine draconis:& similiter medicinæ leues,prædictę in vulneribus. Quòd si fuerit illic cursus sanguinis,tūc curetur cum eo, quod diximus in cap. fluxus sanguinis. et oportet vt cibetur habens eam cerebellis gallinarum assatis,quantum possibile est: ipsa enim secundum quòd testificantur quidam, confortant cerebrum, & retinent sanguinis fluxum: licèt sit in eis sententia alia. et similiter aqua granati muzi, & emplastratur cum virga pastoris. et de medicinis bonis ad vulnus,& sanguinem,est vt sumatur fermentū e [purum] siccum,& teratur, & pulnerizetur desuper,& non humectetur.Quod autem prohibet f [ægritudinem] est emplastratio cum farina hordei,& simila confectis cum hyssopo humida:& similiter cum sauich hordei, g [& cum calamentho:]& confert attritioni eius:& reliquum regimen sumatur ex cap. ossium.

cap. 2. & 3.
a B. alsegi[...] excoriationi[...] tis capitis.
b B. algeb[...]
c † B. c[...]
d B. e[...]
e B. Al[...] torrefact[...] Alia liter[...] tosum.
f B. apo[...]
g B. Alia l[...] cum auleg[...]

TRACTATVS II.

De excoriatione, & attritione, & contusione, & torsione, & casu, & offensione, & disruptione, & fluxu sanguinis, & similibus illis.

Sermo vniuersalis. *Cap.* 1.

Iam sciuisti in libro primo, quæ sit intentio cōtusionis,& attritionis. Contorsio autem est, vt sit membrum separatum a iunctura sua, separatione nō completa, neque apparente manife-

nifesta a [quare est] dislocatio. Et b [eguamen] quidem est infra torsionem:& est quasi c [aliquātulum tensionis commouens ligamentum in iunctura,& quod continetur de eo in carne.] Et si cum eo fuerit aliquantulum separationis, erit torsio. Et de hominibus sunt, qui nominant d [ ] intentionem,quā nominauimus,torsionem nomine communi. Et de hominibus sunt, qui nominant torsionem separationem vnius duorum laterum e[lacerti,] sicut vnius duorum laterum f [lacerti volæ manus, & rascete] cum adhærentia lateris alterius,quamuis separatio sit apparens. Illud autem, quod volumus premittere & loqui de eo in primis,est contusio, quæ accidit lacertis in medio eorum:& attritio in extremitatibus ipsorum.

a B. ita ut sir.
b B. aluphen.
c B aliquantula tensio adueniēs ligamentis in iūcturis & eo qđ de carne cū eis circundatur.
d † B. Alia litera aluhen &
e B. iuncturę.
f B. calcanei aut rascete manus.

De contusione,& attritione. *Cap.* 2.

QVando accidit lacerto vt contundatur, accidit ex hoc inter partes eius numerus solutionis continuitatis. a † [& b [multoties] effunditur ad ipsum sanguis plurimus, ex quo apostematur. Et c [pauciores sunt eius dispo sitiones, in quibus non aggregetur ad ipsum] sanguis,& putrefiat:quoniam plurimum speratur eius resolutio per poros, & proprie per poros, qui sunt constricti constrictione impellente, ab illo , quod fecit contusionem exterius,& a constrictione accidente ex apostemate interius, & propter illud,si non succurratur ei in ea,perducit ad corruptionem membri . Et fortasse d [excoriatio sequitur casum,& offensionem:] quare oportet vt præparetur ad curationem eius, vt non canceretur:& e [oportet vt administratio fiat] in attritione,cum reditione continuitatis villorum incisorum, imò ad sedādum dolorem.

a † B. Alia litera plurimus.
b — B.
c A. minus nocumentum eius est quòd in ea aggregetur.
d B. post contusionē & casum, & offensionē sequitur gadu.
e B. non oportet ut occupeī.

ANNOTATIONES.

Contusionem vocat solutionem continui in carne ex re graui: attritionem verò quæ in neruosis partibus, vt ex superiori capite habes: quas tamen communi contusionis nomine licebit vt voces. Hæc vbi accidit, tum ex contusa parte in carnium spatia sanguis effunditur; tum ex vicinis particulis frequenter eodem aliquid trahitur, vnde & intumescere quæ contunduntur vides. Quanquam autem,quicquid effunditur, corrumpi necesse est, teste Hippocrate 6.aph. non id tamen vno semper & eodem fit modo: sed magis aut minus, pro innati ipsius caloris perspiratione plus minusve prohibita corrumpitur, hæc verò pro humorum in affectæ particulæ spatia effusorum copia maiori aut minori variatur. Vbi partis dumtaxat offensæ humores effunduntur, quamuis non æquè diffletur calor, ut antea; perspirat tamen adhuc, & effusum sanguinem quantum potest regit, & à putredine quantum potest auertit,ac processu temporis tandem discutit.at non ita, si præter proprium affectæ particulæ humorem ex circumstantibus quoque particulis fiat fluxio, id quod frequentius euenit: tunc enim ita obstruitur,ut nisi occurreris,& partes laxas reddideris, humores attenuaris, & calorem innatum temperatè calidis molliter foueris, non difficile emoriatur,particulaq; ipsa tandem suppuretur. Hæc quum ita se habeant, quid hic sibi Auic. uelit, patere existimo. quum enim uarient codices, & antiqua uersio obscurior sit, recentior uerò correctio non satis clara; quia ut diximus, in contusione minor aut maior innati caloris fit obstructio, uidetur hæc ferè author hoc in loco asserere. rarò contusiones fieri, in quibus non putrescat; quod tamen quando accidit, plerunque sanguinis illius, qui effluxerit, speratur discussio per cutis meatus, quamuis ex contundente re ijdem astrictiores fuerint redditi. At si ex irruente a uicinis partibus fluxione obstructione augeatur; tum nisi occurreris, contusioni membri successuram siderationem.

aph. 20.

De cura. *Cap.* 3.

NOn reperitur in pluribus harum dispositionum in hac a [accidentia] excusatio a phlebotomia : imò opifices artis properant ad illud,quamuis sit corpus mundum.Et quando fit phlebotomia,& festinatur ad emplastra prohibentia, oppilantia, non accidit ex eis illud, quod est necessarium ad curationem, b [quæ multum conuenit,] & est eorum prohibitio cum infrigidatione, & stypticitate: aut cum vno eorū. Quum autem tardatur illud,& properat sanguis ad c [dispositionem] solutionis, & times nocumenta prædicta; necessarium est in curatione eius extrahere sanguinem illum, vt non d [redeat apud continuationem] ad dispositionē eius. Quòd si fuerit taliter, quòd sit possibile vt resoluatur propter raritatem pororum cum embrochis aquarum calidarum,& similium eis,fiat:& fortasse administratur super verberatos de illis,quæ diximus,& iterum cum medicinis carminantibus sanguinem mortuū & oleis resoluentibus lassitudinem, & vt dentur in potu deintus res adiuuantes ad resolutionem, fiat illud: & sis contentus illo. & ista e [mundificantia] adiuuantia ad illud,sunt sicut bdellium iudaicum, & costus,& centaurea maior cum syrupo acetoso,& vt adiuuet syrupus acetosus iterum ad illud cum incisione. Medicinæ verò carminantes sanguinem mortuū sunt,sicut farina hordei, & hyssopi humida,& similia confecta cum aqua.Et forte est sicut calamenthum montanum cum sauich: & propriè quando cadit in capite. Et ad vltimū illud, cui est mollificatio cum caliditate subtili,resoluente resolutione subtili, & ex eis, quæ exsiccant exsiccatione subtili.Nam ea,quę sunt vehementis resolutionis, & exsiccationis, f [quum administrantur, in impressione eius] resoluunt subtile,& g [inspissant] spissum cum exsiccatione sua,& oppilant poros iterum cum exsiccatione sua:& hæc fortasse mensura excusat sollicitudinem in eo,cuius continuitas soluitur propè cutem:& in eo, quod apparet non profunda.Quòd si non fuerit ita,& fuerit solutiones multæ, & profundæ, & longinquæ ab eo,quod apparet, non erit excusatio a scalpellatione: & h [resoluatur, quod resoluitur] in apostematibus, & vlceribus malis Et eius quidem dispositio non est dispositio verberati: in verberato enim trahitur materia ad cutem: & cutis est in uia ulcerationis: Et in hoc si soluitur continuitas profundæ submersæ, tunc i [illud non speratur :] quapropter necessarium est administrare attrahentia cum fortitudine, & uentosas, & scalpellationem :

a B. ægritudine accidente
b B. cum quo multum fatigatur.
c B. concauitatem.
d B. impediat reditum continuitatis.
e B. carminātia.
f B. festinant impressione corū quæ.
g B. retinetur.
h B. curatione quæ fit.
i B. propter illud non obedit.

k B.maior ista & fiet membrũ declinans ad apostema magnum acutũ, q̃d collectionem faciet.
l B. facientia saniem & conuersionem eius.
m B.eo quod facit saniem. Illud enim secundum omnem dispositionem facit saniem velociter.
n B.fiat pus. Alia litera.
o——B.
p B.saniem facientes.
q B.amplitudo pororum. Alia litera.
r——B.
s B. & non ponas.

fortasse erit res [k] [maxima, & fiet ad apostemationem magnam exterius, & aggregabit.] Et tunc oportebit vt festinetur ad [l] [aperiendum, & resoluendum illud,] quod aggregatur in eo, in saniem, vt sedetur dolor cum eo, quod facit pus [s], & resoluatur materia cum [m] [apertione, illud enim est secundum dispositionem aperientem.] & vt [n] [aperiatur] [o] [velocius] cum adiutorio curationis est saluius. et fortasse resoluunt eam medicinę [p] [aperientes] absque saniositate, proprie quando adiuuant eas caliditas innata, & [q] [pori.] Amplius obserua medicinas prædictas in cap. casus, & offensionis. Ligatura autem, quæ administratur super contusionem, iã dictum est in modo suo, quòd quando accidit attritio, aut contusio, tunc liga ipsam: & sit instrumentum super locum ipsum strictum valde. & vadat cũ ligatura ad superiora processione plurima [r] [.s. ad partes hepatis] & ad inferiora parum: & non addas hastellas neque puluillos. [s] [lini ergo] desuper hastellas plurimas: quoniam est necessarium resoluere illum sanguinem mortuum: & est necessarium multum intendere, vt vadat ligatura ad superiora, ne effundatur ad ipsam aliquid: & eius processio desuper sit mollior. et sit pannus durus subtilis, & sufferat stricturam. et festinet continuitas embrocharum cum ea. et præparetur membrum ad superiora, sicut in fluxu sanguinis. Et hæc cura scilicet ligatura, oportet vt sit antequã apostemetur membrum: quoniam membrum quãdo apostematur, non suffert nisi ligaturam æqualem, nedum a vehementia compressionis: & propter illud medicetur tunc cum emplastris, & continuitate effusionis aquæ calidæ desuper. Glandularum autem curatio, quę sequũtur contusionem, est quum plumbo desuper posito ne addantur, & magnificentur, & fortasse euacuantur, & fit in eis contusio.

ANNOTATIONES.

Si qua caro, ait Hipp. in lib. de vlceribus, ex telo contusa & dissecta est, eam curare oportet, quo quàm celerrimè suppuretur: nam & minus inflammatur; & necesse est carnes contusas, ac dissectas putrescere, ac pus fieri, & eliquari, ac consumi: & postea nouas carnes nasci. Alibi quoque & hic & Galenus in vulneribus cum contusione omnibus, ad suppurantia statim properandum admonet, vt inflammatio prohibeatur, quæ attenuantibus & discutientibus excitatur. Cæterum si contusio tamen incidat lenis aut absque vulnere; non suppurantibus illico, sed discutientibus tentare antea oportet, vt effusum sanguinem dissipes. postmodum verò si id non assequaris, suppurantibus vti licebit. Hoc fuit à nobis aduertendum propter eos qui re non animaduersa contusiones promiscuè omnes suppurantibus curari contendunt. Vide quod ad hunc locum facit, Gal. 4. meth. & Paulum lib. 4.

Cap. 30.

De casu, & offensione ad lapidem, aut parietem, aut aliud. Cap. 4.

a B.ossis aut solutionem continuitatis.

CAsus & offensio lædunt, & impediunt cũ contusione, & attritione: & est in eis timor propter solutionem continuitatis [a] † [ ] accidentem in visceribus, scilicet in panniculis suis, & neruis eorum, & venis magnis: quæ sunt in eis. Et est in eis timor iterum propter vehementiam doloris. Et quanto plus corpus est maius, est timor vehementior. Et propter illud fit, quòd non accidit infantibus in casibus eorum de læsione, quod accidit puberibus. et glandulæ iterum multiplicantur in casibus, & offensionibus, & verberationibus. et est necessarium vt succurratur cum eo, quod narrauimus in loco suo. et accidunt quandoque ex casu, & offensione nocumenta magna ex incisione lateris in corde, aut stomacho, & moritur statim. et accidit quandoque vt retineãtur vrina, & egestio: & egrediũtur inuoluntariè. et quandoque accidunt vomitus sanguinis, & fluxus sanguinis narium vehemens, propter incisionem venæ in capite, aut hepate, aut splene. Et [b] [apertio] ventris. et strictura anhelitus, & abscissio vocis, & locutionis. et iste, cui aduenit offensio, aut casus, aut aliud, & abscinditur sermo eius, & inclinatur caput eius, & arescit anhelitus eius, & sudat frons ipsius, [c] † [ ] moritur statim. et quando accidit ei, [d] [aut punctio, aut verberatio] percussione clamosa, vomitus sanguinis in hora, & lenitas naturæ, moritur. et [e] [facilius] est ei vt euomat ipsum permistum cum cibo proprie. et si illud, quod apparet, iam apostematum fuerit, deinde occultatur apostema & quiescit apostema, deinde euomit post ipsum saniem, moritur statim. et ille, qui cadit super [f] [planitiem,] deinde currit ex eo sanguis plurimus, tunc necessarium est vt apostemetur, & moriatur. et ille, qui cadit super caput suum, multoties non loquitur: & quum remanet vsque ad tertium, non minuitur, neque additur, [g] [tunc laudatur] in tertio. expectatur vsque ad septimum, & non mouetur ante illud cum aliquo. Et quum locus casus, illius, qui cadit, non rubet, tunc locus est neruosus.

b B. Alia [...] inflatio.
c † B. & facies fit citrina aut [...]ridis.
d B. & pun[...] & uerbera[...]
e B. saluius.
f B. semach[...]
g——[...]

ANNOTATIONES.

Et quanto plus corpus est maius &c. Non videtur apposita ratio afferri, cur pueruli ex casu & contusione minus lædantur quàm maiores natu. neque enim id ob corporis magnitudinem accidit, sed ob mollitiem. mollia nanque minus ex collidentibus offenduntur quàm dura. Sed non aliud planè author intellexit, si modo maioris corporis nuncupatione antiquius intelligas. sicciora enim sunt quæ antiquiora; molliora verò, quæ primo ortui propiora. Quòd si de magnitudine corporis, non de ætate loqui velis, alia erit ratio; grauiora nempe corpora terræ allisa magis quàm leuia offenduntur.

De cura. Cap. 5.

SI non fuerit fractura, & dislocatio, & fluxus sanguinis, oportet vt succuratur membro offenso, aut læso per casum, quare ponatur super ipsum, q̃ stringat ipsum. Et cum hoc est necesse curanti hoc capitulum, vt refirmet donec videatur ei, q̃ interius non est causa properans ad perditionẽ. et si est necessariũ vt [a] [festinet] plus, & fecerit necessariũ dispositio illud, oportet tunc vt properet & phlebotomet, & ministret clystere leue, subtile: deinde si possibile est

a B.prauid[...]

ei

ei vt ſtringat locum,& oppilet fiſſuram,ſi accidit,cum eis,quæ diximus,properet ad illum.et medicinę,quæ ſunt neceſſarię,ſunt oppilantes, conglutinantes etiam & reſoluentes materiam cum facilitate, & mollificantes ſicut in contuſione, & incarnatiuæ annexæ deforis, & intus. Et melior cibus eius eſt mes,& cicer. De medicinis autem,quas oportet ſumere illum,qui patitur contuſionem,aut offenſionem,aut caſum melior, & [b] [antecedens] eſt mumia pura cum oleo nominato ſambacino, & vino. Et quandoque fiat conſecutio cum aliquo clyſteriorũ. Et detur in potu [c] [reu ſeni] cum aureo vno rubeæ tinctorum in vino, & [d] [bolũ ar. & poſt ipſum allemu &] armenum, & ſumach. & ſarcocolla confert valde cum [e] [incarnatione] ſua. Et alumen annexũ eſt iuuatiuum,conſtrictiuũ, & eſt de eis quorũ iuuamentum fit vehemens. Et arſenico eſt virtus mirabilis in omnibus, quę ſunt neceſſaria de incarnatione, & reſolutione ſanguinis, & prohibitione nocumenti, quum in potu ſumitur.et ſuccus cẽtaureæ maioris,& ariſtolochia, & bdellium,& coſtus,ebibita cũ ſyrupo acetoſo iuuatiua ſunt omnia. et de illis, quæ in potu dantur ad leniendũ, & ſoluendum, ſunt caſia fiſt. & oleum amygdal. Trochiſcus bonus. Recipe reu ſceni.viij.laccæ rubeæ an.iiij terræ ſigillatæ iij. fiant trochiſci, ſumat in potu cum aqua ciceris et de medicinis, quæ deſuper ponuntur, ſunt [f] [althea,] & myrrha, & maſtix, & almugath,quando cũ eo fit emplaſtrum, aut bibitur.Nam ei eſt proprietas bona in fractura,& diſlocatione,& in torſione, & contorſione, & verberatione, & caſu, & offenſione:ipſum enim ſanat,& incarnat velociter:& ſedat dolorem.& ſi fuerit [g] [habens vehementem fracturam,] indurat eam, & fortem facit.et de medicinis oppilantibus eſt acacia:eſt enim mirabilis in [h] [algebra.] Iterũ ſicut aloes, & bolus ar.& [i] [allemu] & ſumach,& almes,& gypſum,& calx abo extincta.& rizi contritum. et de glutinantibus eſt ſarcocolla. et de vaporationibus bonis, ſunt folia cupreſſi decocta cum [k] [ſampſuco,] & ſimiliter folia [l] [alhethil,] et ſimiliter ſi ponatur in eis [m] [lac acetoſum.] [n] † [

]

b B. præcellens

c B. raued ſceni

d B. terra ſigillata & poſt ipſum alani & lutum.

e B. proprietate.

f B. alderire.

g B. rosbot ſeu caro calloſa ſuper fracturam.

h B. algebar.

i B. alani

k B. aqua expreſſa permiſta cum zambach.

l B. alatel.

m B alumen.

n † B. Deſcriptio medicaminis compoſiti. Recipe mugath partes tres altheæ albæ & ſarcocollę an partem j. croci partem j. croci parum,& eſt emplaſtrum bonũ cuius uirtus penetrat ad profundum Quum autem fuerit percuſſio quæ non facit dolorẽ vehementẽ & nõ timetur q̃ accidat uel feſtinet apoſtema magnum in loco, propterea quia corpus eſt mũdum, neque timetur vlcus, neque eſt illic membrum habens concauitatem, tunc oportet vt ſit feſtinatio ad mollificãtia cum oleo calefacto,& ſimilibus,& hoc eſt ſicut percuſſum in dorſo,aut manu,aut coxa,q̃m hoc regimen ſedat dolorẽ eius.

ANNOTATIONES.

Et arſenico eſt virtus mirabilis &c.] Mirandum hic videtur, quomodo arſenicum potui det, venenum alioqui pernicioſum. Sed de arſenico alias dictum eſt à nobis, quum etiam in thoracis affectibus lib. 3. hic author idem probet. Nunc verò eorum ſententia non diſplicet,qui non arſenicum, ſed arſeni legunt, quam cinnamomi nigri ſpeciem eſſe Auenzoar teſtatur lib. 2. de curat. renum calculi agens. Fortaßе autem & in lib. 3. vbi de arſenico intro aſſumendo verba fiunt, arſeni & cinnamomi ſpeciem hanc Auic. intellexit.

Offenſio ſuper ventrem, & viſcera. Cap. 6.

IAm diximus de hoc in lib.iij.in quo eſt excuſatio:& oportet vt iteretur ſuper eam operatio.et ſit cibus omne lenitiuum,& infrigidatiuum ſicut volubilis,& chryſolacana,& maluæ. et de facientibus glutinationem iterum, ſicut arnoglоſſa.et detur in potu iterum in principio de ſuccis infrigidantibus cum permiſtione lenificationis, ſicut eſt expreſſio ſolatri, aut arnogloſſæ aut endiuię cum caſia fiſt. Et de illis, quę experta ſunt iterum in hoc capitulo eſt, vt teratur pſyllium, & ſumatur de eo pars vna, & laccæ, & Karabæ amborum an.medietas quartæ partis vnius,& croci.vij. partis:& potio eius ſit.ʒ.ij cum aqua calida.et detur in potu trochiſcus huiuſmodi.Recipe karabæ.x. roſarum.v acaciæ ablutæ vnc j. ſpicę indæ.vj. & meliloti. x. & maſticis.iiij.& corticum thuris.iij.& boli ar. vij.& croci.vj. & nucis cupreſſi. viij. fiant trochiſci cum aqua arnogloſſę:& hoc quidem cõuenit proprie quando ęgritudo pertranſierit principium, et ponatur emplaſtrum ex huiuſmodi genere.Sumantur mala [a] [alſcenia] decoquantur cum [b] [decocto] odorifero, donec ſint diſcocta, & fiat optima eorum contritio, & ſumantur de eis.ʒ.c.& laudani.xx.& roſ.xxi. & ſpicæ,& maſticis,& [c] [eupatorij abluti] omnium. xiiii. & conficiantur cum aqua cupreſſi expreſſa cum [d] † [

oleo] de lilio,& emplaſtretur cum eis.

a B. ſcemi.

b B. uino cocto.

c B. acaciæ ablutæ.

d † B. aqua arnogloſſæ & aqua coriãdri eſt mihi magis dilecta,& eſt conueniens vt cum eo miſceatur oleum.

Diſpoſitio verberati cum flagellis, & eorum ſimilibus, & cura eius. Cap. 7.

OPortet, vt ſit cibus verberati cum flagellis, ex cicere excorticato, & contrito:et ex faſeolis rubeis excorticatis.et in potu ſumat loco aquæ,aquã ciceris infuſi.et dentur in potu iterum medicinę eius, qui cecidit,& proprie bolus ar.et iterum [a] [reu] & zingiber coniungantur,& de coniunctione amborum detur in potu.ʒ.j.s.cum aqua calida. De eis verò,quę ſuper ponuntur, melior res ei eſt, vt ſumatur pellis ouis excoriata ſtatim, & dum eſt calida,& humida inuiſcetur ſuper locum, & dimittatur ſuper eum, et non remoueatur: fortaſſe enim ſanat ipſum in die ſecundo:et quandoque reſoluit apoſtema, et prohibet putrefactionem: et proprie quando puluerizatur ſub [b] † [ ] excoriata aliquantulum ſalis vehementer contriti.et de illis, quę deſuper puluerizãtur,ſunt [c] [naſturtium tritum,et ſemen apij,] et his ſimilia. et iterum ſumatur merdaſengi, et ceruſæ partes æquales, et fiat ex eis ceratum cum oleo roſ. et cera.et iterum epithema ex dragantho, et croco æquali menſura. et ſi remanſerit veſtigium,lini ipſum cum arſenico, et lapide piperis. Et nos iam dicemus illud in libro decorationis.

a B. reubarbarum.

b † B. pelle.

c B. chaze contrita & terra ſeu puluis alathun.

De torſione. Cap. 8.

MElior curatio torſionis iuncturarum òfficialium, ſunt [a] [nuclei dactylorum] deſuper poſiti; & dimittantur, quoniam ipſi ſanant

a B. dactyli.

a——B. nant eam. quum[b] [autem] accidit torsio [c] † [ ]nos iam diximus in cap. fracturæ ossium medicinas quæ omnes rectificant torsionem, quare omnes sumantur inde. [d] † [ ]

c † B. &

d B. Et si fuerit illic dolor tunc mollifica l gatu iam & si non tunc non est cu randum.

De excoriatione, & est in ea excoriatio calciamenti. Cap. 9.

EXcoriatio est ruptio, quæ accidit in superficie cutis per tactum laboriosum. et quandoque est cum apostemate: & quandoque est sine apostemate. et quandoque est cutis tota excoriata, aut incisa, aut pendens: & est necessariũ inuiscare ipsam; quare curetur cum inuiscatione, quę dicta est in capitulo vulnerum, et oportet quantum possibile est, ne incidatur cutis: imò dilatio super eam fiat, & si multoties fiat, quoniam inuiscatur in fine rei. Et si non adhæret, inuiscetur cum emplastris factis ad hanc rem. In detecta vero est melius, vt administretur desuper medicamen absque ligatura, nisi si non fuerit possibile: Nam eius exsiccatio cum medicinis, cum adiutorio aeris, est melior. In excoriatione autem leui, de medicinis bonis excoriationi singulari, & proprie excoriationi calciamenti, est vt sumatur pulmo, & proprie pulmo arietis, & inuiscetur desuper, & sanat ipsam. Et si non [a] [fuerit apostema, tunc confert ei pannus adustus] aut oleum ros. & arsenicum rubeum. Et cucurbita adusta est valde mirabilis, cum qua est fiducia: & proprie in excoriatione calciamenti. et ex medicinis sigillatiuis, incarnatiuis, consolidatiuis, est omne illud, in quo est stypticitas leuis, sicut acacia, & gallæ, & proprie adustæ: & quum fit illud in excoriationibus leuibus, & [b] [raris,] sufficit. et fortasse sufficit iterum vnguentum album. et de illis, quæ sunt fortiora, est vt sumantur cerusa, & ammoniacum, & oleum ros. & myrti, aut oleum de kerua, & oleum de lilio: dissoluatur ammoniacum cum aqua, & vino, & fiat ex eis emplastrũ. Et fortasse sufficient myrrha, & merdasengi sola cum vino. Et sumach est exsiccans excoriationem leuem, & prohibens apostema. Et ex embrochis propriè quando accidunt fissuræ ex [c] [excoriatione,] sunt lentes, & decoctio orobi, & lentes, & aqua maris tepida: & emplastratio cum fœce sicca. Si autem destruitur cutis tota, tunc necessarium est vt prohibeatur apostema, cum eis, in quibus est exsiccatio, & sigillatio fortis: & fit res in ea magis difficilis.

a B. est possibile tunc confert ei pellis alchalche adustorum.

b superficialib.

c B. induitione armorum.

ANNOTATIONES.

Comp. 43. cap. 14.

Excoriationem, cutis agglutinatione curari docet, quod & Galenus in lib. de fract. Com. 3. Contra tamen nostra tempestate quosdam temere cutim abscindere videas. Aemulatur & Paulum lib. 4.

De punctura & disruptione & extractione eius, quod retinetur ex spinis, & sagittis, & ossibus. Cap. 10.

PVnctura, & disruptio vicinæ sunt ex hoc, quòd vnaquæque earum est penetratio corporis acuti duri in corpore. Et [a] [iterum] diuersificantur [b] † [ ] in quantitate corporis penetrantis: & [c] [similatur vt punctura sit cum paruitate penetrationis signans paruitatem penetrationis, quasi ipsa non pertranseat cutem.] Et huiusmodi quidem est leuis nocumenti, [d] [si non commoueatur, & quando dimittitur] rectificatur per se, quamuis inueniat malitiam carnis: nisi in vehementi malitia carnis: fortasse enim apostematur locus eius, & accidit ei pulsatio: & proprie, quando est illa disruptio, & punctura vehementior, & facta est punctio perueniens ad carnẽ. Et plurimũ quidẽ meditationis huiusmodi est, vt sedetur apostema eius, & dolor ipsius: & non indiget regimine vulneris, Disruptio verò indiget regimine vulneris, & regimine doloris [e] † [ ] apostematis. Et iam quidem dictum est in regimine vulnerum, & in regimine apostematum illud, in quo est sufficientia. Et illud, quod necesse esse est nos rememorari in hoc loco de esse puncturę, [f] [ ] est regimen in extrahendo illud, quod retinetur in corpore de re [g] [pungente, & disrumpente,] siue sit spina, siue sagitta, & quę sũt similia illis. Et hęc extractio quandoque fit cum instrumentis cõtinentibus rem, quam trahunt: & quandoque fit cũ expressione, & quæ ei similantur: & quandoque fit cum proprietatibus medicinarum trahentium, quæ extrahunt illud, a quo deficiunt [h] [forpices] & reliqua instrumenta. Canon autem in eo, quod extrahitur cum instrumentis retinentibus, est sicut extractio sagittarum cum forpicibus habẽtibus capita vt limę, vt vehemens fiat earum retentio. Canon ergo in ea est, vt caueatur confractio eius, quod eis comprehenditur, [i] † [ ] vt sit via earum ad illud, quod auferendum est ampliata, non prohibens bonitatem possibilitatis tenendi illud: & vt inquiratur facilior via extrahendi ipsum. Et si fuerit penetrans ex duobus lateribus; tunc dilatetur, latus, quod est magis conueniẽs ad hoc, vt egrediatur ipsum [k] † [ ] Ingenium verò ad hoc, vt non frangatur, est, vt non moueatur motione, [l] † [ ] subita: imò comprehendat super ipsum: & cõmoueatur concussione, qua sciatur quantitas fixionis eius: & tunc capiat ipsum, aut [m] [suspẽdatur in eo;] deinde trahatur tractione, quæ est secũdum rectitudinem. Et multoties est necessarium, vt dimittatur aliquot diebus, vt [n] [suspẽdatur] in eo, deinde extrahãtur. et iã dixerunt quidam sapiẽtes huius artis sermonem quem attulimus secundum suum modum: ꝙ iste, qui aufert sagittas, oportet vt sciat ante illud species sagittarũ: nam quedã earum sunt ex ligno, & quędam ex arundine, & earum [o] [zugij] sunt ex ferro, & ex ęre, & ex plumbo, & alealai, & ex cornibus, & ex ossibus, & ex lapidibus. et quædã earum sunt rotundę, & quędam habent tres angulos, & quatuor angulos. et de eis sunt quæ habent linguam vnam, aut linguas duas, aut tres. et de eis sunt, quæ habent zugi, [p] † [ ]. Et illarum quę habẽt zugi, fortasse est zugi earum inclinatum retro, vt quãdo tenditur ad exteriora, suspendatur cum carne. et in quibusdam earum est zugi ad

a B. non. b † B nisi. c B. Alia li[tera] videtur q[uod] p[un]ctura sit p[ene]tratio facta [...] subtili par[...] disruptio f[...] netratio fa[...] re magna [...] pulenta. Alia litera [...] tur vt sit p[...] ra cum pa[...] te penetra[...] perficiés [...] penetratio[...] quasi ipsa [...] pertranseat [...] tem. d B. & fi[...] curatio i[...] dimittat[...] que cur[...] e † B. &

f † B. & [...] ptionis g B. aluh[...] alchazach

h B. Alia [...] tenaleę h[...] caput a[...] sicut est [...] tas limę.

i B. † E[...]

k † B. cum [...] latatione.

l † B. fo[...]

m B. co[...] ueatur [...] de.

n B. com[...] tur hinc [...]

o B. ang[...]

p † B. & [...] sunt qu[...] zugi.

ad anteriora, vt impellat. Et quædam earum sunt, quarũ q [zugi] mouetur cũ re simili r [torno.] Quumque extenditur ad exteriòra dilatatur, & prohibentur sagittæ ab egressione. Et quædam sunt, quæ habent s [zugi] magnum t [aut] est ei extremitas quantitate u † [ ] digiti vnius & nominatur caudata. Et quædam sunt x [planæ,] & quædam sunt, super quas adduntur ferra minuta. Quum ergo extrahitur sagitta remanent ferra illa in profundo y [sagittarum.] Et quorundam z [zuigi] est fixum in hastula, & quorundam zugi habet cannulam, in qua ingreditur hastula. Et hastula. Et quædam stringuntur [ex ipso] vt quãdo trahũtur ad exteriora separetur hastula à b [zugi] & remaneat c [zuigi] in corpore. Et quædam sunt venenosæ, & quædam sunt non venenosæ. Et sagittæ quidem extrahuntur secundum duos modos: vnus quorum est extractio, & alter est impulsio. Et illud est quoniam quũ sagittæ figuntur in eo, quod apparet de corpore, tunc extractio earum fit cum attractione: & administratur iterum d [cum attractione,] quoniam figitur sagitta in profundo corporis. Et nos quidem timemus ex locis, quæ sunt opposita sagittis, quòd si extrahantur, accidet ex eis fluxus sanguinis, qui interficiet aut nocumentum vehemens faciet. Et egreditur e † [ ] sagitta cum impulsione, quando figitur in carne: & f [in corporibus, & in eis, quæ opponuntur ei non est] aliquid, quod prohibeat à scissione, neque neruus, neque os, neque aliquid aliud simile illis rebus. Quòd si illud, quod extrahendum est, fuerit os, tunc nos administrabimus attractionem. Quòd si fuerit sagitta apparens, tunc trahimus ipsam: & si est occulta, tunc oportet, sicut dixit Hipp. si possibile est vulneratio, vt ponat seipsum secũdum figuram, secundum quam fuit, quando fuit vulneratus, quare oportet vt significetur per ipsum super sagittam. Et si non est possibile, tunc oportet vt resupinetur secundum quòd est ei possibile ex figura, & vt administrẽtur inquisitio, & expressio. Et si est fixa in carne, tunc trahatur cum manibus, aut cum ligno suo, si non ceciderit; præcipue si non fuerit ex arundine: & si iam cecidit lignum eius, tunc extrahatur extractione, quæ fit cũ g [forpicibus,] aut cum instrumento, quo extrahuntur sagittæ. Et oportet in quibusdam horis vt fundatur caro scissione plurima, quãdo non est possibile vt egrediatur h [zugi] ex scissione prima. Et si sagitta peruenit ad oppositionem membri vulnerari, & non est possibile ut egrediatur ex latere, per quod intrauit, tunc oportet, ut fundamus illa loca, quæ opponuntur ei: & extrahatur ex eis, aut per extractionem aut per impulsionem i † [ ] cum re alia, & impellatur cum ea ferrum ad exteriora. Et oportet ne incidamus cum nostra impulsione neruum, aut arteriam, Et si fuerit k [zuigi cauda] tunc sciemus illud ex inquisitione. Et oportet vt intromittamus illã caudam in cannam instrumenti, quo impelluntur sagittæ, & impellamus ipsum cum ea. Quũ ergo egreditur l [zugi, & vides in eo locum

q B. ferrum seu extremitates ferreę.
r B. alulcb.
s B. ferrum
t B. &
u † B. trium digitorum & quadam quantitatẽ.
x B. simplices.
y B. corporis.
z B. ferrum.
a B. cum eo ita
b B. ferro.
c B. ferrum.
d B. attractio.
e † B. vel extrahitur.
f B. fuerit corpus seu pars corporis quæ opponitur ipsi sagittę paruã habens magnitudinem seu grossitiem, & si fuerit illic.
g B. tenaleis.
h B. zegi.
i B. si fuerit in ligno eius zegi, & si ceciderit lignum eius, impellatur.
k B. regi habes caudam
l B. ferrum sagittæ & uideris

putrefactionis, & est possibile ut ponas] in ea ferra alia minuta, tunc administra inquisitionem iterum. Quòd si inuenerimus scissuram ex istis ferris, extrahamus eam cum hoc ingenio. Quòd si zugi habuerit ramos diuersos, & non obedit nobis ad egressionem, tunc necesse est nobis vt dilatemus scissuram, si non fuerit propè ipsum locum membrum, de quo timemus m [ ] adeo ut quando detexerimus illud zugi, extrahemus ipsum cũ facilitate. Et de omnibus sunt, qui ponunt ramos in canna, ut non n [egrediatur caro, deinde si vulneratus fuerit quietus] nõ habens apostema calidum administra futuram o [aut cõple] curationem, quę facit nasci carnem. Quòd si acciderit vulneri apostema calidum, tunc oportet, vt curetur cum embrochis, & emplastris. In sagittis autem venenosis oportet, ut concauetur caro p † [ ] ex alteratione sua q † [ ] à carne sana. Caro enim venenosa eſt mali coloris, fusca, & quasi ipsa sit caro r [maligna,] si autem sagitta figatur in os, extrahemus eam cum instrumento: si autem prohibet ex hoc aliquid carnium, tũc oportet, vt concauemus ipsum, aut s [perforemus illud.] Quod si sagitta infixa fuerit in profundum ossis, tunc nos sciemus illud ex firmitudine sagittæ, & paruitate motionis eius, quũ mouerimus eam: tunc necessarium erit nobis, ut incidamus in primis os, quod est, supra sagittã, cum incisorio: aut perforemus ipsum cũ terebellio faciendo foramen in circuitu eius, si os fuerit grossum, & euadit sagitta per illud. Quòd si sagitta fixa fuerit in aliquo membrorum principalium, sicut cerebro, aut corde, aut pulmone, aut ventre, aut intestinis, aut hepate, aut matrice, aut vesica, & apparent signa mortis, tunc oportet ut abstineamus ab attractione sagittæ, quoniam fiet inde inquietudo plurima, ne superueniat nobis locus sermonis stolidorum cum hoc, quod parum conferemus infirmo. Si autem non apparuerint signa mala t [alia, ex quibus timemus de accidẽtibus tunc pręmittemus sermonem in perditione, quę accidit] plurimum, deinde incipiemus in curatione: multoties enim de illis, quibus accidit illud, saluatur, aliquis absque spe mirabiliter. Et multoties egreditur pars hepatis, & aliquid de siphac, quod est super ventrem, & zirbo, & matrix tota, & non accidit inde mors. Veruntamen si nos dimiserimus iterum in his membris principalibus, accidet mors secundum omnem dispositionem, & proportionabimur ad paucitatem misericordiæ: si autem abstulerimus sagittam, fortasse saluabitur infirmus quãdoque.

in eo loca perforata & sit possibile ꝙ in eis applicata fuerint.
m † B. fluxum sanguinis.
n B. vulnerent carnem deinde si vulnus fuerit quietum.
o B primo deinde.
p † B. ad quam peruenit sagitta si fuerit possibile, ut scitur illi caro.
q † B. & permutatione sua.
r B. mortua.
s B. scindamus Alia litera detergamus ipsum cũ instrumento.
t B. postponemus seu tardabimus propter illud quod timemus accidere, & pręmittemus sermonem declarando astantibus periculũ, & perditionem, quæ accidit ex illo secundum.

ANNOTATIONES.

Plura hic ex Paulo mutuatur lib. 6. Sed vide, quod ad hunc locum facit & Celsum lib. 7. Adi & Galenum 5. de comp. med. per genera.

Cap. 88.
Cap. 5.

Medicinæ attrahentes. *Cap.* 11.

OPortet; vt super illum locum ponatur ammoniacum, quoniã est attractiuum forte.

te. Aut sumatur radix arundinis,& teratur, & emplastretur cum ea, & fortasse conficitur cũ melle. Et affodili iterum. Et folia papaueris nigri. Et folia arboris fici cum sauic. Aut semen hyusquiami[a] [albi] proprie cum calcadis. Et similiter fructus hyusquiami albi cum dispositione sua: Et iterum alkeiri,& species eius: & aristolochia: & cæpe narcisi. Et ex animalibus res plures, de quibus est rana excoriata: & est mirabilis valde fixis in ossibus. Et similiter eradicat dentes. Et cancer iterum contritus, & [b] [vtrique lepores] & coagula omnia. Et dicitur quòd lacerta est vehementis attractionis ad illud, super quod finditur. Et de compositis, caput lacertę statim cum abscinditur cum aristolochia longa: & radix cannæ,& cępe narcisi. Illud verò, quod appropriatum est cũ attractione ossium corruptorum de sub ulceribus, quæ consolidantur dicemus in capitulo ossium.

a——B.

b B. alarbian.

Canon curationis combustionis ignis. Cap. 12.

INtentio in curatione combustionis ignis, est duæ intentiones: vna earum est [a] sequi cum prohibitione] vesicationis. Et secunda est rectificare, quod est combustum. Et sunt necessariæ in prohibitione vesicationis medicinæ infrigidantes, præter quòd associetur eis mordicatio. Et secunda vbi curatur, quod est combustum, indiget medicinis, in quibus est abstersio quædam cum exsiccatione quadam, non magna: & præter quòd mordicent, cum hoc vt sint temperatæ in caliditate, & frigiditate. & quando indiget [b] [regimine] simul, regatur cũ infrigidatiuis prius, deinde si indiget secunda, fiat. Si autem [c] [inuenitur,& iam vesicatum est,] tunc necessarium est regimen secundum. Et medicinæ eius sunt sicut chimolea,& lutorum genera, [d] [exsiccantia,]& lentes decoctæ, & encaustrum indum, & similia. Ea verò quæ sunt thus,& glutinum,& pinguia, non conueniunt ad illud: quoniam quædam eorum sunt calidiora quàm oportet: & non [e] [curant virtute mordicatiua: & quædam eorum sunt humidiora quam oportet.

a B. prohibitio.

b B. duobus regiminibus.
c B. Alia litera occurritur infirmo tpe quo iã vesicatio est facta.
d B. quæ magnitudinẽ uel corpulentiã leuem non grauem habent.
e B. extrauant.

ANNOTATIONES.

Cap. 18. De ambustis plura habes ex Paulo lib. 4.

Medicinæ ad combustionem, quæ sunt secundum intentionem primam. Cap. 13.

SVmantur sandali,& fau fel,& later albus, recens, aut ostracum, & liniantur cum aqua solatri,& aqua rosar. Aut vnguentũ de vitellis ouorum,& oleo ros. Et iterum endiuia,& farina hordei abluta,& vitelli ouorum, & oleum ros.& lentes elixatæ cum ros. cum oleo ros. Et iterum bolum armenum,& acetum. Et iterum oleum ros.& cera secundum quòd oportet, de inde ponatur in eo de calce abluta ablutione integra, cum cerusa, & opio,& albumine oui, & aliquantulo lactis. Et iterum sumantur folia maluæ,& siclæ: & elixentur cum aqua dulci, de inde terãtur,& mundentur a rebus filosis, quæ sunt in eis: deinde aggregentur eis merdasengi conditi cum climia, & cerusæ de plumbo [a] [algalai] amborum an. partes. ij. s.& olei ros. partes. iiij.& aquæ solatri, & aquæ coriandri amborum an. pars vna.

a B. alchalhai.

Medicinæ, quæ sunt ad combustionem, secundum intentionem secundam. Cap. 14.

MElior rerum ad illud est vnguentum de calce. Sumatur calx, & abluatur septies, donec separetur eius acuitas tota, deinde conquassetur cum oleo ros. aut oleo oliuæ,& pauca cera, si indiget ea: & fortasse adduntur super ipsum chimolea, & albumen oui,& parũ [a] [vini.] Vnguentum calcis cum modo alio. Abluatur calx sicut sciuisti,& fiat ex ea cum aqua foliorum siclæ,& cum aqua foliorum caulis, & oleo ros.& cera vnguentum. Et de illis quæ cõueniunt hic,& vbi non timetur pustulatio, & vesicatio, est [b] [ligare desuper folia alhethil] adusta, aut siliquæ combustæ. Vnguentum conueniens ad paruitatem caliditatis: & est longę cõpositionis: expertum est, & inuentum est bonum. Recipe stercoris vaccæ pascentis exsiccati,& corticum arboris pini, & pulegii omniũ an. x. merdasengi. iij. scoriæ argenti. ij. scoriæ plumbi. iiij. calcis ablutę cum aqua frigida multoties. v.& chimoleæ. v.& lati alcabrusij, aut romani, aut armeni, & cerusæ, omnium an. vij. virgæ pastoris contritæ. x. encaustri persici, aut syrij. vj. tutiæ viridis vij. stercoris ouis. vij. granorum volubilis, & foliorum eius amborum. xv. scoriæ ferri, & succi foliorum maluauisci, & succi foliorum maluæ omnium an. x. [c] [lilij domus,] & cæpę eius, & lilij cęlestis, & croci, omnium an. v. camphoræ. iiij. ceræ faui,& olei ros.& medullæ cerui, & adipis eius quantum sufficit. Et de illis, quæ sunt fortitudinis vehementioris,& conueniunt ei, quod est minoris caliditatis, est, vt sumantur limatura ęris,& ferri,& conficiantur cum luto [d] †[ ] aut luto rubeo, deinde comburantur in patella, aut furno,& fiant inde trochisci, & seruentur, & administrẽtur redacti in puluerem; vbi necessaria est exsiccatio, aut liniantur cũ oleo ros. Et de hoc genere iterum est istud. comburatur fimus columbinus in pãno lini, donec [e] [accẽdatur,]& liniatur cum oleo aliquo, quoniam est mirabile. et locis vlceratis conferunt porri elixati, aut portulaca cum sauich, et folia myrti contrita in puluerem redacta. Si autem fiat inobediens, tũc folia [f] [alhethil] adusta aut folia [g] [algebut] adusta. et si fuerit magis inobediens illo, administrentur medicinæ consolidantes vlcera maligna.

a B. aceti.
b B. ... desuper alathel.
c B. fulen...
d B. alhar...
e B. inei...
f B. alhatel...
g B. alfem...

Combustio aquæ calidæ. Cap. 15.

QVandoque accidit, vt effundatur olla feruens, aut aqua calida super membrum hominis, et facit operationem ignis. et conuenientius ei est, ut succurratur statim, antequam vesicetur cum eis, quæ sunt sicut sandali, et aqua ros. et camphora: et non dimittantur exsiccari, imò cõsequenter adhibeatur omni hora pannus infusus in aqua frigida congelata: hoc enim prohibet ipsum vesicari. et quidam properant, et rorant desuper aquam oliuarum, aut aquam cineris: et melius est ut teratur

fatur quodlibet amborum cum fauich:aut vnguentum de calce. Et iterum medicamen factum de fimo columbino prædictum est mirabile valde. Et vlcera quidem curantur cum porris elixatis; aut exficcatis contritis, & est melius,& cum reliquis, quæ diximus in capitulo primo.

De fluxu sanguinis, & retentione eius. Cap. 16

IAm scitum est in libro primo,quòd sanguis egreditur à venis:& non egreditur nisi aut propter apertionem orificiorum venarū propter debilitatem in venis: aut propter vehemētiam repletionis: aut propter motum fortem [a] [vsque ad vocem.]& saltum:aut propter [b] [vaporem]accidentem [c] † [ ] venientem de foris:aut propter disruptionem earum:& ipsarum incisionem propter causam primitiuam incidentem, contundentem: aut propter causam corrodentem interius:aut vehementiam motus cum repletione: aut propter resudationem ab eis propter raritatem accidentem corpori venarum, & panniculo earum. Et conuenientior venarum ad hoc vt currat,quod est in ea, quando inuenit viam, est arteria. Nam corpus eius est mobile,& quod est in ea quandoque cōtrahitur, & quandoque expanditur; & quando non desuper coarctatur locus eius post solutionem continuitatis eius,& inuenit vacuitatem,peruenit res ad emborismū, quod nominatur mater sanguinis. Et arteria quidē licet sit de illis,quæ incarnantur; tamen est de illis,quorum difficilis est incarnatio.Et multoties quidem non incarnatur arteria, & incarnatur illud, quod continet arteriam, & coarctat super eam; quare sanguis non potest facere cursum superfluum;imò egreditur ex eo aliquid vsque ad fines cutis.s.quantitas quam capit. et quando [d] [alleuiatur cum compressione] redit,& occultatur; sicut accidit rupturæ. Et fortasse remanet uena [e] [sola]sub cute,& sentitur pulsus eius,& ipsius successio.Et multoties accidit illud arterijs deintus,& disrumpuntur præter quòd disrumpatur cutis;& congregatur sub cute emborisma scilicet apostema leue ex sanguine,& ventositate; quod possibile est quiescere cum compressione;& hoc quidē multoties accidit in collo,et inguinibus,& curuaturis per se;& multoties accidit ex causa extrinseca,aut ex phlebotomia.Et multi medicorum existimant, quod omnis disruptio arteriarum perducit ad matrem sanguinis, [f] [quæ quidem plurimū fit,si incarnetur] illud,quod est in circuitu eius,& fiat apostema notum,sed ipsamet non incarnatur;& res non est ita. Ille quidem, qui negauit incarnationem [g] [conuersatus est] cum consideratione, & experimento. Consideratione verò, quoniam una duarum tunicarum arteriæ est cartilaginosa, & cartilago non incarnatur.Experimento verò,quoniam non visa est incarnatio. Et opposuit eis Gal.cum consideratione,& experimento;consideratio uerò est rethorica,& eius forma est,quod [h] † [ ] est inter incarnatum sicut caro,& non incarnatum sicut ossa;quare oportet ut sit incarnata, sed est difficilis incarnationis. [i] [et testimonium quidem] quoniam ipse narrauit se medicasse plures arterias,& fuerunt incarnatæ, & hæc quidem est res,à qua nos iam expediti sumus.Nos uerò dicimus nunc, quòd dispositio processionis sanguinis à membris,diuersificatur [k] † [ ] quum disrumpuntur,sicut hepar,& pulmo.et de illis sunt,à quibus parū procedit sanguis.et in unaquaque duarum diuisionum sunt, quæ sunt timorosa, & de eis sunt,quæ sunt absque timore, sicut emanatio sanguinis ex pulmone [l] † [in qua est timor,] & ab utrisque emanat sanguis plurimus. et de illis sunt,sicut uesica,& matrix,& renes, ab eis enim non emanat sanguis plurimus valde summatim, imò quandoque multiplicatur cum longitudine spatij; & peruenit ad [m] [successiones illaudabiles,]& diuersificatur dispositio fluxus sanguinis ex arterijs,quoniam fit in quibusdam earum difficilis, valde timorosus, sicut ex arterijs magnis, quæ sunt super manus & pedes: & huiusmodi interficiunt secundum plurimum, & non retinetur, & in quibusdam fit facilis sicut in arterijs cranei: retentio enim fluxus sanguinis earum est facilis,& sufficit in eis constrictio sola. et multoties quidem currit ex arterijs paruis sanguis, deinde retinetur per se. et differentia quidem inter sanguinem arterię,& aliarum cognoscitur,quoniam sanguis arteriæ egreditur cum saltu & impulsione [n] † [ ]& est vehementioris purpureitatis, quàm alius: neque declinat ad nigredinem sanguinis uenæ, & eius essentia.et scias quòd omnis,cui accidit euacuatio, & propriè sanguinea, & propriè arterialis, & superfluit,& accidit ei spasmus, est malum. Et similiter si accidit ei singultus, est mortalis. Quòd si fuerit syncopis cum singultu, tunc mors est festina: & alienatio, & permistio rationis sunt malæ. Quòd si fuerit spasmus,tunc est mortale secundum plurimū.

a B.sicut pp vociferationem fortem.
b B. calorem attrahentem.
c B. †vel.
d B cū facilitate cōprimitur.
e B.ipsa.
f B.quoniā non incarnatur imo plurimum eius quod incarnatur est.
g B. argumentauit.
h † B.ipsa.
i B. experientia vero est testimonium.
k † B.quædā n. sunt à quibus emanatio sāguinis est multa.
l †B.& ex naso quoniam emanatio sanguinis ex pulmone est periculosa,& ex naso est non periculosa.
m B sinem illaudabilem.
n †B & est subtilior.

ANNOTATIONES.

Actum de sanguinis fluxione libro primo & alibi sæpe est,vt hic plura repetere non oporteat. Facit ad hunc locum Gal.5.meth. Vide & Paulum lib.4.

Cap.2.3. & deinceps. Cap.53.

Canon curationis omnis fluxus sanguinis. Cap. 17.

OPortet in curatione fluxus sanguinis, ut incipiatur,& retineatur:deinde cures vlcus eius si fuerit. Et non est tibi possibile [a] † [ ] in eo, cuius causa est fixa, ex corrodente, & similibus, nisi ita ut auferatur causa. Et si dispositio non tolerat ut auferatur causa,est necessarium ut retineatur cum suis retentiuis:& [b] [sunt in causis,quæ sunt ei, et abscindunt sanguinem currentem; et illæ causæ]sunt scitæ in libro j. Verùm ego narrabo eas secundum modum [c] [festinationis.]Dico ergo quòd istæ [d] [causæ,aut sunt prohibentes in illo illud, quod egreditur ab exitu: aut sunt aggregantes rem de illo,aut res. et diuisio prima est conuersio ad partem aliam,quæ aut fit] cum attractione ad contrariū præter quòd

fiat

a † B. ut retineas.
b B. Alia litera quæ sunt res q. bus inest uirtus abscindendi sanguinem fluentē & ille res.
c B.prȩuisionis & maioris declarationis.
d B res aut sūt diuertentes uel attrahentes ad

fiat exitus alius: sicut ponuntur ventosæ super hepar: & remouetur fluxus sanguinis ex nare dextra: aut ita quòd accidit exitus alius, sicut phlebotomatur patiens fluxum sanguinis narium ex manu pertinēti nari phlebotomia stricta: Retinens autem sine exitu, est illud, quod prohibet motum sanguinis, & eius penetrationem. Et est aut per causam [e] [ignientem] aut per causam stupefacientem. Et stupefaciens quidem aut est medicina, aut est dispositio corporis, sicut syncopis: ipsa enim multoties retinet sanguinem. Causa autem retinens sanguinem in locis, est oppilans exitum aut cum ligatura, aut cum [f] [repulsione ex buccellatione, aut cū repulsione absque buccellatione:] aut escara cū cauterio: aut medicina cauterizante: aut cum congelatione rei retentæ: aut cum inuiscatione: aut cum exsiccatione: aut cum incarnatione: aut cum coarctatione carnis circundantis venas; quare oppilat ipsum, & claudit ipsum clausione vehementi. Et oportet, vt scias, quòd quando associatur vulneri apostema [g] [cum quantitate plurima huius, non est possibile ligare cum filis: neque intromittere licinia; neque strictura laboriosa, & neque] est possibile tunc, nisi administrare glutinationē, & stypticitatem, & stupefactionem, & inspissationem sanguinis. Et si est curatio ex strictura, aut fissura, aut propinquitate medicinæ, [h] [quando est dolor] est mala valde; Et omnis præparatio dolorosa est mala. Et oportet vt præparatio sit aggregans duas res, quarum vna est defectus doloris, & altera est [i] [refrenatio partis cursus sanguinis,] quare non adiuuatur cum appensione, & suspensione, & fiat facilis [k] [processio] sanguinis, & eius exitus. Et quum prohibent duæ intentiones, declinetur ad [l] [leuiorem] secundum illud, & quod præsens est, & propinquum ad tolerandum in dispositione. Et est necessarium vt narremus modum eius, postquā scieris, quòd primum, quod oportet considerare est, ut cognoscas an vena sit arteria, aut vena per signa sua, quare agas cum arteria, & sis sollicitus plus, quàm solliciteris, & agas cum vena. Amplius dicimus quòd de attractione [m] [vera ad contrarium, non ad exitum, est necesse membro cum fricatione aut ligatione & strictura aut cum ventosis. Et oportet ut sit membrum communicans positum ex mēbro cognitio super extremitatem lineæ unius continuitatis inter ea ambo cū longitudine & latitudine, & eligitur de diuersificato] in situ longitudinis, & latitudinis quodcunque amborū est longinquū, & dimittitur quod est propinquum, sicut fit in duobus lateribus capitis, aut duobus lateribus manus, nam longitudo inter ista duo est propinquior illa, ex qua oportet [n] [timeri nocumentum completum,] Et hæc res exigit ut rememoremur illud, quod in ea diximus, vbi locuti fuimus in libro j. de canonibus euacuationis. Et oportet ut [o] [sint extentio] & fricatio, & his similia [p] [assidua ex eo quod est propinquius membro secundo] deinde descendatur ab eo. Et oportet ut non expectetur in disruptionibus arteriarū, & ei similium, quòd sit hoc artificium sufficiens in retinendo fluxum sanguinis [q] [&] adiuuans. Et similiter est iudicium in phlebotomia lateris cōmunis longinqui. Vnus autem duorum modorum diuisionis secundæ, & est causa [r] [stupefaciens,] est verbi gratia, vt cibetur ille, cuius fluxus sanguinis narium multiplicatur, aut alius ab illo, cibis grossi chymi ingrossantibus sanguinem, sicut sunt lentes. & iuiubę, & eis similia. Modus autem secundus est verbi gratia, ut in potu dentur stupefacientia. [s] [frigida vero exponunt] corpus frigori, & [t] [

] fortasse accidit syncopis, & retinetur fluxus sanguinis. Modus autem prædictus in diuisione alia est quoniam oportet ut obseruetur in eo capitulum unum, & est, quoniam fortasse arteria non est [u] [vna duarum, quæ continuantur cordi, imò duorum laterum eius, ita ut quum strinxeris eam, inuenies eam firmiorem,] imò fortasse continuatur cum latere altero ramus alterius arteriæ, quæ [x] [accidit in eo] et adducit ad eam sanguinem [y] [præter viā,] quā strinxisti, quare indiges stricturis duabus. Et [z] [ante illud] oportet ut cognoscas partem, quæ est principium venæ, in quibusdam enim locis est inferius, et in quibusdam est desuper. Et in quibus est inferius, sunt sicut collo. Et in quibus desuper sunt sicut in coxa, et pede. Et quando cognoueris partem, administra in ea ligaturam, et stricturam. Et de regimine in illo est ut peruenias ad extrahendam uenam cum vncino, et etiam cum incisione paucæ carnis, quæ velat eam, et occultat ipsam, deinde inuolue eam, postea administra medicinas, quas dicemus. Quòd si fuerit pulsatilis, tūc melius est ut [a] [veles] eam cum filis lini, et similiter si fuerit non pulsatilis, ueruntamen multoties [b] [eleuatur] sanguis eius. Quum ergo feceris illud, deinde annexueris ei medicinas, tunc dimitte ligaturam usque ad diem tertium, et quartum. Quòd si tunc videris medicinam glutinationem facientem, adhærentem loco eius, tunc non eradices eam omnino, sed pone in circuitu eius de genere ipsius aliquid, quod madefaciat ipsam parumper. Quòd si accidat ei [c] [processio] ex se ipso, quando tu aufers illud, quod est super ipsum, tunc [d] [tene, quod est sub loco in uia itineris uenæ] et primæ pressione, cum qua fiat securitas de saltu sanguinis, et eradica illud [e] [quod eleuatur de eo] in loco suo, et permuta illud cum alio. Et sit præparatio tua, quam facis membro in ista hora, secundum quòd oportet, et est ut sit orificium eius [f] [magis imum] quàm principium, ita ut quando est uerbi gratia in inferioribus intestini, et matricis, tunc sternatur stratum aliquid, quod eleuet inferiora, et deponat superiora secundum maiorem elongationem, quæ est ex dolore, deinde dimitte ipsum tribus diebus, deinde annecte ei hunc modum usque quo [g] [eleuetur] sanguis. Refrenatio autem cū buccellatione non est possibilis nisi in arterijs magnis, fac ergo licinium ex pilis leporis, aut ex tela araneę, aut subtili cotto, aut panno lini ueteri, deinde pulueriza super medicinas prohibentes sanguinem. Et mitte in ipsam arteriam sicut buccellam, deinde stringe super ipsam ligaturam. et fortasse administrabis licinium ex pilis leporis solis, et excusat sollicitudinem. et oportet ut

stringas

Marginal notes (left):

partem aliam a parte illa ī qua est exitus, aut sunt retinentes infra partē exitus ante aduentum ad locum exitus aut sunt prohibentes in loco exitus illud quod egreditur ab egressione, aut sunt aggregantes duas res de illis, aut plures & diuisio prima quæ est diuersio & attractio ad partem aliam sit aut.

e B. ingrossantem vel inspissantem.

f B. strictura facta cum alachā aut cum strictura ab eq; alachā.

g B. prohibens plurimas ex istis operationibus & non est possibile ligare cum filis, neque intromittere licinia, neq; strictura laboriosa non.

h B. faciente dolorem.

i B. eleuatio partis ex qua fluit sanguis.

k B. descensus.

l B. illud quod est magis conueniens.

m B. ad contrarium non ad locum exitus quædam est faciens dolere membrū cum fricatione & ligatura & cū strictura & cum uentosis. Et oportet ut sit mēbrum communicans loco lęso situatum super extremitatem i extremitate diametri vnius quę cadit inter ea in longitudine aut in latitudine, & eligitur de mēbro contrario.

n B. expectare diuersionem cōpletam.

o B. fiat strictura.

p B. incipiendo a loco qui est propinquior membro aldani.

q B. sed est.

Marginal notes (right):

r B. inspissans sanguinem.

s B. & aquam frigidam & t ponatur.

t B. inducens somnum &.

u B. continuata cū corde uno duorum laterum [...] ita ut quum [...] xeris illud [...] solū [...]

x B. [...] in ea [...] aduenit [...]

y B. [...] aliam ab [...]

z B. Alia [...] in huiusm[...]

a B. liges.

b B. nō [...] tur.

c B. separa[...] medicinam [...]

d B. depr[...] cum ma[...] quod est [...] locum [...] uia & [...] quem [...] na ad [...] xitus.

e B. quod [...] se eleuatu[...] & separa[...] eo & col[...]

f B alium.

g B. retin[...] sanguis. C[...] ctio autem [...] alachama.

stringas strictura adhærente, quæ non separetur, donec incarnetur. Licinium verò h [ex se] naturam regit in extractione eius paulatim, & expulsione eius, aut alijs ab hoc. i [Impletio verò sine buccellatione] est vt imponatur, uerbi gratia, illa res in orificium eius, & ligetur desuper præter penetrationem eius in venas: & ut retineatur cũ eis, quæ sunt sicut puluilli: & propriè spongia: & cũ vittis k [fortis stricturę stringentibus ipsum cum conuersione stricturæ, quæ est attrahens. Strictura verò] prima oportet vt sit prope orificium: deinde l [inuoluatur vadens retro, & solue stricturam gradatim.] Et scias, quòd strictura puluillorum, & vittarum, quando est debilis, venit ex ea nocumentũ stricturę: & est attractio: & nõ prouenit ex ea iuuamentum stricturæ, & est retentio, & impletio: oportet ergo vt subtilietur in hoc capitulo. Quum ergo stringitur strictura bona, & stringitur iterum ex latere diuerso, declinat materiam, & resistit attractioni hæc strictura. Et nõ oportet vt perueniatur cum strictura, & prohibitione, nisi quæ sit infra dolorem: nisi illud fuerit necessarium in primis, deinde mollificam paulatim. Et multoties quidem oportet vt suas fixuram carnis, & colligas labia eius, & vittis tegas: multoties enim sufficit collectio labiorum, & positio puluillorũ seruat ea m [colligendo venas ipsorum. Amplius stringe super medicinas puluerizatas rare. Et inclina ante alguidegi quando contrahitur; vbi coarctatur] apud principium suum cum digitis vnius duarum manuum: deinde annecte ei medicinas, & puluillos apud orificium eius cum manu altera. n [Impletio verò cum refrenatiuis prouenit, aut cum strictura implentis in facie orificii eius, cum manu altera non cessante] retinere, donec congeletur sanguis, & fiat o [impletio:] aut cum re infrigidante valde, quæ] infrigidat] sanguinem, & congelat ipsum in orificio eius: q [aut propterea quòd caro coarctat locum] sicut si incidatur vena in latitudine, & r [suspendatur] ad duo latera in prima vice, quare claudit super eam caro ex latere, ex quo currit: & hoc non fit nisi in loco carnoso. Et multoties quidem accidit, quòd necessarium est incidere ramum extremitatis venæ, vt sit introitus eius in profundum vehementior, deinde ponuntur desuper medicinæ. Et multoties accidit incarnatio meatus absque matre sanguinis. Strictura autem escara fit cum igne ipso, quando magnificatur timor: & fit cum medicinis cauterizantibus, sicut calce & flore æris: & generibus draganthi, & generibus arsenici, & cymino etiam, & similibus, & cum eo, quod est debilius. quando s † [ ] pulucrizatur super locum, & stringitur, retinet. Verùm timor in illo est, quòd escara est velocis cradicationis ex se, & ex quolibet resistẽte ex cruptione sanguinis, & qualibet aliarũ causarum: & quando cadit, escarra, edit timor t [nouus. [Et propter illud præceperunt, vt fiat cauterium cum ferro vehementer ignito, profundè, ita faciat escaras profundas, grossas: quarũ casus non fit facilis, & cadant in tempore longo, in quarum simili caro iam est nata; ex cauterio namque debili proueniunt escaræ debiles, quę cadunt ex qualibet causa, & u [cum hoc facit accidere saniem,] & calefacit uehementer. Cauterium verò forte implet cum escaris fortibus, & remouet rupturam, & x [detumescere eam facit,] & contrahit eam. Et de cauterizantibus bonis temperati regiminis est, ut sumatur albugo oui, & aggregetur cum calce nõ extincta, & inuoluantur cum eo pili leporis, aut ei similia, & ponatur super locum, & stringatur. Et de bonis peruenientibus ad ultimum multoties, est vt sumantur cyminum, & calx, & ponantur super locum, & stringantur, & quandoque super additur eis colcotar. Et genera draganthi in hac summa sunt habentia stypticitatem cum cauterio: calx vero est cauterium, in quo non est stypticitas, de qua sit curandum. Et illud, quod generatur de escaris cum cauterio, quod habet stypticitatem, est lõgioris fixionis & profundius. Et succus fimi asinini, & substantia stercoris asinini sunt de illis, quæ aggregant ad cauterium acuitatem, & glutinationem. Medicinæ uero retinentes cũ glutinatione sunt sicut gypsum ablutum, & glutinum decoctum, & amylum, & puluis molendini, & gummæ, & thus, & resina, & iterum passæ de vuis ipsis. Et ranæ sunt huius generis, secundum quod dicitur. Et iterum stella scemis. Medicinæ uerò retinentes cum exsiccatione, & incarnatione sunt sicut aloes, & cortex thuris. Et sicut interiora passularum vuę cõtrita ualde: & gallę cum oleo aliquo, & comburantur, & quando completur inflammatio earum, extinguantur; & papyrus adustus: & resina: & y [scoria] ferri, & stercus equi, & stercus asini adusta & non adusta; & cinis ossium z † [ ] non ablutorum, quoniam abluta prohibent glutinationem; & spongia noua submersa in oleo aut uino, deinde aduratur, & pili adusti.

h — B.
i B. Constrictio uero sine alacham.
k B fortiter stringentibus & strictura cum eis fit econuerso uel e contrario stricturæ, q̃ fit ad attrahẽdũ quã strictura.
l B. fiat inuolutio procedẽs retro & minoretur strictura gradatim. Et in hac fit e contrario.
m B. unita & coniuncta sicut sciuisti, deinde liga super medicinas pulueriza tas incarnantes. & sicut alguidegi quãdo disrũpitur oportet vt coarctetur uel comprimatur.
n B. Cõstrictio uero uel obturatio cum alhalche fit ita ut applicetĩ loco orificij aliqd qđ obstringat seu oppilet replendo in facie orificij, & non cesses. Alia litera. Constrictio vero, & obturatio cum alhalche si accidat quod cõstringit seu oppilat replendo in facie orificij, non cesses.
o B obturario orificij replendo ipsum
p B imprimir ĩ
q B. Coarctatio autem loci facta a carne est
r B. contrahatur.
s †B. pulueriza tur super locũ & similiter spuma maris multoties quum.
t B. uehementior.
u B. attrahitur mare ia plurima.
x B oppilat seu stringit.
y B ęrugo.
z †B. ostracorũ.

A N N O T A T I O N E S.

Pulchre & breuiter admodum Hippoc. 6. uulg. morb. sect. 7. sanguinis profusionem curari docet his uerbis. Sanguinis uenarum suppressiones faciunt animi deliquium, figura alterata, interceptio, linamentum intortum, appositio, deligatio. Addit uerò etiam in lib. de loc. in homine. ustionem & uenæ mediæ sectionem. Uberrimè, hoc negocium author noster prosequitur. pro qua re uide etiam Galenum in lib. de curandi rati. per sanguinis miß.

Tex. 3.
Cap. ult.

De narratione medicinarum simplicium. & compositarum, specierum diuersarum, fortium in prohibitione fluxus sanguinis. Cap. 18.

ET de illis, quæ dixit Gal. & narrauit bene. & experta sunt post ipsum, & inuẽta sunt plurimi iuuamenti, est ut sumantur de colcotar. xx. & de minuto thure xvj. & de aloe, & glutino sicco an. viij. & de arsenico. iiij. & de gypso vehementer trito pulucrizato ut atomi post cribellationem. xx. curetur cum eo pulucrizando super licinia, & spargendo super locũ, quoniam est mirabile. Aut sumatur sarcocolla, & aloes de mecha, & sanguis draconis, & ponantur super liciniũ, & stringatur. Et aloes, et thus

solum

solum cum pilis secundum quod sciuisti. Et iterum spongia adusta, sicut diximus, & later adustus. Sumantur spongia, & scoria plumbi, & tutia, & aloes. Aut sumantur thus, & aloes, sulfur; aut thus, & sulfur, & fiat puluis: aut administretur licinium cum albumine oui. Aut sumantur de colcotar .xx. & de thure, aut minuto thuris .viij. & resinæ .viij. & de gypso adusto .viij. Aut sumantur colcotar, & de gypso, adusto. viij. Aut sumantur colcotar, æris usti, & calcadis, & draganthi adusti partes æquales. Et de bonis ad fluxum sanguinis propriè ex [a] [dragantho,] est ut sumatur aloes pars. j.[b] [s.] primum amborum in corpore graui; & secundum eorum in corpore leui, & corticum thuris ĩ corpore graui. drac. j. & thuris ipsius grossi pinguis in corpore leui pars una, sint contenti super ea ambo. Aut sanguis draconis, & sarcocolla, & conficiantur cum albumine oui, & ponantur super pilos leporis, & præparentur secundum locum.

a B. capite.
b B. aut para media.

TRACTATVS TERTIVS,

De vlceribus.

Sermo uniuersalis de ulceribus. Cap. I.



VLCERA generantur à vulneribus, & ab exituris eruptis, & à pustulis. [a] [Et] solutio continuitatis in carne quando facit saniem, & pus, nominatur vlcus: Et non facit pus, nisi propterea quod cibus, qui venit ad ea, conuertitur ad corruptionem propter debilitatem suam resoluuntur ad ipsum, & attrahuntur versus ipsum superfluitates membrorum vicinantium ei: aut propter vnguenta mollificantia membrum, & lenientia ipsum cum humiditate sua, & vnctuositate sua. Et quod est de genere pus subtile, nominatur virus: & quod est grossum, & nominatur sordities: & est res spissa coagulata alba, aut ad nigredinem decliuis, aut sicut fęx. Et virus quidem non generatur nisi ex subtilitate humorum [b] [aquosorum, & ipsorũ calido.] Et sordities generatur ex grossitie humorum. Et virus quidem multiplicatur cum generatione apostematis. Et virus eget exsiccante: & sordities abstergente. Et ulcera sunt apparentia: & sunt habentia profunditatem. Et vlcus, quod profunditatem, habet non euacuatur quin aut iam indurata sit caro circundans ipsum, & nominatur fistula; & est sicut canna penetrans in membrum: aut non induratur aliquid, & nominatur absconsio, & cauerna. Et quandoque dicunt quidam absconsionem illud, quod[c] [elongatum est] sub cute, & separatur ab eo cutis. Et cauernam illud, quod inflectitur sub carne, & dilatatur in ea. Dicunt quidam; imò dilatatum est cauerna, & strictũ profundum fistula: & non est contrarietas in nominatione. Et quando est durities super vlcus apparens, nominatur vlcus ostracinum. Et fistula quidem mala est illa, quæ non sentit: & secundum quantitatem elõgationis eius à sensu, erit eius malitia. Et de ipsa quædam est æqualis: & de ea est quædam obliqua. Et quæ vadit ad neruum, dolet vehementer: & propriè quando tangitur eius interius cum[d] [tenta,] & fortasse difficilis fit operatio illius membri: & est humiditas subtilis, tenuis, sicut fit ab illa, quæ peruenit ad os. Et quando peruenit ad ligamentum, est illud, quod currit, propinquũ illis. Verùm dolor in ossuosa, & ligamentali fortasse non magnificatur. et humiditas, quæ vadit ad os, est subtilior, & decliuior ad citrinitatem. et ex perueniente ad venas, & arterias multoties egreditur[e] † [ ] fæx. et quãdoque si fuerit tendens ad venam sanguis plurimus[f] † [ ] ad arteriam sanguis[g] [subalbidus] cum fluxu sanguinis, &[h] [processione.] et ex ea, quæ peruenit ad carnẽ, currit humiditas viscosa, grossa, turbida, cruda. et multoties sunt fistulę orificia plurima, cuius esse ambigitur, & non scitur, an sit fistula vna. et multoties effunditur in quoddam orificiorum eius humiditas habens tincturam: & tunc si fuerit fistula una, egreditur ex orificijs alijs[i] [color unus, qui est fistulæ scilicet diuersus, albus, & tenebrosus, & alius.] et ulcera quidem diuiduntur in specie diuisionum; & dicitur quòd vlcerum quædam sunt, quę sunt dolorosa, & quædam sunt, quæ sunt priuata dolore. et quædam sunt apostemosa, & quædam sunt priuata apostemate. et quædam sunt immunda; et immunda quidem propterea quòd in eis superfluit humor plurimus, et humiditas copiosa, quamuis non sint mala. et de eis sunt sordida, et de eis sunt[k] [minorata.] et de ulceribus sunt putrida. et de rebus magis nociuis eis, sunt meridies, et humiditas aeris cum caliditate ipsius. et de eis sunt corrosiua. et de eis sunt ambulatiua. et de eis sunt mollia[l] [aut dura] aut frigida, aut calida. et mollia sunt de vlceribus facientibus cadere pilos ab eo, quod sequitur ea. et sunt quandoque de vlcerib. quædam resudantia, ex quibus resudat virus citrinum, calidum. et fortasse[m] [est calidum] comburens, quod est in circuitu eius, et est malum mortificans. et de eis sunt difficilis consolidationis. et putrefactio est[n] [præter corrosionem.] Quòd si fuerint. erunt ambæ ambulatiuæ; et fortasse corrodens est corrodens illud, quod continuatur ei, proprie propter acuitatem absque putrefactione; et neque est febris omnino. Verùm cum ambulatiuo putrefactiuo multiplicatur febris, aut non separatur ab eo. et Galen. quidem nominauit huiusmodi vlcera corrosiua, ignem persicum, et formicam ambulatiuam.[o] [ ] et post ulcus putrefactum est compositum ex vlcere, et ex ægritudine putrefacta, et vnicuique eorum est dispositio. et ulcera quidem dura, incipientia ire versus uiriditatem, et nigredinem, sunt mala. et ulcera frigida sunt mollia, alba, quiescentia propter medicinas calefacientes; et calida ad rubedinẽ decliuia[p] delectantur] frigore. et quando vlceribus malis associatur color corporis malus, sicut albus, plumbeus, aut citrinus; tunc illud est significatio super corruptionem cõplexionis hepatis, et corruptionem sanguinis, qui venit ad vlcus: quare sit difficilis con-

a B. Nam.
b B. & aquosita te ipsorum & caliditate ipsorũ.
c B. penetrat.
d B. tenta.
e † B. fæces
f B. multus
g B. Rubeus
h B. fluxu
i B. Alia ... & color ... diuersis ... albus & ... fus & ... alius ... Alia ... lor virus ... læ diuer... tur est ... ba, aut ... tenebrosu... lia ab ...
k B. minuta
l B. ...
m B. ... aqua ca...
n B. Alia ... rosiua.
o † B. Ambul... rosiuam.

eius consolidatio. et vulcerum quidem, quorum radices q [sunt acutę,] & cum quibus est pruritus, superfluitates sunt acutæ: & quorum radices sunt latæ, albæ, pauci pruritus, illorum complexiones sunt frigidæ. Et vlcera generata successione ægritudinum, sunt mala: quoniam natura expellit ad ea residuum corruptionis superfluitatum. & vlcera, deijcientia pilos ab eo, quod sequitur ea, sunt mala. r [& meliores significationes significantes salutem vlcerum & vulnerum, sunt quum succedentia eorum decliuia sunt ad saniem.] & dicitur in signis mortis velocis quum sunt homini apostemata, & vlcera leuia, & destruitur eius ratio, moritur. et malignorum quidem vlcerum causæ, sunt quandoque vulnera obuiantia superfluitatib. malignis corporis, aut regimini corrupto, & quandoque sunt sequentia pustulas malas: quare fiunt ab eis festinantia ad vlcerationem post pustulas. et significant malignitatē vlceris, eius putrefactio, & ipsius ambulatio, & corruptio eius, quod est in ipsius circuitu, & difficultas sanationis in se ipso, cum rectificatione curationis exhibitę ei. & meliores significationes significantes salutem vlcerum, & vulnerum sunt, quum in s [successionibus], eorum est sanies, quæ est cum medicina faciente pus, & ex operatione naturæ: illa enim operatio naturæ est secundum cursum naturalem: & non generatur sanies nisi à digestione naturali: & non associatur ei malum ex accidentibus vlcerum malorum; & propriè sanies laudabilis, alba, lenis, æqualis, quæ consecuta est complementum digestionis: & neque associatur ei fętor, quum in ea non sit putrefactio; & fortasse non euacuatur à fętore paruo t [sanies, cui] accidit cum adiutorio caliditatis innatæ, & alterius extraneæ. & nos quidem iam locuti fuimus de sanie in locis alijs. Vlcera autem quæ accidere faciunt spasmum: & vulcera u [putrefacta, scrofulosa, & algeromati] & corrosiua, & cancerosa, & quæ eorum cursu currunt, sunt in quibus non generatur sanies; imò quando apparet in vlcere sanies, & apostema, est signum bonum, cum quo non timetur spasmus, & permistio rationis, & his similia: quamuis sint in loco, quod facit illud necessarium: sicut sunt membra pósteriora, & anteriora: nisi res pertransierit terminum. Quòd si apostema occultetur subito, & x [non redeat] non resoluetur per pus aut ei similia. y [Amplius sunt vicinantia] membris neruosis, sicut vulcera dorsalia, quoniam sunt in vicinitate dorsi, & nuce: & vlcera quæ cadunt in anteriore parte coxæ, & genu, quoniam ipsa z [iterum sunt sicut lacerti neruosi, in quib. res conuertitur] ad spasmum, & permistionem rationis etiam. Si autem euenerint in membris a [neruosis plurimum, quorum est in antecedente extensionis] corporis timetur aut cursus sanguinis, si ceciderint b [immediatè inferiori extensionis.] Et similiter timetur ex eis quando que permistio rationis. & timetur quòd c [cadit] pleuresis, & saniositas post ipsam: aut quòd proueniat sputū sanguinis si ceciderint in medietate superiore eius: & tu iam sciuisti intētionem saniositatis in pectore ex lib. iij. Et quandoque timetur in eis iterum permistio ratio-

q B. vel circuitus sunt calidi.
r ——B.
s B. sine vel processu.
t B. quę sanies.
u B. putrida & cancerosa & alchirunie
x B. profundetur &.
y B. deinde sit vicinum.
z B. etiam sunt super lacertis neruosis q sunt in eis conuertitur.
a B. venosis & plurimū eorum sunt in anterio. ei ventre.
b B. immediate inferiori ventris.
c B. accidat.

nis. Et de signis bonis in vlceribus est, vt in circuitu eorum nascantur pili, qui ceciderunt. Et corpora susceptibiliora curationis vlcerū sunt, quæ sunt melioris complexionis, & paucioris humiditatis superfluæ, cum inuentione sanguinis boni in eis. Illa verò, quæ sunt multę humiditatis, aut siccitatis, sunt tardè suscipientia rectificationem vlcerum. quamuis humida, sicut infantium sint susceptibiliora, quam sicca sicut senum; & propriē quando complexio radicalis est sicca, priuata sanguine mundo, & accidentalis humida, mollis, sicut in senibus iterum. Et propter illud iterum fit in hydropicis curatio vlcerum eorum difficilis; & in prægnantibus iterum, propter retentionem superfluitatum earum, propterea quòd ipsarum mēstrua retinentur. Sed & in senibus non sanantur eorū vlcera propter illud, & propter paucitatem sanguinis eorum boni. Et quandoque sanantur vlcera, deinde d [rescinduntur,] quoniam non generatur in eis caro nisi ante mundificationem; quando ergo retinetur in eis superfluitas non munda, oportet inde vt corrumpatur continuitas proueniens, secundo. Et quādoque existimantur fistulæ, propterea quòd accidit eis dispositio exsiccationis, & e [retentionis prohibentis respirationem] quòd ipsæ sunt sanatæ: quoniam illarum earum dispositio est similis saluti, sicut diximus, deinde f [rescinduntur] propter quemlibet motum, & commotionem, & tussim, & offensionem, & malitiam iacendi, & alia. Et de vlceribus, in quibus nascitur caro, quædam sunt in quibus nascitur caro addita; & quædam in quibus non nascitur illud. Et illa in quibus generatur caro addita, sunt illa, in quibus fit festinatio nascentiæ carnis ante mundificationem. Et illa in quibus nō nascitur illud, sunt illa, in quibus non nascitur caro nisi post mundificationem. Quum ergo prolongatur spatium vlceris, & corroditur, et putrefit, & destruitur de substantia eius res plurima, tunc non expectatur consolidatio eius, nisi secundum profundum. Et propriè quando vlcus est antiquum, remanens spatio anni. & g [propriè quando est disruptum, & incipit ex eo disruptio. s. fistula,] & antiquum, necesse est vt educat os ex ossibus, quæ ei sunt uicina. Et vlcera quidem melancholica non sanantur, nisi ab eis auferatur tota eorum corruptio usque ad carnem, & ossa sana. Et causę quę quum accidunt, & corrumpunt vlcera, sunt debilitas uirtutis membri; quare recipit omnem materiam; & malitia complexionis membri, et malitia eius, quod aduenit ei de sanguine, aut in qualitate, aut in quantitate; In qualitate verò plurimum eius est propter malitiam complexionis hepatis, et color est in eo, decliuis ad albedinem plumbeam, aut citrinitatem: aut propter splenem, et est color ad nigredinem, et alterationem decliuis, et lentiginositatem; quare est cum eo malitia omnium humorum in corpore. Et huiusmodi quidem præter hoc, quòd ex ipso non acquiritur, quod conuertatur in carnem, nocet per illud quòd conuertitur ad ipsum de superfluitatibus. In quantitate uerò quia additur, aut diminuitur; quare non inuenitur cum quo caro vlceris generetur; et est

d B. recidiuunt
e B. firmitudo credulitatis di.
f B recidiuant
g B. simile ei aut fuerit ostracosum vel incipit ostracari vel indurari.

vlcus

vlcus clarum, mundum, properas ad escaram: & nescitur [h] [si est] corpus mundum pauci sanguinis, aut est propter ostracositatem, quæ accidit parieti eius & margini ipsius: aut propter dilatationem venarum, quæ adueniunt ei: aut propter corruptionē quæ sequitur ipsum, ex osse; aut propter corruptionem eius incipientem ire versus tenebrositatem, & viriditatem, & nigredinem: aut propter membrum malæ complexionis, quod vicinatur ei. Et ulcera quidem prauæ curationis sicut rotunda, & eis similia, sunt interficientia infantes, non tolerantes vehementiam dolorum, & vlcerum, & difficultatem curationis eorum, & ipsorū prauitatem.

h B. Alia litera an impleatur si fuerit. Alia litera non speratur nisi fuerit.

ANNOTATIONES.

Habent ulcera, sicut morbi alij suas causas, symptomata, signa diagnostica & prognostica. Hæc omnia vberrime hic prosequitur, ut additione opus non habeant. Unus tantum à nobis excidendus est scrupulus quam breuissime. Receptum iam omnibus ferè est, ulcera procatarcticas causas non habere, sicuti & uulnera internis carent. Verùm quòd ij fallantur, qui ita sentiunt, uel ex eo cōstat, quum & ex urente causticoue medicamento membra ulcerentur; & ex eorum consuetudine, qui uel scabie uel Gallicis ulceribus & elephantiasi laborant, ulcera contrahantur est ranunculi, est taliethri cuiusdam erodentis species, cuius contactu crura ulcerantur. plures sunt demum huiusmodi res, à quibus ulcerari accidit. Quamobrem etsi à procatarcticis causis non ita frequenter ulcera fiunt: quod in causa fuit, ut non nisi de internis causis scriptores meminerint; fiunt tamen quandoque sicut et alij morbi, ab externis, quū tamen uulnera non nisi extrinsecus adueniant.

Canon curationis ulcerum. Cap. 2.

Scias, quòd omnia vlcera indigent exsiccatione [a] [quadam,] præter facta ex attritione lacertorum, & ipsorum cōtusione. Ista enim indigent in primis vt mollificentur, & humectētur. Et cum hoc quòd indigent vlcera in dominantiore dispositionum exsiccatione, indigent quandoque dispositionibus alijs mundificationis, & abstersionis, & aliorum [b]] consequentibus vlcera, præter ipsa vlcera.] Et quanto plus est vlcus maius, & profundius, indiget exsiccatione vehementiore: & ut aggregentur labia eius vehementiore perscrutatione. Et fortasse est tibi necessarium fuere ea. Et considera ex dispositionibus necessitatis ad perscrutandū in illo, & eis similibus, illud quod diximus in cap. vulnerum. Et scias quòd vlcera fortasse indigent in curationibus suis administratione medicinarum, quarum quædam sunt currentes, penetrantes, & quæ inijciuntur profundantes: & tunc necessarium est vt sint vnguenta, & eis similia: quare oportet tunc vt sit [c][illud, quod apparet humidum, & quod occultū est, siccum.] & proprie in illis, quæ sunt ad fistulam oportet vt sit siccitas [d] [orificiorū eius vincens humiditatem substantiæ] eius uehemēter. Et est quidem quandoque necessarium ut earum medicinæ permisceatur cum eo, quod currit, vt fiant viscosæ, adhęrentes, scias ergo illud iterum in eis. Et scias quòd vlcera indigēt

a—B.

b B. ab eis pp dispositiones q̄ occurrunt ulceribus diuersas ab ipso ulcere.

c B. quod est humidum apparenter, sit siccū intrinsecæ & uirtualiter.

d B. uirtualis eius uincens humiditatem corporis.

ligaturis, & strictura propter tres modos: quorum vnus est, vt currat sordities: quare oportet vt sit fortitudo stricturæ eius [e] [à fine stricturę] vlceris: & mollificatio stricturæ ipsius apud eius orificium, vt ipsius expressio bona fiat: Et secundus est, vt seruetur medicamen incarnatiuum super vlcus: & non indiget strictura vehementi. Et tertius est ad incarnationem labiorum: & oportet vt non sit strictura in ipsa mollis apud duo labia, imò complicata complicatione vehementi. Et non oportet vt cum ligatura perueniatur ad læsionem, ita vt aposthemetur. Et oportet vt [f] [sit adiuuans] in prohibendo apostema, quoniam non est possibile cum apostemate vt curetur vlcus. Et si non est tibi possibile vt prohibeas, & apparet apostema, tunc occupatus sis cum apostemate, & cura eius: quodcunque apostema fuerit cum obseruatione ipsius vlceris, vsque quo [g] [separeris] ex curatione apostematis: & tunc remanebit sola obseruatio vlceris. et similiter quando corrūpitur, quod est ī circuitu ulceris, & uiridescit, & nigrescit, cura illud cum scalpellatione, & extractione sanguinis: & si etiam cum ventosis: deinde adhære ei spongiam siccam, & postea medicinas exsiccantes. et quum [h] [separatur] vlcus, aut inuenis vlcus purum, tunc oportet vt obserues in primis an ex corpore aliquid ad vlcus effundatur, aut non effundatur, imò iam sit abscissum: quòd si nihil effundatur ad ipsum, sit intentio tua in medicando ipsum: & si aliquid effundatur ad ipsum, sis solicitus in eo, [i] [eo] quod ad ipsum effunditur cum phlebotomia, aut solutione uētris, aut uomitu: quoniam vomitus quandoq; cōfert etiam in hoc: & Hippoc. testificatur de eo. et si in ulceribus fuerint frusta ossium, & panniculi, aut alia, nō properes in extrahendo ea, sed fac illud, quod diximus in cap. ossium. et primum quidem quod oportet te [k] [præparare] de esse ulceris, est [l] [apertio] cum medicinis suis: deinde nascentia carnis, & cōsolidatio. et si inueneris vlcus mundum æquale, quod non habet profunditatem; tunc consolidatio tantum fiat cum eo, quod non habet mordicationem. In sordidis uerò necessarium est abstergens, mordicās. et in primis quum curantur, indigent mordicatione, quoniam sensus non sentit ipsum; deinde gradatim perueniatur ad illud, quod est leuioris mordicationis, usquequo [m] [sentiat] hora nascentiæ carnis. et caue in omnibus illis ne dolere facias, quantum potes: & propriè quando est illic caliditas, & inflammatio. et oportet, ut remoueas causas prohibentes a consolidatione, & sunt causę, quas numerauimus, & diximus, quæ declinant cum ulcere ad malitiam. Nam situ [n] †[ ] curaueris eas in primis, non eris uacans ad curationē ulcerum sicut oportet: imò nō erit tibi possibile. & multoties quidem rectificata est complexio membri, & sufficit in rectificatione ulceris. et multoties est ulcus molle super quod oritur caro mala, quæ est in seipsa ad rubedinem, & calefactionem decliuis, ergo curetur cum epithematibus infrigidantibus carnem circundantē ipsum, sicut succus solatri cum bolo armeno & aceto, epithemata de sandalis, & camphora infrigidata

e B. super [illegible]

f B. Alia [illegible] sis sollicitus

g B. [illegible] fueris

h B. percutitur ad.

i B. prohibe [illegible] do illud

k B. [illegible] l B. [illegible]

m B. Alia [illegible] aduenit

n †B. [illegible]

frigidata cum niue; quare non cessat consolidari uulnus, & constringi. Et oportet in vlceribus dolorosis, quę sunt vehementis doloris sis occupatus in primis in sedãdo dolorẽ, & illud cũ mollificatiuis, quę tu scis proculdubio, & quãuis sint contraria vlceri. veruntamen quũ non sedatur dolor, non præparatur nobis vt curemus. quum ergo sedauerimus, o[cõsequemur.] Et vlcera quidem sordida indigent, vt mundentur, & sunt illa, quorum humiditas. & quod ex eis currit, est plurimum. Et forsitan mundificãtur cum p [melle,] & fortasse mundificantur cũ pulueribus, & vnguentis; & quando non mundificantur, non est possibile vt obuiet eis medicamen purum vsque ad corpus eorum, & propriè pulueres; quare oportet vt mundificẽtur, deinde nascatur caro. Et in mundificante quidem est abstersio plus q † [ ] sicut sciuisti ante. Et fortasse oritur caro mala; quare est necessarium vt corrodatur cum medicamine acuto; & liniatur deforis cũ infrigidãtibus. deinde eradicetur cum eo, quo eradicatur escara: deinde curetur. r † [ ]

o B. succurremus.

p B. Alia litera ablutione.

q † B. & in faciente nasci carnem est abstersio minor.

r † B. Et hac via curauimus fistulam etiam. Indiget enim vt eradicetur o stracositas eius deinde curetur.

Et medicamen quidem vnum secundum quędam corpora facit nasci carnem, & secũdum quędam eorum est corrosiuum vehementis abstersionis, quum corpora illa sint leuia ualde: aut est secundum quędam corũ non abstergens, neque faciens nasci, & propter illud eget medicamen vt confortetur, aut s [frangendo commistionem] eius, aut minuendo eius vnctuositatem, aut inungendo ei medicamen aliud, in quo sint exsiccatio & abstersio. Et in corpore alio est per comparationem ad ipsum corrosiuum, indigens vt minuatur de pondere eius, aut addatur in vnctuositate eius, aut adiungantur ei styptica aliqua. Digniora ergo vlcera ut confortetur eorum medicamen sunt illa, quorum difficilis est consolidatio. & de illis, quę sunt necessaria est, vt dimittatur medicamen super vlcus tribus diebus, deinde dissoluatur; nam si t [ipsum tunc non operatum fuerit,] non faciet suam operationem. et oportet ut elongetur oleum quodlibet ab vlceribus, ꝙ si fuerit necessarium, tunc oleum de Kerua, & oleum myrtinum, & oleum masticinum. & quum ibi non est nisi vlcus, tunc oportet, vt alleuietur in sensibili membrorum, non tolerantium ipsum, & caueatur à doloratione eius cũ medicamento forti. In illo verò, quod est paruí sensus, non abstineat à necessaria medicatione. Et intrinseca quidem, & sublimia preciosa, & multi iuuamenti, & suscipientia nocumenta velociter, sunt de capitulo sensibili, & iudicio eius, & eorum contraria sunt de capitulo insensibili, aut quorũ sensus est debilis. Et propter huiusmodi causam non sufferunt vlcera intrinseca ea, quæ sunt sicut flos æris, & ei similia: & propriè ea, quæ bibuntur: & indigent illis quæ faciunt glutinationem plus, sicut dragan-thum, & gummi: Et illa, quibus clysterizatur, indigent eo, quod est inter duas res. Et de illis, quæ recta sunt in curatione vlcerũ, est, vt quieta sint membra eorum, & non moueantur: Et si mouentur in principio motu paruo, minus nocumentum est, quàm si mouẽatur post principium motu laborioso: & propriè in corpore malorum humorum. Et oportet vt timeatur in vlceribus quòd cadat ex vicinitate eorum incarnatio inter duo membra vicinantia, sicut adhęrentia quæ accidit inter palpebram, & oculum: & inter duas palpebras, & inter duos digitos. Et cauernæ, & absconsiones sunt velocis cõuersionis ad fistulas. Et vlcera quidem vicinantia arterijs, & venis magnis perducunt ad apostema illud, quod vicinatur eis de carne molli, sicut u [testiculi] & subascellæ, & quod est post aurem: sicut perducit scabies, & ei similia, de illis, quæ diximus propter illam cãdem causam: & proprie quando corpus est plenum mala superfluitate; & tunc quidem vehemẽs fit dolor, & peruenit ad vlcus: quare oportet vt curetur illud cum mundificatione corporis, & cum eo quod est dictum in capitulo. Et dum non mũdificatur apostema, non speratur eius curatio. Et est necessarium in huiusmodi vt tuearis vlcus ex nocumento cum basilicon, & ei similib. si corpus fuerit mundificatum. Et ponas inter ipsum & inter membrum, quod distinguat, & prohibeat nocumentum peruenire ad vlcus in omni dispositione. Et oportet vt audias sermonem communem, & est ꝙ de illis quæ sunt necessaria, est vt sit illud quo curatur, vlcus aut cõueniens, aut inconueniens. Et conueniens licèt non conferat in dispositione, tamen non associat ei nocumentum. Et inconuenientiæ x [diuersificatio] aut est quoniã ipsum est debilius, & significat illud additio eius quod est contrarium ei, quod ex ipso expectatur de exsiccatione, aut mundificatione, aut alijs præter corruptionem aliam; quare oportet vt addatur in virtute eius: aut est y [diuersitas,] propter modos alios, sicut quia ipsum calefacit vltra quàm necesse sit ei; quare facit accidere rubedinem, & inflammationem; quapropter oportet, vt minuatur de fortitudine eius, & extinguatur de inflammatione eius cum emplastro infrigidãte: aut declinat cum eo ad nigredinem, & obfuscationem; quare scitur, quòd infrigidat ipsum; aut non calefacit ipsum mensura qua indiget; ergo oportet vt addatur in virtute calefactionis eius; aut mollificat ipsum; quarè indiget vt addatur in uirtute styptici, & exsiccatiuorum, sicut sunt balaustiæ, & gallæ, & ei similia quæ exsiccant, vt succurratur cum exsiccatione eorũ de illis, de quibus diximus tibi; aut corrodit, & profundat ipsum sicut ostensum est; quare oportet vt frangatur fortitudo abstersionis: Et multoties quidem non conuenit medicamen propterea quòd complexio infirmi est superflua in capitulo eius, cuius medicamen oportet esse fortius in z [trahendo illud capitulũ;] adeo donec reducat ipsum ad complexionem suam; aut debilis in capitulo conueniente ei.

s B. augendo pondus.

t B. prius curaueris vel si ante tres dies solueris.

u B. inguina.

x B. mala conuenientia.

y B. mala conuenientia.

z B. contrario illius capituli.

ANNOTATIONES.

Vlcera ratione, qua ulcera sunt, unitatem continuitatis indicant, ratione autem, qua duplici semper excremento aquoso & sordido affluunt, exsiccandum & abstergendum significant. Quæ abstergunt, eadem etiam sicca sunt: non tamen sicca omnia abstergunt, quãdo & acerba & astringentia quum siccent non abstergunt. Quærat ergo quispiã,

si duo humores, seu duo potius excrementa in vlceribus affluunt, quorum alterum desiccari, abstergi alterum debet; cur tamen de sola exsiccatione verba fiant, quando de vlceribus agitur; neque de abstersione quicquam? Sed facile ad hæc respondere est. Quòd vlcus desiccantia postulet, hoc in vlceribus perpetuum est, quæ etiam si nullo excremento scateant, exsiccari tamen ob id postulant, quòd humidiora sunt sanis partibus, vt Hipp. in lib. de ulcerib. at abstersione, neque vbi agglutinandum est vlcus, neque vbi excitari cutem oporteat, vti est opus. proptereaq́, communis vlcerum omnium indicatio desiccatio est, non etiam abstersio. De vlcerum curatione copiosissimè hic scribit. Tu vide etiam Gal. 3. meth. quem præsertim æmulatur.

Curatio vlcerum virulentorum. *Cap. 3.*

NEcessarium est vt in eis administrētur medicinę exsiccatiuę, vt mundificetur virus: deinde sit occupatio in nascentia carnis. Quod si fuerint mollia,[a] [tunc administrentur super ea medicinæ ad faciendum nasci eorum profunditatem, & ipsorum margines] propter debilitatem corporum illorum vlcerum: sed oportet vt exsiccentur in primis, deinde administrentur. Et quum tu administraueris medicamen, & non inueneris humiditatem minui, aut videris eam augeri; tunc scias, quòd medicamen secundum illud corpus non est exsiccatiuum: quare adde in confortatione eius, & ipsius exsiccatione: & adiuua ipsum cum abstersione pauca, sicut est mel, verbi gratia, & medicinis stypticis, sicut sunt balaustiæ & alumen: & minora de virtute olei: & pone ipsum oleū, in quo sit exsiccatio: Quòd si videris vlcus iam superfluere iterum in exsiccatione, tunc minue de virtutibus omnibus. s. exsiccatione, & abstersione, & stypticitate: & serua hoc præceptum in medicinis facientibus nasci carnem vlcerū. Et non faciat te errare quiddam, & est vt sit medicamē magis abstersiuum quàm oportet, quare corrodit membrum, & resoluit carnositatem eius ad humiditatem currentem, quam existimas virus, & addis in virtute abstersionis: & huiusmodi quidem medicamen ponit vlcus profundius, & calidius, & magis simile cum apostemoso: & sentit[b] † [ ]infirmus mordicationem manifestam. Et scias, quòd medicinarum exsiccantium vlcera, quædam sunt, quę sunt vehementis infrigidationis, sicut hyusquiamum album, & opium, & radix mandragoræ: & quædam sunt vehementis calefactionis, sicut resina, & pix: quare tibi inest vt tempores vnam earum cum alia: & secundum oppositionem alicuius complexionum particularium. Et medicinæ quidem mundificantes virus sunt istæ medicinæ exsiccatiuæ, sicut alumen, & gallæ, & cortices granatorum, & cortex thuris, & merdasengi, & farina hordei, & eius sauich, & flores papaueris rufi, & folia arboris[c] [culicum.] Quum ergo fit emplastrum cū folijs nucis recentis: & fit emplastrum cum nuce sicut est, aut decocta cum vino; confert valde: & exsiccat humiditates absque nocumento. Emplastrum bonum. sumatur merdasengi, & imbibatur aceto vice vna, & vice alia oleo, donec albescat: deinde sumantur antimonij & calcuecaumenon, & venarum, & gallarum, & balaustiarū, sanguinis drac. & aluminis, & climię argenti, omnium partes ęquales, terātur bene, & sit de vnoquoque. vj. pars eius, quod præparatum est de merdasengi, & misceantur omnia. & administrentur medicinæ quas dicemus in antidotario,[d] † [ ]in vlceribus profundis: & de illis est aqua maris. Aqua uerò aluminis abluit, & repercutit, & exsiccat. Et omnes istę medicinę prędictę nunc, nocent, si cum ulcere est apostema. Et aqua, in qua decocti sunt cyperi, est bona ad exsiccationem. Et decoctio mirobal. citrin. & belliricorum, & emblicorum, & decoctio[e] [cetarach,] & folia asedre sunt bona in illo.

a B & administrentur super ea medicinæ facientes nasci carnem, tunc faciunt ipsa profunda, & putrida.

b † B. labia ostracosa & sentit.

c B. albana.

d † B. & ... ties indig... luere vir... rebus flu... cut dixim...

e B. alasla...

A N N O T A T I O N E S.

Vlcera intelligit humidiora. propterea desiccantibus insistit, non etiam abstergentibus. ita tamen vt intelligas abstergentia renui non planè omnia, sed ualida, quando fieri ferè non potest, quin aliquid siccæ illius sorditiei adsit, quod abstersione opus habet. quando etiam quæ siccant, nisi astringentia sint, aliquid omnino abstergunt.

Curatio ulcerum sordidorum. *Cap. 4.*

OPortet, ut in eis administrentur medicinę abstergentes; & incipiatur in primis ab eo quod est fortis mordicationis, secūdum quod, diximus in canone: deinde gradatim perueniatur ad illud, quod est sicut[a] [thapsia,] & aristolochia cum melle, & pauco aceto. Et iterum glutinum albotin cum æquali mensura sui olei rosa. aut butyri. Et iterum radix lilij cum melle. Et iterum farina erui, & herba opopanacis. Et de compositis emplastrum indum: & unguenta uiridia omnia cum flore æris, & simplicia, aut permista cum ammoniaco, & similibus. Et emplastra corticalia, & emplastra facta cum farina erui: & emplastrum de sale. Et trochiscus niger; & trochiscus uiridis. Et medicinæ ex exsiccatiuis. sumantur fęcis olei, & mellis, & aluminis iameni partes ę quales. Et sumantur cerusę, & polij partes ęquales. Et quando uehemens fit sordities, sumatur prassium cum melle. Et de emplastris bonis sunt oliuę salitę. Et quandoque accidit necessitas hic iterum administrandi aliquid de currentibus, quo abluatur secundum quod dicemus in capitulo profundorū: & omnia lædunt ea, si fuerint apostemata.

a B. Scilla...

A N N O T A T I O N E S.

Hic maiori abstersione quàm siccitate utendum est, ubi etiam maior crassi & sordidi excrementi copia affluit. Vide Gal. loco antea citato.

Cura vlcerum profundorum, & cauernarum, & absconsionum. *Cap. 5.*

ISta indigent in curatione sua, ut carne repleantur, & illud quidem non fit nisi cū ubertate cibi, & sanguinis. Et sunt necessariæ in hoc medicinę uehemētis exsiccationis, & mūdificationis simul. Et oportet ut sit situs eorū talis, ne in eis retineat uirus, imò currat: & si inuenis

nis hunc situm conuenientem: & est in eo radix ulceris membri ad superiora, & orificium eius ad inferiora; tunc iste est. Quod si fuerit diuersum illius, & fuerit possibile homini ut alteret situm profundi, cũ eo quod a [pōt facere de præparatione alterationis naturalis; faciat. Et si non est ei possibile, non est excusatio, quin secetur uicus usque ad radicem suam sectione exquisitissima, qua non relinquat cauernam: aut fiat, ut accidat cursus; aut meatus in radice sua præter eius orificium b [talis, ut recipiat salutem.] Et obseruetur in hoc dispositio membri; & an accidat ei timor ex illo. Quum ergo factum fuerit illud, stringatur ulcus cum ligatura incipiendo ob orificio eius, & perueniendo ad radicem, à qua decoctio facta est: & in c [principio] e contrario illius: & ponatur strictura in parte superiore in duobus modis simul. Et non oportet ut perueniatur cum ligatura ad dolorem. d † [ ] Et quando non est tibi possibile ut scindas, administra ablutionem: & intromitte tentas facientes nasci, & mundificantes; quarum mundificatio non destruit eius natiuitatem propter uirtutem duarum rerum, in eis. Et nos qui dem iam experti fuimus emplastrum apostolicon, & fuit bonum vltimum, conferens e [per medicationem.] Et centaurea, quando ab ea impletur, est mirabilis valde: deinde sufoton: postea ireos: deinde farina erui. Et absconsionibus, quando, non succurritur, non adhæret cutis conglutinatione bona: uerùm est possibile ut exsiccetur cutis ita, vt conglutinetur cõglutinatione simili sanę. Et vlcera quidē profunda, & abscõsiones, & cauernas nō mundificāt medicinę mūdificatione vltima, neq; faciunt in eis nasci carnem, nisi fiant currentes, lauātes, q̃ in ea inijciuntur cũ iniectorijs: aut mittuntur cũ tentis: & proprie quum eorum figura non est figura in mundificatione, quorũ sufficiant preparatio, & expressio ligaturæ, secundum qd̃ ostendimus. & mel quidem est ex lauatiuis, & proprie mistum cũ vino: & in aqua ciceris est ablutio fortis, quam non suffert quod ex vlceribus parum est sordidum. Et aqua maris propinqua est illi: quoniam ipsa lauat, & exsiccat. aqua aluminosa est lauatiua, & cũ hoc est prohibitiua eius, quod attrahitur ad membrum. Et quando est apostema, non conuenit aliquid ex illis, neque vinum. Et oportet, vt ponantur super ista vlcera, supra medicinas in ligaturis earum, panni liniti ex eis, quibus indiget mēbrum in rectificatione suæ complexionis: & quibus indiget ad resistendum emplastris, quę interius administrantur, & sit super orificium vlceris pannus alius linitus cum eo, quod oportet, ex medicamine. et significatio q͏ ipsum cõglutinatur, est paucitas eius, quod currit, & f [descensio] eius ad inferiora. Et fortasse exprimuntur ab eo cum ligatura, et virtute medicinę, humiditates plurimę subito: deinde exsiccatur, et conglutinatur.

a B. præcipitur vel cogitur de præparatione, & situ non naturali.

b B. cuius eue[n]tus sit com ope ratione manus.

c B. primo.

d B. † & aposte ma.

e B. cum facilitate.

f B. detumescen tia.

A N N O T A T I O N E S.

Quòd profunda & cauernosa vlcera eueniant, erodentium excrementorum & sordit iei & ichoris copia facit. vtendumq́; propterea summè exsiccantibus & abstergentibus. non tamen abstergentia exsiccantib. paria sint oportet, ob carnis quæ restituenda est defectum, quam quæ maxime abstergunt, imminuunt, non augent. Aemulatur hic Gal. 2. tum. 3. ad Glauc. tum in lib. meth. 3. & 4. Vnum tamen scribit quod aduersari quis Hippocrati crediderit. Probat maritimam & aluminosam aquam in ulceribus. At Hipp. ulcera humectari prohibet, nisi uino. Sed uerè Hipp. quum uinum probet, ea reijcit, quæ extra uini facultatem sunt. uinum exsiccat abstergitq́; aqua uerò dulcis & simplex humectat. non ita tamen quæ salsa & aluminosa est: quum hæ & exsiccent ut uinum, & abstergant.

Cap. 8.

Curatio uermium vlcerum. Cap. 6.

DE rebus conferentibus ad illud est succus calamenthi fluuialis: et medicinæ quas diximus in capitulo uermium auris in libro tertio.

Nascentia carnis in vlceribus. Cap. 7.

OPortet, vt non a [creetur caro.] donec mũdificetur, aut trahatur ad ipsum nutrimētum, si minoratur, et non peruenit ad ipsum. Quũ ergo mundificata est, tunc elongetur omne mordicatiuum, et abstersiuum cum fortitudine, qualiacunque sint vlcera; et vbicunque sint. et oportet. vt in administratione obseruētur medicinarum facientium nasci carnē pręcepta, prædicta de b [eo quod oportet ex superfluitate humiditatis, aut superfluitate exsiccationis: fac ergo illud quod diximus in capitulo vlcerum virulentorum: et non inquantum remanent vlcera humida aut fuerint sicca exsiccatione vehemēti; imò quantum ad carnē, quæ creatur, quum est vehementis humiditatis, aut paucæ exsiccationis. et de illis, quæ minorant exsiccationem eius, est c † [ ] additio in cera eius, et ipsius oleo, si est d [emplastrum.] et de eis, quę addunt in eius exsiccatione, est vt ingrossetur, et inspissetur, et minoretur eius vnctuositas, et multitudo medicinarum, aut addatur in eis sicut mel. et creatio quidem carnis in eis cum emplastris conuenientior est, et tardior, et cum pulueribus difficilior, et velocior. et quandoque induratur caro: et est tunc de rectificatione, vt pulurizentur pulueres: et circundetur cum emplastris, et vino, propriè styptico. Medicamen bonum ad omnia vlcera cum eo quod lauat, et exsiccat e † [ ] Nos quidem iam diximus medicinas creatiuas carnis in capitulo vulnerum, et fortasse rememorabimur de electoribus earum hic aliquid, et est dignius in hoc loco, et est antimonium adustum, et sarcocolla, et glutinum piscium, et limaciæ adustæ, scoriar f [ascerebacham,] et plumbum adustum, et acorus, et beremasis, et dragontea, et cyperi, et proprie ad sordida, et polium est forte, et centaurea est vltima, et g [nitrum] adustum est mirabile in exsiccatione eorum, et ipsorum consolidatione.

a B. administrētur facientia nasci carnem.

b B. obseruatio ne exquisita eius, quod apparet ex superflua humiditate in eo.

c † B. facere ipsam fluidam, &
d B. vnguentũ.

e † B. & mundificat & fortificat, &

f B. alsaberchā

g B. vitrum.

Curatio vlcerum corrodentium se. *Cap.* 8.

CAnon vniuersalis in curatione corrosiuo
rum,& fraudulentorum est,vt mundifice
tur corpus,& membrum,si fuerit corpus mun
dum cum vẽtosis, & mistione sanguisugarum
super ipsum,& permutatione cõplexionis eius
cum epithematibus, & rectificatione cibi absq;
tarditate,& dilatione : Nam dilatio in hoc est
ex eis,quæ addunt in malitia eorum. Et quãdo 10
quę facit esse necessarium ambulatio corrosio-
nis,vt incidatur membrum. Et confert corrosi
uis,cum quibus non est putrefactio, embrocha
tio cum aqua frigida,& aqua myrti, & aqua ro
sarum,& aqua virgę pastoris , & vino styptico
si non fuerit caliditas, & aceto permisso cum
aqua rosſ.& aqua pura plurima,si fuerit calidi-
tas,& similibus ex aquis infrigidantibus ; & ex-
siccantibus.Et si fuerit illic putrefactio, tunc a-
qua maris,& reliqua de illis,quæ diximus in ca 20
pitulo putridorum . Amplius melior curatio
eorum administratio stypticorum exsiccantiũ
infrigidantium,sicut cortices granatorum , &
lentes,& folia masticis, & semen rosarum , &
spina ęgyptiaca , & grana myrti, & embrochæ
harum medicinarum. Et confortentur huius-
modi cũ alumine,& similibus: & similiter em-
plastratio cum folijs acetosę,& ramis eius bulli
tis cum vino . Et emplastratio cum bolo arme-
no confecto,aut syrupo acetoso, aut cucurbita 30
sicca adusta,aut arnoglossa cum sauich,aut fo-
lijs oliuarum † [ ]

† B.recentibus

ANNOTATIONES.

*Serpentia vlcera & phagedænas intelligit.In his Pau
lus ijs vtitur quæ desiccant , astringuntve. quæ & hic au-
thor proponit. Vtitur tamen præterea Auicennas frigidę
aquæ affusione,qua in re aduersus Hippocrati uidetur, qui 40
non nisi vino vlcera iubet perfundi . Verum,hæc, qua hic
utitur,frigidæ perfusio,non vlceris curatio est, sed feruoris
qui vlceri coniungitur. neque alienum in calidiori hac in-
temperie id præsidium est.Alioqui verò non desunt etiam
nostra tempestate,qui non vlcera hæc solum, sed vulnera
omnia,solius frigidæ,& dulcis aquæ ablutione curant.quæ
certè , tum repellendo sui frigiditate inflammari ea prohi-
bet:tum ob filamenta quæ ad vulnus post profusionem fa-
ctam adhibentur,exsiccare etiam non mediocriter potest:
quamuis non ignoremus adiungi præterea à superstitiosis 50
susurramenta,& verborum quorundam formulam, ex qui
bus agi hæc non naturali & manifesta vi,sed incantatio-
ne quispiam crediderit.*

Curatio vlcerum putridorum,& malorum. *Cap.* 9.

HOrum malorum vlcerum curatio melior
est mundificatio corporis,aut membri ip
sius , si corpus fuerit mundum , cum eo quod
mundificat ipsum solum cum ventosis, & san- 60
guisugis, & epithematibus rectificãtibus com
plexionem , secundum quod diximus multo-
ties, & [a] [similibus,& cibo.] Et non oportet vt
sit dilatio in curatione eorũ,nam eorum [b] [pu-
trefactio]addit ipsorum malitiam. Et oportet,
vt prohibeantur ab eis apostemata calida:& de
illis,quæ eam sedant,est semen hyusquiami al-
bi cum [c] [sauich.]Et iterum, quum huiusmodi

a B.bonificatione cibi.
b B.antiquitas.
c B.Alia litera lupinis.

vlcera superfluunt in corruptione , fit necessa-
rium vt euellantur cum cauterio cum igne, aut
cum medicamine acuto, aut cum incisione, ut
non remaneat nisi caro sana,cognita per boni
tatem sanguinis eius aut coloris ipsius,& os sa
num album mundum.Et medicamen quidem
acutum accipit omnem ostracitatem, & extra-
hit ipsam;& succurritur [d] [complemento]eius
cum butyro,ponendo desuper vice vna post a-
liam:ista enim licèt non sint fistulæ, neq; ostra 10
cata,tamen sunt mala fraudulenta . Et fortasse
sit necessarium incidere membrum,vt saluetur
ex putrefactione sua. Et embrochæ quæ conue
niunt ei,sunt,sicut aqua maris , & aquæ prędi-
ctæ in capitulo fistularum. Et quum super ista
vlcera,& alia administrantur medicinæ,opor-
tet vt dimittantur diebus aliquot , & non sol-
uantur.Et medicinę quas oportet administrare
in istis sũt sicut farina hordei, & farina erui cũ
aliquantulo aluminis:aut caro piscium salita, 20
sicca cum aliquãtulo medullæ panis: & aristol.
& radix caulis,& radix siclæ, & radix cucume-
ris asinini,& semen lini contritum cum calca-
dis:& hasce cum passis, [e] [aut ficubus] [f] † [
] cum melle;
aut emplastra cum cępa muris decocta cũ mel-
le, aut caulibus,[g] † [ ]aut cucubi
ta sicca combusta , & folijs oliuarum recentib.
Compositum Recipe aristol. & succi foliorũ
alKerua amarorum an. partes.j.floris æris par- 30
tem.s.fiat ex eo linimentum cum aqua in spissi
tudine mellis.Et fortasse est necessarium:ut cõ-
fortetur cum succo cucumeris asinini,& [h] [al-
surię;]& ponantur desuper panni sicci. Et ite-
rum aristol.& gallarum,& olei ęquales partes,
fiat ex eis linimẽtum ulceri & in circuitu eius.
Aut calcis,& colcotar partes æquales , arsenici
partem.s.Et iterum alsuriæ partes.xij.colcotar.
x.draganthi. iiij. fiat ex eis linimentum : & de- 40
coquantur in aceti fortis media cotyla , donec
consumatur acetum : deinde sumatur ex [i] [eis
infrigidatis] postea liniatur cum eis vlcus . Et
iterum sumantur colcotar,& draganthi ambo
rum an.xx.corticum ferri.xvj gallarum [k] † [
]perforatarum.x.Aut sumatur salis pars.
j.aluminis vsti & corticum æris,[l] [abrotani] u-
sti pars.s. Emplastrum bonum. sarcocolla , cal-
cucecaumenon,& galla,& flos æris & aristolo
chia,aggregentur cum aliquantulo glutini , vt 50
medicinis sit conglutinatio : & administretur
post mundificationem vlceris. Medicamen vl-
timum,expertum.draganthi rubei.xxiiij. calcis
viuæ.xvj.aluminis. xvj. corticum granatorum.
xvj.thuris,& gallarum, amborum an. xxxij. ce-
rę.cxx.olei antiqui cotyla.j.Aliud bonum plũ-
bi vsti cum sulfure , æris vsti , cerusæ plumbi,
thuris,merdasengi,climię,ammoniaci,opopa-
nacis , masticis omnium an. ℥.ij. adipis renum
vaccæ,resinæ,glutinis alimbat,olei myrtini,ce- 60
ræ omnium an. ℥. iij. soluantur quæ soluenda
sunt [m] † [
] quan-
titate , qua conficiantur ea quę soluuntur , &
teruntur, [n] † [
] &
conficiatur . Medicamen conferens, quod Ga
len.& alij [o] [aggregauerunt.] Recip.scorię ęris.
vnc.j.

d B. dolo[...] læsioni.
e — B.[...]
f † B. au[...] arboris fi[...] nitro,& c[...] & farina.
g B. cũ m[...]
h B. [...]
i B.ec cũ [...] la parua.
k † B. [...]
l B. [...]
m † B. [...]
n † B.& [...] gentur.
o B. exp[...] sunt.

p B. gumi larchs & est alauere.

vnc. j. floris æris fricati. vnc. j. cerę. lib. s.[p] [paruam lindris]vnc. j. s. fiat ex eis emplastrum, secundum descriptionem suam : soluantur ea, quæ soluuntur, & terantur ea, quæ teruntur, & addatur cera, & minuatur secundum quantitatem necessitatis: & diligunt vt misceantur cum eo.[q] † [

q † B. diferuhas & est ex mineralibus & defertur ex insula cypri & Gal. loquitur de eo longum sermonẽ.

r B. sicut super membrum virile administretur in eis medicamen de charnis combustis.

]Et quando fuerit vlcera [r] [difficilis sanationis administrentur in eis chartæ combustæ,]& medicamen Andronij: & cucurbita sicca combusta: aut lana sordida combusta, aut emplastrum foliorum cupressi, aut foliorum dulb adustorum.

ANNOTATIONES.

Vlcera quæ medicamentis non cedunt rite recteq; adhibitis, cacoethe à Græcis, à nostris contumacia, & rebellia nuncupata, ex vitiosis admodum succis proueniunt vt 4. meth. habes. Curari hæc docet, etiam vstione, ex ignito seu scalpello, seu medicamento. In hanc rem Hipp. 7. aph. Quęcunque, ait, medicamentis non curatur, ferrum curat, quæ ferro non curantur, ignis curat. quæ igne non curãtur: ea existimare oportet immedicabilia.

Cap. 5.

aph. 91

Curatio eorum, quæ sunt difficilis consolidationis, & aliorum, quæ sunt in vltimo malitiæ. Cap. 10.

SCias, quòd vlcera difficilis consolidationis absolutè sunt præter corrosiua, & præter putrida: sicut est commune pręter proprium: ipsa enim ambo sunt ambulatiua: & cum istis quandoque non est ambulatio: & stant secundum dispositionem suam per aliquod spatiũ. Et ista sunt pręter fistulas, iterum quoniam [a] [oportet vt ipsa sint incedentia.] Et ad vltimum corrosiua putrida, & fistulæ sunt ex summa difficilis consolidationis absque conuersione. [b] [Alierenati]verò sunt vltima in corruptione in elongatione à consolidatione. Et canon in curatione horum vlcerum est, vt si causa fuerit malitia complexionis rectificetur, aut si fuerit malitia sanguinis, ponatur cibus qui generet sanguinem bonum contrarium illi: Aut paucitas eius, multiplicatio eius, & dilatatio in cibo bono. Quòd si causa fuerit mollificatio, & sordidatio, tunc cura curatione mollis, & sordidi. Et si causa fuerit exsiccatio superflua, & non fuerint fistulę adhuc, tunc cura cum humectatione æquali. Et de eo, quod bonum est in illo, est vt facias ea sudare cum aqua calida, vsque quo sudet membrum, & rubeat, & infletur: deinde abstine, & non pertranseas illam quantitatem, quoniam attrahes cum eo materiam plurimam, & nocumentum maximum ad membrum: Et fac vt medicamen post illud sit minoris exsiccationis. Et fortasse confert ponere pannos infusos in aqua tepida. Et quandoque est necessarium fricare vlcus, [c] † [

a B. quoniam non oportet vt ipsa sunt ostracata vel ostracosa.

b B. Alchirunie

c † B. & fricare ipsum ita vt ex eo sanguis exeat. Alia litera. & facere, vt ex eo fluat saguis & illud cũ fricatione ipsius.

d B. fuerint varices, quæ imbibunt ea, seu quæ mittũt humoré ad ea tũc incide ipsas.

e B. & extrahe eas.

]fricare membrum eius, & administrare emplastra attractiua picea. Et si causa fuerit malitia dispositionis accidentis ei, quod continetur cũ eo de carne, cura cũ eo quod sciuisti, ex scalpellatione, & extractione sanguinis; & succursu cũ exsiccatiuis. Et si causa d [fuerit vitis ambulatiua, incide eam,] & fac currere sanguinem [e] [eius, aut extrahe eam,] quoniã multoties facit quiescere illud. Et si fuerit repletio, tunc incipe cum phlebotomia, & euacuatione humoris eius melancholici, si fuerit; deinde [f] [obuia uiti,] & fac currere ex ea sanguinem, quantum tibi possibile est, vt non accidat ex obuiatione tua ad [g] [uitem]quod est deterius ulcere primo; deinde cura vulnus, quod accidit ex [h] [uite,] postea vlcus difficile. Et si causa fuerit debilitas membri, & illud est propter malitiam complexionis, non qualitercunque accidat, imò malitiam complexionis superfluæ, elongatæ ab æqualitate, quã existimamus ex calore, & frigore, & quod sequitur complexiones ex raritate superflua, aut spissitudine vehementi: & primum est vt sequatur caliditas, & humiditas; & secundum, frigiditas, & siccitas; oportebit vt curetur faciens illud cum contrario. Et multoties quidem contingit, quòd causa est à caliditate attrahente materiam, & mittente eam; & sunt necessaria in curatione eius infrigidantia styptica. Quòd si causa fuerit fistula, tunc cura curatione fistulæ. Et si causa fuerit corruptio ossis, quod sequitur ipsum, incidemus, & detegemus ab osse. Et si fuerit possibile auferre illud, quod est super ipsum cum fricatione; faciemus: & subtilissime inquiremus; & si non, incidemus, & faciemus illud cuius expositio est in capitulo corruptionis ossis. Inquit Gal. fuit adolescens habens fistulam in pectore suo, quæ iam peruenerat ad os, quod est in medio cassi sui; deteximus ergo ab osse cassi totum illud, quod continet ipsum, & inuenimus iam aduenisse corruptionem: & fuit nobis necessarium incidere ipsum: & fuit locus corruptus, ex eo locus super quem figitur suspensorium cordis. postquam ergo vidimus illud, stetimus statione uehemẽti in ablatione ossis corrupti, & fuit finis noster dimittere panniculum tegentem ipsum de intus, & seruare ipsum secundum salutem suam: & fuit illud quod continuatur de hoc panniculo cum casso iam putrefactũ. Iterũ inquit & nos aspeximus ad cor aspectu manifesto, sicut illud quod vidimus cum deteximus ab eo cum voluntate cum anatomia inqt, sanatus est ergo iste adolescens, & nata est caro in illo membro, quod incisimus ex casso, donec repletum est, & continuatum est adinuicem; & factũ est stans inter velamen cordis, & uelamen ipsum, sicut stetit cũ eo ante illud cap. capsulæ cordis. Inquit; & non est hoc maius quam vulnera in quib. respirat pectus. Et [i] [hoc dixit: ꝙ quando putrefiunt venę, & antiquantur,] tunc de eo quod est rectum, est [k] [currat ex eis sanguis] secundum quantitatẽ, quę licita est in eis. Medicinę uerò pręparatę ad difficultatem cõsolidationis, & dominantibus dispositionibus, sunt sicut scoria ęris, & flos ęris adustus, & nõ adustus, & scoria [l] [ascehesebram, & scoria reliqui ferri, & conglutinatio auri;] fiant ex eis cerata; & colcotar, & dragãthũ, & quę sunt eis similia cũ rebus prohibentib. attractionẽ ad mẽbrum, si fuerit, sicut sunt alumen, & gallę. Et de illis, quib. curãtur ea, quę sunt difficilis cõsolidationis, est illud qđ recipit climię, & cõsolidationis auri, & aluminis. omniũ an. viij. floris æris, & corticum ęris an. j. gummi cupressi, iiij.

f B. sis occupatus circa varicẽ.

g B. uarices.

h B. uarice.

i B. Alia litera dico quòd quãdo vlcera sunt antiquata & lõgi temporis.

k B. facias fluere sanguinem ex eis cum rubificantibus. Alia litera. cum incisione facias ex eis fluere sanguinẽ

l B. alsaburchi & scoria reliquarum specierum ferri, & id quo aurum adhæret.

m — B.

cerę,& olei,[m] [aluminis] quantum scis.& iterũ sumantur cæræ, & gummæ pini an. vij. climię. iij. & colcotar.vj.& olei myrtini quantum sufficit.& iterum decoquantur colcotar,& climia cum aqua maris, aut aqua agrestæ, aut aqua in qua decocta sunt alkali,& calx,decoctione pauca secundum commistionem nutritionis eorum in sole in æstate:deinde coletur ab eis pręter, quòd fiat sal desuper aqua maris, aut aqua alkali.& iterum sumantur æris usti, & resinæ, & salis gemmæ omnium an. vnc.ij. ceræ, olei myrtini quantum sufficit. & conferunt eis medicinæ fistulares, quando exsiccantur, & teruntur. & ex eis sunt farina erui, & ireos,& aristolochia adusta,& æs ustum,& terra thuris secundum diuersitatẽ, quam meretur omne corpus ex compositione. Medicamen bonum sumantur limatura æris,& limatura ferri,& conficiãtur cum aqua aluminis,& argillentur cum argilla rubea, & adurantur in furno, deinde extrahantur,& terantur,& administrentur puluerizata, aut fiat ex eis, & ex merdasengi emplastrũ. Modus emplastri aurei boni. Recipe merdasengi aurei boni minam vnam,ceræ,& radicis almezerion an. aur. xxxvj. floris æris aure. xviij. limaturæ auri tritę,limaturę almerdasengi an.aure.xl.olei antiqui.libr.iij. ponantur super ipsum in primis merdasengi, & aurum, & flos æris, deinde reliquię medicinæ. et iterum sumantur ostracum furnorum, & cinis venarum,& plumbum combustum ablutum, et fiat ex eis emplastrum cum oleo myrtino. et oportet, vt sit illud oleum inspissatum cum merdasengi,verbi gratia. vnc.j. et ex aceti acuti triplo ipsius, et ex oleo, aut oleo myrtino, aut olei[n] [anethi.vnc.j.] moueantur cum facilitate, donec resoluatur merdasengi,et inspissetur,et nõ aduratur: Et[o] [alierenati de eis] cortices æris, flos æris, calx abluta sine exquisitione, fiat ex eis puluis: et antecedat, et liniat ea cum melle, deinde puluerizet super ea hunc puluerem cõtritum. [p] † [ ] æris partes. ij. [q] † [ ] ceræ.x.dissoluantur digitis in sole et administrentur. Aut cerusę,et aluminis an.viij.corticum æris,salis gemmæ, thuris, floris æris,corticum granatorum, omniũ, an. partes. ij. calcis pars. j. cerę. x. olei myrtini quantum sufficit. et iterum merdasengi, olei an. lib.j.gallarum non perforatarum, aristol. an.vnc.j.ammoniaci. vnc.j. minuti thuris,vnc. ij. fiat ex eis linimentum super ignem, et moueatur, cum radice cannę.

n B. aut oleo quocunque.
o B. ad vlcera de eis,quæ dicũtur alchirunie sumantur.
p † B. Recipe corticum.
q † B. aluminis partes duas.

ANNOTATIONES.

Sunt & hæc ex superiorum genere,sed peiora, taliave quæ Chironem medicum optarent. Habes de his plura 4. meth. Repetit hoc in loco Auic. Hippocratis præceptum, qur in antiquis ulceribus,in lib.de ulcerib. conducere scribit,ut frequenter tum ex circunstantibus tum ex affectis partibus sanguis effluat.

Cap.27.

Curatio fistularum, & coriorum, quæ non conglutinantur. Cap. 11.

IN fistulis verò,et earum iudicijs,et speciebus ipsarum iam est dictum, quod dictum est. Verùm quod necessarium est de regimine cursus uirus,et humiditatum corruptarum ab eis, præparatione aut perforatione, iam declarauimus iterum in locis ante hunc locum. Curatio autem propria fistulis diuersificatur iterũ. Fistulæ enim aut sunt recentes [a] [currentes:] aut sunt antiquę,quarum [b] [concauitates] iam profundatæ sunt in carne uehementer;et istæ quidem sunt difficilis curationis:nam illud quod necessarium est in [c] [hoc,est acceptio illius cõcauitatis totius] cum incisione eradicante ex lateribus cum nouacula aut alijs, aut per cauterium cum igne,aut cum medicamine; et illud est prauum,et inquietum,et proprie quando est in vicinitate nerui aut mẽbri sublimis. et fortasse ęger est decliuior ad hoc,vt remaneat illud cum eo,et toleret illud, quàm vt patiatur eius curam. et fortasse est possibile,vt exsiccetur, et corrodatur eius caro [d] [vnctuosa, fraudulenta] intra ipsam,et exsiccetur residuũ carnis eius mortuæ, et consolidetur, et remaneat quieta spatio lõgo,præter quòd sit adhuc consolidata integre. et qui vult illud,oportet, vt mũdificet fistulam à carne fraudulenta [e] [vnctuosa,] quæ est in ea: deinde impleat eam medicinis exsiccatiuis,et dimittat eam cum dispositione exsiccationis eius; quoniam ipsa [[f] remanet,] dum non cadit,[g] [timor] in repletione, aut humiditate complexionis,aut aduentu aquæ,aut situ iacendi super eam doloroso,aut offensione, aut verberatione, aut tussi,aut tremore. De curatione verò eradicationis eius, et ipsius euulsionis. scias, quòd quũ ipsa est fraudulenta [h] [putrida,] antiqua, non est medicamen,nisi abscissio [i] [cum adustione,]aut cauterizare eam cum igne, secundũ ꝙ ostendimus, cũ perforatione [k] [meatus tortuosi inter meatus eius,vt sciatur intentio cauterij, et penetratio cũ cautela inuentionis eius, donec coquat, vel cauterizet, et abscindatur. et cauterium cũ medicinis acutis est]sicut sunt sal ammoniacũ, et arsenicum,et sulfur, et flos æris et argentum viuum est de summa eorum. Extinguatur argẽtum viuum,et misceatur cum tanto limaturæ ferri,quantum ipsum est,et alkali quantum est eius medietas, et calcis quantũ est eius medietas, et sublimetur in aluthel [l] [aut præfocetur in kimima] secundũ quòd sciunt illi, qui occupati sunt cum hoc capitulo,et sublimetur sicut sal.Quum ergo ponitur ex eo super fistulã, inflãmatur,et assatur, et separat à carne, quod accipiatur cum forcipibus, et extrahatur,et assiduetur cibatio membri ex butyro vna hora post aliã, vt quiescat dolor: deinde curetur curatione vlcerum.De fistulis verò,quę est recẽs, [m] [currens,] oportet,vt abluatur cum medicinis fortibus[n] [ ] sicut kitram,et aqua cinerum, et aqua maris, [o] [et sicut] salsa, et aqua saponis, permistis cum ea arsenico, et sale ammoniaco,et aqua sublimata ex calcucecaumenon, et sale ammoniaco [p] [sicco, et ex sampsuco non currente.]et aqua,in qua decoquuntur alkali, et calx corticum ouorum, et calx. Quum ergo mundificata fuerit, ponatur super eam medicamen de kerua. et emplastrũ de arsenico[q] [reiterato] in medicinis algarab, est mirabilis iuuamenti.et medicamen Gal.alcartusin.

a B. facile.
b B. ostracites.
c B. fistis exceptio, vel motio illius stracositatis.
d B. ... dulenta. Alia lectio fraudulenta aludebit.
e B. aludebit.
f B. mundi...
g B. error.
h B. ... poris.
i B. vel ... ostra ... incisione.
k B. vel ... sione ... bliqui ... ita, ... tos ... rectum ... tur ... terij. ... tio ... cautela ... seruata ... nec ... & eradi... fiat ... medicin... tis.
l B. & ... tur, vel ... tur in ... bene ...
a B. ... come... corro... quod ... sit fa...
m B. ... rationis.
n † B. ... melior. Alia lectio ...
o — ...
p B. ... humecta... mollifica... rumpe ... rentibus.
q B. ... iato.

b B. a...
c † B. ...

menti. Et medicamen Gal. ¦alcartusin. & medicinæ compositæ ex dragantho,&¦calcadis,& ęre usto,& flore ęris,& quæ sunt similia illis; & Et ex centaurea,& farina erui,& ireos,& r[suructas.]Et iam experta est radix scolopendriæ: nam ipsa quum fistula impletur ex ea, sanat ipsam.& similiter quum fistula impletur ex ea, sanat ipsam.et similiter s[alsenij]& similiter succus cucumeris agrestis cum glutino albotin.aut succus radicis almaroth, aut flos æris, aut ammoniacum, t † [

]& calcadis, & draganthum, & colcotar,& gummi cum aceto. Aut sumatur vrina infantium, & sine cessatione teratur in mortario plumbeo, donec inspissetur,& exsiccetur,& administretur. Medicamen, quo vtuntur illi de Alexandria u [opopanacis,] draganthi assati,& colcotar, & floris æris,& aluminis omnium an. pars. j. cantharidarum pars.s. fiat puluis, aut emplastrum, aut aggregetur cum aceto, in quo decoctę sunt cantharides: & fortasse ponitur cum eo mel. & iterum sumātur aloes, & flos ęris,& merdasengi,& cortices ouorum calcinati, quod est eis fortius plurimum, et permisceantur. & iterum medicinę fortes, quas diximus in capitulo eorum, quę sunt difficilis consolidationis. Et quum apparet caro bona, administra conglutinantia, facientia nasci carnem. Et quando est propè eam os corruptum, tunc oportet vt rectificetur & curetur curatione sua. & quum uides humiditates virulentas minorari, aut saniosas redire; tunc iam curatio confert.

r B. sucutum.
s B. alsuri.
t † B. cum aceto aut ammoniacum.
u B. Alia litera radicis anchusa

ANNOTATIONES.

Fistulæ generationem, curationemq; abunde Hipp. in li. de fistulis prosequitur. De his Gal. in lib. de tumorib. præter nat. Agit & Paulus lib. 6. ex quo disces contra quam multi sentiant, fistulæ callum coniungi.

Cap. 5.
Cap. 77.

Da carne addita super uulnera. *Cap.* 12.

IN curatione illius sunt necessarię medicinę abstersiuę, & exsiccatiuę; & quanto magis sunt minoris mordicationis, tanto sunt meliores. & oportet vt non expectetur hoc de adiutorio naturę, quod expectatur in nascentia carnis; nascentia enim carnis est opus naturę. & a [omne, quod natura nasci non facit, siue sit] cum adiutorio medicinę, aut absque eius auxilio, est contrarium operationi naturę: propter illud igitur oportet ut sit plurimum sustentationis super medicinam. Et scias, quòd trochisci facti ad hoc non conferunt illi, quod ex ea antiquum est, imò recenti. Quòd si ex eis fuerit aliquid necessarium, tunc oportebit ut in faciēdo trochiscos sit conseruatio, & reponantur in loco, quem non corrumpat aer. et iam laudatę sunt ad hoc fęces aceti; sed illud non est apud me penitus sanum: & facere eos trochiscos, & formas similes auellanis est magis conseruans uirtutem. Quod uerò dicitur quòd ipsa indiget vt imbibatur aqua b [calida] de arsenico, et alijs c † [ ]est illud quod pręparat eam ad resolutionem uirtutis, et adiuuat acrē corrumpentem eam. Et medicamen quidem quod est grossius,& fixioris virtutis, est magis iuuatiuum in hoc capitulo, non ex parte virtutis, quoniam fortasse subtile est fortius: sed propterea quòd passio eius ex aere, & humoribus commistis est minor,& fixio eius cum dispositione sua est maior. Et istæ medicinæ sunt sicut cortices æris, & ostraca adusta, & duæ species eritiorum adustorum cum carnibus suis: verum eritij d [remanent] & constringunt carnem plusquam oporteat.& fortius de illis, quæ numerauimus, est flos lapidis nominati e[esie,] & fortius eo est f [scoriæ]& glutinum auri, & colcotar:& g [draganthum adustionis] minorat virtutem eorum,& mordicationem simul, & addit eorum subtiliationem: & flos ęris est fortis,& non est sicut ziniar:& proprie factum ex corticibus ęris. Et ex eis, quę corrodunt carnem additam h, † [

est, vt sumatur] alkali,& calx non extincta,& dimittātur in sexcuplo sui aquę in ¦sole septem diebus, et moueantur omni hora donec ingrossentur, et fiāt sicut lutum, et fiant ex eis trochisci, et administrentur. Et similiter trochiscus fictilicus, et vnguentum viride est mirabile, et uiride factum cum sale gemma. Et vnguentum quod nominatur alescorexelin, corrodit carnem sine mordicatione: et medicamen dudume; et medicamen dianor; et medicamen factum ex corticibus ęris, et minuti thuris, est conueniens carni i [malę, et accipit humiditatem] sicut cottum, et omnes medicinę factæ ad k [hoc, ut mittantur in nasum.]

a B. Alia litera comestio vel corrosio eius quod natura nasci facit.
b B. acuta.
c † B. & aceto.
d B. mundificāt parum.
e B. assius.
f B. alsuri.
g B. vitriolum. Et adustio.
h † B. corrosione bona est alchali & uiride æris. Et multoties resoluit carnem additā & detumescere facit eam si proijciatur super eā pannus infusus in aqua maris aut in aqua in qua dissolutum fuerit sal amarum. & quandoque sumitur.
i B. quę est addita valde rara vel mollis.
k B hemorrhoides nasi.

Regimen ulcerum disruptorum post consolidationem. *Cap.* 13.

CVratio post eorum disruptionem est, vt accipiatur caro mala, et os quod sequitur eā deinde occuperis in desiccatione eius, secundū quod scis. Et extrahentia ossa fortasse sunt cum medicinis attractiuis, sicut sunt folia papaueris nigri emplastrata cum foliis fici, et sauich: aut semen hyusquiami albi, et calcadis ęqualibus partibus emplastrata.

Eradicatio uestigiorum ulcerum, & uulnerum. *Cap.* 14.

INdiget eradicatio vestigiorum vlcerum, et vulnerū medicinis abstersiuis, fortis abstersionis, mūdificatiuis; et sint uirtutes earum proximæ uirtuti eius, qnod abstergunt; ergo curetur forte cum forti; et quod est minus eo cum eo quod est minus eo. Medicinæ autem mundificatiuę fortium virtutum sunt, verbi gratia, ut sumatur squāma ferri cum lacca, et tryphera, et liniantur desuper a † [

calx]et mel aut succus calamentei, et albugo ouiiet b † [ ]arsenicum, et lapis piperis cum eo. Medicinę autem c [leues lenibus] sunt fabæ, et farina ciceris, et semen raphani, et lutum molle, rarum d † [

a † B. Alia litera & apud me ærugo ferri est melior & uiride ęris & pungatur cum acu & liniatur desuper calx & mel aut liniatur desuper staphysagria.
b † B. ad illud quod est inobediens & difficile sumatur.
c B. leuis exsiccationis.
d † B. & semen melioris.

]& cortices melonis. Et adeps asini est bona valde: & propriè quando associantur ei quædam prędicta. Vestigia autem vlcerationis, aut verberationis, abstersio, cum oleo de lilio delet velociter. Amplius [c] [trochisci, quos]ego dicam in cap. decorationis.

c B. lege quæ

TRACTATVS QVARTVS,

De solutione cõtinuitatis neruorum, & quod non pendet cum restauratione de solutione continuitatis [a] [neruorum.]

a B. ossium.

De vulneribus neruorum, & quæ currunt cursu eorum. Cap. 1.

NERVIS propter vehementiam sensus eorum, & continuitatem suam cum cerebro accidunt ex vulneribus dolores vehementes valde: & læsiones valde magnæ, sicut spasmus, & permistio rationis, & multoties perducunt ad spasmum absque antecessione læsionis prauæ: & non fit in eis excusatio, quin illic sit apostema magnum absque dolore magno. Et faciliores eorum dispositiones sunt febres: & apostemata multa apparent in alijs locis, quàm in vulneribus; & sitis, & vigiliæ, & desiccatio linguę, & propriè quando accidit illic apostema. Et similiter est dispositio vulnerum chordarum lacertorum: & propriè in latere capitis earum. Et quando apostemantur nerui, & quæ sunt eis similia: aut aduenit eis frigus, spasmantur. Et si aduenit eis putrefactio, [b] [corrumpitur membrum, & augmentatur.] Et putrefactio quidem festinat ad eos, quoniam ipsi sunt creati ex humiditate, quam congelauit, & coagulauit frigus. Et ad huiusmodi quidem properat putrefactio ex humiditate, & ex caliditate humida, & decoquitur in eo. Et similiter aquę quidem frigidę nocent ex parte spasmi: & calidæ ex hoc, quòd putrefaciũt: & similiter oleum. Verùm oleum quandoque est necessarium. s. illud quod est calefactum propter necessitatem sedandi dolorem, aut propter subtiliandas medicinas, & facere eas currere; & sunt medicinæ resistentes qualitati humectanti. Et [c] [pungentes solę quandoque perficjunt hanc operationem. Et quandoque qui ex eis vulneratus est, apostematur [d] [etiam, & est eius operatio tardior. & similiter eius maturatio, & curationis susceptio est tardior. Et quandoque vlcerantur nerui; & sũt vlcera tardioris consolidationis, & tardioris maturationis. Et omne vulnus, quod fit in neruis, aut est punctura, aut scissio. Et fissura quidem aut fit cum detectione nerui, aut sine eius detectione: & illud quidem aut fit in longitudine, aut latitudine. Et vulnera quidem cadentia secundum longitudinem in neruis, saluiora sunt cadentibus in latitudine: villus enim sanus læditur ex vicinitate incisi, & nocetur per ipsum, & nocet cerebro, & facit accidere spasmum, & ægritudines magnas. Et fit iterum multoties necessarium tunc abscindere vulneratum, & punctum cum totalitate, & prouenit ex eo quies, & sperantur accidentia mala. Et vulnera quidem in panniculis sunt leuiora eis, quæ sunt in chordis, nedum eis, quæ sunt in neruis: & tu quidem scis panniculum cum testimonio, & fortasse sciuisti eum ex anatomia. Et si panniculus apostematur, non videtur in eo incessus villorum in lõgitudine: & in chorda panniculari videtur incessus [e] [panniculorum]in longitudine. et chorda est dura valde, & non est pannicularis in eius duritie:] et panniculus suffert suturam. et in vulneribus, & disruptionibus, quæ adueniunt ligamentis nascẽtibus ex osse ad os non est malum, & sufferunt vehementiorem curam, & non timetur ex abscissione neruorum illud, quod timetur de eorum conquassatione, & de incisione partis eorum in latitudine, quamuis membrum [f] [contrahatur.]

b B. corrumpit membrum apostemando.

c B. punctura sola quandoq; perficit.

d B & est apostematis apparitio tarda.

e B. uillo[...]

f B. iezem[...]

ANNOTATIONES.

Quo differant nerui, tendines, ligamenta, cartilagines, cuique patet. Ex his autem sicuti ligamenta & cartilagines (ea ligamenta excipio, quæ tendinibus iunguntur) nihil sentiunt: ita exactissime nerui, qui sensuum instrumenta sũt minus uerò exactè tendines. Sanè si sensus ex neruis est ipsis, atque ipsi exactissimè sentiunt, statim constat, quantum discriminis horum uulnera afferant, pręsertim verò quę neruis ipsis inflicta sunt, postea uerò quę tendinibus. Certè quia exactissimi sunt sensus, dolores uehementes excitari oportet. dolorem inflammationes sequuntur. inflammationẽ tum conuulsiones, tum febres, tum delirium ob ipsum cum cerebro consensum. quod hoc in loco Auic. ait, quod Paulus lib. 4. quod antea Gal. 6. meth. quem hic per omnia æmulatur. Accidit uerò ad hęc omnia putrefactio. cui maximè opportuni sunt nerui. nempe quòd ex humida substãtia geniti sint, frigoris vi concreta, ut hic author scribit. Sed obijciet statim quispiam. Primum quidem friuola & uana ratio est, qua putrescere neruos facile asseris, quia frigidi sint & humidi. quum aduersetur putredini frigiditas, non paret. Post uerò, quòd nerui non ex humida substantia, neque ex frigore concrescant, ostenditur, tum huiusmet authoris testimonio, qui lib. Canonis. 1. neruos inter siccas corporis partes reponit: quam rem etiam omnes affirmant. tum Aristotelis authoritate, qui 2. de generat. animal. neruos et ossa ab interno calore fieri testatũ reliquit. quod & Hipp. antea in lib. de carnibus. Sed paucis ad hæc. Quod concrescit à frigido, id dissoluitur à calore, ut in 4. meteor. Arist. docet. iure ergo, si nerui ex frigido constitere, etiam ex calido dissoluentur corrumpenturq;. Quod uerò secundo loco obijcis. quamuis nerui sicca constent substantia, eorum tamen ortus ex humiditate est, atque ut ait Arist. 3. de hist. animal. ex humore qui mucori est similis. nihil. n. uidetur neruus, quàm mucus congelatus. unde & accidente humido & calido facillimè nerui dissoluuntur; cum alioqui neque carnes neque ossa ita dissoluantur. Quamuis uerò ex caliditate & nerui & reliqua in corpore omnia gignantur, hi tamen ex imbecillo fiunt calore; ut ex frigiditate quodammodo constare uideantur.

Cap. 54. Cap. 2.

Cap. 5.

Canon curationis solutionis continuitatis neruorum. Cap. 2.

MEdicamen vulnerũ neruorum est illud, quod est calidum, siccum, subtilium partium, æqualis caliditatis, ita vt non mordicet, & sit eius exsiccatio vehemens valde cum attractione, non cum stypticitate omnino. Et omne, in quo est caliditas subtilis cum exsiccatione

tione uehementi, ſubtilis ſubſtantię, non euacuatur ab attractione:& caueatur ſtypticum in eis,& propriè in principio rei,niſi ſit cum abſterſione,ſicut æs uſtū,& ſcoria æris. & qđ eſt [a][huius generis ſubſtātiæ,] ſubtilia ipſum cum trituratione in aceto, in quo non eſt ſtypticitas.& quandoque timetur ex aceto,& ſubtiliatione eius [b][proceſſio] caliditatis ſubtilis in re ſpiſſa. & ſi neceſſaria eſt fortis caliditas quādoque, tunc neceſſaria eſt ut non ſit profundans tantum:ſed ut frangatur, & declinetur cum ea ex eo, quod ei admiſcetur ad æqualitatem, ut calefaciat cum menſura,& exſiccet cum fortitudine. & ſi fuerit neruus detectus, nō ſufficit aliquid cui ſit acuitas omnino.& eſt nocumētum illius cum eo magnum.& ſimiliter, ſi [c][inuenerit] medicamen,aut panum, [d][quod adminiſtratur] ſuper vulnus,cui obuiat dum eſt frigidū actu,tunc læſio nerui ab eo eſt uehemens. & quando accidunt vulnera in neruis,tunc nō oportet ut properēt ad incarnationē,ſed oportet ut incipiatur à ſedatione doloris, uaporando cum pannis calidis, & cum oleis [e][calidis,] & cum oleo omphacino propriè, quoniam in ipſo eſt ſtypticitas quædam: & cū adipibus iterum.Et ſit eorum calefactio ſupra tepidū [f][propter frigida.Et ſimiliter ſit tua intentio] in ſedatione apoſtematis. Et de illis, quæ adminiſtrantur etiam tunc, ſunt emplaſtra facta cum ſyrupo acetoſo,& cum aqua cineris,& ex [g][cibis & potibus] ſicut farina fabarum, & erui, & ciceris, & lupini amari, & ſauich hordei, & alijs: imò iſta iterum adminiſtrantur antequā apoſtementur. Et quandoque confert adminiſtrare illud,quod eſt leue.Quū ergo fit in eis illud,& accidit ſecuritas ex ſuperfluitatibus,quę effundūtur,per illud qđ adminiſtratur de phlebotomia,& euacuatione,tunc incarna Et non ſedes dolorem eorum cum aqua calida omnino, imò cum oleo ſubtilium partium, in quo non eſt ſtypticitas, calido uſq; ad terminū nō [h][ſuperfluum:] calidum enim ſuperfluè, & frigidum non conueniunt ei.Et multoties quidē contingit, ꝙ vulnus iam propinquat ſanitati, & nocet ei frigus, & fit uehemens dolor,& redit læſio: quare neceſſarium ut ſuccurratur ſtatim cum ſedatione,& cum oleis calefactis embrochando cum eis. Quòd ſi neruus ille fuerit diſcoopertus,& fuerit inciſio in longitudine, tunc ſtude ut cooperias ipſum carne. & pone ſuper ipſum medicinas [i][pungitiua] quas diximus.Et ſtringe ipſum cum pannis [k][longis] ſtrictura colligente,& aggregāte [l][ſemper] rem magnam loci ſani.Si autem [m][diſrumpatur] in latitudine,tunc neceſſarium eſt ſuere ipſum. Et ſi non [n] †[ ] conglutinatur.Et quando [o][properat res,& times putrefactionem, ſuccurre quātum tibi eſt poſſibile. Quòd ſi apoſtemetur & adueniat frigus ei,prouenier ei ſpaſmus,& putrefactio contrahit membrum:] quapropter non oportet, ut incarnetur caput vulneris, neque colligatur niſi poſt ſanitatem.Quum ergo eſt in eo ſtrictura,amplietur:quoniam illud perducit ad putrefactionem vulnerum per illud quod aggregatur in eis de uiru,& alijs: & cum hoc dolor fit uehemens: quare non oportet ut incarnetur omnino, niſi poſtquam exſiccatur exſiccatione decenti:& ſecuritas fit ex omni apoſtemate, & putrefactione. Et propter illud oportet ut ſoluatur ſtrictura [p][ſuper medicamen,& medicamen,ut feſtinetur] ex alio.Et fortaſſe ſoluitur in die,aut in nocte bis aut ter.Et fortaſſe eſt neceſſarium ut faciat illud,iterum in nocte illius diei,aut die illius noctis,ſi fuerit [q][in longitudine,& propriè quando illic eſt mordicatio. Quod ſi non fuerit,tūc neceſſitas illius erit minor,& ſufficiet bis facere illud,mane,& ueſpere.Et oportet,ut obſerues in medicinis eorum ne calefaciant ultra quam ſit neceſſe, neque abbreuietur in calefactione neceſſaria: & ſimiliter in abſterſione,& exſiccatione; & in contrario vtriuſque.Quum ergo uideris quod iā calefactum eſt, tunc infrigida ipſum.ſ.mēbrum cū menſura,quæ minuat additionem ab eo,quod eſt neceſſarium. Et quandoque experiuntur cerata facta cū euphorbio ſuper crus hominis ſani:& ſimilis infirmo in cōplexione ſua, & ipſius forma; & conſideratur an ſuperfluant in calefactione eius, an nō calefaciant ipſū in aliquo,de quo ſit curandū,aut calefaciant ipſum calefactione tēperata: & tunc ſecundum illam quantitatem poſtea adminiſtratur ſuper infirmum & experiuntur ſuper ipſum ſecundo,uerū experiantur ſuper alium de illis,qui ſimilantur ei in primis, eſt melius; ut non ſit neceſſaria in experiētia eorum ſuper ipſum alteratio plurima.Et cum hoc toto quum neruus eſt diſcoopertus,& vulnus amplum ualde,& nō ſuffert aliquid ualde calidū ſicut euphorbiū ſulfur,& eis ſimilia: imò indiget medicamine qđ eſt ſicut tutia: & iterum medicamine facto ex calce abluta ablutione ultima in hora una. Et oportet ut ſit oleum quod adminiſtratur in ceratis eius,& eius linimentis,ſicut oleum roſ.& myrtinum,quod non tetigit ſal. Et glutinum iterum quando adminiſtratur in iſtis medicinis,oportet ut ſit ablutum. [r]Et mel iterum, ut ſit ablutū,]& tutia oportet ut ſit abluta.Et non oportet omnino, ut ſit in eis de acuitate, & mordicatione. Et ſi fuerit in eis ſtypticitas parua in curatione diſcooperti, [s][licet] cum virtute reſoluente ſine mordicatione, & propriè quando infirmus eſt debilis cōplexionis. [t][Mēbra itaque digniora] elōgari à frigido,& aquoſitate,& unctuoſitate,& eis ſimilibus ſūt [u][quę ſunt diſcooperta: non enim eſt eorum nocumentum in diſcooperto cui obuiat,& quod lędunt, ſicut eſt eorum nocumentum in eo cui non obuiat,niſi parum: & non obuiat niſi ei, quod continet ipſum, & ipſum ſequitur: & ſi non fuerit excuſatio, tunc ſecundum ꝙ diximus. Quòd ſi fuerit illic uirtus aliqua in creatione, tunc non erit malū ſi adminiſtres trochiſcos Pauli,& trochiſcos de colcotar,et trochiſcos Andronis, & praſſium cum uino cocto,aut cum oleo:in hyeme quidem cum oleo ſubtili, ſed in æſtate cum oleo roſ. Et thus, & glutinum albotin, & albezard cum quantitate minore quam de medicinis diſcooperti. Et de eo quod rectum eſt, qualiacunque ſint uulnera,eſt ut ponatur ſuper medicamen [x][methahazelenis infuſus] in oleo. Et ſicut neruus diſcoopertus eſt dignior alijs neruis, ut alleuiatio

a B. ſimile huic grauis,vel groſſæ ſubſtantiæ.
b B. egreſſio.
c B. applicauerit.
d —— B.
e B. calefactis.
f B. quoniam tepidum eſt ex genere frigidorū, & ſimiliter ſit vehemens conatus.
g B. pulueribus.
h B. ſuperflua.
i B. ſedantes dolorem,vel puncturam doloroſam.
k B. latis.
l —— B.
m B. ſit vulnus.
n † B. minimè.
o B. magnificatur dolor,vel læſio, & timetur putrefactio in vulnere cadente in latitudine tunc ſeca,vel incide ipſum totaliter & ſtude, vt præſerues ab apoſtemate, & putrefactione quantum eſt tibi poſſibile qm̄ ſi apoſtematur,
& aduéniat ei frigus proueniet ei ſpaſmus, & putrefactio deſtruentes motum membri.
p B. a medicamine velocius, quàm.
q B. longa.
r —— B.
ſ B. eſt licitū.
t B. & nerui digniores.
u B. nerui diſcooperti.
x B. methazi infuſa.

tio

tio fiat in eo, ſimiliter ligamenta quæ naſcuntur inter oſſa ſunt figurarum digniorum, ut operetur ſuper ea cum medicamine forti. Ligamenta autem, quæ continuantur cum lacertis, ſunt inter utraſque res. Et de vulneribus à quibus neceſſe eſt magis elongare aquam, eſt vulnus nerui: & ſimiliter frigus, quamuis minoretur; tamen eſt de rebus nocibilioribus ei. Et oleum iterum nocet, & non eſt neceſſariũ niſi apud ſedationem doloris calidum. Et non oportet ut abluatur vulnus, neque cum aqua, neque cum oleo; imò ſollicitus ſis ut abſtergas humiditatem cum pannis, aut lana in fine lenitatis: neque etiam cum uino cocto, niſi ſis ſecurus à nocumento humiditatis eius Et quando exigit aliqua ægritudinum ut ſuper ipſam ponatur, & propriè ſuper illud, quod eſt diſcoopertum, oleum; tunc oportet ut tranſeat ſuper ipſum in primis uinum coctum, deinde oleũ. Inquit Gal. accidit cuidam homini punctura cum ferro minuti capitis, & diſrupta eſt cutis, & continuata eſt quibuſdã neruis manus eius: medicus ergo poſuit emplaſtrum, quod iam expertus fuerat in incarnatione vulnerum magnorũ in carne; quare apoſtematus eſt locus: & poſtquam apoſtematus fuit, poſuit deſuper medicinas mollificantes, ſicut emplaſtrũ de farina tritici, & aqua & oleo; quare putrefacta eſt manus hominis, & mortuus eſt. Et quãdo accidit ſpaſmus ex vlceribus in eis, tũc de eo quod neceſſarium eſt, ſi iam [y] [ſtricta fuerit ſciſſura cutis, eſt] ut aperiatur, & adminiſtrẽtur medicinę conferentes illis vlceribus exſiccantes ea, ſubtiles ualde. et ut ſit ſollicitudo in hoc, ut perueniant ad profundum Et quando eſt [z] [vulneris diſruptio] & punctura, et nõ eſt apoſtema, tũc curatio eſt curatio localis. Et oportet ut ſit fortioris caliditatis, & fortioris exſiccationis, quã illud, quod adminiſtratur ſuper ſciſſuram: quoniam illud penetrat ad ęgritudinẽ facilius. Et oportet ut ſit regimen vulnerati in neruis, ſubtile, & ut ſit in vltimo ſubtiliationis. Et quũ dolor facit accidere apoſtema, tunc neceſſariũ eſt dare cibum: & propriè quando vulnera ſunt in latitudine: nam neceſſaria eſt illic phlebotomia uenæ ſine ſollicitudine, & ſine timore ſyncopis uerbi gratia. Et oportet, ut ſit ſtratus eius [a] [humidus.] & obſerues membra propinqua vulneribus cum inunctione: & ſimiliter caput eius, & collum, & ſubaſcellas ipſius cum inunctione, ſi fuerit vulnus in ſuperioribus: & ſimiliter pectinẽ & inguen, & propriè ſi fuerit vulnus in inferioribus, & partibus cruris.

y B fuerit facta ſtrictura, vel cõſolidatio eſt, vt ſcindatur cutis.

z B. in vulnere punctio.

a B. mollis.

ANNOTATIONES.

Cap. 2. & 3. Cap. 27. Cap. 1. Cap. 54.

Aemulatur per omnia Galenum. 6. meth. & 3. de cõp. med. per genera, & Aetium lib. 14. & Paulum libro 4. Eſt autem hic dubitandi locus. In vulneratis, offenſarum partium temperies ſeruanda eſt. nerui autem frigidi ſunt & ſicci. ſicuti ergo in his ſiccandum, & ſtrenuè quidem ob eorum temperamentum medici iubent: cur non etiã refrigerandum? Atque ſi deſiccandum eſt, quomodo oleum in his admittitur, quod mollit & humectat? Ac ſi calfaciendum, cur oleum omphacinũ probatur? Verùm ad hæc. Seruandum perpetuò vulneratarum partium temperamẽtum eſt. & in vulneratis neruis duplici nomine deſiccandum; tum vlceris, tum neruorum gratia: vnde & ualide ſiccare oportet. Oportet etiam, ſi eorum temperamentum ſpectes, frigidis vti, non calidis. Verùm quia hi frigidi quũ ſint, facile in maiorem labuntur frigiditatem, præſertim quum vulnerati ſunt, propterea rationi conſentaneum eſt, ait Galenus 5. aph. in his calida admoueri. in qua tamẽ re ea neruorum ratio habetur, & eorum temperamenti, quòd non calidiora, ſed moderatè calida admouentur. Quum uerò perpetuò ſiccandi in his propoſitus ſit ſcopus, licebit tamen nonnunquam doloris, & conuulſionis gratia iis vti, quæ actu emolliant, humectentq; facultate tamen deſiccẽt. propterea non quouis oleo, uel hic, vel Galenus vtitur; ſed veteri: quod ſcilicet poteſtate ſiccat. quauquam neq; ſummè uetus, ſed vel bimum, uel trimum uſu venit doloris gratia, qui ualidiora diſcuſſoria ferre non poteſt. Quod uerò hic omphacinum oleum proponat, quod poteſtate frigidum eſt; non curandi, ſed ſedandi & hoc ipſum doloris ſit gratia. atque id actu tamen calidum admouetur. Adde quòd non ipſum oleum affundere Auic. uidetur; ſed ſedandum ait dolorem eſſe uaporando.

Com. 18.

Medicinæ vulnerum, neruorum, & vlcerum ipſorum. Cap. 3.

GLutinum albotin eſt de melioribus medicinis vulnerum neruorũ. Verum illis, qui ſunt ſicut infantes, & mulieres, & cuius complexio eſt vehemẽtis humiditatis, ſufficit, quod eſt ſicut glutinum albotin ſolum, puluerizatũ cum pauco oleo, quod ipſum leniat, & viſcoſũ faciat, ſi fuerit ſiccum: & reſina loco eius. In illo autem, cuius complexio eſt ſiccior, & caro durior; oportet vt miſceatur cum eo euphorbium & quod eſt ei ſimile: aut vetus, aut recẽs, aut parum, aut multum ſecundum complexionem corporis: & eius calefactionem. & ſit ſumma eius, quod datur de forti recenti. xij. pars cerati, aut de de glutino albotin, aut ei ſimili ſit, iij. pars cerati, aut eius cum quo miſcetur. Et quandoque admiſcetur ei præter euphorbium de lacte tithymali. quoniam eſt mirabile, & de aſſa, & de ſerapino, & de opopanaco; & quod eſt debilius. ſ. † nitro. & ſpuma eius, & ſulphur calefactum cum oleo ſecundum quantitatem ſorditiei balnei, & flos lapidis aſiu: & omne attractiuum humiditatum ad exteriora: & dragãthum iterum, & cinis purgationis æris † [a] [& conglutinatio auri.] Et fortaſſe non reperitur in principijs vulnerum neruorum niſi fermentum; & adminiſtratur, & cõfert eis, & attrahit ex profundo attractione bona. & multoties iuuantur cum ſorditie vaſorum apum, quum eſt non præſens euphorbium, aut farina lolij cum aqua cineris emplaſtrata. & adminiſtratio glutini albotin eſt melior res, cum qua incipitur. Et poſt ipſum ſicut emplaſtrum baſilicon confortatum cum eo, cum quo oportet ut confortetur de illis, quæ dicta ſunt: & fortaſſe permiſcetur [b] † [ ] cum ceratis., & calefacit ea: & oportet ut ſit ablutũ. & quod eo melius eſt, eſt illud quod eſt ablutum cum aqua maris in ſole calido: & quanto abluitur plus, ſit magis iuuatiuum. Et de medicinis bonis eſt medicamen Gal. compoſitum ex cera, & reſina, & euphorbio & pice. [c] [& oleo groſſo] de vnoquoque ſit pars media, & de oleo pars una. Et oleũ

bal-

† baurach

a † B. a... & id quo... adhæret.

b † B. ca...

c B. Ali... ra groſſ...

balsami cum subtilitate sua non est multę calefactionis: dico propter uelocitatem suæ resolutionis. Et quum[d] [vulnera fuerint gaucziratũ] aut punctura, & non associatur eis apostema, neque putrefactio, tunc oportet ut administretur emplastrum cum euphorbio, aut fimo colũbino, scilicet ponatur in corpore[e] [subtiliore euphorbium, & in spissiore] fimus colũbinus: & adde, & minue secundum quòd uides de dispositione corporis, & eius forma[f]: † [

& dilata, si sunt stricta] Et scias ꝙ medicamen quod necessarium est in [g] [grauczi] necessariũ est, ut sit fortius eo, quod est necessarium in scissione. Et quum accidit in vulneribus putrefactio, tunc serapinum est bonum, & farina erui: uerum quum accidunt apostemata, tunc farina hordei, & farina fabarum, & farina erui iterum, quę iam decoctę sunt cum aqua cineris, aut aqua pura, in qua sit uirtus serapini. Et quum uides vulnera ad sanitatem peruenire; non timeas tunc administrare desuper uinum coctum. oportet ergo ut administres medicinas[h] [infusas] in eo, deinde calefac[i] [ipsum, & accipe ipsum cum pannis infusis, & stringe] desuper.

d B. vulnus fuerit vachzi.

e B. Alia litera spissiore euphorbium, & in corpore subtiliore.

f † B. & eius cõplexio, & cum hoc non oportet, vt dimittatur os vachzi consolidari omnino, & dilata si fuerit strictum.

g B. vachzi.

h B. dissolutas.

i B. ipsas & accipe eas cũ pannis lenibus raris, seu vetustis, & pone.

ANNOTATIONES.

Habes & hæc, & quæ deinceps de vulneratis neruis, omnia. 6. method. & 3. de comp. med. per genera. Vide & Aetium lib. 14. & Paulum lib. 4.

Cap. 2. Cap. 2. Cap. 27. Cap. 54.

De apostematibus, quæ accidunt neruis vulneratis. Cap. 4.

IAm scitur ex eis, quę præmisimus, & scire fecimus ex canone curationis neruorum, quis sit modus curationis apostematum, quæ accidunt eis, quum vulnerantur. Et oportet vt iteremus illud explanando. Dico ergo illud, qđ Gal. dixit in libro catageni. Inquit, quum accidit in vulneribus neruorum, & membrorum neruosorum phlegmon: & phlegmon est fortis inflammans ualde, tunc oportet ut administrentur in curatione eius medicinæ factę cum aceto, & lapidibus mineralibus, quas dixi, & plurimum eorum est in tractatu secundo catageni, quarum una hæc est. Recipe calcadis. ʒ. j. & quartam, & draganthi. ʒ. ix. & s. quartam, & scorię[a] [plumbi]. vnc. ij. & ʒ. ij. s. & corticum thuris. vnc. j. s bezard. vnc. j. & ceræ: vnc. vij. & olei. vnc. ix. & aceti fortis lib. ij. & quartam: terãtur medicinæ siccę, & infundantur cum aceto. x. diebus, & soluantur ea, quę soluuntur, & infrigidentur & misceantur omnia in olla, & moueantur motu exquisitissimo donec ęquentur. Et oportet, ut distilletur super membrũ infirmum ex oleo bis, aut ter in die. Et quũ ponitur hoc medicamen desuper, oportet ut ponatur super ipsum de foris lana iam infusa in aceto & oleo calefactis æquali caliditate. Nã nõ est aliquid nocibilius omnino neruis infirmis, neque deterius super eos, quã illud quod est frigidum. Quòd si necessarium sit emplastrare ista membra in dispositione, emplastro facto cum aceto, & melle & cinere; tunc oportet ut emplastrũ sit coctum, & ut sit farina eius farina erui. Si autem non fuerit tibi præsens, tunc administra farinam fabarum, aut hordei.

a B. æris.

De attritione neruorum, & eorum torsione. Cap. 5.

QVum neruis aduenit attritio; tunc si non fuerint cum eo vulnera, neque apostemata adhuc, curetur cum eo, quod sedat dolorem. Et similiter quando accidit apostema, tũc non cures ipsum cum eo, quod[a] [rumpit,] sicut aqua cineris, & similia: imò cura ipsum cũ sedãtibus dolorem: & similiter oportet ut embrochetur membrum cum oleo calefacto embrochatione continua: & sint in virtute illius olei mollificatio, & resolutio. Et de oleis bonis in hoc est oleum anethinum, & oleum de alachoen, & oleum de ruta: & similiter emplastra conueniẽtia ad illud. Et similiter maluauiscus est mirabilis, quum teritur, & ponitur super neruos tritos. Et caro[b] [verneriarum] est mirabilis. Et fortasse curatur cum[c] [cępa bis cocta.] Quòd si fuerit illic apostema, tunc regimen in sedatione apostematis eius, est ut administretur desuper congelatum vuæ cum uino, & pauco aceto, & oleo cum quantitate conueniente: & calefiat cum æqualitate, & submergatur lana sordida, & ꝓprie lana hyssopi, & ponatur desuper: Et si fuerit hæc læsio in iuncturis, tunc illic est melius ut sedetur dolor, & ponatur medicamen fortius, & compositum cum eo quod maturat, & resoluit: sed cum stypticitate temperata: & opponatur per id apostemati, & non addat in eo. Et considera in dolore, & apostemate, & intende ad id ex eis, quod est uehementioris intentionis. Et quando non est dolor, tunc perfora, & administra id quod est forte, sicut aqua cineris, & acetum, & vinum iterum. Et quando apostema iam prolongatum est, tunc conforta medicamen[d] † [

] factum cum aqua cineris, & quod fit cum sorditie balnei. Quòd si fuerint illic in cute vulnera etiam, tunc necessaria sunt illa in quibus sunt exsiccatio fortis, & aggregatio, & strictura, quibus[e] † [colligantur partes

] sicut farina fabarum, & acetum, & mel; & est medicamen bonum. Et si uis, ut sit fortioris exsiccationis, pone in eo farinam erui: et si adest uoluntas ut sit fortius iterum, ponatur in ipso radix lilij. Et si fuerint vulnera taliter ut nõ curetur de eis, tunc curentur nerui cum eo quod prohibet apostemationem neruorum, et non sit occupatio cum eis. Et caro ostrearum est mirabilis, et quandoque curatur cum cerato ex sale. & emplastrum cum olibano, et myrrha est communis iuuamenti in vtrisque dispositionibus. et si fuerit cum vtrisque rebus dolor clamosus, tunc oportet ut misceatur cum medicinis pix, et emplastretur cum illo calido. et oportet ut caueatur in torsione neruorum aqua, et non approximetur neque calida, neque frigida;

a B. resoluit.

b B. ostracorũ.

c B bulbis vehementer coctis.

d † B. & appone resoluens vehementius, neque timeas ponere i eo styptica omnino sicut medicamen forte.

e † B. aggregantur partes contusæ, & conferat vulneri. Quod si nõ aduenit cuti aliquid de attritione, vel contusione, & vulnere, tunc administra emplastra facta ex his, quæ sũt.

frigida; imò administrentur olea, in quibus est virtus aromaticorum stypticorum, calefacta, & specierum, cum quibus est hæc dispositio.

Indicia neruorum corruptorum. Cap. 6.

QVãdoque accidit frustis neruorum corruptio: et est necessarium, vt extrahantur: oportet ergo, vt extrahantur extractione venæ[a] [ciuilis.]

a a. medeni.

De neruorum duritie, & eorum torsione. Cap. 7.

HOc multoties accidit à verberatione, aut casu: & quãdo premitur, sentitur cum eo stupor. Et cura duritiei neruorum proxima est curationi apostematum durorum, & alrosbot: & nos diximus in tabulis medicinarum singularium, & in antidotario, quod necessarium est rememorari de medicinis eius. & quod narrabimus hic, sunt medicinæ expertæ in eo, de quibus sunt leues, sicut vt sumatur bdellij Iudaici pondus. ℥.x. & infundatur in aqua, & soluatur in ea, & conficiatur cum eo quantum ipsum est de radice maluauisci contriti valde, & emplastretur cum eo. & similiter radix lilij cõfecta cum congelato vuę. & iterum ammoniacum, & galbanum, & euphorbium aggregata cum fęce olei. & iterum sumatur semen almaru: & fiat emplastrum cum vino cocto. & iterũ medicamen diaquilon cum medietate sui de stercore caprino est vltimum.

Rememoratio ægritudinum ossium. Cap. 8.

IN ossibus autẽ accidunt ægritudines ex corruptione complexionis, & ex solutione singularis, & fractura, & dislocatione, & putrefactione, & vlceratione, & excoriatione. & nos quidẽ loquemur de fractura, & dislocatione, quæ indigent restauratione, post hunc locum. Illas autem, quę de eis indigẽt aliis medicinis, dicemus hoc quærentes auxilium à Deo.

De ventositate spinę, & corruptione ossis. Cap. 9.

VEntositatis spinę causa sunt humores acuti, penetrantes in os, et corrodẽtes ipsum. et incessus ventositatis spinæ, est incessus doloris iuncturarum. Veruntamen materia in dolore iuncturarum est in carne, et in ventositate spinæ est in osse. et[a] [eius additio corrumpit] ossis partem vnam post aliam. Dixerunt quidam, quòd spina est spasmus in toto corpore propter vlcus, & non affirmatur.

a B. est eius incessus, vel eius dilatatio vel progresio corrumpens.

Signa corruptionis ossis. Cap. 10.

QVum ossi accidit corruptio uides carnẽ super ipsum mollescere, & mollem fieri: & incipit in uia fœtoris, & uirus: & penetrat per eam tenta facillime ad os. Quumque peruenit ad os, non inuenit ipsum lene, ita ut lubricet ab eo: imò adhæret ei parumper, & quasi inuenit rem non firmam in se ipsa, imò habentem fracturam, aut putrefactionem: & [a][fortasse destruitur] & lenitur, & propriè quũ non est corruptio in principio. Nam in hora principij non apparet illud cum tenta. Et fortasse significat lubricitas eius superflua corruptionem eius ex hoc, q̃ quando lubricat in eo tenta in omni latere, significat separationem panniculi ab eo: & illud propter corruptionem eius, quæ incepit, & illa quæ incipiet, quũ corrumpetur caro supra ipsum. Et quum discooperueris eam ab eo, inuenies ipsum mali coloris. Et multoties quidem antecedit ipsum apostema, & corruptio carnis, & membri in primis, & mors deinde venit ad ipsum.

a v. quandoque techas cha.

Curatio eius. Cap. 11.

CVratio corruptionis ossis est eius fricatio & ipsius destructio, aut eius abscissio, & ipsius serratura, siue sit fistula, siue nõ sit. Nam necesse est fricare ipsum & radere: aut cauterizare perueniendo ad vltimum corruptionis eius, ut cadant cortices corrupti, & remaneat sanum. Et quandoque cadunt cortices ossium per medicinas iterum, sicut cadunt cortices[a] [ ] capitis, & aliorũ. Et de illis est medicamen, cuius hæc est descriptio. Recip. aristol. ireos, myrrham, aloem, cortices plantæ opopanacis, cambil adustum, scoriam æris, cortices pini, aggregetur & est mirabile faciens cadere cortices ossium, & nasci carnem bonam super ea. Et si fuerit corruptio ossis profundior illa, tunc necesse est cõcauare ipsum. Quòd si corruptio iam, persecuta est medullam, non est excusatio, quin assumatur illud os cũ medulla sua. Et si corruptio fuerit de illis, quas nõ sanat nisi abscissio, & serratura totius ossis membri, aut plurimum eius quod circundat ipsum; tunc scias locũ, in quo oportet ut incidatur, ita, ut reuoluatur tenta vsquequo consequatur locum in quo inuenit adhærentiam ossis vltimam: quoniam illic est terminus. Verùm, quando est os corruptum ex capite coxæ, & anchæ, & sicut spondyli dorsi; tunc fugere ab eius curatione est melius propter nuchã. & si timetur, q̃ corruptio ossis sequatur corruptionem carnis cuius casus accidit prius, tunc[b] [infrigidare,] & accidere carnem ab eo est conueniens, & est eius cura. Et oportet ut infrigidetur membrum sanum cũ epithematibus, quæ sciuisti in capitulo corruptionis carnis discoopertæ ab eo etiam, & cũ eorum similibus.

a B. ossium
b B. [illegible]

Modus serrandi os corruptum. Cap. 12.

INquit eleuetur caro ab eo osse ita, ut ponatur in extremitate eius filum, cum quo tendatur ad superiora[a] [uittæ, ergo] tendatur cum eo membrum, aut aliud ex illo loco ad inferiora, ut non associentur ei dentes, & serra ipsum. Et quando est tibi necessarium serrare costam, aut os, sub quo est tunica, aut aliquid nobile, sicut tunica costarum nuchæ; pone sub serra laminam, qua conseruetur membrum nobile. Quòd si caro fuerit secundum rotunditatem suam tota discooperta, tunc serra ipsum: quoniam non oritur caro super os, quod

a B. [illegible]

quod iam discoopertum est ex omnibus lateribus suis. Quòd si partes ossis corrupti fuerint proximæ iuncturæ, tunc extrahe ipsum ex iunctura. Et si corrumpitur os brachii totum, aut cruris, tunc auferatur totum. Caput autem anchę, & coxę, et spondyles dorsi, quando currũpuntur, tunc fugiatur ex curatione eorum propter locum anchæ.

De eo, quod remanet de frustis ossium, & corticum eorum in vlceribus consolidatis. Cap. 13.

ILlud quod est melius, est ut non festinetur in extractione eorum: imò dimittantur naturę, et adiuuentur: et illud cum attractione pauca eorum, quæ extrahunt in spatio non festino. Et non moueantur cũ medicinis, & operatione manus: nam quod extractum est uiolenter, nõ euacuatur quin faciat accidere ulcera fistulosa. Quum ergo expellit ea natura ad cutem, & incipiunt exire, & iam separata sunt, tunc incarna, & cura vulnus. Et similiter est iudicium in frustis eorum, & panniculis, a [de quorum ueritate est ut manifestentur.] nam quum tu properas, & extrahis ea uiolenter, tũc est in eis timor spasmi, & permistionis, & febrium. Quòd si fiant saniosa, non est in eis magnum nocumentum. Si autem uis scire medicinas illius, tunc de illis est medicamen huiusmodi: sumantur oleum uetus, & cera citrina, & sordities uasorum apum, quæ utræque sint quantum est oleum: deinde soluantur omnia, deinde sumatur pars una euphorbij, & pars vna lactis tithymali, & tres partes aristolochię, & fiat ex eis sicut ceratum. Et sumantur iterum ammoniacum, & bdellium, & liniantur cum oleo de lilio, deinde aggregando totum cum contritione, fiat emplastrum, & ponatur desuper: ipsum enim est de illis, quæ extrahunt ossa cum uelocitate, & facilitate.

a B. quib. inest conuenientia, vt exeant, & manifestentur, vel ex eis egrediantur.

De medicinis fracturæ ossis. Cap. 14.

FRacturæ est curatio cum manu, quam dicemus, & curatio cum medicinis quas dicemus, conferentibus fracturæ ossium, & torsioni. Epithema ad fracturã & torsionem. Recip. mugath mes excorticatorum ana. a [x.] aloes, maluauisci albi, acaciæ an. v. luti. xx. liniantur cum albumine oui, si fuerit apostema calidum. Iterum folia alethil, & cupressi, & myrti, & salicis terantur, & exprimantur, & sumantur galia, & rosæ. & capa narcisi b [est, de illis, quę dicta sunt.] & de sandalis rub. & bolus armenus & laudanum, & saufel, & Kamaha, & althea, & mes, & acacia, & melilotum, & sampsucum: & adde in eo si indiges calefactione, & sampsucum, & enulam, & cupressum. Ad fracturam, & torsionem cum apostemate calido. Recip. mes excorticatorum. ʒ. xx. mugath, balaustię, acaciæ, emplastretur: & est forte ualde. Et de medicinis eius sunt folia myrti, & laudanum & galia, & croci, & lutum est bonum attritioni. Et c [oleum] iterum est iuuatiuum ad fracturam, & ad dislocationem, & ad torsionẽ. Iterum mugath, & mes, althea, acacia, lutum, aloes, myrrha, liniantur cum aqua myrti.

a B. ʒ. x. mirabolanorum.

b B. Alia litera & myrabolion.

c B. alheuen, &

FEN QVINTA

Incipit de restauratione: & sunt tractatus tres.

TRACTATVS PRIMVS.

De dislocatione, & restauratione.

Sermo vniuersalis de dislocatione. Cap. 1.



DISLOCATIO est egressio ossis ex loco suo, & situ suo: qui est per naturam apud illud, quod ei uicinum existit, a † [ ] Integra. Si autem non egrediatur integrè, nominatur separatio iũcturæ ad partem profundam, aut procedentem uel eminentem, quę cognoscitur sensu. Et separatio non integra, quã quidam nominant torsionem. Quum ergo est læsio quæ non b [mouet os, sed attrahit quod continet ipsum, tunc est algua enu.] & non est ex genere torsionis. Et quandoque accidit iuncturæ res tertia, & est ut elongetur, & addat super longitudinem suam naturalem, & non cõsequitur ad hoc dislocationis. Et illud quidem multoties accidit in adiutorio, & coxa. Et de hominibus est quidã, qui præparatus est dislocationi in iuncturis suis, quoniam cõcauitates ossium iuncturarum suarum non sunt profundę, & buccellæ, quæ ingrediuntur eas, nõ sunt intrantes: & ligamentum quod ordinatur inter ea ambo, nõ est firmum, imò debile in creatione sua, minutum, aut humidum suscipiens extensionem: aut iam effusæ sunt ad ipsum humiditates, uiscosæ, lubricare facientes: aut facti sunt margines concauitatum ossium, in quas ingrediuntur de ossibus iuncturarum: quare fiunt concauitates prostratæ super quas non est distinctio. Et de iuncturis quidem sunt iuncturę facilis dislocationis: & de eis sunt iuncturę prauæ dislocationis: & de eis sunt mediæ. Facilis ergo sicut iunctura poplitis propter lenitatem ligamenti sui: quoniam ipsa est creata lenis ligamenti propter iuuamenta scita in anatomia: ergo fit propter illud facilis dislocationis; & propter illud sustentatur cum pila. Et fit iterum facilis reditionis ad salutem; nam facilitas reditionis est secundum quantitatem facilitatis dislocationis; & difficultas eius est secundum difficultatem eius. Et iunctura humeri est proxima ei in macilentis, non in pinguibus. Prauæ uerò dislocationis sunt sicut iuncturæ digitorum. ipsæ enim fortasse non dislocantur, imò franguntur antequam dislocentur: & sicut iunctura cubiti, & propter illud reditio eius est praua. Medię uerò sunt sicut iuncturæ anchæ. Et quandoque accidit, ut sit facilis dislocationis, quæ non est facilis dislocationis propter aliquam causarum: quare fit etiam facilis reditionis: sicut accidit, ut fiat pyxis anchæ plena humiditate, quare fit facilis eius dislocatio, & cũ hoc fit facilis eius reditio, sicut accidit habentibus c [uenam uesæ] quare ei omni hora dislocatur eius ancha, & redit per quẽlibet laborem, deinde dislocatur, postea redit: & hoc indiget cauterio, et non alio. Et prauior disloca-

a † B. egressione.

b B. extrahit. os, vel ex qua non egreditur, vel cõterit illud quod continet, vel circuit ipsũ & hoc est alheuẽ.

c B. sciaticam.

dislocatio est, cum qua abscindũtur capita frustorum ossis, quod conglutinat os cum osse, & parum reuertitur ad dispositionem suam naturalem: & plurimum illius fit in capite anchę, deinde in capite adiutorij, & in duobus focilibus duorum pedum apud calcaneum. Et dislocatio quidem est fędior, quàm fractura, quum neque rędit dislocatio, neque restauratur fractura.

A N N O T A T I O N E S.

Quot modis oßa in animalium corporibus ex naturæ instituto iungi solent, totidem luxationum species sunt, nõ tres, ut quidam putant. carent tamen eæ proprijs nominibus, quum aliqui contrariæ ipsis coniunctiones, quæ tum per vnionem tum per articulum fiunt, sua ferè singulæ nomina obtinuerint, de quibus Gal. in libello de ossibus. Generatim verò luxationes, vel perfectæ sunt, quibus oßa suis sedibus prorsum excipere. & generis nomine eæ luxationes dicũtur. ab Hippocrate in lib. de offic. med. sect. 3. excidentiæ dicuntur, vel ossa nõ prorsus excidere, sed à naturali tamen connexione decedere, & hęc subluxationes dici possunt, vel quum non exciderint, quoquo tamen pacto, vel peruersa, vel distorta ossa, vel eorum ligamenta luxata, aut producta sunt. & huiusmodi luxatio tortio dici solet ab Hippocrate in de offic. med. iam citato. De luxationum modis curationibusq́; habes Hippocratis libellum de articulis cum Gal. Commentarijs. multa & de hac re passim in lib. de fracturis. Plura & Celsus, lib. 8. & Paulus lib. 6. Sed ne nos singula prosequamur, vide Tagaultij *compendium hac de re, ex iam dictis scriptoribus doctissimè collectum.*

Cap. 1. — Text 31. — Cap. 21. — Cap. 111. & deinceps.

Signa dislocationis uniuersalis. *Cap.* 2.

ACcidit in iunctura inclinatio, & profunditas insolita, sicut accidit accidens apparens in magnitudine carnis spatulæ, & in dislocatione iũcturæ pedis: & magis apparẽs, quàm illa, quæ est in iũctura colli. Et comparatio est ex illis, quę extrahunt illud extractione sana: & est, vt tu consideres infirmam cum sorore sua sana illius infirmi eiusdem, nõ alterius. & quũ videris iuncturam non moueri, tunc iudica, ꝙ dislocata est dislocatione integra, sicut quãdo mouetur motu suo ad omnes partes, & peruenit ad omnes fines suos, non est cum ægritudo pendens cum separatione.

De signis declinationis. *Cap.* 3.

EST, vt videatur concauitas cum [a] [augmento] alterius lateris, & [b] [priuetur in sensu augmento, quod fuit sensatum ad interiora] in huiusmodi cum hoc, quòd quidam motus est possibilis.

a B. eminentia. b B. cõsideretur sensu eminentia quæ fuit sensata propter penetrationem, vel introitum.

Signa additionis longitudinis iuncturæ, absque dislocatione. *Cap.* 4.

SIgnum eius est, vt sit sicut suspensa: quum ergo compresseris eam, redit ad mẽsuram suã naturalem absque labore: si verò dimiseris eã, redit ad mensuram suam accidentalem. & accidit profunditas, in quam fortasse ingreditur digitus, vbi non est caro vehementis multitudinis, sicut humerus.

Curatio declinationis, & dislocationis. *Cap.* 5.

NOn euacuatur, quin dislocatio, aut perueniat ad medicum singularis, aut composita cum ægritudine alia ex vlcere, & vulnere, & apostemate, & alijs. Quòd si fuerit cum alia, tũc oportet ut consideres: quoniam si dislocatio fuerit ex illis, quæ redunt cum tensione leui, non faciente dolere vlcus dolore uehementi, qui perducit ad apostema non tolerabile; fac redire dislocationem. Et si res fuerit è contrario, tunc oportet ut curetur in primis vlcus, aut vulnus: deinde cura dislocationem, & propriè in iuncturis [a] [difficilibus.] Quum uerò uolumus curare dislocationem, tunc fortasse perducit illud ad spasmum maximum secundum plurimum. Et propriè quando dislocatio est in membris proximis membris principalibus. Et similiter est dispositio in apostematibus, in quibus est regimen secundum quòd nos experimur. Nam si res fuerit facilis, & non commouetur ex ea dolor, neque reditio cum ea est difficilis, restauramus dislocationem, & non curamus. Si autem accidit dolor, tunc oportet ut non præsumamus: & si fecerimus: tunc oportet ut destruamus ligaturam, si fuerit dolorosa. Quòd si ingrediatur cum facilitate, curabimus apostema iterum, & vlcus. Et si fuerint dislocatio, & fractura simul, & fuerit tensio in parte vna permittens regimen vtriusque rei, fiat. Et sapiens quidem narrauit, quòd cecidit lapis super extremitatem humeri hominis, & vulnerata est cutis & caro, donec apparuit extremitas lacerti nuda, & iam dislocatum erat subtus eam caput furculæ: tunc ergo quidam stolidorum experimentorum occupatus est in æquando os, & reduxit super ipsum carnem, & cutẽ: & emplastrauit, & strinxit: quare accidit, vt fœteret caro, & corrumperet propter vicinitatẽ suam os, donec factum est viride. & non sciuit, quòd oportet, vt huiusmodi caro abscindatur, & [b] [coquatur] ille locus cum oleo feruente. Et similiter si fuerit illic apostema magnum, oportet, vt curetur apostema in primis. In dislocationis autem singularis, & simplicis rectificatione regimen est, vt tendatur ad contrariũ partis, à qua separatum est, donec opponatur extremitas ossis extremitati ossis alterius; deinde reducatur ad locum, à quo exiuit, & tunc redit. & multoties quidem significat illud vox; quę auditur. deinde ligetur: & in ligatura est securitas ab apostemate, aut adiutorium ne apostemetur. Et necessitas ad prohibẽdum apostema laboriosum, est maior. & abhorretur, vt mẽbro obuient panni [c] [callidi,] quoniam ipsi calefaciunt, & addunt in apostemate: imò oportet, vt sint infusi cerato infrigidato, aut vino põtico. Veruntamen Hipp. iussit, vt tardentur tensio, & reditio vsque ad diem tertium & quartum, nisi in diebus exceptis. & declinationi iterum necessaria sunt huiusmodi. deinde ligetur. & quando membrum dislocatur in omni motu, & quoties redit, dislocatur, tunc illud est propter mollificationem, & humiditatem;

a B. ma… — b B. — c B.

quare indiget cauterio. Et quando remanet post reditionem dislocationi aut separationi, durities, & quasi apostema; administra epithemata, & embrochas lenificantia. In inceptione uerò indiget epithematibus, & embrochis confortantibus. Et melius est, ut embrochetur super stricturam proculdubio, in hyeme quidem cũ oleo calefacto, quod fit ex oleis confortantibus, & in æstate cum aqua frigida. Et oportet, ut sit cibatio in dislocatis cum eo, quod confortat iuncturam, & ligat eam secundum firmitudinem necessitatis.

Curatio elongationis iuncturæ. *Cap. 6.*

OPortet, vt reducatur os mollificatum ad interiora illius, in quo quiescit, à quo mollificatum est: & emplastretur cum emplastris, in quibus est virtus styptica, commistis cũ eis, quæ habent uirtutem calefactiuam: sicut si misceantur gallæ, & balaustiæ, & acacia, & similia; sicut cum aliquantulo castorei, & costi, & vsneæ. Et iterum sufficiat quod est sicut nux cupressi, & iuniperus, & reliqua, quæ cadunt in emplastris rupturæ: deinde stringatur sicut caput.

De dislocatione mandibulæ. *Cap. 7.*

ACcidit mandibulæ inferiori, ut dislocetur ab ordine suo; quare remanet os apertum; quamuis sit illud de illis, quæ parum fiunt, & non accidit casu completo. Et quando dislocatur, inclinatur ad anteriora, ex contrario eius, quod accidit apud mollificationem; quæ fortasse accidit ei apud [a] [saltum.] & est applicatio vnius eorum ad aliam difficilis: licèt non priuetur motu cum lacertis suis, qui veniunt ei à posterioribus. Et quandoque cadit dislocatio ex latere vno: est ergo tũc forma significans ipsam, quum declinatio mandibulę est ad anteriora cum transuersione: & curatio quidem est vna. Et est de summa eius quod indiget ut festinetur ad reducendum ipsum, & si non, perducet ad ægritudines, & nocumenta, & cum hoc fit praua eius reditio, nam facilior reditio eius est uelocior, quòd si differatur, indurat, & apostemat, & extendit lacertos, & commouet febres inseparabiles, & dolorem capitis stantem propter illud quod associatur ei de uehementia tensionis lacertorum, & fortasse fit res praua, donec interficit in decimo. Et quandoque accidit ut soluatur ei uenter cum superfluitatibus cholericis, multis puris, et euomat similes eis, quare oportet ut festinetur ad curã. Et modus regiminis eius est, ut teneat vnus caput eius, deinde intromittat restaurator pollicem suum in os, et conueniт infirmo mollificare mandibulam suam ex omni modo, nam illic sunt lacerti qui iam trãsuersati sunt propter uehementiam dislocationis: postea moueat mandibulam dextram, et sinistram: deinde extendat eam subito, deinde reducat eam. Et ipsa quidem non intrat ad illud, à quo separata est, nisi retro: quare oportet ut extendat eam ita, ut æquetur secundum illam præparationem. Et signum æquationis eius est ęquatio quadruplorum, & coopertura, & clausionis: deinde [b] [sustentetur] cum puluillis, & cerato ex cera, & oleo ros. deinde dimittat eã, quoniã sanabitur quã velocius est possibile. Si autem non festinè fiat, & iam acciderit durities, oportebit tunc ut incipias, & lenias duritiem cum embrochis ex aqua calida, et oleo, in balneo, embrochatione plurima, donec leniatur, deinde sedeat restaurator post infirmum, & trahat mandibulam eius ad posteriora donec decenter locetur, & stringatur. & oportet post illud, ut resupinetur æger super puluinar, cuius impletio sit lenis: ut teneat vnus caput eius, ut non moueatur, vsquequo compleatur sanatio.

a B.oscitationē.

b B.ligetur.

De dislocatione furculæ. *Cap. 8.*

INquit, furcula non separatur à latere interiore, quoniam ipsa est continuata cum pectore, non separata ab eo. Et propter hoc non mouetur ex hoc latere: & si percutiatur desoris percussione uehementi, & [a] [stringatur,] tunc ipsa æquatur: & curatur curatione, qua curatur si frangitur. Veruntamen extremitas eius, quæ sequitur humerum, & separatur ex eo, non dislocatur plurimum: quoniam lacertus, qui habet duo capita, prohibet eam ab hoc: Et prohibet eam iterum caput spatulæ. et non mouetur iterum furcula motu uehementi, quoniam ipsa non est posita, nisi ut separet pectus, & amplificet ipsum. Et propter hoc est furcula facta homini soli inter reliqua animalia. Et si accidit ei dislocatio ex luctumine, aut ex re alia simili huic; tunc ipsa ęquatur, & ingreditur ad locum suum cum manu, aut puluillis plurimis, qui ponuntur super eã cum ligatura, quę necessaria est. Et rectificat hęc cura extremitates humeri iterum quum separantur, & reducit eas ad locum suum. Et illud, quo ligantur furcula, & humerus, est os cartilaginosum, & [b] [ipsum ingrossatur in macilentis. Et quando] remouetur, existimat ille cui non est experientia, quòd caput adiutorij iam separatum sit, ut exiuit de loco suo; & & [c] [quòd] caput spatulæ uidetur tunc acutius, & uidetur locus qui est eo inferior, concauus: uerùm oportet ut distinguatur cum significationibus. [d] [De curatione eius est ut nullo modo applicetur ad caput. & similiter humerus.]

a B. paretur.

b B. est istud quo accidit error in macilentis quum enim.

c B.quoniam.

d B. & de signis eius est, ꝙ contrahitur manus versus caput, & in spatula nõ est sic.

De dislocatione humeri. *Cap. 9.*

HVmerus quandoque dislocatur [a] [aut] in dislocatione spatulæ ambigitur, & [b] [magnificatur si dislocatur.] Verùm quandoque accidit iuncturæ humeri ex adiutorio, ut dislocetur facile, quoniam eius concauitas non est profunda, & ligamenta eius non sunt firma, imò sunt leuia, subtilia, posita [c] [propter illud[facilis motus. Et eius dislocatio est res, in qua non accidit in eo quod scimus, nisi secundum partem vnam exitus apparens plurimus: ipsa enim non dislocatur ad superiora, quoniam eminentia humeri prohibet ipsam; neque ad posteriora, quoniam spatula prohibet

a B.sed.

b B. est qd magnum, & mirabile, ꝙ ipsum dislocetur.

Nota, ꝙ vbi habetur humerus in arabico habetur almenecheb, & vbi habetur spatula in arabico habetur alchetf.

c B. sicut sit.

bet eam: neque ad partem uentris, quoniam lacertus habens duo capita ex anteriori non permittit eam cum prohibitione capitis humeri: verùm non dislocatur nisi ad latus domesticũ, aut syluestre, & separatur ad illud separatione parua: ad latus uerò inferius egreditur quandoque exitu plurimo, & propriè in extenuatis, macilẽtis: in istis enim cadit dislocatio adiutorij, & eius reditio per quãlibet causam. Et res utræque sunt in pinguibus prauę ualde. Et quandoque accidit adiutorio dislocatio in hora partus difficilis, & apud sectionem ab embrione; deinde si non redit uelociter, [d] †[non crescit post illud in longitudine, & remanet post illud cubitus paruus, quãuis rectificetur. et quãdoque non [e] [recipit] etiam in quibusdam eorum; imò remanet breuis, minutus, minutum habens adiutorium, & brachium in pluribus eorum. [f] [& recipit] & fit bonæ dispositionis in pluribus eorum, sed est secundum dispositionem breuem similis pedi mustellæ. Coxa uerò non euacuatur à duabus diminutionibus simul. Et quando accidit adiutorio fractura in latitudine sua, deinde restauratur. tunc non est possibile reducere dislocationem eius, nisi etiã frangatur restauratio.

d † B. quoniã.
e B. ingrossatur.
f B. ingrossatur.

De signis dislocationis adiutorij. Cap. 10.

SIgnum eius est, ut videatur concauitas apud caput humeri & [a] [in firmamento:] uerũtamen istud non est proprium isti; imò est iterum propter conuersionem capitis spatulæ: & uidetur extremitas humeri alterius acutior hæc extremitate si non acciderit ei iterum separatio in se ipsa, aut in osse, qđ est caput eius per offensionem, aut per aliud. Et quandoque sedatur cum curatione læsio eius, & existimatur, quòd non sit lęsio cum eo. Et uidetur capiti adiutorij dislocatio, cum eminentia [b] [plurima] in parte subascellæ ad inferiora: [c] [& fortasse est possibile in infantibus ut æquetur caput adiutorij: & uideatur adiutorium non bene annexum lateri, bonitate annexionis manus sane, ad quam non appropinquat nisi cum labore, & dolore uehementi. Quòd si desiderat eleuare manum ad superiora, & tangere aurẽ suam, non preparatur ei, & difficiles fiunt eis motus alij. Et ista signa iterum quandoque accidũt propter torsionem, & apostema, aut percussionem.

a B. descensio concaua.
b B. sperica.
c ——B.

De cura dislocationis adiutorij. Cap. 11.

CVratio quidem illius, quæ de illa est facilis, & in corporibus infantium, & qui leuia habent corpora, est ut extendatur cum manu, & intromittatur [a] [sub titillico] apud propinquitatem capitis adiutorii: deinde teneat illam propinquitatem, & impellat eam ad superiora: & manus altera extendat adiutorium ad inferiora. Et fortasse est possibile in infantibus, & ut æquetur caput adiutorii cum digito medio, & extendatur cum illa eadem manu. Quòd autem est uehementioris dislocationis in corporibus fortibus, leuior modorum in illo est, ut restaurator intromittat pedem suum in latus infirmi, & locet calcaneum suum propè caput adiutorii, aut pilam siccam, aut inunctam, si fuerit apostema adhærens propè caput adiutorii, infirmo resupino, & extendat manũ manibus suis secũdum rectitudinẽ, quasi uelit eradicare eam ex spatula: & inclinet manum suã parũper ad interiora, & ingredietur, & iste est rectior modorum omnium & leuior eorum. Et iterũ quærratur uir fortis lõgus, longior infirmo, & intromittat humerum suũ sub ascella infirmi, & eleuet ipsũ à terra suspensum ab humero suo, & iam extendant [b] [manũ eius] ad ventrem ipsius. Quòd si infirmus fuerit leuis ponderis, cuius corpus non grauet super manum eius; suspendat cum eo aliquid quod grauet ipsum. & quandoque ponitur loco [c] [pedis perpẽdicularis eleuata super terrã & est super caput eius pila ex pãnis &] coriis siãs in operatione loco humeri uiri: & restaurator extendit manũ ex latere alio, & grauat uirũ, si necessariũ est ei illud cũ põdere, aut suspensione. Et quãdo fit prauum, aut fit difficile, & prolongatur tempus; tunc fortasse indiges eo, qđ est fortius post embrochationes, & balneationes. & fit quãdoque instrumentũ simile manubrio sarculi, & est uirga breuis, cuius lõgitudo est lõgitudo adiutorij, aut plus, aut minus, sup cuius caput est pila, & ipsius pila facilior est ut sit ex pannis & coriis, & impellitur [d] †[ ] cum illa uirga spera sub titillico. & oportet tũc, quũ uolũtas est, ut fiat, [ut annectat uir fortis instrumentum titillico,] impellendo ipsum cum eo ad superiora, aut duo uiri, [f] [donec] resistant restauratori extendenti manũ, & teneat vir alius humerum eius alterum, ut non [g] [separetur subito aut impellat illum humerum,] & restaurator ille iam incepit extẽdere manum eius, & trahere eam ac si in voluntate eius sit, vt separet eã à spatula eradicando, & fit illud ad [h] [anteriora] parumper. & quando fit illud, cadit adiutorium in iũctura sua, deinde pila annectatur titillico annexione forti. sustentãdo ad superiora caput adiutorii: & oportet, vt fit [i] [sustentatio secundũ ipsum, & spera sit super illud qđ segatur caput adiutorii in infirmo, & oportet, ut in fine qđ est sub eo.] ut nõ frãgatur adiutoriũ: quoniã non est possibile post restaurationem eius, ut redeat ad locũ suum ut propter illud, quod sciuisti. & medicatur quandoque cũ scala ita, ut ponatur caput adiutorij super gradũ scalæ, qui iam lenificatus est, præparatus cũ inuolutionibus secundum formam conuenientem: & suspenditur vir ex alio latere, & extenditur manus, & ingreditur caput adiutorii in locum suum: uerum oportet ut fit suspensio, & gradus scalæ propè caput adiutorij, ut non frãgatur: & fortasse ponitur loco gradus, & glomeris sphærici, res potens ex illo eodem loco, & non remouetur ab eo ad locum alium, quoniã timetur ex hoc fractura adiutorii. & curatur quãdoque aliis modis deriuatis ex istis modis: & melior modorum est modus primus. Quum ergo redit dislocatio ad locum suum, tunc melior ligatura eius est, ut ligetur pila cũ humero, ligatura facta cũ uittis latis, prohibentibus separationẽ eius quod redit; & oportet ut penetret vitta super ipsum, aut vitta alia desuper secũdũ modum

a B. manus sub ascella.

modum crucis vſque ad humerum alterum. Et quandoque cadit crux ſuper humerum infirmum, deinde ligatur adiutorium cum latere ad inferiora, & ligatur cubitus, & extremitas manus ad ſuperiora ex parte colli; & non reſoluitur vſque ad ſeptimum, aut poſt ipſum. & ciba ipſum ſicut ſcis. Quòd ſi [k][aſſiduatio fiat,] quoties redit: tunc neceſſarium eſt cauterium.

k B. aſſidua fiat dislocatio.

De dislocatione ſpatulæ. *Cap.* 12.

IAm dictum eſt illud, & eſt de illis quorũ caſus non accidit: & mirantur ex ea tales quales Hipp. & Gal.

De dislocatione oſſis parui apud humerum. *Cap.* 13.

ACcidit quandoque oſſi paruo, quod eſt caput humeri, vt ſeparetur à loco ſuo; quare accidit etiam concauitas, ſicut in dislocatione.

De cura. *Cap.* 14.

NOn oportet, vt extendatur tenſione fracti, ſed coarctetur, & ſtringatur cum digitis, & inclinetur ad locum ſuum, & ſtringatur ſicut ſtringitur furcula cum puluillis. Nam ipſa ligatura iterum quandoque facit ipſum redire ad locum ſuum violenter: & non curatur de illo, quod eſt de vehementia illius ligaturæ, & ſeruatione eius, ſicut curatur de eo in furcula.

De dislocatione cubiti. *Cap.* 15.

HVius [a][membri] dislocatio fit difficilis, & fit difficilis ipſius reditio propter uehemẽtiam ligamentorum continentium ipſum, & eorum breuitatem, & propter ſuam [b][contrarietatem concauitati.] Et quandoque accidit ei ſeparatio parua. Et accidit ei dislocatio integra in quibuſdam horis. Et quando dislocatur, ſignificat eius dislocationem gibboſitas in latere, & [c][arcuatio] in latere. Et deterior eius eſt, quod dislocatur ad poſteriora; quoniam [d][eſt inobedientis curationis] valde. Et plurima quidem dislocatio non accidit niſi in focili inferiori, & eſt turpior, & fœdior propter illud, quod accidit ei de reditione. focili verò ſuperiori parum accidit, & non eſt cum fœditate dislocationis inferioris: quoniam ipſum eſt vehementioris continuationis cum [e][vola,] & eſt longinquius ab hoc vt remoueatur: Et non eſt poſſibile, vt dislocetur vnũ duorum focilium, niſi elongetur à ſecundo [f][elongatione aliqua.]

a B. iuncturæ.

b B. contrarietatem uel prohibitionem no cręg.

c B. concauitas

d B. ipſa contegrit uel dilaniat carnem.

e B. lacerto.

f B. Alia litera vehementer.

De cura. *Cap.* 16.

OPortet, vt feſtinetur ad eius curationem, quoniam properat ad ipſum apoſtema calidum, prohibens à curatione; quoniam extendere ad equandum ipſum tunc, perducit ad perditionem: licèt iterum non ſit poſsibile ut æquetur apoſtemate illic exiſtente. Et ſeparationi quidem paruæ ſuccurritur cum qualibet [a][difficultate, imò adiungat uolam cum reditione eius] ad locum ſuum. Et dislocatio completa ſi eſt ad interiora, eſt ei regimen: & ſi eſt ad poſteriora, eſt ei regimen aliud. Et illa quæ eſt ad interiora, redit ad locum ſuum, quũ percutit vola ſua humerum, qui opponitur ei, percuſsionibus aliquibus, manu iam præparata ſicut oportet, & adiuuatur manu altera & ingreditur. Dislocatio verò ad poſteriora, oportet vt extendatur tenſione vehementi, deinde percutiat eam ad poſteriora. Quòd ſi non obedit per illud, teneãt adiutorium, & brachium duo fortes, & liniat reſtaurator manum ſuam cũ oleo, & incipiat abſtergendo iniungere cubitum cũ vehementia, donec ingrediatur: deinde oportet vt ſtringat ipſum & ponat brachio [b][ſuſpenſorium dimittens cubitum angulatum] ſecundum quantitatem, quam tolerat in prima hora, deinde non ceſſet conſtringere ſuſpenſorium paulatim, dónec conſtringatur [c][angulus.]

a B. compreſſione facta cum radice uolę manus quæ reducit.

b B. rem quæ ipſum ſuſpendat dimittens cubitum arcuatum ſeu aliqualiter flexum.

c B. arcuatio uel conſtringatur plicatio cubiti angulariter facta.

De dislocatione iuncturæ raſcetæ. *Cap.* 17.

[a][IVnctura raſetæ eſt facilis dislocationis, & difficilis unitionis:] nam quando extenditur extenſione parua, & opponitur unum duorum membrorum alteri, redit, ſed eius buccellatio eſt praua, quoniam illud quod continet ipſam de corporibus, apoſtematur, & prohibet bonitatem unitionis. Et modus extenſionis eius eſt, ut extendat uir focile ad poſteriora, & extendat reſtaurator uolam ad contrariũ illius partis, imò ad anteriora, & extendat unũ quemque digitum incipiens à pollice, & proueniens ad minimum: nam æquatur per illud, & redit: deinde emplaſtret ipſum, & ſtringat.

a B. Dislocatio iuncturæ raſetæ eſt facilis reditionis & difficilis firmationis vel ſtabilitatis.

De dislocatione digitorum, & ſignis eius. *Cap.* 18.

QVando dislocantur digiti, inclinãtur ad interiora: & apparet illic eminentia in interioribus, & apparet concauitas in dorſo. Et ſimiliter fit in oſsibus raſetæ.

De cura. *Cap.* 19.

IN reditione digitorum à dislocatione eſt difficultas quædam; & non oportet, ut extẽdantur extenſione æquali: imò oportet [a][ut expectes ſuper eos, & eleues radicẽ ex manu tua, ſub qua cadit radix eius, quando ſtringis ſuper eum ad inferiora, ac ſi tu eradices ipſum ex loco ſuo, & tunc uidebis dislocationem iam intraſſe, & rectificari.]

a B. ut conſtringas eos ſeu teneas eos & eleuet ad ſuperiora digitus ĩdex manus tuæ quæ cadit ſub eius radicem apud id quod conſtringitur, ac ſi tu eradices eos, & tũc uidebis qđ dislocatum eſt intrare & ſonitum reddere.

De ſeparatione oſſium raſetæ. *Cap.* 20.

OPortet, ut in ea fiat, quod poſsibile eſt de æquatione, & impulſione omnis declinationis, & eminentiæ ad contrarium partis illius, & poſitione haſtellarum, & ſtrictura earum deſuper, & dimittantur ſuper eam, & ut ponatur loco earum ſuper eam plum-

bum æquatum conseruans locum cum grauitate sua. Verùm oportet vt antequam ponatur desuper hastella, aut plumbum, vt emplastres cum emplastro confortatiuo de illis, quæ scis, & non moueatur.

De dislocatione spondylium, & separatione earum. Cap. 21.

QVando spondyles dislocantur dislocatione completa, interficit proculdubio. Et non completa iterum, quando remouentur remotione plurima, quamuis sit minus quàm cõpleta, est mortalis: quoniam proculdubio coarctat nucham coarctatione forti [a] [si resistit, & non obedit.] Et si est spondylis prima colli, & quæ sequitur eam, priuat animal anhelitu, & moritur statim: quoniam nerui anhelitus coarctantur; quare non faciunt operationem suã. Et si est de spondylibus dorsi, & dislocatur ad partem interiorem, non est possibile vt curetur: & est de illis, quæ interficiunt uelociter. Et si moratur, & non est possibile taliter quòd prohibeat anhelitum, retinet stercus, & urinã, & interficit. Et si moratur, non coarctat nuchã coarctatione vehementi, aut coarctat, & non apostemat: aut sedatur quod est cum eo de apostemate, non est excusatio, quin nocumentum ingrediatur nucham, & neruos, qui sunt sub illo loco, & facit superfluitates exire inuoluntariè. Et si est ad posteriorem, tunc nocumentum quod facit nuchæ, est minus: verùm necessariũ est nocumentum iterum: & [b] [coarctatio neruorum, quæ debilitat pedes, debilitat lacertos] uesicæ, & ani: quare necessaria est virtus fortis, & impulsio vehemens, & percussio magna, quæ ferè franget [c] [simenia] eius, donec redeat ad locum suum: & antequam redeat ad locum suum, iam fracta sunt per illud eius [d] [sinemia.] Et quando dislocantur ad duo latera, & ad superiora. Et in huius quidem capituli diuisionibus iam locuti fuimus, vbi locuti fuimus de gibbositate, ergo compleatur illic. Et signum illius est, quòd vides illic aut eminentiam in posterioribus, aut arcuationẽ in pectore, ac si fractum sit [e] [simenium:] sed in eius fractura non est magnum malum. Et in dislocatione spondylis, est timor mortis.

a B. licet prolõgetur uel aliqualiter tardet mors & nõ soluat cõtinuitatem.

b B. debilitatio neruorum qui sũt inferius quare debilitantur pedes & debilitantur lacerti.

c B. senafene.

d B. senascenæ.

e B. senascenç.

De cura. Cap. 22.

IN illa quidem, quæ est ad anteriora ex dorso, spes est parua. & paruus profectus est in eius curatione. Illa verò, quæ est ad posteriora, indiget [a] [compressione cum renibus, & fortitudine, sicut est operatio balneatorum, & ponantur super eam] cum fortitudine, aut faciat ipsum iacere super ventrem suum, & stet super eum cum calcaneis suis, aut fricet ipsum cum [b] [aliobich fricatione asini lilfazaracti.] Quòd si res fuerit uehementior illa, & fuerit recens, dixit Hippoc. quòd oportet ut sumatur lignum, cuius longitudo & latitudo sit tantæ quantitatis, quæ capiat infirmum, [c] [& terminetur ita, ut sit] secundum hanc mensuram propè parietem [d] [extensum] ad latus parietis in longitudine: & non sit elongatio eius a pariete plus quantitate unius pedis; & ponatur super ipsum stratus planus ad corpus infirmi, deinde balneetur, & [e] [applanetur super lignum, aut super podiale] super faciem suam: deinde inuoluantur super pectus infirmi ligaturæ amplæ duabus vicibus: & earum extremitates egrediãtur de subascellis, & ligentur inter duas spatulas. & ligentur extremitates ligaturarum latarum ad lignum longum simile. [f] [manubrio mortarij; & eleuetur hoc lignum super lignum positum, aut podiale: & detur ministro stanti apud caput infirmi, ut teneat ipsum [g] [ut fiat extremitas inferior inuoluta ad] aliquid, & extendatur superior, quæ est apud caput, in hora, qua oportet, & fiat per illud extensio: & ligentur iterum pedes ambo simul cum ligatura ampla alia super genua: & supra [h] [duas spatulas iterum, ligando iterum loca quæ eleuantur ex loco,] in quo aggregantur duæ coxæ cum ligamento alio, & aggregentur extremitates horũ ligamentorum, & ligentur ad lignum aliquod simile manubrio mortarij, sicut est lignum cuius præcessit narratio, & [i] [eleua ipsum apud extremitatem ligni primi;] deinde præcipe ministris, ut extendant [k] [cum hoc ligno] extensione, quæ fit secundum contrarium. Et de hominibus sunt, qui faciunt hanc extensionem cum instrumentis, & sunt [l] [sicut sagittæ super lignum erectum apud extremitatem huius ligni magni, aut podialis scilicet duas extremitates, quæ sequuntur caput, & pedes; & quando reuoluuntur illæ sagittę, inuoluuntur] cum eis ligaturæ, quæ extenduntur. Et oportet, ut quando fit extensio, [m] [impulsio fiat apud] gibbositatem cum radice volarum manuum. Quòd si fuerit nobis necesse sedere super ipsum, faciemus illud, & non timebimus aliquid. Et si non ęquatur spondylis cum istis rebus, & infirmus fuerit tolerans compressionem, tunc oportet ut concauetur fouea in pariete, qui est propinquus, [n] [cum] longitudine similis canali, [o] [recipiens gibbositatem cum mensura, quæ sit longitudo foueæ] quantitas vnius brachij: & non sit altior spondyli infirmi, neque inferior ea plurimum; imò oportet ut iam primum sit facta. Verùm ad hanc ægritudinem, ad quam diximus in principio, ut sit lignum positum propè parietem, deinde sumatur tabula æqualis mensuræ, & ponatur una extremitatum eius in foueam, quæ est in pariete, & ponatur medium [p] [loci, qui consequitur ex ea] super gibbositatem, deinde impellatur extremitas eius alia inferius, donec uideas quòd spondylis iam æquata est ęquatione manifesta. Et Hipp. quidem iam dixit, quòd [q] [concauatio] sola absque tabula rectificat hanc rem. Et dixit iterum, quòd compressio cum tabula sola facit illud. Quòd si illud est verùm, tunc non est [r] [possibile,] ut administretur extensio, quam diximus [s] † [

] in principio speciei, quæ nominatur separatio spondylium ad anteriora absque cõpressione. Et oportet post ęquationem ut administres tabulam de ligno, cuius

a B. ut genib⁹ teneantur uel amplectentur sicut operantur balneatores, & grauent super eum.

b g. alguich cũ fortitudine fricatione uel cõpressione quã faciunt pistores lelfarazadache.

c B. aut fiat tabula aut capsa.

d B. extens.

e B. extendi infirmus super lignum ...

p B. eius.

q B. extendi

r B. malè

s † B. hic.

ius latitudo sit quantitas trium digitorum, & eius longitudo quantitas, quæ comprehendit gibbositatem, & quoddam [t] [partis sani:] & inuoluantur super eam panni linei, aut stuppa incisa, ut non sit dura: & ponatur super [u] [gibbositatem,] & ligetur cum ligamento, quod est necessarium: & administretur infirmo cibus subtilis. Et si remanserit post illud residuum ex gibbositate, tunc oportet administrare curationem, quæ fit cum medicinis quæ mollificãt, & leniũt cum administratione tabulę, quam narrauimus tempore longo. Et quidam homines administrant tabulam de plumbo. Et si dislocatur ad vnum duorum laterum, æquatur cum hastella, aut hastellis duabus, & stringitur. In facta verò ex hoc in collo ad posteriora, & est illa quæ curatur, oportet ut resupinetur infirmus: deinde extendatur caput eius ad superiora cum facilitate, & æquetur spondylis eius cũ compressione, & abstersione: & quando æquatur, ponatur super eam emplastrum confortatiuum: & vela super ipsum cum pannis, & stringe desuper hastellam cum mensura colli, & lõgitudine eius, & liga eam ad caput & [x] [adiutorium,] ita ut non cadat ligamentum ad guttur, & soluatur in numero dierum, & ponantur, fila cum quibus stringis secũdum formam vittarum, ex marginibus pannorum, quoniam illa quæ rotundantur, lædunt.

t B. Alia litera & quoddã spondyle sanum.
u B. spondylia.
x B. pectus.

De dislocatione alhosos idest iuncturæ ossis caudæ. Cap. 23.

ALhosos, quando dislocatur, tunc illud scitur sensu. Sed & magnitudinem dislocationis scies per sensum iterum: & quòd æger non expandit pedem, neque in loco dislocationis neque apud genu, imò est plicatio genu ei laboriosior. Regimen verò illius est, quoniam quum vis æquare illud, oportet ut intromittas medium digitum in anum, vsquequo opponatur loco: deinde preme cum eo ad superiora cũ fortitudine: & obserua cum manu tua alia locum alhosos, donec æques ipsum: deinde emplastra ipsum, & stringe: & æger minoret cibũ, & [a] [minorabitur] egestio: & sumat cum hoc quod leniat naturam.

a B. minoretur.

De dislocatione anchæ. Cap. 24.

COxæ quandoque accidit simile ei, quod accidit adiutorio de dislocatione ad inferiora, sicut mollificare. Et non est possibile si dislocatur coxa, ut expandatur pes, neque iuxta dislocationem, neque apud genu: imò est illud in genu magis prauum. Et eius quidem dislocatio quandoque fit ad interiora: & quandoque fit ad exteriora. Verùm plurimum dislocationis eius est ad exteriora: & minoratur eius dislocatio ad interiora. Et dislocatur iterum ad interiora, & ad posteriora, & per illas easdem causas. Et quando accidit in dispositione partus [a] [strictura super embryonem, quod dislocatur ille pes; tunc facit eum habere crus minutum,] deficiens à delatione corporis: quare debilitatur, & non [b] [corrumpitur.]

a B. aut scissione uentris matris mortuæ a qua extrahitur embrio unde efficitur ille pes habens crus subtile.
b B. crescit uel nõ fortificatur.

De signis. Cap. 25.

ACcidit ex dislocatione anchæ ad interiora, vt videas pedem dislocatum longiorem altero, & genu eminentius: & non potest duplicarę pedem suum apud inguem inflatũ, apostematum, quoniam caput coxæ iam intrauit in ipsum. Et si dislocatur ad exteriora, abbreuiatur pes; & apparet in inguine profunditas; & accidit in eo, quod opponitur ei à posterioribus, eminentia, & inflatio; & genu est quasi ipsum sit submersum ad interiora, pes est lõgior: & est possibile infirmo ut expandat crus suum, & non sit ei possibile, ut plicet ipsum nisi cum dolore: & non præparatur ei de ambulatio penitus: & si vult ambulare, ambulat super calcaneum: & accidit ei multoties ex hoc ut apostemetur inguen eius, & retineatur eius urina. Et si dislocatur ad posteriora, abbreuiatur pes eius, & fit super eum expansio difficilis; [a] † [ ] & apparet in ipsius inguine mollificatio; & est caput coxæ decliue ad [b] [obliquationem.]

a †B & constrictio simul uerũ quandoque plicatur crus cum plicatione coxę ad inguina.
b B. alhafagi.

De cura. Cap. 26.

OPortet, vt ad curandum sit festinatio, nam si non redit velociter, fortasse effundentur ad eam humiditates, & putrefient, & perducent ad corruptionem membri totius, & sequetur illud de timore id quod scis. Regimen uerò dislocationis coxæ ad inferiora, est ut extendas pedem; deinde fac eum redire cum uehementia postquam moueris cum dextra & sinistra, donec opponatur ei ad quod redit; [a] † [ ] & pone pedi quasi stafam, & stringe super crus, deinde stringe super coxam, & super genu strictura quæ seruet eam; deinde suspendatur ex humero suspensione, ne sit possibile cruri cum hoc ut extendatur; Quando uero dislocatur ad interiora, tunc præcipitur ut [b] [flectat genua,] & teneat eũ homo fortis ex latere emũctorio, & capiat restaurator manu sua caput coxæ apud genu, & trahat ipsum, ad interiora, ita ut impellat extremitatem aliam, & impellat ipsum impulsione tendente ad superiora, & exteriora. Et si adiuuat eum alius ab extremitate alia, ex contrario motus eius, & iam ligauit eam cum vitta, aut cum fune; erit bene, deinde ligetur cum ligamento. Verùm quando dislocatur ad exteriora, oportet tunc, ut [c] [firmet] restaurator extremitatem coxæ, quæ est apud genu; & moueat eam ex contrario motus prædicti; & sit alius tenens ab extremitate alia mouens eam ex contrario motus primi; et iam ligauit uittam, aut funem. Et in illa, quæ est ex illo ad interiora,] aut posteriora, stringat restaurator radicẽ coxę cum ligatura lata, et capiat super humerum ad partem, quæ oportet secundum declinationem dislocationis; et accipiant uiri duas extremitates ligaturæ amplæ; deinde extendant eam omnes simul extensione, qua suspendant infirmum in aere. Et cum huiusmodi iterum est possibile, ut redeant

a †B. & accipiatur fascia fortis aut cingulum latum.
b B. infirmus stãdo flectat caput & humeros
c B. capiat firmiter.

modi prædicti ad rectificationem: & medicāt eam quandoque cum [d] [thibrem.]& modus illius est secundum quòd retulit de eo quidam eorum,& bene egit: inquit, oportet ut caues foueam lōgam in ligno toto similem [e] [aquæ ductibus,]& non sit longitudo foueæ,& profunditas eius plus quantitate [f] [trium] digitorum,& non sit [g] [longitudo] eorum ad inuicem plus quatuor digitis,& ponatur extremitas [h] [althibrem] in partem illius foueæ, [i] [& sustentent cum eo,& sit impulsio eius ad partem ad quam oportet impellere,& oportet ut [k] [sustententur]in medio ligni magni [l] [aut podialis]lignum aliud erectum, cuius longitudo sit quantitas unius pedis,& grossitudo eius quātitas manubrij fossorij,vt quando resupinat [m] [super dorsum reuòluatur hoc lignum in eo quod est inter alhahafegi & caput coxæ, quoniam prohibet sequi illud quod extendit ipsum à parte pedum, licèt illud iterum multoties indigeat extensione quæ sit à superiorib.] Et cum hoc, [n] † [ ]quum corpus impellitur ad inferiora, impellit hoc lignum caput anchæ ad exteriora:& oportet ut sit [o] [manus]ad interiora secundum modum,quem diximus ante hoc,præcipuè ex pede.Quòd si caput coxæ non ingreditur per hanc speciē curationis, tunc oportet ut auferatur lignū erectum sustētatum; & ut figātur duo ligna alia [p] [super duo domicilia loci illius ligni scilicet in omni latere eius lignum,ut sint sicut postes portæ, & nō sit unumquodque eorum minus pede:deinde equitet super ea lignum aliud, sicut equitat lignum scalæ, ut fit figura [q] [sex]lignorum,similis literæ,quæ nominatur græcè [r] [bitaneu,] hæc enim figura fit quum ponitur lignum [s] [trinum] in medio inferius duobus extremis parumper: deinde oportet ut resupinetur infirmus super latus sanum & extendat coxam sanam in eo, quod est inter hos duos postes,sub ligno quod est simile gradui scalæ, & ponatur coxa infirma super hunc postem, ut sit caput coxæ equitans super ipsum, post quam expansi fuerint super postes panni plicati plicatione plurima, ut non lædat postis coxam:postea sumatur lignum aliud æqualis latitudinis, cuius longitudo sit tantæ quantitatis,quę comprehendat ex capite coxę usque ad locum calcanei, & ponatur in lōgitudine sub coxa ab interiori parte, ut retineat caput coxæ ad calcaneum [t] † [ ] & ligetur cum eo;deinde administretur [u] † [ ]in gibbositate, [x] [Verùm] secundum quòd diximus in eo quod præcessit, [y] † [ ]oportet tunc ut extendatur crus ad inferiora cum ligno ligato cum eo, ut redeat caput coxæ ad locum suum cum hac extensione uehementi.Et est iterum modus alius,cū quo ingreditur caput coxæ absque extensione infirmi super lignum.& est modus quē laudat Hippoc.& ille existimat,quòd oportet ut ligentur manus infirmi simul cum ligamēto lato, leni; & ligentur pedes eius ambo cum ligamēto lato, forti, leni, super duos calcaneos,& super duo genua: & sit longitudo cuiusque eorum à compari suo quantitas quatuor digitorum:

d B. albiram.
e B.canali.
f B quatuor.
g B.elongatio.
h B. albiram.
i B.cum qua sustentatur seu firmatur.
k B figatur.
l B.habentis foueas prædictas.
m B.æger sup dorsum,sit hoc lignum stans inter alhafagi & caput coxæ circa quod lignū infirmus in girum uertitur, quoniam tale lignum prohibet corpus infirmi ne sequatur extensionem quæ fit in partibus pedum ipsius & secundum plurimum nō indiget extensione quæ fit ad superiora licet quādoque fiat illud etiam.
n †B.quoniam
o B.extensio.
p B.a latere.
q B. trium.
r B.itha.
s B.tertium.
t B.uel clauiculam calcanei.
u B.extēsio aut cū ligno quod est simile pistello mortarij secundum quod administratur.
x B.aut.
y † B.&

& sit crus infirmum extensum plus altero quā titate duorum digitorum: & suspendatur infirmus super caput,& sit elongatio eius à terra quantitas duorum cubitorum: deinde [z] [currat adolescens habens experientiam,puber] cū brachijs suis, [a] [& extrahat] coxam infirmam in grossiore loco eius,ubi est caput coxæ iterum: & suspendatur cum infirmo subito,nam iunctura quum factum fuerit illud [b] [cum ea,] ingredietur ad locum cum [c] [quolibet studio,] & iste quidem modus est facilior aliis, quoniā non indiget operatione plurima. Verùm plures medicantium non bene operantur in eo, quoniam ipsi spernunt eum propter suam facilitatem.Et si sit dislocatio coxæ ad exteriora, tunc oportet vt extendatur infirmus secūdum quòd diximus cum [d] [hac ligatura, quæ est super alhahafegi inguinis]& furculam,secund ū quòd diximus, deinde est necessarium medicanti,ut [e] [euellet cum thibrem]de foris ad interiora,postquam posuerit extremitatem [f] [thibrem in aliqua parte foueæ,quam diximus ut stringat]super eam. Et sint aliqui ministrorū ex parte coxę sanę impellentes iterum:& opponatur impulsio, ut non impellatur plurimum. Et quum dislocatio est ad anteriora, tūc oportet ut extendatur infirmus, deinde ponat uir fortis radicem uolę manus suę dextrę super inguem infirmi & coarctet ipsum cum manu altera,& ipse cum hoc ponat coarctationem extensam ad inferiora ad partem genu.Et quando dislocatio est ad posteriora,tunc non oportet ut extendatur infirmus ad inferiora,eleuatus super terram:imò oportet ut sit positus super aliquid durum,sicut oportet, [g] [ut] sit iterū quando separatur ancha eius ad exteriora, sicut dixi in gibbositate: oportet ergo ut extendatur infirmus super lignum, aut podiale super faciem suam,& sint ligamenta stricta non super coxā, imò super crus,sicut diximus nuper.Et oportet iterum administrare compressionem cum tabula, & super [h] [alhahafegi,] & locum,ad quem egreditur iunctura.Hic est sermo noster in speciebus dislocationis,quę accidit anchæ ex causa manifesta antecedente illud;verum quia quandoque dislocatur coxa ꝓpter multitudinem humiditatis accidentis ei, sicut dislocatur spatula,oportet tunc ut administretur cauterium, sicut diximus in loco, in quo diximus hoc cauterium.

De dislocatione genu. *Cap.* 27.

GEnu est velocis dislocationis; fortasse.n. dislocatur absque causa præter deambulationē uelocem,aut lubricat parum; sicut carnalis multoties dislocatur absque causa pręter saltum.Et genu quidem dislocatur ad omnem partem, nisi ad anteriorem propter rotulam, & adiutorium eius.

De cura. *Cap.* 28.

SEdeat infirmus super sedem propinquam terræ,& eleuentur pedes eius parumper: deinde extendat uir fortis manum suam desuper & de subtus extensione forti:& reducat restaurator iuncturā ad dispositionem suā secundū iudicium dislocationis uniuersalis,& liget eā,

z B.amplectatur seruitor habens experientiam iuuenis.
a —— B.
b —— B.
c B. adiutorium trahentis ad inferiora.
d B.tensione ligature quæ est super alafagi & super inguinis
e B. cum ali...
f B. albiram aliqua ex his ueis quas diximus ut firmet uel substentet.
g B.aut.
h B.alhafegi super uacu...

De

De dislocatione areffatu, & est rotula genu.
Cap. 29.

QVando accidit ei dislocatio, oportet ut pes planè ponatur in terra, & reducatur rotula: deinde impleatur curuatura geniculi pannis prohibentibus à duplicatione, & ponantur desuper hastellæ resistentes ei in parte, ad quam declinat. Quum ergo restringitur, & adhæret, non duplicetur genu cum festinatione, sed paulatim, donec alleuietur.

De dislocatione iuncturæ tali apud [a] [calcaneum.]
Cap. 30.

DIslocatur [b] [calcaneus:] indiget ergo, si dislocatur, extensione forti, & cutatione vehementi, & impulsione cum formidine ut redeat. Deinde oportet vt dimittat deambulationem circiter. xl. dies, vt non dislocetur secundo. In separatione verò pauca sufficit quælibet extensio, deinde reducatur. Et quãdo complete dislocatur, tunc oportet [c] † [ ] vt reducatur secundum quòd dicunt antiqui. inquiunt, oportet ut extendatur infirmus super dorsum suum super terram, & [d] [ab eo quod est inter coxas eius apud alahafegi sit paxillus longus] intrans in profunditatem terræ, non permittens corpus eius moueri, quum [e] [procedit pes] eius ad inferiora: imò oportet ut figatur iste paxillus antequam resupinetur infirmus. Quòd si præsens tibi fuerit lignum magnum [f] † [ ] in cuius medio [g] [diximus esse] aliud lignum fixum, tunc oportebit vt fiat extensio super hoc lignum: & oportet ut sit minister tenens coxam, & extendens eam, & minister alius extendens pedẽ, aut manibus suis, aut ligamento secundum cõtrarium extensionis ministri primi: & æquet medicus manu separationem, & teneat minister alius pedem alium ad inferiora. Et oportet, post æquationem vt ligetur ligamentis fortibus, & vadat cum parte ligamenti ad pectinem pedis, & cum parte eius ad [h] [calcaneum,] & ligetur illic. Et oportet vt caueatur ex neruis, qui sunt supra talum posterius, ut non sit super eos ligatura vehemẽs, & ut prohibeatur infirmus à deambulatione. xl. diebus: & isti, si conantur ambulare [i] [ante, non sanatur secundum complementum, & dissoluitur] in eis mẽbrum & corrumpitur curatio. Quòd si separatur os tali ex saltu: nã illud accidit multoties; aut accidat huic membro apostema calidum: oportet tunc vt præparetur hoc membrum cũ resupinatione infirmi super faciem suam, & extensione membri & æquatione eius, & cum embrochis, quæ sedant apostemata calida: & administratione ligamentorum fortium; & ut quiescat infirmus, & non moueatur donec rectificetur membrum integrè. Et ligatura quidem [k] [tali] oportet ut sit [l] [ad] digitos, & dimittatur [m] [talus] apertus.

De dislocatione ossis pedis. *Cap.* 31.

EIus regimen est proximum regimini dislocationis ossis [a] [calcanei,] & fortasse sufficit vt æques, ita, ut [b] [calces] cum pede tuo super ipsum pãno existente inter ea, donec æquetur: deinde emplastra, & stringe secundũ modum quem scis,

a. clauiculam.
b. alchab.
c * B. si est dislocatio vehementi non obediens.
d B. figat inter coxas eius apud alhafegi paxillus longus seu baculus longus fortis.
e B. trahuntur pedes.
f † B. concauatũ quod diximus.
g B. sit.
h B. clauiculã calcanei.
i B. antequam sanentur secundum cõplementum recidiuant tum iterum dis. loeantur.
k B. clauiculæ.
l B. versus.
m calcaneus.
a B. vel e man.
b B. uel preme.

TRACTATVS II.

De radicibus vniuersalibus in fractura.

Sermo vniuersalis in fractura. *Cap.* 1.



FRACTVRA est solutio continuitatis propria ossibus. Et accidit quãdoque [a] [sparsa: & quandoque non est sparsa, & quãdoque accidit æqualis, & quandoque accidit scissa.] Et æqualis quandoque accidit in latitudine: & quandoque accidit in longitudine. Et cadens in latitudine quandoque accidit [b] [diuisa, & quandoque accidit non diuisa. Et cadens in longitudine est diuisio & alcasim quæ non accidit separata.] Et quidam nominauerunt species fracturæ nominibus suis, dicentes fracturã magnam incedentem in latitudine & profunditate [c] [raphanalem] & hastalem, & arundinalem. Et dicentes incedentem in longitudine, fracturã linealem. Et dicentes incedentem in latitudine cum longitudine, lunalem, & nerualem. Et illa quæ est paruarum partium [d] [unam sauchiem, & alierusiem cum alhuberien.] Et quando fractura completur, non est possibile ut remaneant duo ossa, secundum quòd necesse est inter ea de oppositione secũdum præparationem continuitatis naturalis. imò separatur necessario ab oppositione. Et similiter separatio faciens accidere puncturam necessario in eo quod continetur de uelaminibus, & carne: [e] quare accidit dolor sequens eam. Et quando est æquatio] rotunda, sine frustis, [f] [conuertitur] membrum cũ facilitate. Et ut declinet fractura ad exteriora secundum quòd dixit Hippocr. melius est quàm ut declinet ad interiora, quoniam illud, quod occurrit ei de neruis illis illic, est plus: quare lædit. Et quando cadit fractura apud iuncturam, & [g] † [ ] restauratur, remanet motus difficilis propter duritiem, & [h] [rasbadij quod accidit indiget spatio donec decla retur.] et illud quidem prauius accidit in iuncturis ossium paruorum. et de illo iterum est, ubi est iunctura in creatione strictior, sicut est iunctura [i] [cauillæ.] et fractura prauioris incarnationis, & unitionis est illa, quæ est secundum rotunditatem: deinde illa, quæ declinat: non enim adhæret nisi super ipsum prolontur ligatura habens fabricationem mirabilem tempore longissimo: & sumat ex cibis, & medicinis: [k] [& ex eo quod mittit sanguinem ad illam partem,] secundum quòd dicemus. Et deterior fractura ossium est ad interiora, non ad exteriora secundum quòd dicitur. Et quod dicitur de incisione medullæ, & interficit,

a B. quædã ex ea separans partes ossis adinuicem separatione totali & nominatur quando partes eius fuerint ualde paruę cõtritio. Et quandoque accidit non separans partes ossis adinuicem separatione totali. & quę non est separãs partes ossis ad inuicẽ separatione totali, quandoque accidit æqualis & quãdoque accidit ratificata.
b B totaliter diuidens vel separans, & qñq. non totaliter diuidens. & cadẽs in longitudine, q est alsedha & alchasem nõ cadit totaliter diuidens.
c B. Alia litera raphali.
d B nominatur alfuichi & algierisi & alhauri.
e B. dolor ad quem sequitur apostema. & qã est fractura totaliter diuidẽs.
f B restauratur
g † B. facti sunt margines, qui sunt super nocram ossium, & super concauitatem ipsorum, in qua recipitur buccellatio, seu additamentum iuncturæ efficiẽ iunctura, illa p̃parata ad dislocationẽ. Et qñ cadit fractura apud iuncturã &
h † B. rosbo seu carnem callosã quæ indiget tepore donec leniatur.
i B. clauiculæ.
k B. quæ præparant sanguinẽ ad illam tẽ.

cit, est intentio cui non est vtilitas: medulla enim habet lenitatem & viscositatem, & non inciditur. Et quandoque accidunt cum fractura accidentia, sicut vulnera, & fluxus sanguinis, & apostema, & attritio eius quod circundat eam ex carne, quæ si non [l] [præparetur] cũ prohibitione putrefactionis, aut scalpelletur; accidet ex eo corrosio. Et locus quidem fracturæ magnorum scitur per dolorem, & per [m] [casum.] Fracturæ verò puerorum paruorum apparent per dolorem, & apostema: [n] [nam in ipsis accidunt plura iudicia restaurationis. Et quando ista ossa redeunt] ad situs suos, possibile est in infantibus, & qui sunt eis proximi ut [o] [restauretur ei villus] virtutis primæ in eis. in ætate verò adoloscentiæ, & quę est post ipsam, non restauratur: imò currit super eam incarnatio ex materia cartilaginosa, coniungens inter duo ossa de genere eius, quod facit currere [p] [ærarius de duobus plumbis] super continuationem æris, & aliorum. Et ossa magis inobedientia ad restaurationem faciendam est adiutorium, deinde brachium. Amplius furcula, quando frangitur ad interiora, praua fit eius cura. Et fractura fędior in duobus focilibus est fractura focilis inferioris eorum, sicut dictum est in dislocatione. Res autem coxæ, & cruris est facilior; quoniam restauratio nõ prohibet ea à dilatione. Et membra quidem diuersificãtur in spatio restaurationis verbi gratia, quoniam nasus restauratur secundum ꝙ dicitur, in x. & costa in xx. & vlna in eo quod approximat à xxx. vsque ad xl. & coxa in l. & fortasse extenditur longè, donec restauratur coxa usque ad mẽses tres, aut quatuor, & quod est supra hoc. Et ut declinet membrum in [q] [firmatione] restaurationis ad ventrem eius, melius est, quã vt declinet ad dorsum ipsius, quoniam fit declinatio eius in latere [r] [vrinæ.] Et causæ, propter quas non restauratur os, sunt multitudo embrochationis aquæ: & multitudo solutionis ligamentorum, & ligationis eorum: aut festinatio in motu: aut paucitas sanguinis absolutè: aut paucitas sanguinis uiscosi in corpore; & propter illud minoratur restauratio fracturæ cholericorum, & conualescentium. Et de illis, quę significant restaurationẽ, est apparitio sanguinis, qui videtur quasi ipse sit superfluitas, quam expellit natura ex multitudine sua, cum studio ad fracturam.

l B. regatur.

m B. aduentum causarũ fracturæ & per tactũ manuum

n B. & rubedinem Capitulũ iudicia restaurationis, & eius cõtrarij. Ossa fracta quũ redeũt ad loca sua uel.

o B. restaurentur propter remanentiam.

p B. faber de plumbo.

q B. in errore.

r B. grauitatis.

A N N O T A T I O N E S.

Habes & de fracturis libros ex Hippocrate cum Galeni Commentarijs. Scripsit & Paulus lib. 6. Plura & Celsus lib. 8. Hic fusissime & distincte totam rem amplectitur. quã etiam in paruum libellum ex his omnibus collegit doctissimè Tagaultius.

Cap 91. & deinceps.

De radicibus restaurationis, & ligaturæ. *Cap. 2.*

RESTAURATIONIS basis est extensio mẽbri cũ quantitate, quæ oportet: Nam additio in ea spasmat, & læsionem facit, & proueniunt ex ea febres; & quandoque accidit ex ea mollificatio. Et illud quidem in corporibus humidis est minoris nocumenti propter obedientiam eorum ad extensionem. Et diminutio eius prohibet bonitatem consolidationis, & ordinis, & [a] [quod] in dislocatione, & fractura est æquale. Quod ergo extenditur secundum modum qui oportet, est ubi fit occupatio cum præparatione duorum ossium secundum rectitudinem, & positionem puluillorum, & ligamentorum secũdum quòd oportet: & cooperire ea hastellis, & recooperire hastellas ligamentis. Et oportet, ut quiescat mẽbrum quantum est possibile, nisi quandoque secundum quantitatem quam tolerat, quum non fuerit nocumentum & apostema, ut non moriatur natura membri. Et oportet ut caueatur doloratio vehemens apud extensionem, & stricturã in fractura, & dislocatione simul. Et [b] [similiter illud, quod] accidit ex strictura vehementi, & tardatione solutionis, [c] [quoniam illud perducit ad hoc] vt moriatur illud membrum, & putrefiat, & fit necessarium abscindere ipsum. Et intẽtio in plurimo restaurationis est, ut eueniat alrosboth in eis, quæ non sunt sicut ossa capitis: nam super ea non oritur altrosboth; quare oportet ut præparetur ita, ut non eueniat [d] † [ ] siccum, neque paucum, [e] [& iterum] grossum plurimum pertrãsiens mensuram. Et [f] [de sicco est, quòd magnitudo] eius diuersificatur secundum membrũ, & quantitatem fracturæ, in magnitudine sua, aut multitudine ipsius; aut in contrarijs ambarum. et tu quidem scies in [g] [diminutione, quod oportet fieri in illo, quasi] apud rememorationem ciborum, & apud rememorationem fracturæ. et oportet quum accidit alrosboth, vt prohibeatur a motibus comprimentibus, & coitu, & ira, & iracũdia; quoniam [h] adurant sanguinem, & fugit locum calidum, & sanguis quærit] frigidum. et adiuuatur cũ emplastris fortibus stypticis, in quibus est caliditas quædam, & glutinatio: & ponantur in eis quæ sunt sicut [i] [ ] nux cupresi, & dragacanthum, & medicinæ, quæ sunt ad rupturam. et quando accidit fracturæ, ut non restauretur restauratione, de qua curatur; tunc fiat in ea quiddam simile fricationi in vlceribus, quæ non sanantur, & est ut fricetur utrisque manibus, donec auferatur viscositas uilis, debilis, quæ est quasi ipsa non sit aliquid: quare accidit ut eleuetur in locum, & impellatur ad ipsum sanguis bonus, nouus, & coaguletur super ipsum rosboth forte. et multoties quidem [k] [egrediuntur, & alteratur color ossis, res similes corticibus, & squammis propter fricationem,] & super huiusmodi non ponãtur hastellę: imò si fuerit necessarium, sufficiat ligatura bona. et quando aggregantur fractura, & vulnera, tunc non est possibile vt differatur restauratio, vsquequo sanentur vulnera: os enim induratur, & recipit restaurationem, nisi cum prauitate, & extensione uehementi, & dispositionibus maximis. et cum hoc, quãdo accidũt cum vulnere dolores, & apostema, in quibus est timor; tũc ut [l] [torqueatur] membrũ, melius est, quã ut accidat timor magnus: quare oportet ut in huiusmodi fractura non perueniatur ad ultimum in re restaurationis. et quando est cum fractura attritio, est cũ illo timor

in

a B. hoc.

d † B. nutrimentum.

l B. remo[...] dorsum.

in corrosione membri; quare oportet vt scalpelletur locus ad hoc vt egrediatur sanguis; quoniam in ipso est timor, & est vt moriatur membrum. Et si fluat sanguis, tunc oportet vt retineatur. Et multoties quidem fit necessariũ propter timorem apostematis, & nocumẽtum vulneris, vt facias aliud quàm sit necessarium de curatione membri: quare phlebotomas, & soluis ventrem, & subtilias cibum. Et quandoque accidit ex strictura, pruritus; & est necessarium vt soluatur, aut embrochetur membrum cum aqua calida, donec resoluantur humiditates mordicatiuæ. Et Hipp. quidem præcipit ei, qui restauratur, vt sugat aliquid de elleboro in illa hora; & fuit eius intentio vt trahantur materiæ ad interiora; & Galen. prohibet hoc, imò præcipit, ut bibatur agaricum. Quòd si fuerit necessarium, tunc detur aliquid de syrupo acetoso, in quo sit virtus [m] [acuta] & dicitur quòd illud fuit in tempore Hipp. Et [n] [superfluitas quę est] inter duo tempora, est mirabilis. Et quũ volueris facere restaurationem, deinde dolet, & inquietat, tunc rectius est vt dimittas illud; & extrahe illud quod redire fecisti; fortasse enim remouebis per illud infirmum à doloribus. In fractura autem in longitudine sufficit, vt membrum adhæreat cum strictura uehemẽti, & vehementiore, quàm in aliis, in cuius cõpressione vltimatio fiat ad anteriora. In fractura autem, quæ est [o] [in osse,] oportet vt duo ossa stent secũdum rectitudinem in fine, qui possibilis est, obseruando illud ex parte situs partium sanarum; & considera an sit oppositio ossis huius ad suum compar ossis alterius, deinde restaura, & obserua; [p] [nam inter illud sunt res de illis sicut] frusta, & additiones, & de illis sunt vacuitates; Verùm frusta quando [q] [nõ decenter componuntur, soluunt inter os, & inter restaurationem. Et quando frangitur iterum, & remanent inter duas scissuras ossis, nõ permittunt ut adhæreat una earum alteri, & separantur; quare fit vlcus, in quo super aggregatur virus;] quare accidit inde, quòd ipsummet putrefit, & putrefacit membrum; Amplius vnitio non fit fortis; fortis enim non fit, nisi quando decenter continuantur frusta, & additiones in oppositione sua, quæ ei opponitur; est ergo necessaria extensio, postquam fuerit uerificata oppositio inter duo ossa, et inter additiones, & [r] [meatus qui deglutiunt] eas, et uerificata fuerit restauratio. Quum ergo extenderis, et opposueris, rectum est quum inuenis oppositionem uerificatam, ut mollifices extensionem paulatim, et obserues oppositionem, vt non declinet cum attractione, et obserues cum manu tua dispositionem eius, quod decenter componitur; et si inueneris eminentiam, aut aliud rectifica illud cum manu; deinde necessarium est ligamentum conseruans membrum secundum quietem suam; non durum, quoniam dolere facit valde; neque lene, quoniam dimittit conseruationem: et de rebus, quæ earum est media, est melior. Et oportet vt sit ligamentum positum ad illud, ad quod est inclinatio, uehementius. Et si fractura est completa, tunc oportet ut æquetur æquatione stringente eam ex omni parte. Quòd si fractura fuerit in parte plus, oportebit ut sit strictura illic plus. Et si cum fractura fuerit aliquid ex frustis, ossibus paruis, tunc si fuerit lædens, dolorem faciens, tunc [s] [vade ad illud] cum rectificatione. quòd si non fuerit lædens, tunc non cures de eo, neque apponas manum. Quòd si, verbi gratia, audita fuerit eius crepitatio, tunc speratur quòd currit super eam rosboth. Quum ergo [t] [securus fueris] de illo, tunc nõ oportet vt [u] [tardetur] res eius. Et quando accidit ex frustis disruptio carnis, non est tunc rectum occupari in dilatatione disruptionis, operatione stolidorum; sed est necesse, ut extendantur duo ossa ad duo latera secundum vltimum finem rectitudinis, ne sit tortuositas in eis, quoniam in tortuositate tunc est corruptio ossis. quum ergo extenderis ipsum, tunc redi ad frustum, & reduc ipsum, & stringe illud. Si autem non redit, tunc non dilates disruptionem: imò [x] [præsens sis vt uideas mẽsuram; qua indiges: & perfora in ea secundum quantitatem, quæ ingrediatur in eam, frustum; & compone super ipsum frustum cutis lenis, super quod possit esse foramen spissum, & penetret frustũ in ipsum: & preme super cutem, & manum, & compressione grauante eas ambas; & procedet os in foramine, processione ad radicem suam: deinde serretur cũ serra operationis,] & est serra minuta, subtilis, acuta, sicut serra facientium pectines. Et fortasse perforatur radix, cuius [y] [perforatio est necessaria cum tripano,] faciendo foramina continua, accipiendo locum, [z] [cuius quæritur fractura: & illud non est auferens timorem, vbi est post os corpus nobile: licèt fortasse sit saluius, quàm instrumenta mouentia motu suo, aut sua collectione, aut incisione sua. Et quandoque ingeniatur ut ponatur tripanum super latitudinem substantiæ, non permittentem tripanum penetrare, nisi secundum quantitatem adiuuantem: quare est tunc minoris nocumenti, quàm instrumenta mouentia. et propter hoc oportet, ut sint apud restauratores ipsorum tripanorum species plures præparatæ. et fortasse non apparet frustum, sed [a] [est necessarium ad intus illud] quod exsiccat, & retinet ipsum: deinde [b] [fieri] illud quod oportet. Quòd si fuerit frustum, aut petia ossium separatum, pungens [c] locum, &] dolorem faciẽs, tunc necesse est [d] [scindere: & uti regimine ad extrahendum illud quod egreditur: & multoties oportet serrare illud.] et quando fuerit illud, quod fractum est, [e] [comminutum, magnum,] & fuerit eius confractio, & comminutio plurima, tunc necesse erit ut extrahatur totum. Si autem fractura non fuerit cum comminutione, & fuerit dislocatio eius, & scissura capiens locum plurimum, tunc incide infirmiorem locum, & dimitte reliquum: quoniã non est nocumentum in eo: imò nocumẽtum in abscindendo totum est magnum.

De admonitione restaurationis. Cap. 3.

Necesse est restauratori, ut consideret inclinationem ossis, quoniam ipse inuenit apud partem ad quam inclinetur, gibbositatem, & apud partem à qua inclinatur, concaui

m B. ellebori.
n B. nobilitas vel excellentia ipsius.
o B. in latitudine.
p B. inter illas res de quibus sunt.
q B. non decenter componuntur mediante vel sunt prohibentia inter os & inter restaurationem, & quã do franguntur etiam cadunt inter scissuras ossis, quare non permittunt vt adhęreat una earũ alteri aut sunt remota, quare dimittũt concauitatẽ in qua aggregatur continue uirus.
r B. spatia quæ sunt sicut commissuræ, quę deglutiunt uel recipiunt.
s B. obuia ei.
t B non sperat.
u B. dimittatur.
x B. sit præsens tibi filtrum seu pannus grossus mollis quantitate qua indiget, & fac foramen in eo secundum mensuram qua ingrediatur inuidia in eo frustum ossis & superpone super ipsum filtrũ frustum cutis uel corij lenis quantitate ipsius, & fiat foramen in eo sicut est foramen illius f. filtri & in eo penetret frustum ossis & comprimatur super cutem uel coriũ, & filtrum compressione premente ea ambo ad inferiora, & procedat os uel egrediatur os in foramine processione uel egressione qua os egrediatur vsque ad radicem suam deinde serretur os cum serra communi uel cum serra qua cõiter faber lignarius operatur.
y B. necessarium est ut manifestetur vel ut abscindatur cum terebello.
z B. a quo quęritur ut frangatur uel remoueatur frustum ossis, & illud nõ est absq; timore.
a B. ex necessitate fluit uirulentia quare significatur per illã super frustum. & curetur illa uirulentia cum eo.
b B. fiat.
c B. lacertũ, aur.
d B. regimine uti ad extrahendum illud quod egreditur, & serradum illud qđ oportet serrare.
e B. comminutum valde.

tatem. Et plurimum quidem intelligit illud cũ
tactu . & illud iterum quando dolor fit uehe-
mens in parte, ad quam est inclinatio, & crepi
tatio, iterum significat illud : & super illud fa-
bricet rem suam. Et est necessarium restaurato
ri, aut [a] [extendat] manum suam super locum
fracturæ in dispositione [b] [itineris] eius ad su-
periora, & inferiora cum facilitate, & subtilita
te, donec si viderit separationem, aut eminen-
tiam, aut frustum, cognoscat ipsum, ut nõ liget
vice altera, [c] [non secundum quòd] oportet:
quoniam accidet contusio, aut dolor. Et non
oportet vt confidas in æquatione sensata per
manum ante complemẽtum sanitatis: nã mul-
toties occultat apostema contusionem, & tor-
sionem. Quum ergo restaurator peruenit ad
fracturã, & inuenit illud; si non exquisitè ope-
ratur in eo, deturpatur membrum: & si exquisi
te operatur, perducit ad spasmum, & febrẽ pra
uam: ergo melius est vt dimittat illud, & non
tangat ipsum. Quum ergo incipit peruenire
ad restaurationem partis ossium, & [d] [non pe-
netrat, oportet ut non uim faciat:] & faciat ip-
sam ingredi cum difficultate secundum om-
nem dispositionem, quoniam ingredietur su-
per infirmum quod est maius, quàm vt rema-
neat os non æquatum. Et si [e] [dolet reditio, &
rectificatio ualde,] & est possibile medico, ut
reducat illud ad dispositionem fracturæ, tũc [f]
[est delitiæ infirmo, [g] [concupiscentia] magna.
Et oportet vt restaurator festinet ad restaurã-
dum illud, quod fractum est, & restauret in die
suo; quoniam quanto plus elongatur, tanto est
eius introitus difficilior, & nocumenta in ip-
so sunt plurima, & propè in ossibus, quæ cir-
cundant lacerti, & nerui plures, sicut coxa. Et
oportet vt adiuuet ad festinationem restaura-
tionis cum causis [h] [in contrario causarum op
positarum prædictarum: & prima est conglu-
tinatio sanguinis uiscosi.]

a B. protrahat.
b B. processionis.
c B. secundum quòd non.
d B, os est inobediens uel impediens & non prodest. s. curatio uel operatio, tunc non oportet ut laboret.
e B. dolore causant ualde reditio, & rectificatio.
f B erunt.
g B. quies.
h B. quæ sunt oppositæ causis tardantibus ipsam prædictis. Et prima earũ est cum eo quod generat sanguinem uiscosum.

De præparatione restaurandi. *Cap.* 4.

OPortet, ut omni membro, quod tu restau
ras, sit præparatio conueniens, prohibẽs
dolorem: & melior præparatio cum hoc est il-
la, quæ est ei per naturam: verbi gratia, ut sit in
manu [a] [ad furculam: & sit in pede ad illud
quod impellit,] obseruando consuetudinem
infirmi in hoc. Et sicut membrum quod opor
tet suspendi, oportet ut suspendatur secũdum
æqualitatem; similiter membrum, cuius dispo
sitio significat ne suspendatur: oportet ut sit
eius accubitatio, & ipsius locus super rem pla-
nam, vt non suspendatur pars eius, & [b] [restrin
gatur] pars eius. Et suspensio quidem est ma-
la omni restaurato; sicut [c] [impulsio] ad supe-
riora est illi conueniens, dum prohibens non
prohibet. E- quum præparatio membri fit ita,
vt sit alterius quàm oportet, aut magis infi-
mum; inclinat membrum, & contorquet ip-
sum secundum inclinationem suspensionis, &
preparationis.

a B. Alia litera altiue ad pectus & in pede declinatio ad tensionem.
b B. firma uel adhærens alicui fiat.
c B. eleuatio.

De qualitate ligamentorum, & [a] [*stellarum.*]
Cap. 5.

OPortet, vt sint panni ligamentorum mun
di: nam sordidus est durus, & facit dolo
rem. Et sit subtilis, vt penetret res, si linitur su-
per ipsum. Et sit leuis, vt non grauet super
membrum infirmum. Et oportet, ut ligamen-
ta capiant de loco sano aliquid, cui sit quanti-
tas; illud. enim est magis tenens restauratos,
quàm vt separetur, & magis firmum: quamuis
sit necessarium, ut non sit superfluitas in illo;
quoniam faciet ut membrum habeat meatus
strictos, non suscipientes nutrimentum. Et ite
rum illud, quod admonuimus de strictura, est
magis exprimens humiditatem effusam ad mẽ
brum infirmum, ad illud quod est longin-
quius eo expellendo, & magis prohibẽs illud,
quod attrahit ad ipsum. Et ligamentum latum
ad illud est melius, quoniam magis facit adhæ-
rere, & plus dilatans: verùm secundum quòd
possibile est in omni membro: nã illud quòd
possibile est ex hoc in pectore, non est sicut il-
lud quod possibile est in manu, & quod non
est ex membris latum: nam illud non est pos-
sibile in eo: imò quando lata est vitta, non fit
bona eius ordinatio super membrum simili il-
li; [b] [imò fit fœda] quapropter oportet ut sit
contentus de huiusmodi in illa cuius ampli-
tudo est trium digitorum, usque ad quatuor;
Et illa sunt sicut focile, & furcula, & sicut illis
similia, nam non est in eis possibile illud; imò
si non ligantur cum subtili, non est possibile;
in furcula enim non conuenit lata. Et in huius
modi quidem est necessarium multiplicare in
uolutiones, ut stent loco dilatationis; Et uitta
quæ innoluitur, sufficit ut sit latitudo eius triũ
digitorum, aut quatuor, & longitudo ipsius
trium cubitorum. et puluillorum [c] [fortitu-
do] quandoque fit vehemens in adiutorio li-
gamentorum, ad faciendum adhærentiam, ue-
rùm puluillorum sunt duæ species: Vna earũ
est, in qua est intentio æquare concauitatem
membri; & adhibeatur studium, ut non cadãt
inter [d] [ea ambo foramen,] & ut non superpo
nantur superpositione diuersa, & ut [e] [buccel-
lentur cum eis vlcera.] et altera est, in qua est
intentio, ut cooperiat cum ea ligamentum, &
æquet æquatione secundum quòd sunt hastel
læ: & ligamentum inferius prohibet materias,
& secũdum, torsionem; Et oportet ut sint mar
gines puluillorum ubi possibile est, & illa quã
titas exigit, ut sit numerus [f] [puluillorum.] Et
fortasse est necessarium administrare puluil-
los paruos, quos cooperit puluillus vnus æ-
quans super eos in longitudine ligamenti ca-
dentis super locum. Et ligamentum, quod no-
minatur habens duas facies, & habens duo ca-
pita, est illud quod administratur ita. ponatur
medium panni cum quo conseruatur ęquatio
loci infirmi super locum suum, & sit illud in
medio [g] [alhadaçati; deinde accipiat cum] una
quęque duarum medietatum ad partem di-
uersam, & fiat in inuolutione earum cum
vtrisque manibus simul, secundum quòd est
famosum, quod non est nobis necessarium ex
ponere.

De

De qualitate ligamenti cum expositione, & distinctione. Cap. 6.

OPortet vt incipiatur cum ligamento a loco fracto,& ab eo vbi declinat ad os,& illic sic vehementius strictum: & vbi fractura est vehementior,oportet vt sit ligamentum fortius. Et ad vltimum a † [ ] locus fracturæ, & locus a quo est necessarium expellere materias, & vt seruetur super eam situs, b [& illud quidem securat ab apostematione, imò fortasse resoluit apostemationem:& est cum securatione ab apostematione, & a putrefactione ossis. iterum illud quidem non confert] ad virus, si generatur in ipso osse perueniens ad medullam,& corrumpens medullam,& os. Et est necessarium vt frangatur, & ab eo discooperiatur: & vt fiant viæ ad pus ad egrediendum. Et c [est melior locorum,cum defensione eius, quod venit de eius genere,qui sit,] licet membrum inferius quandoque expellat ad superius superfluitatem suam:quando superius est debile. Et nō oportet vt fiat vltimatio in strictura ligamentorum, & hastellarum tanta,quę prohibeat aduentum nutrimenti, & sanguinis: illud namque est ex illis quæ prohibent restaurationem.Et Hipp.quidem adiuuat ligamenta in eo, quod conatur de expulsione apostematis, cum ceratis repercussiuis cum oleo omphacino, & cera. d † [ ] & fortasse est necessarium sedare apostema cū eis, quæ sunt sicut oleum chamæmillinum, & sicut cum vino styptico: nam ipsum resoluit apostema & confortat membrum. et vbi fuerit vlcus, non appropinquet ceratum. et fortasse est necessarium illud in quo est e [fortitudo,& resolutio] sicut oleum & mastix,& ammoniacum.Et ad vltimum quum ligamentum administratur, & fractura est recens, quæ nondum apostematur;tunc oportet,vt sit f [ex ligno, & infrigidatum repercussiuum. et fortasse sufficit, vt liniatur cum aqua & aceto: & fortasse administratur cum cerato, & similibus de illis quæ narrauimus. et si administratur post apostema,tunc melius est, vt sit ligamentum ex lana, quę sit infusa in oleo resoluente apostema, & liniente ipsum. et secundum omnem dispositionem g [in ligamento,super quod ponitur ceratum desubtus,] est securatio a commotione doloris: & propriè quando medicus nō est præsens:quum ergo accidit dolor,succurritur cum solutione, & ligatione.et non oportet, ut administretur ceratum,& propriè quando est illic vlcus;fortasse enim attrahet ad membrum putredinem: & ponatur loco eius vinum nigrum.et plurimo quidem fracturæ h † [ ] associatur vlcus: quapropter oportet vt elongetur ceratum: & sit sufficientia in uino styptico,in quo infusus sit puluillus longus. et nos quidem ponemus epithematibus fracturæ capitulum singulare. et quum inceperis cum ligamento a loco exigente;tunc inuolue ipsum inuolutionibus, quas addes secundum additionem magnitudinis fracturæ, & i [partem earum] secundum diminutionem eius, & secundum apostema, si fuerit apparens: deinde reduc ipsum ad illum locum, deinde vadat vsque ad locum sanum. hoc est ergo ligamentum primum. Deinde fac pręsens ligamentum secundum,& inuolue ipsum super fracturam bis,aut ter:deinde fac ipsum descendere ad inferiora, mollificādo paulatim: postea fac esse præsens ligamentum tertium, & fac similiter ad superiora, & tunc facies ligamenta esse paria ad expellendum superfluitates a membro,& ad k [rectificandum ipsum super intentionem in præparatione]huius ligamenti. Et non sis superfluus iterum in elongando stricturam in vtrisque lateribus; quoniam fit membrum oppilatarum venarū, non suscipiens nutrimentum: & fortasse l [cō trahitur,] & quandoque non fit ita;imò incipitur cum ligamento ascendendo; deinde sequitur cum ligamento descendendo; deinde cum ligamento incipiente ab inferiori parte ligamenti inferioris ad superiorem partem ligamenti ascendentis, quasi ipsum sit conseruans duo ligamenta illa, & ponatur vehementior strictura eius apud fracturam. Et intentio quidem in vno duorum ligamentorum est cōtraria intentioni in ligamento, quo quæritur attractio materiei ad membrum: quare stringit sub membro cum longitudine ab eo, & nō cessat mollificari inuolutio:& est ligamentum diuersificās. Ista ergo sunt ligamenta,quæ sunt sub hastellis:& hæc sunt ligamenta,quæ sunt supra hastellas. Ligamentum verò superius oportet vt sit ita, vt ponat membrum sicut frustum vnum, cui non sit motus, & prohibeat torsionem. Et quum fractura est in latitudine completè, fit necessarium vt ligamentum sit æqualis m [commistionis]& stricturæ.Et si fuerit plurimum fracturæ ad partem vnam,& ex fractura, n † [ ] oportet vt sit o † [ ] solicitudo vehementior super latus,in quo est fractura plus. et non oportet vt diuersifices super eam figuras ligamenti, faciendo figuram post figuram;quoniam illud corrumpit illud,quod confortauit restauratio: & dolorem quidem facit incurrere contorsio quæ fortasse accidit inde:& p [strictura ligamenti spasmans;] nam quum stringitur,facit dolorem: & quum mollificatur,torquet.Et Hipp. quidem facit esse rectum, vt soluatur ligamentum vna die sic, & vna die non: illud enim est melius vt non irascatur infirmus, & non approximet eum cum palpatione eius,& ipsius fricatione,propter illud quod necessarium est vt proueniat ad mēbrum de humiditate subtili impediente, quæ fortasse conuertitur in virus. et magis conueniens horarum q [consuetudinis bonitatis] ligamenti,& conseruationis eius secundum cōditiones prædictas, est post r [fracturam propter partes] viginti: nam illud est hora inceptionis alrosboth s [rubei: deinde quando adhæret os, non stringatur valde: & respiret] locus strictus eius, vt non coarctetur,& prohibeatur alrosboth, aut prohibeatur eius generatio cum quantitate sufficiente: quare non accidet nisi subtile debile: nisi quando accidit iam alrosboth, t [&] incipit addere magnitudinem, qua non indiget, & tendit in superfluitatem.

Nam

a B. ubi est.

b B. oportet vt strictura sit vehementior, & cum hoc quidē securatur ab apostematione imo fortasse resoluitur apostematio & cum securatione ab apostematione securat a putrefactione ossis quamuis illud non conferat.

c B. locus dignior obseruatione & regimine eius quod effunditur ab ipso est ille,q est supra.

d B. & quandoque est necessarium infrigidare ligamenta actu cum aere frigido aut aqua ut prohibeatur apostema.

e B. virtus resolutiua.

f B. ligamentū ex lino.

g B. Alia litera ligamentum super quod ponitur ceratum est desubtus & in eo.

h † B. diuersa in æqualis.

i B. diminue eas

k B. fortificandum ipsum & ad intentionem præparationis.

l B. extenuatur uel moritur.

m B. inuolutionis.

n † B debilitante uel & est ex fractura locus debilis.

o † B fundamētum &

p B. deterior strictura est illa,quæ est spasmans.

q B. horarum ad inspiciendū bonitatem

r B decem dies uel circa.

s B. quod partes ossis incarnat & coniungit. Deinde quādo adhæret uel cōiungitur os ossi tunc non stringatur valde & relaxetur.

t B. quod.

u B. causis pro hibentibus ipsum.

Nam vna de u [conuenientijs eius] est strictura vehemens:& iterum administratio stypticorum prohibentium: ipsam enim prohibent nutrimentum, & stringunt alrosboth: ergo non penetrat in ipsum nutrimentum iterum. Et nō oportet iterum, vt x [licentia detur, & permittatur vt fiat] ligatura in non sua hora.

x B. quiescat seu voluptuetur, & permittatur absque.

De qualitate hastellarum. *Cap.* 7.

a B. flexibilitatem.

OPortet, vt sit substātia, de qua fiūt hastellę, aggregans ad duritiem suam a [tenacitatem,] & lenitatem, sicut alcona, & lignum oleādri, & lignum granati, & eis similia. et oportet vt sit grossius quod est in ea, locus qui obuiet fracturæ duobus lateribus: nam oportet ut sit b [grossius hastellarum principium earū, quod] sequitur latus fracturæ, aut partem c [vehementiorem] fracturæ: & sint latera earum subtiliora: & d [vt sint plenarum extremitatum, nc opponatur in eis glutinatio, imò planum ligamenti.] Et si ponantur hastellæ a lateribus quatuor; tunc est magis defendens: & non est malum si est ei superfluitas longitudinis: quoniā non est nocumentum in illo, e [neque detrimentum in hoc scilicet si capiunt propè] iuncturam, præter quod tegat iuncturam ipsam. et longius laterum eius sit ad latus, ad quod est motus inclinationis membri, cum hoc scilicet vt non sit ita quòd grauet, neque premat uehementer, neque coarctet; & vt non minuantur ab eo ligamenta diminutione plurima: quoniam fiunt hastellæ comprimentes, coarctantes. Et quum uideris aliquid de hoc, oppone cum diminutione, donec inuenias ęqualitatem. et non oportet, vt hastellę obuient loco denudato, super quem non est caro, imò est neruosus, ossuosus.

b B. grossior hastella prima earum quæ.

c B. vehementioris.

d B. & sint extremitates lenes vt non sit ea si obuiatio & contactus difficilis, & asper, imo sint molles & planæ ad ligaturam.

e B. detrimentum si hastellarum longitudo capiat spatium quod est circiter a iunctura vsque ad

De qualitate administrationis hastellarum cum distinctione, & expositione. *Cap.* 8.

a B membrum est magnum.

HOra, quæ exigit, vt ponantur hastellæ, est post v. dies, & supra: vsquequo fiat securitas a nocumentis. et quanto plus a [magnificatur timor,] tanto magis oportet vt tardetur positio hastellarum: & multoties attrahit festinatio in hoc nocumēta ex apostematibus, & pruritu, uesicis. Verum quum tardantur hastellæ, tunc oportet ut sit illic, quod stet loco earum ex bonitate ligaturæ cum uitta, & de bonitate b [præparationis.] Quòd si illud non fuerit, tunc necessariæ sunt hastellæ etiam in principio rei. Oportet ergo, vt annectantur hastellis ligamenta, & puluilli annexione c [descendente, æquante, cooperiente,] decenter componente, quorū, grossius sit apud fracturam: & non fortiter stringat: imò addatur in strictura paulatim cū experiētia infirmi, & cum dispositione ipsius. Et si fuerint ligamenta, & puluilli d [grauantes eam,] tunc non fiat eorum multiplicatio. e [Et de nocumentis eorum quando descendūt, est ligamentum molle.] Et oportet, vt non ligentur ligamenta superiora super hastellas ligatura f [dissoluente eas,] & remouente ipsas a decente compositione situs earum. Et oportet, vt soluantur ligamenta necessitate electionis in omnibus duobus diebus, in principio rei: & propriè quando accidit pruritus: & tunc quidē oportet vt fiat illud, quod præcipimus. Quum ergo pertransit septimus a strictura, soluatur in spatio tardiore, & in omnibus quatuor, aut quinque: in hac enim hora fit securitas a pruritu, & apostemate. Et illic iterum fiat mollificatio ligamentorum paulatim, vt non prohibeat penetrationem nutrimēnti. Et si fuerit tibi possibile vt retineas hastellas, & non soluas eas etiam vsque ad xx. g [non erit nocibile: deinde solue] eas. Attamen quandoque soluuntur in quibusdam horis non propter causam apparentem, sed propter defensionem, & ad videndum illud quod accidit, & considerare ad illud quod discoopertum est de carne, si fuerit, an corruptus sit color eius, & eius dispositio. Et iam sciuisti, quòd oportet, vt non fiat vltimatio cum strictura, vltimatione prohibēte aduentum nutrimenti ad fracturam: ipsa enim non restauratur nisi cum sanguine, & nutrimento forti, quod venit ad eam. Et non sit festinatio in auferendo hastellas, & proiiciendo eas, quamuis credatur esse cohærentia: quoniam fortasse accidit inde, vt sit alrosboth non confirmatum adhuc: quare contorquetur membrum. et vt remaneant hastellę super membrum, quum non sunt necessariæ, est melius; quam vt deponantur ab ante, h [quum] nō sunt necessariæ: non ergo festines, sed tarda.

b B. situationis.

c B. adhærente & retinente & circundante &

d B. non adhærentes membro nisi secundum extremitatē ipsorum.

e B. & eorum inuolutio qm quum non adhærent membro nisi secundum eorum extremi

f B. quæ soluendo eas tortuosas...

g B. & non erit nocibile non soluas.

h B. quum hora...

De fractura cum vulnere. *Cap.* 9.

ET quando aggregantur fractura, & vulnus, tunc restaurator vehementer alleuiet restaurationem, & a [faciat penetrare] hastellas a loco vulneris: & ponat super vulnus quòd oportet ex emplastris, & propriè piceis: & quidam præcipiunt, vt incipiant cum strictura a duobus lateribus vulneris, & dimittatur vulnus discoopertum: & hoc quidem est melius, si vulnus nō fuerit super fracturam ipsam. deinde oportet vt sit super ipsum velamen, b † [ ] ita vt tegat ipsum ab aere. Quòd si fuerit super fracturam, tunc oportet vt ingenietur in figuratione stricturæ cum ingenio ita, ut c [mundificetur] ex omni latere: & separetur parumper a vulnere ipso cum pręparatione conueniente ad illud: & infundantur puluilli in vino nigro styptico, Et hoc ingenium est, vt ponatur extremitas ligamenti super labium vulneris; deinde d [torqueatur retro,] & firmetur cum ligamento alio: & ponatur super labium aliud inferius, deinde ordinetur reliquum ligamentū, secundum quòd oportet: deinde e [torqueatur] ita vt remaneat vulnus ipsum apertū: & quod est præter ipsum, sit firmum ex eo, ita quod iā ascendit ligamentum, & descendit ligamentū: & cadat super fracturam strictura vehemens, & remaneat vulnus apertum, ut f [discooperiat ipsum propter illud: & oportet vt ponat super hastellas foramen e contrario illius, ut perueniat superfluitas medicinæ vulneris ad illud. Si posuerit super hastellas foramen oppositum illi, ut perueniat bonitas medicinę ad vulnus,] & sit possibilis egressio virus ab eo: & sit ita, ut possit tegere super ea utraque simul: quamuis

a B. elonget...

b † B...

c B. ... ritas & ... do.

d B. ... uel inuol... transfer... ad posse... e B. ... liter ...

f B. ... rias ... do ... tibi ... cias ... stellas ... opposi... uulne... ueniat ... plicetur ... cina uulne... per ipsu...

quamuis dimittere vulnus coopertum ſit malum, & propriè in frigore: imò oportet vt nõ ſit coarctatum tantum, & vt [g] [cuſtodiatur] in nocte. Quòd ſi vulnus [h] [ſanatur,] adminiſtrẽtur haſtellæ ſi [i] [iam eſt conglutinatum.] & firma haſtellam illi loco, ſi ille locus fuerit [k] [declinatus] ab eo. Et quum voluntas fuerit ſoluere illud, quod tegit vulnus, mane, & veſpere, eſt magis poſſibile propter curationem eius propriam: & non fit ex eo contrarietas in ligamento reſtaurationis fracturæ omnino. Inquit Hippo. oportet vt ligetur vulnus ex medio ligamẽti, ſi fuerit recens; & ſi eſt antiquum, & fecit pus poſt maturitatem; tunc ligetur ex ſuperiori eius, vſquequo conſequatur medium eius. et de illo, quod eſt bonum, eſt vt ponatur illud, quod ſequitur vulnus ex ligamẽtis, & propriè ſuperius, ſtrictius, vt ſit poſſibilitas currendi: verùm eius ſtrictura ſit ſecundum tolerantiam: & quanto magis elongatur a vulnere, ponatur leuius. et quando eſt vulneri profunditas vehemens, ſtringatur ſuper locum profunditatis ligatura ligamenti. et ſi conuenit ſtrictura ligamenti loco reſtaurationis, tunc iam peruenit intentio. et ſi non, [l] [incipe velare vulnus] cum eo quod diximus, et quum peruenitur ad fracturam, iterum ponatur ligamentum ſtrictius: & oportet vt ponatur præparatio membri ita, vt facilis fiat curſus puris ſi aggregatur in vulnere. et oportet in æſtate, ut infrigidentur ligamenta continentia vulnus etiam, vt ſit adiutorium ad prohibendum apoſtema et non oportet vt appropinquet loco ceratum, & propriè in æſtate; quoniam fortaſſe putrefiet membrum: imò ſi neceſſaria eſt repercuſſio, tunc fiat cum vino ſtyptico, ſecundum quòd præteriit a nobis eius declaratio. et quũ fracturæ eſt attritio, & timetur mors membri, tunc ſcalpelletur. et ſcias omnino, quod quando vulnus ligatur ſecundum quòd conuenit, expellit [m] [ligamentum deſcenſionis.] Et ſi eratur in ligamento, apoſtemat: & propriè quando mollificatur ſuper locum vulneris, & ſtringitur ſuper illud, quod eſt poſt ipſum: & ſi non fuerit ei detectio, non curret ab eo virus; neque perueniet ad ipſum medicamen. & ſi dimittitur diſcoopertum, putrefit, & infrigidatur, & accidit mors membri. & perducit ad dolores, & febres; quare neceſſarium eſt medico, vt faciat aliquid inter hoc, & hoc; & conſideret illud quod accidit, & ſuccurrat ei, antequã confirmetur.

g B. cooperiatur.
h B. eſt ſanum.
i B. eas iam tardaſti.
k B. relaxatus.
l B. cura.
m B. ligatura illud quod ad ipſum deſcẽdit & fluit.

De fractura [a] [*male reſtaurata.*] *Cap.* 10.

a B. oſſis male reſtaurati.

QVandoque fractura eſt reſtaurata non ſecundum quod oportet: & eſt neceſſariũ vt iteretur eius fractura; quare oportet vt reſtaurator ſciat diſpoſitionem alrosboth, qui reſtaurauit os. Quòd ſi fuerit magnus, fortis, nõ vadat ad frangendum ipſum ſecundo. fortaſſe enim non erit poſſibile, vt frangatur ex loco fracturæ primæ propter fortitudinem alroſboth, quare frangetur in alia parte loci. Quòd ſi non inuenitur excuſatio; tunc oportet vt præcedat, & leniat, donec mollificetur alroſboth: & mollificantia ipſum ſunt medicinę prędictæ in capitulo duritierum illic, ſicut cutis [b] [alleuiati] & dactyli, & ſicut ſpecies fœcum oleorum, & [c] [alleile] & medullę oſſium, & medullæ granorum cocti, & eis ſimilia: deinde frãgatur. & oportet vt aſſiduetur cum hoc embrochatio cum aqua calida, & introitus tinę in die multoties. Quòd ſi non profecerit illud: & experimentum, & motio ſignificauerint firmitudinem vehementem; tunc oportebit, vt ſecetur caro ita, vt ſit poſſibile fricare alrosboth ex latere, & deſtruere [d] † [ ] cum ea, deinde frangatur, & reſtauretur: & curetur vulnus curatione ſua. & multoties quidem eſt poſſibile, vt curetur fractura malè reſtaurata abſque fractura ſecunda, leniendo alrosboth cum eo quod ſcis, deinde æquetur: & quando ſeruatur ſuper ipſam, æquatur ſuper ipſam alrosboth iterum, & excuſat fracturam, proprie in corporibus lenibus.

b B. alalie.
c B. alahealat.
d † B. vel debilitare.

De epithematibus fracturæ, & quæ currunt curſu eorum. Cap. 11.

EPithematum alia ſunt, quæ prohibent apoſtema, & rectificant pruritum & alia ſunt ad indurandum alrosbot, & [a] [glutinationem faciendam in ipſo] & alia ſunt ad æquandum alrosboth magnum. & alia ſunt ad remouendã duritiem iuncturarum, quæ accidit poſt reſtaurationem. & alia ſunt ad auferendam mollificationem, ſi ceciderit in iuncturis.

a B. fortificandum ipſum.

De epithematibus conferentibus, & quæ currunt curſu eorum, & rectificantibus pruritum. Cap. 12.

IAm diximus in capitulo ligamenti [a] [vittas] ad illud, quod oportet ſciri in hoc capitulo: & diximus cerata, & embrochas cum vino ſtyptico, & illis ſimilia: & reiteramus nunc, & dicimus. Non oportet vt ſit illud, quod adminiſtratur de cerato, aut aliis, ita, vt aſperitas ſit in eo aliquo modo; imò ſit leuius, quanto plus eſſe poteſt, & mollius. & non oportet vt adminiſtrentur cerata, vbi timetur putrefactio, neque vbi multiplicantur partes fracturæ: huiuſmodi enim præparatum eſt ad ſuſcipiendam putrefactionem, quoniam plurimum eius eſt cum vlceribus. Super aquis autem calidis, & earum effuſione iam locuti fuimus: & fecimus ſcire, quòd utilitas in eis eſt reſolutio materierum, quæ incurrere faciunt pruritum, & attractio materiei nutritiuæ. & ſunt iterum neceſſariæ quandoque, quum membrum iam debilitauit ſtrictura, & exſiccauit ipſum: & illud quod ultime conſequitur, eſt ſcitum.

a B. dicta compendioſa.

Epithemata ad indurandum alrosboth. Cap. 13.

REs conferentes in hoc ſunt embrochæ ſtypticæ, ſubtiles, & emplaſtra, quę ſimilantur eis, ſicut decoctio myrti, & eius oleum, ſi neceſſarium eſt oleum: & oleum alcannæ: & epithema cum aqua foliorum myrti, & granorum eius: & decoctio arboris [a] [alcort,] & decoctio radicis aldirdar; & decoctio foliorum eius eſt incarnatiua, induratiua. & emplaſtrum factum ex mes, proprie quando ponuntur cum eo crocus,

a B. alcard.

cus,& myrrha, & conficitur cum vino odorifero, est bonum valde. Et b [distillatio spatularum] palmæ est bona iterum.

b B. cortices al thalha.

De regimine æquationis alrosboth. *Cap.* 14.

IN principio quidem, & dum permanet recens, styptica prædicta: quoniam ipsa aggregant ipsum, & stringunt ipsum, & minorant quantitatem eius: post illud verò, quando superfluit, & proprie prope iuncturam, est necessarium secare ab eo, & fricare, donec æquetur. Et omnia ista cum eo, quod dictum est in eo.

Medicinæ lenientes duritiem iuncturæ. *Cap.* 15.

OPortet vt embroches, & incipias cum aqua calida: deinde administres desuper emplastra, & inunctiones, quæ fricando fiunt, lenientes, factæ ex mucillaginibus & gummis, & adipibus, & oleis: & si ponatur in eis acetum forte, erunt magis profundatiua. et de illis quorum administratio propinquat, est dactyli: & a [alleliati]& oleum sisaminum: quoniam est emplastrum leue. & iterum b [mollitiuum de kerua] permisceatur cum tanto butyro quanta est ipsius medietas, & mellis quantũ est ipsius quarta. et fortasse sufficit ceratum de oleo lilij solũ. et quandoque adiuuatur cum omnibus lenificantibus prædictis in capitulo † sephyros. Et quum sentis alterationem complexionis ad frigus, tunc adde in eis ex castoreo, & serapino, & opopanaco. Medicamen bonum. Recipe fœcem olei de lino, & fœcem olei sisamini, & fœnugræcum coctum in lacte, & c [heil] ad ipsũ, & administretur. Et iterum radices altheæ, & radices cucumeris asinini, & bdellium, & ammoniacum, & opopanacum dissoluantur cum aceto forti & liniantur. & vnguentum eburneũ est bonum. Medicamen bonum. Recipe mucilaginis fœnugræci, & seminis lini, & mucilaginem cucumeris asinini, & ammoniacum, & laudanum, & hyssopum humidam, & oleum de lilio, & adipem anatis, & bdellium lene & † d [ ] purum, & medullam vituli. resoluantur in oleo, & fiat vnguẽtum. Aliud forte. Recipe olei veteris lib. 2. olei de lilio. lib. s. storacis liquidæ lib. quartam, ceræ citrinæ. lib. s. glutinis albotim. vnc. 2. euporbij. vnc. 2. medullæ ossium cerui. vnc. iiij. fiat vnguentum. Vnguentum bonum ad duritiem iuncturarum, quam acquisiuit restauratio. Ammoniaci partem j. bdellij iudaici partem j. laudani partem s. olei de alcanna, adipis anatis, amborum ana partis quartam: solue gummas, & aggrega omnia. Vnguentum bonum. Ammoniaci vnc. 6. & ceræ citrinæ tantundem, gummi albotim, bdellij, & galbani omnium ana vnc. viij. olei de alcanna. vnc. iiij. terantur gummæ contritæ in aceto, deinde aggregentur in mortario inuncto cum oleo de lilio: & similiter e † [ad spasmum earum, &] nodationem: quæ accidit sicut glandula f [ubi est. et iam diximus eam in capitulo suo, & administrentur vnguenta] quæ diximus nunc, & administratio castorei, & costi, & fimi columbini, & sinapis emplastrando

a B. alalie.

b B. farina granorum alkerua uel & iterum grana de alkerua contrita.

† scinhi.

c B. ahelil.

d † B. bazard.

e † B. pistello ipsius mortarij inuncto &

f B. ubicunque sit iam diximus in capitulo suo administrationem vnguentorum.

est ultima. Lenitiuum bonũ. Recipe fæcis olei de lilio. unc. j. & fæcis olei seminis lini. unc. j & storacis liquidæ, & galbani, & serapini, & opopanaci, & ammoniaci omnium an. unc. s. bdellij lenis. unc. j. adipis ursi, aut gallinę, aut porci g † [ ] apud illum qui diligit illud ex sapientibus diuitum. fiat ex eis vnguentum.

g † B. unc. j.

Facientia fortitudinem mollificationis. *Cap.* 16.

SVstentatio in curatione eius est super styptica subtilia sicut a [sauina, & dactyli immaturi]& his similia, aut super styptica spissa. Et quãdoque miscentur cum his sicut crocus, & cinnamomum, & myrrha. Et enula est bona valde: & propriè quando coquitur cum ea acorus, & cinis vitis cum adipe antiquo: & cortices b [spatulorum palmæ,] & omnia quę dicta sunt in indurando alrosboth.

a B. abel & ... cupressi.

b B. alth... palmę vel ... ctylorum

De administratione aquæ calidæ, & olei. *Cap.* 17.

SCias quod aqua calida, & oleum non conueniunt ad restaurationem: quoniam prohibent restaurationem: sed conueniunt ante ipsam: quoniam ambo pręparant restauratione: & conueniunt post ipsam, quoniam ipsa abstergunt, quod remanet ex apostemate, & duritie, & alrosboth, & a [pustulas quas] euenire fecerunt ligamenta in neruis: quare fit motus cum eis non facilis. Quũ ergo administrantur aqua calida, & oleum, & adipes, & medullę, succurrunt illis nocumentis: inter illud verò aqua & oleum sunt valde prohibẽtia ab incarnatione. & fortasse administrantur in infantibus, & qui sunt eis proximi, non in alijs, quum emplastra exsiccata sunt super eos, & faciunt eis dolorẽ: quare indigent tunc ut oleo inungatur locus, qui dolet: deinde b [sustentetur] & restauretur: apud quietem verò c † [ ] non datur licentia in hoc. Et medici quandoque vtuntur embrocha ex aqua calida, quum ipsi soluunt ligamentum primum, quærẽtes ex eo iuuamentum: & est, vt attrahant ad ipsum materiam. Et oportet, vt sit illa aqua talis, ut quũ cadit apud infirmum, sit tẽperata: calida enim fortasse resoluit ex corpore mundo supra illud quod attrahit: & propriè quãdo prolongatur tempus effusionis eius: & attrahit ex corpore repleto supra illud, quod oportet: & propriè si abbreuietur tẽpus eius: imò oportet ut sit aqua cum caliditate ad ęqualitatem tendens: & sit tempus effusionis eius secũdum quantitatem, quę videtur ex augmento membri, & eius inflatione: & non effundatur quum incipit detumescere. Et nos quidem iam diximus de iudicijs embrochæ in capitulo dislocationis illud, qđ oportet attendere etiam hic. Et magis dilectum mihi, quando non est illic dolor, est ut non appropinquet membro oleum, neque aqua calida omnino, nisi illud quod antecedit ipsum in principio rei ad defensionem. Et de illis quæ ponuntur super iuncturas, quæ indurãtur post restaurationem, super torsionem, & attritionem, sunt dactyli & d [alleliati] emplastrando.

a B. siccitatem quam.

b B. applicetur puluill...

c B. doloris.

d B. alal...

De

De cibatione reſtaurati, & poſitione eius. Cap. 18.

OPortet, vt ſit cibus eius ex eis quæ generāt ſanguinem ſpiſſum ſiccum; & nō ſpiſſum ſiccum, imò ſpiſſum viſcoſum, vt generet alroſboth a [tenacem] fortem non ſiccum debilē b [lenem:] & illa ſunt ſicut pedes, & frumentum coctum cum multa aqua quouſque ſit ſicut puls, & ventres, & capita, & cutis hœdi, & arietis decocta, & ſimilia eis: & vinum groſſum, ſtypticum: & ex illis quæ dantur in ſecunda menſa, ſunt caſtaneæ, & grana, in quibus non eſt acuitas. et alienet omnia quæ ſubtiliant ſanguinem, & calefaciunt ipſum, & elongant ipſum a coagulatione, ſicut vinum ſubtile, & res c [confortantes] valde: d † [ ]

Et ad ſummum regimen eius ſit ingroſſatio, niſi ſit illic prohibens ex vulnere requirente ſubtiliationem cibi, ſecundū illud quod eſt ſuper ipſum de magnitudine eius, aut ipſius paruitate, & apud timorem doloris. Qui verò ſecurus eſt ab illo, dilatetur in cibo, & potu. et qui amat defenſionem, incipiat cum regimine ſubtiliante, vt ſecuretur a malitia apoſtematis. et illud eſt, ſicut ſi oporteat iterum vt pleboto metur, & ſoluatur vēter: deinde poſt dies paucos adminiſtret illud, quamuis ſit quandoque neceſſarium iterum vt dimittat hoc regimen, quando ſuperfluit rosboth in magnitudine, & eſt neceſſe prohibere ipſum. Modus cibarij conuenientis ei quod adminiſtratur hora coagulationis. Sumatur panis de ſimila, & farina rizi, & ſepum vaccæ pinguis, & lac, & ſiat ex eis cibarium ſimile frumento cocto vt puls cum bonitate ſuæ concuſſionis: Medicina autem eius, quam ſumit ad reſtaurationem, mumia eſt, quæ eſt mirabilis.

a B.flexibilem. b B.frangibilē.
c B.almetubel. d †B. ſicut aromata & ſpecies uel ſemiua acea.

De rebus, quæ conſequuntur fracturam, & reſtaurationem: & neceſſe eſt ſuccurrere eis. Cap. 19.

QVandoque accidit ex a [rupturis] diſruptio carnis, quæ nō conglutinatur. Quòd ſi non incidatur, putrefit, & putrefacit illud quod ſequitur eam ex oſſe: quare eſt neceſſariū vt incidatur, & b [coquatur.] et quandoque accidit fluxus ſanguinis, & eſt neceſſe vt prohibeatur. et quandoque accidunt contuſio, & attritio fortis carni, quæ ſi non curentur cum ſcalpellatione, aut cum medicinis prohibentibus putrefactionem, peruenit ad eſthiomenū: quare oportet vt obſeruetur illud. et quandoque accidit apoſtema calidū, in quo eſt timor; quare oportet vt regatur regimine ſuo. et quandoque accidunt vulnera, quæ egent vt curentur cum eo cuius præteriit narratio. et quandoque accidit alrosboth ſuperfluus in fractura, cuius quantitas non eſt neceſſaria: quare oportet vt minoretur nutrimentum, & prohibeatur eius generatio cum prohibitione cibi, & ſtrictura deſuper, & reliquis quæ ſunt dicta. et quandoque accidit mollificatio iuncturarum ex extenſione. et quandoque accidit vt currat virus ad medullam, quę generatur in oſſe: quare neceſſe eſt vt extrahatur os, & diſcooperiantur via virus ad c [intus.]

a B.fractura.
b B.cauterizetur.
c B.egreſſionē ...lentiæ.

TRACTATVS TERTIVS,

De fractura carnei. Cap. 1.

MVltoties accidit vt ſindatur craneum, & non findatur cutis, imò apoſtemetur. Quum ergo occupatio ſit in curatione apoſtematis, & non a [peruenitur ad plagam,] fortaſſe accidit vt putrefiat os deſubtus. et accidunt ante ſanitatem, aut poſt ipſam, ægritudines malę ex febribus, & tremore, & deſtructione rationis, & aliis: quare eſt neceſſarium vt findatur. et multoties quidem ſignificat locū infirmus ipſe, b [& quòd tāgit ipſum omni hora, & hoc proprie,] & tunc quidem eſt neceſſarium vt redeat vulnus ad diſpoſitionem ſuam. c [Et] vt curetur fractura, d † [ ] oportebit ut findatur e [a cute] cum quantitate, qua non retineatur in ea virus in hoc f † [neque aliud:] oportet enim ut non retineatur virus, niſi fueris ſecurus de additione apoſtematis, & inueneris apoſtema g † [ ] ruptum, & appareat fractura vna. h [Quandoque enim] accidit inde error magnus: putatur enim quòd non ſit fractura niſi illa: & propter hoc oportet vt conſideretur diſpoſitio fracturæ conſideratione bona. Illud verò, in quo declinatur cum exiſtimatione ad rectificationē, eſt vt conſideretur cauſa fracturæ, & vltimatio virtutis rei frangentis in grauitate ſua, aut in ſua magnitudine, aut in ſua fortitudiue, ut per illud ſciatur vltimatio, quæ oportet eſſe ex fractura: & ſimiliter accidentia quandoque ſignificant illud, ſicut apoplexia, & ſcotomia, & deſtructio vocis, & quæ ſunt eis ſimilia. et quandoque ſignificat fiſſura cutis in multitudine ſua, & ſua diuerſitate, & in ſuo caſu i [ſuper rectitudinem vnam] & diſpoſitionem fracturæ iterum, licet non ſit hoc ſignificatio ſignificās omnem partem. Fortaſſe enim eſt fractura interior plurima, & magna: & non eſt ſuper cutem fiſſura; aut eſt fiſſura parua: quare oportet tunc neceſſario vt cognoſcatur diſpoſitio cū k [ſignificationibus, in] quibus l [quæritur de fractura, & firmetur membrum] ſi eſt poſſibile, & in huiuſmodi diſpoſitionibus eſt neceſſarium incidere cutem m [duræ, & diſcooperire] donec appareat os n [dubitatum] totum. et ſi accidat fluxus ſanguinis, impleatur illud quod diſcoopertum eſt, pannis ſiccis: deinde o [ſuſtenta cum puluillo infuſo] in vino, p † [ ] & dimitte ipſum vſque mane. Vulnerum autem capitis vſque ad terminū almochati cura eſt illa, quæ iam dicta eſt in capitulo vlcerum, & ante ipſum. q [Findentia verò os, & educentia os,] & ſimilia, r † [ ] illis de illis quę dicuntur hic. Et s [minores diſpoſitiones fracturę oſſium in capite, eſt ſi accidit in eis ſciſſura parua] non penetrās vſque ad latus aliud, imò t [ſuccedit apud quædam experimenta: & ſimilis iſti] magis rectum eſt iterum, vt friges illud vſquequo non remaneat de ſciſſura aliquid: et ſi amas, ut u [feſtines] cum effuſione humiditatis nigrę, donec uehemens fiat apparitio ſciſſuræ per eam, fac,

a B curatur ſciſſura uel excorticatio.
b B ex cōpreſſione & tactu quem facit ſuper ipſum omni hora.
c —— B.
d †B. &
e B. cutis.
f † B. qualitercunque ſit. Alia litera & in alio.
g † B. diminutū & ſi fuerit ſciſſio in cute parua, quæ non opponitur niſi fracturæ uni ex numero fracturarum, aut fuerit apoſtema.
h B. tantū tūc.
i B. ſecundū viā uel lineam unā rectam uel ſecundum diametrum ei oppoſitam.
k B. Alia litera inſtrumētis ſeu cum ſtilis
l B. inueſtigatur fractura cū firmatione viſus uel cum firmo intuitu.
m B crucialiter uel in modum crucis & excorticare uel ſeparare eam.
n B quod ſuſpicatur fractum uel læſum.
o B. ſuppone puluillum infuſum
p † B. ſtyptico.
q B uulnera uero alheaſine, & almenach &c.
r † B. ſunt.
s B. minor diſpoſitionum fracturæ oſſium capitis eſt vt accidat in ea contuſio uel ſciſſio corticalis.
t B. ſtat & terminatur apud quādam commiſſuram uel apud quandam partē oſſis proximā, & huiuſmodi eſt quaſi occulta ſenſui & in tali.
u B. certificeris uel ut appareat.

Et

Et frica donec non remaneat veſtigium:& ſint apud te fricatoria diuerſarum quantitatum: & adminiſtra in primis lata eorum : deinde quæ ſequuntur illa. Quumque fricueris, adminiſtra medicinam capitalem, & ſufficit tibi. et medicinæ quidem capitales ſunt ſicut ireos , & farina erui, minutum olibani, & ariſtol. & cortices radicis opopanacis, & myrrha, & ſarcocolla, & ſanguis drac. & omne exſiccatiuum ſine mordicatione:& curetur curatione vlcerum. Si autem exiſtimaueris, quòd fiſſura ſit penetrans vſque ad latus aliud, tũc fricatio non finit eam [x] [vſque ad elongationem.] Et caue ne multum procedas in fricatione: imò [y] [vbi iam ſecurus fueris,] & [z] [cognoueris] diſpoſitionem velaminis; an ſit ſeruans ſitum ex oſſe; tunc nocumentum eſt minus, & [a] [res magis apparens, & eſt euẽtus apoſtematis minor, & ſaluior, & paruior, & apparitio puris maturi velocior, & magis completa. Aut iam ſeparauit ipſum percuſſio ab oſſe: & illud eſt in quo eſt timor plus, & dolores, & febres, & quæ ſequuntur ea plus, & ſuſceptio ab oſſe alterationis coloris velocior, & curſus puris virulenti, ſubtilis in eo plus ; & quod accidit ex doloribus, & febribus, & tetano, & ſyncopi, & deſtructione rationis propter dimiſſionem curationis in eo plus. et in huiuſmodi quidem diſpoſitione , imò in omni diſpoſitione, oportet vt vehementer caueatur frigus, etiam in æſtate: quoniã in eo eſt timor magnus. In fiſſuris verò [b] † [ ] in quibus non eſt niſi fiſſura, [c] † [ ]ſed eſt plurima, & apparet cum ea [d] [illud inter quas & os nõ eſt niſi cortex,] multoties ſufficiunt ſtrictura, & ligamentum, & emplaſtrum [e] [& infrigidantia.] Verùm illud quod eſt rectius , eſt vt incipiatur. & fundatur ſuper ſciſſuram oleum roſ. tepidum: deinde [f] [aggregetur inter duas extremitates]vulneris: & ſuantur ſi neceſſarium eſt illud, & puluerizetur deſuper puluis capitalis: & ponantur ſuper [g] † [eas] puluilli imbibiti uino ſtyptico concuſſo cum oleo ; deinde reliqua ligamenta: & quieſcat infirmus:& fiat delitioſus : & fiat vt dormiat. et phlebotometur ſi indiget. et non quæritur in omni ſciſſura, & fractura, vt accipiat os totum : quoniam hoc non eſt poſſibile in omni oſſe: verùm recordare eius, quod præcipimus in capitulo vniuerſali de fractura, & reſtauratione. Veruntamen multi homines acceperunt os ex capitibus eorum, incidendo [h] [ſecundum modum, & creuerunt caro & cutis] ſuper vulnus, & euaſerũt. In [i] [frangentibus verò os] & quæ ſunt poſt ea, ſcias quòd oſſa capitis diuerſificantur ab oſſibus aliis, quum franguntur: quoniam quum ipſa franguntur, non reſtaurat natura ſuper ea alrosboth fortem, ſicut attrahit ipſum, & naſci facit ſuper reliqua oſſa; imò rem debilem: quapropter vt non effundatur pus ad interiora, oportet vt extrahatur, ſi fuerit [k] [plaga capitis] completa: aut incidatur, ſi non fuerit completa: & non fiat occupatio in reſtauratione eius. et oportet vt non tardetur illud in æſtate vltra vij. dies:& in hyeme vltra x. dies:& quanto fuerit velocius, erit melius, & longinquius ab hoc,

x B. niſi cum penetratione.

y B. ſta & permane ubi ad ultimum perueneris, uel ubi perueneris ad ultimam uel inferiorem partem oſſis.

z Alia litera cognoſce.

a B. ſecuritas.

b † B. ſeu in contuſionibus.

c † B. uel contuſio.

d B. alſemach ſeu ſuperficies aut cortex oſſis cranei.

e B. cum infrigidantibus.

f B. aggregentur labia.

g † B. ea pannus lini madefactus cum albumine oui & ſuper ipſam.

h B. ſecundum modum aliũ, & fecerunt naſci carnem & cutim.

i B. albaſme uero oſſis capitis, uel in ſciſſura eius.

k B. Alia litera ſolutio cõtinui uel ſeparatio oſſis cranei.

vt accidant nocumenta magna. & de illis quæ vocant ad illud, & faciunt eſſe neceſſarium, eſt quòd ab oſſibus aliis præter oſſa capitis [l] [conuertit ligamentum reditione:] & hoc ligamentum non eſt poſſibile ſuper caput: propter illud ergo neceſſe eſt [m] [accipere os , & fracturam] cui eſt quantitas, donec egrediatur virus , ſicut eſt neceſſarium. et iterum ſi accideret virus inter os reſtauratum ligatum ligamento opprimente, expellente materiam, quum iam eſſet generatum illud de viru ex ipſo loco, & penetraret ad medullam , eſſet nobis neceſſarium , vt diſcooperiremus, & mundificaremus. qualiter ergo in huiuſmodi membro? non eſt igitur excuſatio de hac collectione, inciſione, & detentione loci , & prohibitione incarnationis eius, vſque quo ſecurus ſis. & ſi non [n] [eſt timor curſus virus vſque ad interiora oſſis, quod incidimus.] Et oportet, vt ſit inciſio ex loco cõuenientiore & conuenientior quidem eſt aggregans ad oppoſitionem quam exiſtimas , quòd virus currat ex eo melius , & ad facilitatem inciſionis, & paucitatem neceſſitatis ad hoc vt moueatur, & [o] [extendatur ſecundo,] & eſt cum hoc longinquior locus a neruis ſicut ſinciput. Nam medium eius non obuiat origini neruorum. et ſtude ne frigus adueniat velamini, quoniam eſt malum, & timoroſum. et ſubtilia regimen, & aſſidua effuſionem olei tepidi. et ſi apparet ſuper velamen nigredo , & eſt fortaſſe in eo, quod apparet de ipſo, & non eſt nocens, & fortaſſe cauſa eius ſunt medicinę; tunc cura ipſam cum melle concuſſo cum triplo ſui olei roſ. donec remoueatur nigredo: & pulueriza deſuper medicinam capitalem : & ſi nigredo fuerit confirmata, tunc fuge. Quum ergo verificatur neceſſitas [p] [extendendi] aliquid, et incidendi illud, aut extrahendi ipſum, tunc feſtinetur, et non expectetur complementum generationis puris in loco; et hoc quidem nõ toleratur, niſi vbi non eſt panniculus nominatus mater, coarctatus aut punctus: quoniam punctura facit in diſpoſitione apoſtema, et ſpaſmum, et fortaſſe perducit ad apoplexiam : quare oportet ut extrahatur illud os ſtatim, et redibit ſenſus, ſi fuerit apoplexia, ſtatim. Si autem fuerit foramen, tunc res erit vehementioris feſtinationis . et quando frangitur craneum, et [q] [infrigidatur] velamen, et apoſtematur, nominatur illud [r] [ſutratem,] tunc tibi ineſt in eo quod diximus cũ huiuſmodi feſtinatione: aut ſi fuerit neceſſaria expectatio, tunc ſit vſque ad duos dies, aut tres. et in plurimo rei oportet vt curetur in ſecundo [s] [cum inciſione: et] quandoque fit cum ſerra ſubtili [t] [prędicta,] et quandoque fit ita, ut fiant foramina parua [u] [ſimilia foraminibus, quæ fiunt ab acubus quibus ſubſellia ſuuntur,] ubi oportet , ut cadat ex eis , licèt in eis ſit timor: quoniam fortaſſe penetrant ſubito vſque ad panniculum, vbi ingenietur cum inſtrumento quod diximus, quoniam eſt ſaluius: qualiter uerò fit hæc curatio, nos dicemus in hoc illud, quod dixerunt primi. Inquiunt: Oportet vt radatur in primis caput vulnerati , et fiant in eo duæ fiſſuræ ſe ſecantes orthogonaliter , et ſecet vna earum alteram ſecundum figuram crucis: et oportet, ut ſit una duarum ſectionum, ſe-

ctio

l B. diuerſi… gamentum… tertias.

m B. remo… os in fra…

n B. tim… fluxus… ſus… ad in… inciden…

o B. fatige…

p B. ſecun…

q B. egredi…

r B. fatera.

s B. & inci…

t —— B.

u B. con… uel iuxta… uicem p…

ctio prima, quæ fuit ex percuſſione, deinde oportet, vt excorietur ſub angulis quatuor, vt diſcooperiatur os totum, cuius x[concauatio] debet fieri. Quòd ſi accidat inde fluxus ſanguinis, tunc oportet, vt impleatur panno infuſo in aqua, & aceto: & ſi non, imple ipſum panno ſicco: deinde pone ſuper eum puluillum infuſum in vino, & oleo: & adminiſtretur ligamentum quod conuenit ad illud, ita vt quum fuerit mane, ſi non acciderit aliquid ex accidentibus malis, tunc oportebit vt incipias y [concauare] os fractum. Et illud eſt, quoniam oportet, ut facias ſedere infirmum, aut pręcipias ei vt reſupinetur ſecundum figuram quę conuenit fracturę deinde oppila aures eius cum lana, aut cotto, vt non lædatur ex voce percuſſionis: & ſolue ligamentum vulneris, & aufer pannum ex eo, & abſterge ipſum: deinde præcipe duobus miniſtris vt teneant cum pannis ſubtilibus quatuor angulos cutis, quæ iam ſciſſa fuit, & extendant eā ad ſuperiora, ſcilicet cutem quæ eſt ſuper os fractum. et ſi os fuerit debile ex natura ſui, aut ex fractura, quę accidit ei. tunc oportebit vt auferas ipſum cum inciſoriis ponendo quædam contra alia: & incipiendo ab eo quod ex. eis eſt latius z † [[fiat permutatio ex eis ad inciſoria ſubtilia: deinde peruenias ad capillaria. et adminiſtra facilitatem in a [percuſſione praua, & magna] vt non lędatur caput, & inquietet ipſum. et ſi b [caput fuerit forte, tunc oportebit in primis vt perforetur cum tripanis, quæ nominantur non profundantia: & ſunt perforatoria quibus eſt eminentia parua c [interius ex locis acutis eorum, vt prohibeat ea illa eminentia profundare: & peruenire ad ſiphac, donec concaues cum eis os ſciſſum. & eradices ipſum & non ſubito] imò paulatim: & ſi fuerit nobis poſſibile vt eradicemus ipſum cum digitis, tunc illud, eſt d † [ ]: & ſi non, cum tenalijs aut cum forpicibus aut his ſimilibus. et oportet, vt ſit inter e [illud ex foraminibus exitus] quantitate ſtili ita, vt f [fiant] propè ſuperficiem oſſis interioris. et oportet, ut g [remaneat t actui foraminis] aliquid ex ſiphac. Et propter hoc oportet, vt ſint perforatoria ſecundum menſuram eſſentiæ oſſis; & vt adminiſtrētur in hoc perforatoria plurima: Quum ergo fractura non eſt niſi in loco h [originis oſſis] tantum, tunc oportet, vt i [fiat permutatio ad illas res] tantum: ita vt cum cauaueris os, tunc oportebit vt æques aſperitatem oſſis capitis, quę fit ex inciſione, & concauatione, aut cum k[nouacula] aut cum aliquo inciſoriorum, quæ ſimilatur l [aciei enſis] poſtquam poſueris m † [ ] inſtrumentum quod cooperit ſiphac, & ſeruat ipſum. et ſi remanſerit aliquid ex oſſibus paruis, aut fruſtis, tunç oportebit vt accipiantur cum facilitate: deinde perueniatur in curatione cum n [operatione] aut vnguentis. Nam iſte eſt facilior qui ſit ex modis curationis, & minoris nocumenti. Inquit Galenus, quum tu diſcooperueris partem oſſis capitis, tunc pone ſub eo inciſorium, in fine cuius eſt pars quæ aſſimilatur lenti, eminens, ſi eſt lenis, & eſt acuitas in longitudine, donec ſit latitudo lenti ſimilis, ſuſtentata ſuper ſiphac. & oportet, vt percutiatur

x B. perforatio vel inciſio.
y B. perforare uel incidere.
z †B. deinde.
a B. perforatione vel inciſione & percuſſione.
b B. alia litera os.
c B. uel additamentum paruū ingrediens in loco uel in parte eius acuta & prohibet illud additamentū ne pars acuta profundetur & ne perueniat ad ſiphac, uel ad uelamen donec concaues aut perfores cū eis os ſciſſum vel contuſum & eradica ipſum non in una uice.
d †B. melius.
e † B. foramina ſpatium.
f B. perueniat.
g B. caueatur ne perforatorium tangat.
h B alathna.
i B. fiat foramē ſuper illam tabulam oſſis.
k B. lima.
l B. cultello paruo.
m †B. infra uel ſubtus.
n B. tentis.

deſuper cum malleo paruo, & incidatur os capitis: Quum ergo fecerimus illud, erit ex eo totum illud quo indigemus: & illud eſt quoniam ſiphac non o [mouetur] tunc, neque ſi medicans eſſet p [dormiens,] quoniam ſiphac opponitur lateri lato inſtrumenti ſimilis lenti. et ſi peruenit hoc inſtrumentum ad os capitis, tunc ipſum eradicat illud abſque læſione: & illud ideo, quoniam poſtremum figuræ q [ſimilis lenti circundans hoc inciſorium retro, incidit] os capitis: & non eſt poſſibile vt inueniatur ſpecies alia ad eradicandum hoc os facilius, neque velocioris operationis quam hæc ſpecies. Curationem verò quæ ſit cum ferris & inſtrumentis, quæ nominant, r [ ] moderni uituperauerunt propter malitiam eius: hic eſt ergo ſermo noſter in curatione oſſis capitis, quum accidit ei ſciſſura. Et conuenit hæc eadem curatio in reliquis ſpeciebus fracturæ, quæ incidit oſſi capitis, quamuis nos non diximus niſi curationem fiſſuræ, & poſuimus eam exemplum aliis. Inquit Paulus, & Galenus iterum docuit nos quantitatem oſſium, quæ oportet incidi: & iſte eſt ſermo eius. s [Non oportet, vt incidatur ex oſſe niſi illud, quod eſt infirmum, nam] illud, quod ex eo eſt comminutum vehementer, oportet vt auferatur totum: In illo autem ex quo extenduntur ſciſſuræ extenſione plurima (nam illud quandoque accidit) non oportet tunc vt conſequaris fiſſuras vſque ad finem earum: & vt ſcias, quòd non accidit propter hanc cauſam res nociua, quando in reliquis operationibus, quas oportet ipſum facere, eſt ſecundum quod oportet. Amplius oportet poſt curationem cum ferro, vt accipias pannum lini extenſum quantitate oſſis vulneris, & infunde ipſum in oleo roſ. & cooperi cum eo os vulneris, deinde accipe pannum duplicatum aut triplicatum, & infunde ipſum in uino, & oleo roſ. & lini vulnus totum oleo roſ. deinde pone ſuper ipſum pannum, quanto leuius potes, vt non grauet ſiphac, deinde adminiſtra deſuper ligamentum latum, & non ſtringas ipſum niſi cum quantitate, quæ teneat pannos tantum: deinde adminiſtra regimen, quod remoueat inflammationem, & deſtruat febrem, & humecta velamen deſuper cum oleo roſ. in omni hora: & ſolue ipſum in die tertio, & abſterge ipſum, & cura ipſum curatione qua creat carnem, & ſedat inflationem, & pulueriza ſuper ſiphac puluerem ex medicinis ſiccis, quæ nominantur medicinæ capitis, donec oriatur caro t † [ ] in quibuſdam horis u [ſuper] os, ſi indiguerimus hoc, quum oſſa ſunt eminentia: & vt naſcatur caro velociter, & cura ipſum cum reliquis medicinis, quas diximus in curatione vulnerum. Et inquit Paulus. Multoties accidit in ſiphac capitis poſt curationem cum ferro, apoſtema calidum, ita quod x [ſuperueniet ſpiſſitudini oſſis capitis, & ſpiſſitudini cutis iterum, & eſt cum hoc grauitas, & prohibitio motus eius naturalis.] Et multoties accidunt iſtis extenſio, & accidentia alia mala, & ſequitur has res mors. et non accidit apoſtema calidū ſiphac niſi, aut propter os y [emi-

nens

o B. Alia litera mouetur ad extra. Alia litera diſiūpitur tunc niſi ſit cyrugicus ſō nolentus aut ineptus.
p B. ſonnolētus aut ineptus.
q B. quod ſimilatur lenti rotundum repellit inciſoriū retro quare inciditur.
r †B hanicade;
ſ B. illud autem quod oportet incidi ex oſſe infirmo eſt quonia.
t † B. &
u B. frica.
x B. ſupereminent & eleuetur ſuper ſpiſſitudinem uel groſſitiem cutis etiam & eſt cum hoc durum & prohibens motus eius naturales.
y B. Alia litera os ſeparatum pūgens ipſum.

nens sub eo:]aut propter grauitatem tentarum aut propter frigus: aut multitudinem cibi: aut multitudinem vini: aut propter causam aliam occultam. Quod si apostematis calidi causa est manifesta, tunc oportet vt abscindas illam causam velociter. Quòd si est ex causa occulta, tūc stude in separatione eius, & administra phlebotomiam venę, si nòn fuerit prohibens ad hoc; & minorationem cibi, & regimen quod conuenit apostematibus calidis, sicut embrochatio cum oleo ros. calido, aut cum aqua in qua bullita sunt althæa, & fœnugræcum, & semen lini, & chamęmilla, & eis similia: & administra emplastrum ex farina hordei factum cum aqua calida, & oleo, & semine lini. Et administra adipem gallinę in lana, & humecta cum ea caput, & ceruicem, & spondyles, & distilla in aures aliquid ex oleis, quæ sedant caliditates. Et fac sedere infirmum in aqua calida in domo, & z [iunge] ipsum. Quòd si apostema calidum perseuerat, & non est aliquid quod prohibeat a † [ ] sumere medicamen solutiuum b [soluens semel,] fiat illud: nam Hipp. pręcipit illud. Inquit Paulus: si denigratur siphac, & nigredo est in superficie eius: & illud est c [in] medicamine iterum, quo curatur, nam medicamen nigrum fortasse facit illud, tunc oportet vt sumas ex melle, & oleo ros. iij. partes, & permisceas, & linias cum eo pannum & ponas super siphac. Quòd si accidit in siphac nigredo ex seipso, & peruenit vsque ad d [oculum] præcipue cum signis aliis malis, tunc oportet ut desperes de salute huius infirmi: quoniam est significatio consumptionis caliditatis innatę, & destructionis eius. et ego iam vidi quendam cui accidit fractura in capite suo, & concauatum est os capitis eius post annum, & sanatus est: & illud ideo, quoniam fractura fuit in sincipite, & fuit ex percussione sagittæ, & erat ei cursus, & propter hoc non aduenit siphac aliquid, imò saluatum est a corruptione. Inquit Galenus accidit homini vt frangeretur sinciput eius, & iterum os temporis fractura extensa, & e [composita est fractura cum dispositione rerum ossis] syncipitis, & incidimus ipsum ad intentionem notam, & suffecit illud, & sanatus est vir.

z B. frica.

a † B. omnino

b —— B.

c B. ex

d B. profundū.

e B. dimissa est fractura tota cū dispositione sua nisi aliqua pars.

ANNOTATIONES.

Cap. 6. Cap. 90. Cap. 4.

Multoties accidit vt findatur &c. } *De vulneribus capitis Hippocrates integrum libellum scripsit. Eadem de re Galenus 6. Meth. & Paulus libro 6. necnon Celsus libro 8. Sanè pericranum quod cuti statim subiacet, si vulneretur, non maiorem sui gratia diligentiam postulat, quàm aliorum ossium tegmentum, quod periostium vocant. Ita & caluaria si rumpatur, suapte natura neque symptomatum malorum est causa, neque difficilior est curatu. Verùm pericrantium quidem cranij, id verò membranarum cerebrum inuoluentium causa, atque hæ rursum ob cerebrum summa egent animaduersione. Si frangatur caluaria, ex eius fractura vel aliquid sanguinis in subiectas membranas illabi accidit, hic verò putrescens (quod fieri oportet semper, vbi præter naturam sanguis effunditur) & membranas & cerebrum quoque ipsum inficit, & prauorum symptomatum est author. vel offensum os aut eius pars ita deprimitur, vt membranam suo innixu premat, pugnatque, aut eius pars auulsa in membranas cadat: quod, quum euenit, & conuulsionis & doloris & febrium atque aliorum symptomatum est causa. Ob id ergo, cranij summa ratio habetur: neque huius solum, sed etiam pericranij. hoc enim si offensum sit, euidens fractæ caluariæ indicium videtur: non tamen si non offensum appareat, incolumis eiusdem cranij certum est signum, quum id sæpenumero eueniat frangi alterum altero non offenso. Fit ergo, quia tanti momenti res est caluariam frangi, vel integram remanere, vt in capitis vulneribus medici tantum adhibeant diligentiæ. Profectò os capitis multifariam frangi accidit, quam rem Hippocra. in de vulneribus capitis, & Galenus 6. meth. & Paulus libro 6. & author finitionum medic. Simplices tamen fracturæ tres esse uidentur, quas Galenus in 6. meth. recenset, fißura, contusio, sectio seu sedes seu teli uestigium. Ex his uerò alias & ab Hippocra. & a Galeno, & a Paulo enumeratas species; si quis animaduerterit, componi uidebit. Ex quibus tamen omnibus, quæ profundæ sunt, multi æstimantur; superficiariæ paruum negocium faciunt, quum ex his neque sanguis effluat, neque os comprimi eueniat. Vbi interiores membranas uel sanguine infici uel comprimi ex fracto oße accidit, solum præsidium est abstergi sanguinem, & auferri quod pungit, comprimit, molestatque. Fieri uerò horum nihil potest nisi aperta sit caluaria. Quamobrem illud quoque planè perpetuum esse uidetur, ubi horum quidpiam ueremur, ut aperiatur cranium, atque libera tum inspectioni, tum manibus patescat uia, quam rem Hippocra. Galenus, Paulus, Celsus, & author noster hoc in loco pluribus prosequuntur. Est tamen hac de re non leuis controuersia. Primum quidem, an ubi de oßis ruptione ueremur, perpetuo aperienda caluaria sit: deinde uerò ubi agendum id fuerit, quando agi oporteat. Profectò Hippocr. in libro de uulneribus cap. si nudum & conspicuum os non fuerit, interrogatione & mente colligendum ait citra specilli admonitionem, an sit fractum. Contra tamen Paulus, & Celsus, uulnus ampliant, & cutem atque ipsum pericranium scindunt, ut, & oculis, & specillo demißo fracturam pernoscant. De tempore etiam, quando id agi oporteat, ubi oporteat, Hippocrates triduum ait excedere non oportere citra perforationem: sed tunc perforandum, tum alias, tum tempore calido, si ab initio curationem susceperis. Paulus tamen hyeme omnino ante quartumdecimum, æstate uerò ante septimum diem auferri iubet, prius quam praua symptomata oriantur. Sanè in tanta discordia, in tanti momenti re, quid sit statuendum, non satis est iudicatu facile. Dicemus tamen nos quod sentimus. An, ubi os nudatum non est, secari semper & cutis & pericranium debeat; quamuis & Celsus & Paulus & plerique nostræ tempestatis chirurgi id asserant; uidetur tamen nobis aduersus horum sententiam dirimi ab Hippocrate controuersia. qui ait mente & interrogatione colligendum, an cranium sit abruptum. Namque si fractum iudicaris, non negat senex nudandum os & aperiendum. At si eius rei iudicia non appareant, quorsum pro unius mali curatione aliud temere ex industria procurare? præsertim quum non mediocriter pericranium sentiat, & ex eo inciso doleres & alia mala sequi poßint. His ergo fortasse hos authores conciliabis. At uerò quo tempore, ubi agi id oportuerit, aperienda caluaria sit. Innuit certe Paulus rationem, cur intra septimum aut quartumdecimum diem secari oporteat. nempe, quod eo tempore sequi praua symptomata soleant, qua ratione persuasum itidem*

Cap. 6 Cap.

Hippo-

Hippocratem putamus. Videndum tamen erit, quo tempore symptomata oriantur, & inualescant, atque iuxta horum tum ortum tum incrementum soluenda quæstio uidetur. Certè si rectè aduerteris, licèt inflammationes, dolores, & alia id genus, in septima, aut decimaquarta potissimum exasperentur; eadem tamen antea etiam infestare solent: neque certum huic rei præscriptum est tempus. Tutius ergo Hippocratis consilium uidetur quàm Pauli, quamuis nostri temporis medicos Pauli præsertim institutum sequi non ignoremus.

Verùm illud quod est rectius &c.] Quæstio hoc in loco est, an capitis vulnera perfundi oleo sit ex vsu. Author noster rosaceum tepidum, vt affundatur, probat. At Hipp. in lib. de vulneribus capit. nihil tale proponit; sed tētandum ait, vt vlcus quàm citissimè siccum fiat. & sectione peracta cætera agi iubet, quæ vlceris curatio postulat. Porrò eousque rosacei vsus processit; vt nostra tempestate non solum hoc vtantur, sed minimum quodvis, & cuiusvis generis vulnus, quod capiti accidit, ad satietatem & nauseam vsque perfundāt: id quod aduersari Hippocrati nullus non videt. Nostra ergo sententia, ꝙ Auicennas rosaceum supra fissuram, vt ait, adhibeat; non, quòd vulnus ipsum eo perfundatur, intelligi oportet, quod certè nō minus sordida, & mala huius partis vlcera reddere, quàm alterius potest: neque id etiam perpetuo agi iubet. Verùm, quod in cæteris vulneribus vsu venit, vbi inflammationis periculum sit; vel si sanguinis profluuium vrgeat; leuiter repellentibus, quale rosaceum oleum est, & inflammatio arcenda, & profluuium sistendum. non vt ipsi vulneri oleū affundatur, sed vt circunstantes illi partes illinantur. In ijs enim (ait Hipp. 5. aph.) frigido vtendum est, vnde fluit sanguis, aut fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa vnde influit. At ipsum vulnus, & lineamentis, & astringenti vino, & pulueribus, quos capitales uocat hic author, præsertim si sanguis profluat. & ea in uniuersum curandi ratione tractari oportet, qua cætera, qua Hipp. vtendū iubet.

Cap. 6

aph. 23.

Et si appareat super velamen nigredo &c.] Idem Paulus, idem & Celsus. Non est tamen prorsus desperandum, etiam si denigrata membrana est sui ipsius uitio, quæ mellis rosacei usu abstergi nequeat, nisi in imo potissimum nigredo constiterit, ut ait Paulus. Claudius Ricardus *Imperatorius medicus superioribus annis, quum Venetijs medicinam faceret, ostendit nobis denigratam in iuuene quodam membranam, quam duram uocant, quæ suapte spontè non medicamento infecta mellis, uel alterius medicamenti usu abstergi non poterat. Videre id ipsum, & alij ex primarijs medicis. Mortem uno omnes ore prædicunt. Nos uerò & magnum uirium robur, & symptomatum lenitatem intuiti non desperamus. Abstersa tandem huius diligentissimi medici studio membrana est, & euasit ille admirantibus multis. Sed hæc, sicuti non nisi optimi curatoris solicitudinem postulant, ita etiam raro accidunt. ut propterea & hic author, & Celsus, & Paulus de salute ambigant non iniuria.*

De fractura mandibulæ. Cap. 2.

INquit sapiens, quū [a] [inciditur ad interiora non frangatur: ꝙ si frangitur mādibula dextra, tunc intromitte indicem, & mediū manus sinistræ in os infirmi. Et si frāgitur mandibula sinistra, tūc intromitte digitū indicē, & mediū manus dextræ, & eleua eum eis marginē fractu ræ exterius, & interius: & oppone eas ambas] cum manu altera de foris, & æqua eam, & cognosce eius æquationem ex æquatione dentium, qui sunt in ea. Si autem [b] [frangatur mandibula in duobus locis,] tunc extende cam in duo latera secundum oppositionem, ministro extendente eam, & ministro retinente ipsam: deinde veniat medicus ad æquandum ipsam, secundùm quòd diximus, & liga dētes, qui torti sunt, & separati sunt adinuicem. Si autem accidat cum fractura vulnus, aut frustum, [c] † [ ] tunc [d] † [ ] administra consuturam, & puluillos, & medicinas incarnatiuas post reditionem, & æquationem. Inquit: & ligamentum eius fit secundum hunc modum. Pone [e] [medicamen vittæ] super nucham colli: & vadant duæ extremitates à duobus lateribus super duas aures vsque ad extremitatem mandibulæ: deinde vadāt cum eis iterum ad nucham: deinde vsque ad locum sub mandibula super duas maxillas vsque ad synciput [f] [vadens] ex eo iterum vsque ad locum, qui est sub nucha: & ponatur ligamentum aliud super frontem, & in posterioribus capitis, & stringatur tota inuolutio, quæ inuoluta est: & ponatur desuper [g] [pannus] lenis. Et si separentur ambæ mandibulæ simul ex extremitatibus earum, tunc [h] [incipiatur] cum vtrisque manibus paulatim, deinde [i] [opponantur] & coniungantur: & cōsideretur ad compositionem dentium; & liga duales cum filo auri, [k] [vt non separetur rectificatio, & ponatur medicamen ligamenti super collum, & vadat] caput eius ad extremitatem mandibulæ, & præcipiatur infirmo, vt quiescat, & sit tranquillus, & dimittat locutionem: & ponatur cibus eius sorbitiones. Et si alteratur aliud ex figura, tunc soluatur ligamentum, nisi accidat apostema calidum. Quòd si accidat tunc, non negligas vti emplastris, & embrochis, quæ conueniunt ad illud ex illis, quæ sedant, & resoluunt cum æqualitate. Et os quidem mandibulæ stringitur ante tres hebdomadas: quoniam est lene, & est in eo medulla plurima replens ipsum.

a B. frāgitur versus interiora, & nō separatur in duas partes separatione totali tunc si fracta fuit mandibula dextra intromitte digitum indicem, & mediū manus dextræ, & eleua, vel cōprime cū eis curuaturam fracturæ versus exteriora ab interiori, & oppone eis.

b B. Alia litera vl separatur mādibula in duas partes separatione totali.

c † B. ossis pungentis.

d † B. scindatur aut dilatetur, & extrahatur frustum, &

e B. vittam, seu bindam.

f B. deinde procedatur.

g B. hastela.

h B. extēdātur.

i B. contēnātur.

k B. & non remoueatur statio, seu aptitudo, aut eorū firmitudo, vt ponatur mediū ligamēti per partem capitis posteriorē, & procedat, seu extendatur.

De fractura nasi. Cap. 3.

NAsi superior pars est os, & inferior est cartilago, & illi quidem cartilagini non accidit fractura, imò attritio, [a] [& quòd comprimendo dilatatur tota: & quòd dilatatur inferior pars eius superiore remanente vt est, et separatio] ad vnum latus. Superiori verò parti ossis accidit quandoque fractura. Et quando frangitur nasus, et non curatur, perducit ad [b] [casum.] Et iterum quandoque induratur, et remanet secundum tortuositatem suam, quare non recipit æquationem; oportet ergo, vt festinetur in die primo, et non pertranseat decimum. Et scias, quòd quando fractura nasi consequitur loca superiora eius, magis conueniēs est et rectius regimen in ea est, vt sumatur stilus decenter factus, lenis, et intromittatur cum facilitate in nasum, vsque ad finem alchaiasim, et teneat ipsum cū manu sua, et æquet nasum cū manu altera, donec æquetur: deinde subtilietur intromittendo licinium conseruans ipsum in figura ęquationis, et melius quidem est vt sit ex lino. Et cautela est, vt intromittatur in utrasque nares simul, licèt non sit nocomentum

a B. vel cōtusio & cōpressio faciens nasum simum, seu latū compressum, & declinatio.

b B. priuationē olfactus.

nisi in latere vno. Et quandoque ponitur c † [ ]

licinium d [in latus vnum, vsque quo eius vltimatio peruenit ad confirmationem,&] restaurationem. Et non e [componatur] super nasum ligamentum, quoniam facit ipsum f [latum,] nisi sit illic eminentia magna, g [& timeatur secundum eam descensio.] Quum autem accidit in partibus inferioribus, tunc possibile est vt æquetur cum duobus digitis duarum manuum, sicut duobus indicibus, aut duobus auricularibus. Et quando accidit in hac dispositione apostema, tunc vnguentum diaquilon est bonum valde: quoniam sedat apostema, & conseruat iterum figuram æquationis, & confortat. Et similiter medicamen factum cum aceto, & oleo, & simila, & minuto thuris, super quod puluerizetur cinis, & emplastretur cum eo. Et quando fractura est attritio h [aperta,] tunc nõ est possibile, vt redeat cum ea ad rectificationem, nisi postquam finditur, & extrahitur cõminutio ossium, & i [cum sutura eius &] puluerizentur desuper pulueres. Et quando accidunt inclinatio, & separatio cartilaginis, tunc æqua eam violenter, deinde liga eam ligatura conseruante eam super illud: & est vt ponas ligamentum k [extensum] ex l [latitudine ceruicis, super quam] est inclinatio. m † [ ] ex eis quibus sit facile hoc ligamentum, & n † [ ] bonum, est vt sumas marginem panni fortis, aut corrigiã, cui sit latitudo digiti vnius: & lini vnam extremitatum eius cum glutino piscium, & glutino corij, vaccini, aut cum gumma, aut cum reliquis glutinationem facientibus: & inuisca ipsam super extremitatem nasi ex latere [super quod] est inclinatio, donec exsiccetur super ipsum, & reducatur nasus ad situm suum cum uiolentia. deinde extende illã corrigiam, aut pannum, donec æquetur cum eo, & inclina ipsum ad latus diuersum inclinationi primæ, & restaura ipsum super collũ, & liga ipsum ligamento tenente ipsum secundum illam formam, & emplastra cum emplastris, quæ sunt necessaria.

c †B. in interiori parte licinii radix pennæ, ut sit magis conueniens ei deinde emplastretur & adhæreat super eum pãnus emplastri ut nõ extrahatur.
d B. vsque quo peruenerit ad summam & perfectam confirmationem, &
e B inuoluatur
f B. simum cõpressum
g B. quam depressio b[o]nificat.
h B. comminu es os.
i B. suatur, & post.
k B. Alia litera incipiendo.
l B. latere colli ad quod
m † B. &
n † B. est.
o B. à quo.

De fractura furculæ. *Cap.* 4.

FVrcula frangitur, aut propter pondus delatum, aut propter casum magnum, aut propter percussionem vehementem. Amplius furculæ restauratio fit difficilis, & indiget subtilitatione. Dixerunt in restauratione eius, si a [conteritur] propè cassum erit descensio capitis adiutorij inferius minus. Inquit, quando b [conteritur] furcula in duas medietates. tunc fac sedere infirmum super sedem, & teneat minister adiutorium, in quo est furcula fracta. & extendat ipsum ad exteriora, & ad superiora iterũ, & extendat minister c [iterum ceruicem,] & humerum d [inclinatum,] cum quantitate, quæ est necessaria. Et æquat medicus cum digitis suis illud quod est eminens, impellens ipsum, & quod est concauum [commoueat ante, & retro, & extrahat ipsum.] Et si indiget in illo extensione plurima, ponat sub titillico pilam magnam f [de pilis, & eleuet] cubitum, donec approximet ipsum costis, quoniam extendetur secundum quod vult. Et si g [inciditur] extremitas furculæ ad interiora h [frangendo, aut] non obedit cum attractione medici, & non i [suspẽditur,] quoniam est ad profundum plurimũ; tunc prosterne infirmum super collum suum, & pone sub humero puluinar gibbosum, & k [demerge] humerum eius inferius, donec eleuetur ad os furculæ: deinde æqua ipsum, & rectifica cum digito tuo, & stringe. Quòd si infirmus inuenerit puncturam ex deambulatione manus super ipsum; l [tunc frustum] pungit ipsum secundũ m [situm: ergo] scinde, & aufer frustum: & fiat illud à te cum facilitate; & propriè si fuerit frustum subtus; vt non disrumpas siphac pectoris: & intromitte instrumentum cõseruans siphac pectoris sub osse, deinde frange os. Quòd si non acciderit apostema calidum, tunc sue scissuram, & incarna eam. Et si accidat apostema calidum, tunc infunde puluillos cum oleo aliquo. Et si n [dimittitur] caput adiutorij apud fracturam cum frusto furculæ ad inferiora, tunc oportet, vt suspendatur adiutorium cum ligamento lato & o [eleuetur ad partem ceruicis.] Et si frustum furculæ fuerit inclinatum ad superiora, & illum quidem parũ sit, tunc non suspendatur adiutorium; sed resupina illum, cuius est furcula fracta super dorsum suum. & subtilia regimen eius, & p [stringetur] furcula in mense, & minus. De furcula autem dixerunt: quòd furcula non seiungitur ex latere intrinseco, quoniam annexa est pectori, non seiuncta ex eo: & propter hoc non mouetur ex hoc latere. Et si percutiatur exterius vehementer, & separetur; tunc ipsa æquatur, & curatur curatione, qua curatur quum frangitur. extremitas uerò eius, quæ sequitur humerum, & separatur ab eo, non dislocatur plurimum: quoniam lacertus, qui habet duo capita, prohibet eam ab hoc, & prohibet eam iterum caput spatulæ. et non mouetur furcula motu uehementi, quoniam ipsa non est posita, nisi ut separetur pectus tantum, & dilatet ipsum: & propter hoc facta est furcula homini soli inter reliqua animalia. Quòd si accidat ei dislocatio ex luctamine, aut re alia simili huic; tunc ipsa æquetur, & intromittatur ad locum suum cũ manu, & puluillis plurimis, qui ponuntur super eam ligamento, quod oportet. et conuenit hæc curatio extremitati humeri iterum, quũ separatur, & reducit eam ad locum suum. & illud, quo ligatur furcula humero, & humerus, est os cartilaginosum, & ipsum ingrossatur in macilentis. et quum remouetur, existimat ille cui non est experientia, ꝙ caput adiutorij iam separatũ est, & exiuit de loco suo, caput enim spatulæ videtur tunc vnum, & videtur locus, à quo permutatum est, concauum: verùm oportet ut distinguatur significationibus, quas q [experiemur] post.

a B. frangitur.
b B. frangitur.
c B. alius collũ.
d B. oppositum.
e B. attrahatur, & ad extra extrahatur.
f B ex pãno, & impellat.
g B. frangitur
h B. plurimũ
i B. eleuatur superius.
k B. comprime
l B. ppter
m B. ...
n B. ...
o B. deinde uertatur ad colli.
p B. firmetur
q B. ...

De fractura spatulæ. *Cap.* 5.

SPatulæ quidem locus latus parum frãgitur: plurimũ enim qđ accidit de fractura eius, accidit marginibus, & lateribus, & frustis. et quãdo accidit, cognoscitur tactu, et per illud quod sequitur

sequitur eam de punctura, uerum plurimum accidit ei scissura; quã significat asperitas, quæ cognoscitur tactu, & dolore locali, & punctura, si fuerit, licèt non sint reliqua signa. Et fortasse accidit fractura ad interiora, & significat ipsam a [incisio] accidens, et crepitatio leuis, quam percipit auditus b [quum crepitat miser cum ea; et inuenitur per attractionem manus quæ consequitur eam, et dolorem. Et cura eius iterum est subtiliatio manus, et bonitas conuenientiæ impulsionis ab inferioribus, et æquationis: et fortasse indiget uentosis, secundum quòd existimo, donec attrahitur ad c [superiora. et æquetur cum cautela à nocumento in aggregatione materiei. Frustula autem spatulæ quum franguntur, si sunt inquietantia, pungentia, lædentia, tunc necessarium est extrahere ea: et si sunt quieta, æquentur et ligentur ligamentis similibus ligamentis furculæ. Et oportet ut dormiat habens fracturam spatulę super latus sanum, non super aliud.

a B. incuruatio.
b B. quum tacta fuerit tactu curioso, vel exquisito, seu manifestante, & accidit manui, quæ vicinatur ei dolor & curatio eius est cũ attractione subtili, seu ingeniosa, & bonitate ĩpulsionis cũ facilitate ex anterioribus, & æquatione.
c B. posteriora.

De fractura cassi. Cap. 6.

a [Accidit casso scissio sicut ligno: et accidit] fractura ad interiora. Et primum quidem cognoscitur sonitu sensato per tactũ, et auditum, et quandoque inuenis ipsam manifestam, cuius duæ partes sunt manifestæ et cũ extensione doloris: secundum uerò sequuntur accidentia mala ex constrictione anhelitus, et tussi sicca: et fortasse patiens illud, spuit sanguinem; et quandoq; generatur ex eo putrefactio uelaminis. Et cura istorum est cura illius, qui habet illud in humero. Et si inclinatur inferius, tunc cura est illa, quæ descripta est in compressione furculæ depressæ per fracturã. Et si ingrediuntur costę, administra super eas ligamẽtũ factum ex lana cum reuolutione, post ligamenta posita super eas desubtus cum rectitudine: deinde aggrega extremitates duorum ligamentorum, et liga eas adinuicem, quoniam ipsę prohibent ligamẽta reuoluta à solutione.

a B. Qñq; accidit casso separatio, seu elõgatio ossiũ adinuicẽ pura, & qñque accidit. Alia litera, qñque accidit casso separatio, q̃ est sicut scissio & accidit.

De fractura costarum. Cap. 7.

Costis ueris septem accidit fractura, à duobus lateribus: falsis uerò accidit fractura à latere dorsi. Et quoniam extremitas, alia est cartilago hypochondriorum, secundum quòd sciuisti, non accidit ei a † [ ] attritio. Cognitio autem fracturę costarum est facilis, quę nõ occultatur tactui propter illud quod sentitur de asperitate & motu in non suo loco: et fortasse auditur, si auscultatur crepitatio occulta. Quòd si fuerit inclinatio costæ ad interiora, et significant eam accidentia pleuresis, et est fortasse cum ea sputum sanguinis, tũc non audẽt restauratores curare ipsam cũ extẽsione ad exteriora pp defectum ingenij; quoniam illud est difficile absq; ventosis, & quoniam ex ventosis timetur quòd aggregetur materia plurima ad interiorem locum: et est in ea illud, quod est de corruptione. Quòd si b [expellis] eas, et non pro longas retentionem earum, non est malum. Verùm quandoque cibant infirmum cibis inflatiuis ualde, ut inflettur uenter eius, et compri-

a † B. nisi.
b B. cũ facilitate administras.

mat inflatio fracturam, et impellat eam ad exteriora. Et hoc quamuis sit de illis, à quibus in quibusdam horis non est excusatio, est tamen causa magna ad faciendum ut accidat apostema. Inquit quidam sapientum Oportet, ut cooperiatur locus cum lana infusa in oleo calido, et ponantur puluilli in eo quod est inter costas, donec repleatur, ut sit ligamentum æquale, quando inuoluitur secundum rotunditatem, sicut narrauimus in pectore: deinde ponatur sicut ponitur in habentibus pleuresim secundum quantitatem conuenientem ossi. et si oppresserit nos res uehemens, et os pungit uelamen punctura lædente; tunc oportet, ut findatur cutis, et discooperiatur illud, quod discoopertum est, de costa: deinde ponatur sub eo instrumentum quod conseruat siphac, ut non egrediatur siphac, et incidantur cum facilitate ossa, quæ pungunt, et exire facias: deinde, si non accidit apostema calidum, aggregentur fissurę, et medicentur cum unguento. Et si accidit ei apostema calidum, cooperiatur cum puluillis infusis in oleo, et cibetur infirmus et curetur cum eo, quod sedat apostema calidum: et resupinetur super latus, c [quod leue est super ipsum.]

c B. super quod alleuiatur.

De eo, quod accidit spondylibus, de fractura. Cap. 8.

Inquit Paulus, rotunditatibus spondylium accidit quandoque attritio; sed fractura parum accidit: a [et tunc minuitur siphac et] nuchæ: et nucha. ipsa, et communicant eis ambabus nerui in nocumento, et sequitur ea vtraque mors, b † [ ] si accidat illud spondyli colli. Et propter hoc oportet, ut præmittamus sermonem, et enuntiemus perditionem factam Et si est possibile ut presumamus, et auferamus os lædens cum scissione, tunc illud c [est,] et si non, d [oportet, ut uisitemus eos] cum regimine quod sedat apostemata calida. Et si remanet aliquid ex partibus eminentibus spondylis, e [ex qua sunt,] quæ nominantur spinæ. (nam illud cadit uelociter sub digitis, quum uolumus eius communitionẽ, quoniam illud, quod comminutum est, mouetur, et separatur à loco suo) tunc oportet, ut auferatur illud scindendo cutem exterius, deinde aggregetur cum sutura, et administretur in eo curatio incarnatiua. Et si frangitur os alkeil in inferiore parte alchatim, et alohosos, tunc intromittatur digitus index sinistræ manus in anum, et equetur os fractum cum manu altera secundum q possibile est, et si senserimus os fractum iam separatum esse tunc oportebit iterum, ut auferatur cum scissione, sicut diximus, deinde administretur ligamentum, quod conuenit ano, et curatio conueniens ei.

a B. eis & tunc exprimũtur, seu comprimuntur panniculi.
b † B. præcipuè.
c B. fiat.
d B. tunc oportet, ut regimẽ ipsorum sit.
e B. q̃ sũt ex eis.

a { *De fractura adiutorij.* } Cap. 9.

Os adiutoris, quum frangitur, secundum plurimum non declinat nisi ad exteriora, quare oportet, ut tu facias illud, quod oportet, fieri in reditione fracturæ b, [cuius situs est] secundum quòd sciuisti, et tange ipsam manu tua æquatione vltima, et liga eam cũ ligamen-

a B. Nota, q vbi habetur adiutorium in arabico habetur alhadal, & vbi habetur brachium in arabic habetur alsahad.
b B. ad locum suum.

to ascendente etiam vsque ad humerũ: & strin
ge cum eo si est proxima illi: deinde ligamẽto
c [communi] secũdum, quòd sciuisti etiã vsq;
sub cubito, si fuerit fractura propinqua cubito:
postea liga ipsam ligamento tertio ascendẽte
ab inferiori vsque superius: & suspende manũ
d [angulariter & multiplicetur eius suspensio
extendendo,] quoniam est malum. Et melius
quidem est, vt e [stringatur] adiutorium ad pe-
ctus f † [ ] 10
secundum angularitatem in cubito, vt nõ mo-
ueatur, & propè cubitum. g [Ergo] pone super li
gamenta, aut aquam, & acetum, aut aquam so-
lam, si fractura adhuc non apostematur: & fac
ipsam ex lino cuius latitudo sit quatuor digito
rum, non plus. & si iam superuenit ei spatium,
& apostema est, tunc pone ipsam ex lana, & ab-
lue ipsam in oleo, si tibi possibile est: & si non
fuerit aliquod prohibens, non soluas vsq; ad se
ptem, & quòd est post eos vsque ad decẽ: tunc 20
solue, & liga cum hastellis: & si h [defensio] vo-
cat te ad aliud, tunc solue in tertio: & est illud
ad quod inclinatur Hipp. quoniam aufert no-
cumenta, licèt noceat restaurationi. Verùm in
qualitate ponendi hastellas oportet, vt sufficiat
tibi illud, quod tibi declarauimus in cap. suo:
& non separes ab ea stricturam ad minus vsque
ad xl. dies. Et quando indiges i [secundum con-
suetudinem] extensione vehementi, & nõ obe-
dit tibi, & nõ excusaris auxilio alicuius adiuuã 30
tis te; tunc fac sedere infirmum super sedẽ sub-
leuatam, & sit ad stantẽ plus decliuis, quàm ad
sedentem: & appodietur super gradum scalæ,
aut qđ simile sit ex eis, quę sciuisti in cap. dislo-
cationis, & locus ille sit planus factus, & molli-
ficatus & linitus: deinde suspẽde in k [humero]
eius aliquid graue extendẽs ipsum ad inferio-
ra: quum ergo extenderis extensione quæsita,
l † [ ]
tunc liga cum vitta forti sub fractura, & supra 40
illam: & fac m [dormire] infirmum resupinũ, &
extende illud quod ligasti vitta cum fortibus
viris n [vsq; subtus] & ad superiora; in illo n. est
sufficientia. Et quãdo fractura est in medio ad-
iutorij, pone ligamentum cum o [longitudine
vna] à duabus extremitatibus p [iuncturæ.] Et si
fuerit propinquior ad latus, q † [
] pone ligamentum
vehementioris propinquitatis r † [ ] ex-
tremitatis s [longinquæ quam alij.] Et si fuerit 50
t [scissura] sola, tũc cura est curatio u [scissurę,]
& stringatur super eam ligamentum.

c B. descendẽte.
d B. mezui, vel meruzi, & non sit suspensa medeli.
e B. ligetur.
f B. & secundum meeuzi &
g B. &
h B. necessitas.
i B. Alia litera, vt bona fiat reditio, vel reiteratio.
k B cubito.
l † B. æquatur, quod si est excusatio, vel si sufficit.
m B. iacere.
n B. versus inferiora.
o B vna & æqualis elongatione.
p B. Alia litera adiutorij.
q † B. vnum, vel ad extremitatẽ vnam.
r B illi.
s B. & elongatũ ab altera extremitate
t B contusio.
u B. cõtusionis.

De fractura brachij. *Cap.* 10.

Accidit quandoque, vt frangantur duo fo-
cilia simul. Et quandoque accidit, vt fran
gatur vnum eorum. Et fractura focilis inferio-
ris est vehementior, & turpior, quàm fractura
focilis superioris, quando singularis fit fractu- 60
ra vnius eorum: & illud ideo, quoniam focile
inferius est brachium deferens: quare eius fra
ctura est deterior, & quoniam est nudũ carne,
tunc est fractura turpior. Et iterum superius fo
cile suscipit curationem a †, [ ]
& sufficit ei extensio parua, & non similiter est
inferius; & propriè si frangãtur simul. Et opor-
tet, vt sustentetur apud extensionem adiutorij
super b [alchoi] & est radix volę. Et cognosci-
tur strictura ligamenti, quoniã si accidit ex ea
in digito apostema paruum, aut dolor paruus,
tunc ligamẽtum est æquale: & si non est, c [tũc]
est molle, quòd si est plurimum superfluũ, tunc
est vehemens, & oportet vt mollificetur. Posi-
tio autem hastellarũ non est ex illis, quę occul
tantur tibi, sed oportet, vt non consequantur
cum longitudine sua volam, & radices digito-
rum: imò abbreuientur ab hoc parumper, nisi
necessarium faciat illud propinquitas fracturę
iuncturę rascetę. Verùm tunc iterum oportet,
vt non tãgant d [albaragim] digitorum. Et quũ
restauratur, & ligatur, oportet, vt suspendatur
ad collum secundum figuram angularem. Et
oportet, vt sit suspensio eius, propriè si est eius
fractura ad inferiora, cũ panno, cuius latitudo
capiat longitudinem brachij totius, quoniam
si fuerit obuiatio suspensorij propè fracturam
e † [ ] & reliquum eius separatum à su
stentatione, accidet tortuositas proculdubio, &
declinatio f [super illud quod facit ipsam sicut
volam] imò oportet, vt sit vola, & plurimũ bra-
chij in suspensorio. At verò si fractura fuerit
ad superiora oportebit, vt suspensio sit ita, vt vi
deatur fractura, & eleuet duas extremitates ex
latere volę, & ex latere cubiti. Quòd si separe-
tur, quod est inter illud, erit adiuuãs ipsum ad
æquationem figuræ. Et sit suspensorium pan-
nus leuis. Et sit suspensio taliter, ne vllo mo-
do g [sit possibile moueri,] & vt non dilatet ip-
sum dilatatione laboriosa. Et fortasse accidit
brachio, vt restauretur h [in latitudine] circi-
ter xx. & octo dies.

a † B. faciliter.

De fractura rascetæ. *Cap.* 11.

Ossibus istis parum accidit fractura, quo-
niam ipsa sunt dura valde, & quando ad-
uenit eis causa aliqua, remouet ea à locis suis,
& non frangit ipsa. quare a [sunt vltima ad cu-
rationem,] quemadmodum diximus in dislo-
catione.

De ossibus digitorum fractis. *Cap.* 12.

Istis iterum parum accidit fractura; imò ac-
cidit separatio. Dixerunt quidam, si accidit
eis fractura, oportet, vt sedeat infirmus super
sedem eleuatam, & præcipiatur ei, vt ponat vo
lam super sedem ęqualem, et extendat ossa fra-
cta minister, et æquet ea medicus cum pollice,
et indice. Quòd si pollex fuerit inclinatus ad
inferiora, tunc oportebit administrare liga-
mentum desuper, et fortasse accidit apostema
calidum. Et ad locum mollificationis horum
ossium aggregatur superfluitas plurima, et co-
agulatur velociter; quare stringitur. Et si ac-
cidat fractura a [suleni] aut digito, si est pol-
lex, oportet, vt ligetur ligamento proprio ei,
et vt ligetur iterum cum vola, vt firmetur,
et non moueatur. Et si accidit fractura ali-
cui reliquorum digitorum, si fuerit index, aut
auricularis; tunc ligetur cum illo, qui approxi-
met ei. Et si est de digitis medijs, tunc ligetur
cum illo, qui est ex latere eius: aut ligentur om-
nes

nes secundum continuitatem adinuicem, quoniam est melius: firmantur enim & non mouētur, & sunt tunc quasi ligati sint cum hastellis, scilicet ossa fracta.

De fractura ossis lati, & anchæ. Cap. 13.

OS anchæ quandoque frangitur: sed raro cum dispositione fortitudinis suæ. Et accidit illud ei secundum semitam comminutionis extremitatum. Et quandoque finditur in longitudine; & quandoque impellitur intus ad ventrem. Et accidit post istas dispositiones iterum ex dolore, & punctura, & stupore cruris, & coxæ proximū ei quod accidit adiutorio ex fractura humeri. Et quando frangitur os latum, quod est supra alhosos, aut a [findun tur ut lingua lacerti eius;] fit res difficilis in rectificatione eius: quare fit vna duarum ancharum decliuis ad diminutionem. Et cura eius est, ut iaceat infirmus, & incipiant duo homines fortes extendere duas coxas eius, quisque eorum extendat coxam; & iam tenuit ante unus manus eius, ut non b [festinet ad expellendum illum,] qui extendit coxam eius: & incipiant duo restauratores comprimere ancham eius cū uehementia, & fortitudine, donec æquetur: deinde præparēt super eam emplastrū, postea resupinetur super aliquid, quod sit sicut glomer ex panno, aut ei simile ex illis, quæ habent duritiem. Et hoc quidem est proximū ei, cum quo curatur spatula iterum. Et quando frangitur ex latere anchæ, tunc cura eius est cura c † [ ] humeri. Et oportet, ut administretur humectatio super ligamentū: & æquentur puluilli sicut oportet: & est necesse ut sit sustentatū super locū planum.

a. diuiditur, seu separatur in frusta lacertus eius.

b B. prosequatur, vel ut non descendat versus expulsionē vel trāsitionem eius.

c † B. fissura.

De fractura coxe. Cap. 14.

QVum coxa frangitur, necessaria est extensio uehemens: deinde æquetur secundum formam naturalem, quæ est ei. et est gibbositas syluestris partis eius, & concauitas pauca in eius domestico, secundum ambulationem forme, quę est ei in sanitate. & obseruentur in dispositione fracturæ medij eius, aut extremitatis eius superioris, & inferioris, dispositiones, quę dictæ sunt in capitulo adiutorij: & sit strictura ad superiora conseruans, & retinens. Dixerunt quando frangitur, conuertitur ad loca anteriora, & ad exteriora: & illud ideo est, quoniam ipsa est lata ab hac parte per naturam: & æquetur manibus, & ligamentis, & speciebus extensionis, quæ sunt secūdū ęqualitatem; aut cum strictura vnius duarum ligaturarum supra fracturam, a [in medio.] Si autem fractura fuerit inclinata à medio, & fuerit propinqua capiti coxæ; tunc sumatur ligamentum, & inuoluatur in medio eius lana, ut nō incidat carnē, & ponatur medium eius super pectinē, & ascendant extremitates eius ad partē capitis, & dētur ministro ut retineat eas ad inferiora. Et si fractura fuerit in eo, quod sequitur genu, tunc nos ponemus ligamentum in superiore parte fracturæ, & eleuabimus extremitates eius ad illū, qui extendat eas ad superiora: & teneat genu cum ligamento, inuoluēs ipsum desuper & ęquetur membrū istud infirmo iacēte super faciē suā, & crure eius extenso. & si fuerint ossa pungentia, tunc oportet ut ęquetur, sicut diximus multoties: & quæ ex eis eleuantur, capiantur: regimen uero sit secundum quòd diximus in curatione adiutorij. Et os quidē coxæ stringitur in 50. noctibus. et ego enūtiabo quomodo oportet ut sit situs eius, postquam aggregatur curatio cruris: & oportet ut ponatur inter duas coxas tunc pila de ligno, & ei similibus, seruans eam ad formam, secundum quā ęquata est: & restauretur restauratione cognita, b [secundum quòd intelligitur propter illud,] quę accidit de apostemate, & pruritu. & quando accidit super coxam c [nam est apostema forte,] & est ex eis quę festināt ad coxam; tūc oportet ut d [propriè perueniatur] ad soluendum ut respiret, & extendatur apostema: et tu quidem iam sciuisti embrochas proprias. Verū in caugualib. & albarauach, & sunt tabulę magnæ in quibus est parum concauitatis, ut decenter e [componantur] super inuolutiones, & capiant longitudinem pedis: quoniam si breuiātur, & non restaurantur f † [ ] super crus: & g [abscindūt infra illud. vtilitas non est;] vtilitas quæsita. & si prolongantur, et infirmus ex eis in labore, licèt si ipsæ abbreuientur, non erit ex pers laboris & vtilitas elongationis earum est, ut prohibeant iterum partem sanam pedis moueri, quum fuerit motus illius quantitatis nociuus fracturæ; & propriè in dispositione dormitationis, & somni. & necessitas horū instrumentorum non est nisi in fractura magna ualde. & non est possibile cū hoc vti, nisi antequā apostemetur, quoniam apostema non tolerat huiusmodi: & ad vltimum est grauitas, & malitia, & labor. & oportet ut fugiatur ab eis, dum h [exceptio perseuerat] cum ingenijs alijs. Situs autem restauratæ coxæ oportet ut sit secūdum quòd fuit consuetudo eius in sanitate, de assiduatione constrictionis, & dilatationis. & illud quod est magis uincēs, est dilatatio. et scias, quòd ille, cuius coxa, & ancha sunt fractæ, parum denudatur à claudicatione & quando abscinduntur frusta lacertorum eius, i [mandat prius, deinde minuitur] secundo.

a B. & alterius infra fracturam. Alia litera, & alterius infra fracturam declinatam à medio.

b B. cum animaduersione, et obseruātia eius.

c B aperta qd quidem est magnum.

d B. festinetur.

e B. applicetur.

f † B. fer nō applicantur.

g B. abscinduntur infra illud tunc non est ex eis in quib. fit.

h B. est excusatio.

i B. prolongatur, seu relaxatur primo dein de contrahitur.

De fractura rotulæ poplitis. Cap. 15.

ROtula parum frangitur, & secundum plurimum conteritur. Et cognoscitur illud quod accidit a † [ ] cum tactu, & asperitate, & b [cum uacuitate, quæ intelligitur ei cum tactu, & auditur aure.] & oportet in curatione eius, ut extendatur crus, deinde intromittatur rotula in locum suum. et si separata fuerit, aggregetur prius, deinde intromittatur.

a † B. Alia litera ci.

b B. auditu aures.

De fractura cruris. Cap. 16.

QVando frangitur os paruum cruris, est saluius, quā si frangatur os magnum. et quando frangitur arundo parua superior, est inclinatio ad exteriora, ante: et est ambulatio cum hoc possibilis. et si frangitur arundo

a † B. posterioria, &

magna inferior, declinat crus a † [ ]exteriora. & quando franguntur vtræq; arundines simul, tunc est deterius: & tunc quidem accidit cruri inclinatio ad omnes partes. & scias, quod curatio fracturæ cruris est secundum considerationem curationis b [adiutorij] & in eius similitudinem. Et non est dispositio cruris in tortuositate, quæ accidit figuræ suę naturali, sicut dispositio adiutorij: imò est rectum. Quare oportet, vt sit extensio eius ad hoc, vt redeat ad rectitudinem.

b B. brachij.

a B. alchiab.

De a [Calcanei fractura. Cap. 17.

b B. clauicula.

b [Calcaneus] est excusatus à fractura propter duritiem suam, & per circundationem defensionum, & plurimum eius, quod accidit ei, non est nisi dislocatio, & iam dictũ est de ea.

De fractura tali. Cap. 18.

Fractura tali est praua: & eius curatio est difficilis: & plurimum quidem frangitur, quũ cadit homo ex loco alto a [quoniam conteritur superius pedis.] & fortasse accidit cum eo attritio ossis cum cursu sanguinis ad ventres b † [,]qui coagulatur in eis. & quandoque perducit ad ægritudines magnas ex febre, & permistione rationis ex tremore, & spasmo pedis. Quum ergo accidit in eo apostema congelatum, quod non apparet, & non egreditur: & apparet iam tenebrositas, quæ non fuit; est signum malũ, significans quod est in via putrefactionis. si autem est apostema apparẽs, impellens manum, tunc est melius: & fortasse fit facilis eis eruptio. & quando talus restauratur, deambulatio est dolorosa super ipsum. Et quando non restauratur talus secũdum quòd oportet, destruitur iuuamentum.

a B. & cadit super pedem.

b † B. lacertorum.

De fractura digiti pedis. Cap. 19.

Curatio eorũ in fractura, & dislocatione, est curatio digitorum manus. & quandoque restaurator æquat eos pede suo, calcando eos cum eo.

FEN SEXTA LIBRI QVARTI
De venenis.

Est quinque tractatuum.

TRACTATVS PRIMVS.

Est de radicibus eius, quod scitur de dispositionibus venenorum ebibitorum, & distinctione sermonis in curationibus venenorum, quæ nõ sunt ex animalibus: cuius sunt summæ tres.

Sermo uniuersalis de cautela à uenenis, quæ in potu dantur, & curatione eorum. Cap. 1.



QVI timet, quod in potu sumat venenũ, oportet, vt sibi caueat à cibis dominãtium saporum, in acetositate, aut salsedine, aut acuitate, aut dulcedine aut dominantium odorum: ipsi enim frangunt a [per illud quod ponunt, odorem eius.] Et oportet, vt non pręsentetur ei aliquid ex eis, quæ diximus, super famem vehementem, & sitim vehementem: vnaqueque earum enim occultat illud quod oportet, vt detegatur ei propter vehementiam voracitatis. b [Et iterum, quia quum repletur cibo, & potu: & quum in potu sumit] venenum, accidunt veneno duo accidẽtia, quorũ vnum est, quòd sepelitur in vacuitate eius, quo repletus est: & secũdum est, quod venæ sunt plenæ: quare non inuenit venenum in eis penetrationem. & fortasse est in eo c [sapor rei repugnantis veneno. & necessarium est ei iterum, vt ipse sit suscipiens secundum viam consuetudinis medicinas expellentes nocumentũ venenorum, sicut mithridatum: nã eius expertum est iuuamentum, sicut & confectio de bolo armeno. & similiter ficus cum folijs rutæ, & nucibus, & sale trito: pondera verò sunt, quoniam sumuntur rutæ siccæ partes. xx & nucum partes. ij. & salis partes. v. & ficuum siccarũ partes. v. Et algeduar est mirabile in expellẽdo nocumentum uenenorum omniũ, & d [facit fiduciam iterum.] Et ego non uerifico an sint duæ medicinæ, aut vna medicina. Et iterum seminis e [napi parui pondus. ʒ. j. s. f [decoquatur] cum uino decocto. Et ruta, & sal etiam similiter. Et necessarium est cauenti, ut nõ sit omnis cautela eius in cibo dato ab alio, aut quòd in potu sumit tantum: quoniam fortasse accidit ei unde non existimabit: imò quandoque contingit, ut cadat res maligna sicut lacerta, & rutela, & scorpio in eo quod decoquitur, & in uasis in quibus est uinum: plurima namque uenenosorum diligunt odorem uini, & currunt ad ipsum: & quandoque moriuntur in g [cecubis:] & quandoque bibunt ex eo, & euomunt in ipso: & propter hoc oportet ut caueãtur tecta: & quod est sub arboribus magnis: & herbosa loca.

a B. cum illa saporibus, & odoribus, quod proponunt, ita occultant.

b B. quũ erit repletus cibo, vino sumpto in potu.

c B. aliquid pugnans in contrarium.

d B. bis fiducia.

e B. selgiem. f B. bibatur.

g B. densis, quibus reponitur vinum.

Sermo vniuersalis de uenenis, quæ bibuntur. Cap. 2.

Species uenenorum sunt duę. s. faciens operationem suam cum qualitate, quę est in ipso, & efficiens cum forma sua, & tota substantia sua. & primum quidem aut est corrodens, putrefaciens, sicut lepus marinus. Aut inflammans calefaciens, sicut euphorbium. Aut infrigidatus stupefaciens, sicut opium. Aut oppilans uias anhelitus in corpore, sicut a [plumbum ustum.] efficiens autem cum tota substantia est sicut napellus, & sicut alheleil, quod dicitur esse gũmi napelli, & sicut cornu spicę, sicut fel b [leopardi,] & quæ sunt illi similia, & hæc sunt deteriora uenena. & iterum de venenis sunt, quæ agunt super vnum & idem membrum, sicut cantharides super uesicam, & lepus marinus super pulmonem. & de eis sunt, quæ agunt super totum corpus, sicut opium. & c [omnis quidem, qui] interficit cum permutatione complexionis, aut cũ putrefactione, aut cum aduentu super membrum; possibile, est ut sit effectus post tempus, licèt putrefaciens quãto plus remaneat in corpore, tanto plus est effectus eius deterior. & saluus ex eo est cum resolutione

a B. mendelgi.

b B. alaua...

c B. omnis quidem, qui...

tione accidente ei: & per illud quod succedit ei per sudorem, & similia: aut per curationem contrariam. Et scias, quòd nocumentum narcoticorũ in complexionibus calidis ex parte est debilius: & ex parte est fortius: & quęcunq; duarũ fuerit dominans, erit iudiciũ ei: in quantũ enim cõplexio calida in corde resistit eis, est eorum effectus debilior: & inquantum ipsa inueniunt in corporibus calidis, subtiliationẽ substantiæ suæ frigidæ, grauis, & attractionem per uirtutem motus arteriarum, & attractio earũ est apud constrictionem: erit eorum nocumẽtum in corporibus calidis uehementius: precipuè quum ipsa sint contraria complexioni eorum. Et [d] [est simile] ut sit sermo in uenenis calidis ille sermo iterum: complexio enim calida resistit eis cum expulsione à corde, & resoluit uirtutem calidorum uenenorum; sed arteriæ complexionis calidę attrahunt ea: quare accidit sicut illud. Et propter illud dixit Gal. ꝙ [e] [alfarfas] & existimo ipsum esse napellum, aut uenenum interficiens, interficit hominẽ, & nõ interficit [f] [turdos.] quoniam ipse non peruenit in [g] [turdis] ad cor, nisi post spatium in quo iam passus est à corpore passionem, postquam non remanet nisi passio conuersionis cibi: & in homine festinat ante illud, propter latitudinem meatuum, & uehementiam caliditatis, & uirtutem motuum attrahentium arteriarum: & dico ꝙ iste est modus quidam. Verùm proportionalitates iterum inter uirtutes agentes, & patientes, sunt ex eis, quæ oportet considerari. Et vnde sciuit, ꝙ [h] [alfarfas] sit uenenum per comparationem, ad complexionem latam, quę est animalis absolutè ita, ut sit interficiẽs, quũ figitur in homine; & non interficiens, quum non firmatur in [i]]turdis? fortasse enim alfarfas] non est uenenum per comparationem ad complexionem [k] [turdorum.] Et si conuertetur in cibum uel nutrimentum, & perueniret ad cor eorum, sicut ipsum peruenit ad cor hominis cum uelocitate, non interficeret. Inquit, & fuit quædam anus suscipiens in principio rei de napello rem paruam: deinde non cessauit uti eo, donec assuefacta est eo natura: & audacter usa est, eo, & nihil nocuit ei. Et dico hoc: & dixit Rufus, quòd nutrita fuit puella cum ueneno, ut interficerẽtur per eam reges, qui cum ea conuenirent. Et quòd ipsa in complexione sua consecuta est consecutionem maximam, ita ut saliua eius interficeret animal, & non appropinquaret eius saliuæ gallina.

d B. uidetur.
e B. alchuniun.
f B. alzarazir.
g B. alzarazir.
h B. alchiniun.
i B. stornellis. fortasse enim alchiniun.
k B. stornellorum.

Significationes specierum uenenorum. Cap. 3.

Significantur quandoque per ea, quæ eueniunt in corpore de [a] [ęgritudinibus.] Nam si euenit simile mordicationi, & incisioni, & puncturę, & corrosioni, scitur quòd uenenum est de genere medicinarum acutarum, calidarum, mordicantium, sicut arsenicum: & [b] [almusseum,] & argentum uiuum extinctum. Et accidunt inflammatio uehemens, & exuberatio [c] †[sudoris] & rubedo oculi, & angustia, & sitis, significant, quòd est uenenum propter caliditatem tantum, sicut euphorbium. Et si accidunt profunditas somni, & stupor, & frigus, significant quòd uenenum est de genere narcoticorum. Et si non apparent nisi casus uirtutum, et sudor frigidus, et syncopis, tunc est de uenenis, quæ contraria sunt [d] [rebus] cum tota substantia; et est deterius eorum. Et quandoque significantur per odores, aut odorem corporis totius, sicut [e] [sensibilitas odoris] opii in eo, qui bibit ipsum. aut odorem membri eius, sicut odor oris, quum bibuntur uenena putrefacientia, sicut lepus marinus, et [f] [alfrasatum] et cantharides. Et quandoque significantur per uomitum: nam quum euomitur uenenum, non elongatur, quin uisus cadat super substantiam eius, quod in potu datum fuit de eo: aut cognoscatur per odorem, aut per saporem; sicut cadit uisus super lithargyrium, et gypsum, et super sanguinem congelatum, et lac coagulatum: et similiter opium cognoscitur per odorem: & lepus marinus: & ranę per abominabilem saporem. *Signa mala.* Quũ incipit ei, qui uenenum sumpsit, superuenire syncopis, & permutatur eius pupilla, & occultatur eius nigredo; tunc non speratur euasio: & similiter si rubeant oculi eius, & egrediatur lingua ipsius. Et casus pulsus, & sudor frigidus est significatio mala. Et in huiusmodi dispositione parum uiuit.

a B. nocumentis.
b B. alsech.
c † B. venarum seu eminentia venarum, & sudor.
d B. homini.
e B. Alia litera fortis odor.
f B. alchunites

Canon curationis eius, qui in potu sumit uenenum. Cap. 4.

OPortet, ut non moretur, imò properet quum sentit ipsum, antequam uirtus eius perambulet in corpore, & bibat aquam tepidã, & oleum sisaminum, aut oleum de oliuis, & euomat; & perueniat in hoc ad vltimum quantum potest. Et melius quidem est, ut in ea sit uirtus [a] [aluminis,]& † nitri. Et quandoque admiscentur cum oleo lycium, & adeps anseris. Et diligitur ut sit illud, quod ipse bibit ad uomendum [b] [propter hoc, & alia, aqua] plurima, & cibi plurimi: ipsi enim licèt non euomantur, tamen quandoque frangunt uenenum, & superant ipsum: & quum uomuerit quod possibile est ei: deinde bibat lac plurimũ: quoniam ipsum frangit nocumẽtum ueneni. Et non est malum si euomit ipsum iterum, vt bibat decoctionem seminis urticæ cum butyro cocto, ad expellendum uenenum uomendo, & solutionem faciendo: deinde bibat lac. (& butyrum crudum est melius lacte.) & iterũ decoctionem seminis lini. Et similiter vinum dulce cum adipe anseris liquefacto. Et similiter aquam cineris lignorum uitis. Et oportet, ut sequantur uomitum clysteria, propriè quãdo sentitur descẽsus læsionis ad inferiora. Si autem fuerit commotio supra illud, utatur eo, quod facit uomere, & soluit. Et non dimittatur potus lactis. & si tibi necessarium fuerit, ut in potu tribuas ei verbi gratia, theriacam de terra sigillata, fac: ipsa enim adiuuat corpus ad expellendũ uenenum, & propriè quum in potu datur in principio rei: ipsa enim facit euomere venenũ sicut est, cuius descriptio est. Baccarũ lauri aure. ij. terrę sigillatę aure. ij. & ireos, conficiatur cum oleo. & sit dosis eius auellana

a B. Alie litera anethi.
† baurach.
b B. Alia litera de his & aliis rebus.

c B. rapę siluestris.

vna. Et iterum carpobalsami. hyssopi siccæ, seminis [c] [napi syluestris,] piperis albi, & nigri, piperis longi, acori, anisi, petroselini, assari, cymini carmeni, seminis hyusquiami albi, omnium an. aure. iiij. spicæ, floris squinanthi, amborū an. aure. v. casiæ. ʒ. xviij. amomi, croci, amborum an. aure. vj. conficiantur cum melle: & detur in potu quantum est faba romana. & sumere in potu terram sigillatam, sicut ipsamet est, cum vino, facit illud. Et existimauerūt quidam, ꝙ quū in potu sumitur stercus galli, [d] [in dispositione,] statim facit euomere venenum. & ex eis, quæ in potu dantur iterum, sunt succus prassii, & folia cannæ, & celtica, & semen bauciæ, & castoreum & auellanæ, & ficus, & ruta. & de illis, quę laudata sunt in hoc capitulo, est vt in potu detur galbani fœtidi pondus. ʒ. iiij. & myrrhæ. ʒ. j. cum vino dulci. Et quando post vomitum accidit inflammatio vehemens, tūc da ei in potu aquam niuis, & oleum rosa. infrigidatum, & vomat cum hoc. Et oportet, vt non dormiat omnino: & non dimittat se ipsū taliter, vt dormiat: imò oportet, vt euigilare ipsum faciant omnino: & rideant, & clament in circuitu eius. Quumque manifestatur ei forma, & cognoscitur venenum, curetur omne venenum, cum eo quod dicitur in suo capitulo. Et hæc quidem manifestatio fit secundum duos modos, quorum vnus est, vt cognoscatur cuius generis sit venenum: & secundus, vt sciatur cuius speciei ipsum sit. Exemplum primi est, vt sciatur, ꝙ ipsum est ex incisiuis acutis, quare curet ipsum cum eis, quæ sunt sicut lac, & butyrum crudum, & [e] [feludē currens] factum cum oleo amygdalino, aut butyro cocto; & cum omni quod frangit acuitatem. Aut sciatur, quod est ex inflammantibus; quare infrigidetur cum cāphora, & aqua rosa. & aqua coriandri, & quæ sunt similia illis. Et omnia illa sint infrigidata cum niue: & emplastrentur membra eius principalia cū eis, quæ sunt sicut altahaleb, & alia, & renouetur super eum infrigidatio in omni hora. & ex eis, quæ conferunt huiusmodi valde, est lac vaccinum, de quo extractum est butyrum infrigidatum. Et si indiget phlebotomia, phlebotometur. Aut sciatur, ꝙ ipsum est ex stupefaciētibus, quare administrentur ea, quæ sunt sicut theriaca, & medicamen de assa fœtida in vino puro: & similiter [f] [alia.] Aut sciatur, ꝙ est contrarium per substantiam; quare curetur cum mithridato, & theriaca, & medicamine muschi, & bezard; & vtatur [g] [carne] & vino. & administretur ægro aromaticum. & euentetur locus, ad quem vadit, causa morandi. & induatur vestibus aromatizatis. & sternutet. & fricetur os stomachi eius, & sufletur in os ipsius. & [h] [tendātur] capilli ipsius. Quum autem cognoscitur species veneni, curetur cum eo, quod ipsi proprium est, de illis, quæ dicemus. Et ad summū ex medicinis, quæ bibūt causa venenorum, aut quæritur confractio acuitatis veneni, aut resolutio substantiæ eius [i] [sicut ex lacte] & albezahar. Aut quæritur per eas exitus substantiæ eius, sicut per terram sigillatam. Aut quæritur oppositio qualitatis eius, sicut potare allium in vino ad illum, quem pupugit scorpio.

d —— B.

e B. alfeludegi fluidam.

f B. Alia litera alleum.

g B. Alia litera aqua carnis.

h B Alia litera euellantur.

i B. cū eo quod est sicut lac.

Medicinæ communes ad uenena. *Cap.* 5.

SVnt medicinæ, quę contrariæ sunt veneno; quare non permittunt ipsum peruenire ad cor, et sunt sicut theriaca, et mithridatum, et albezahar: et quę sunt experta, et terra sigillata, et theriaca facta ex ea, et theriaca diatesseron. et dixerunt quidam, ꝙ flos oleandri, et folia eius liberant à veneno, et dicitur, quòd granum [a] iuniperi in hac re non est par.] Recip. aniuden, et radicis eius, amborum an. ʒ. j. & scena armenæ. ʒ. ij. conficiantur cum melle, et detur in potu cum aqua malorum. et medicamen ex eo factum est vltimum. et radix buchormariē quando potatur cum vino, et calamentho iterum; et semen [b] [napi.] Et iterum agarici. ʒ. ij. cum vino, et capilli veneris, et maluæ, et semen eius, et folia ipsius iterum: et cinnamomum, et medulla leporis cum duabus vnc. aceti de vino, aut de castoreo aureus vnus cum vnc. ij. olei oliuæ, et abrotani. et iterum sumatur aqua [c] [alhasce] expressa: et detur in potu. Et semen bauciæ, propriè Cretensis. et assa, et decoctio polij. et decoctio siseleos. et semen arboris [d] † [ ] mirabile est. Compositum. Recip. seminis [e] [napi] syluestris, et castorei, et foliorū arundinis, omnium an. partem j. pulpæ coloquinthidę triplum omniū, detur in potu ex ea auellana magna. et res, quarum operationes proportionantur cum proprietatibus in eis, sunt sicut illud, quod dixerunt, quòd caro donnulæ syluestris mundificata, salita, est de fortioribus medicinis ad expellenda venena.

a B. hac mirabile re cui non par. Dele ad illud.

b B. rapę.

c B. alhasce.

d † B. ... e B. arboris rapini.

SVMMA PRIMA,

De venenis congelatorum ex mineris, et alijs.

De lapide [a] *] armeno.* *Cap.* 1.


IXERVNT quidam hominum, ꝙ in lapidib. est lapis venenosus, similis corallo, et ꝙ pondus sextę. ʒ. j. ex eo est interficiens. Et inuenimus ipsum in venenis veris, quę operantur tota substantia, sicut napellus. Et dixerunt, quòd cura eius est cura napelli, et medicinæ magis iuuatiuæ sunt albezard.

De argento uiuo. *Cap.* 2.

ARgentum quidem viuum plurimi, qui bibunt, non læduntur eo. Egreditur enim cum dispositione sua per inferiorem regionē. At verò ei, in cuius aure funditur argentum viuum, accidunt dolor vehemens, et commistio rationis, et quandoque perducit ad spasmum et sentit grauedinem vehementem illius lateris: et quandoque perducit ad epilepsiam, et ad apoplexiam propter lęsionem substātię cerebri cum frigore eius, et commotionē, et permutationem ipsius. Extinctum autem, et sublimatū, vel subtiliatum est malum, nociuum, incisiuū; ex quo accidunt accidentia similia accidentib. eius, qui bibit lithargyrium, ex punctura, et torsione intestinorum, et [a] [deambulatione] sanguinis,

guinis. & grauitate linguæ, & grauedine stomachi;& apostematur corpus eius,& retinetur vrina ipsius. Cura. de bona curatione post uomitum, & ea quæ currunt cursu eius, est ut in potu detur de medicinis, quæ sunt sicut myrrha, pondus.ʒ.iij. in uino: & tribuatur in potu cum aqua mellis uice una post aliam. Et iterum fiat clystere cum ea cum baurach: deinde consequenter post illud adhibeatur curatio rasuræ, & clystere eius, cum confortatione cordis iterum cum medicinis communibus. Quū autem est effusum in aure, oportet tunc ut surgat super pedem vnum, & saliat super partem illam, quum inclinauerit caput suum quā plurimū possibile est ei declinare,& propriè quando suspenditur per manum, quę est in latere alio ab aliqua re:& similiter quando commouetur super illam partem. Et ille, qui vult colligere ipsum cum radio plumbi intromisso in aure, & inuenit argentum uiuum cum eo suspensum, est errans, quoniam argentum uiuū quando est in illo loco,& qui propinquius est ei, non indiget patiens, nisi ut concutiatur, & saliat tantum: & si fuerit profundius quàm in illo loco, non fit iuuamētum per illum stylum, & non peruenit ad ipsum.

De lithargyrio, & limatura plumbi. *Cap. 3.*

Accidit ei, qui bibit lithargyrium, ut apostemetur corpus eius, & grauetur lingua ipsius, & retineatur eius vrina & stercus:& fortasse non retinetur stercus, imò superfluit fluxus uentris eius, & sentit grauitatem in stomacho suo, & suis intestinis:ita ut quandoque egrediatur anus, & perueniat ad rasuram, & fit in supremo eius inflatio;& exit in ventre eius quasi glandula lapidea; & fit color eius plumbinus; & constringitur anhelitus ipsius, & fortasse præfocatur, & quandoque accidunt cum eo accidentia ileos, & fit color corporis, sicut color plumbi. a †[ ] Et similiter limatura plumbi. Cura eius. oportet, ut succurratur, & incipiatur cum curatione communi ex uomitu.& fit cum aliquo, in quo fit apertio sicut decoctio seminis apij, & ficus, & anethi & † nitri. Et oportet, ut in potu dentur myrrhę.ʒ.iij.in uino;aut detur in potu spica romana cum fimo columbæ pascentis cū uino, quoniā ipse curat. Et oportet, ut in potu tribuatur absinthium.& hyssopus:aut semen apii:aut piper propriè totum illud cum uino: aut pondus.ʒ.j. myrrhæ cum pondere mediæ.ʒ. piperis, donec sudet. Et dentur ei in potu sex b [siliquæ][scammoneæ in aqua mellis. Et cibi eius, quibus oportet ipsum assiduè uti, sunt alessida begi facta ex carne agni. Et signū sanitatis eius est, quòd soluitur natura,& prouocatur urina, & ad vltimum indiget aperitiuis c [cognitis, prouocatiuis,]& solutiuis.

a † B. Alia litera, & fit spuma in ore eius, & cōstringitur anhelitus.

† baurach.

b B. kirat.

c B. Alia litera sudare facientibus diureticis.

De potatione cerusæ. *Cap. 4.*

Accidit ei, qui bibit ipsam, ut albificetur lingua eius,& mollificentur membra ipsius.& uehementes fiāt tusses,& singultus eius & permisceatur eius ratio, & infrigidetur corpus eius,et infrigidetur eius cerebrum,et ex siccetur,et superueniat ei syncopis: et quādoque sentit in gutture suo ponticitatem, et inuenit in vua,et lingua sua asperitatem,et siccitatem: et in uentre suo puncturam, et in stomacho mordicationem, et in ore stomachi dolorem, et in hypochondriis tensionem, et in anhelitu stricturam: et fortasse peruenit ad præfocationem,et albificatur color corporis eius: et quandoque mingit nigrum, et sanguinem. Cura eius, est similis curę lithargyrij. et datur in potu scammonea in aqua mellis:et prouocantia urinam: et clysterizatur:& non permittitur dormire. & de his, quæ ingrediuntur in faciendo ipsum uomere, sunt oleum alacohē, & oleum de lilio,& oleum de narcisso: & cadunt in medicinis eius gumma pruni: a [& medicamen de sanguine draconis:& fraxinus.]et iterum de illis; quæ conferunt ei, est ut comedat sisamum paruum,et masticet ipsum,et bibat super ipsum uinum.

a B. & duadem alderdar.

De gypso. *Cap. 5.*

Ex gypso accidit simile ei, quod accidit ex cerusa. Verùm eius strangulatio magnifica tur: et oportet,ut curetur cura cerusę, et curatione fungorum: deinde dentur in potu mucillagines uiscosę,et remoueatur asperitas gutturis propter lenificationem prædictam,et sorbitiones leni ficantes. et indiget solutione uentris cum scammonea,et similibus: et iteretur solutio aliquoties: et si abrasio fiat, curetur abrasio.et de eis,quæ remomorātur ad gypsum, est cinis extremitatum uitis cum hasce.

De a [uzifur,& almagra de minera] *Cap. 6.*

a B. zangiesar & de sech.

Accidunt ex ambobus accidentia similia accidentibus argenti uiui extincti: uerū ex b [almagra]quandoque accidit solutio uentris plurima:et est dignius signorum eius. Cura est illa eadem cura, deinde administrentur sorbitiones pingues:et adipes lenes.

b B. sech.

De † alziniar. *Cap. 7.*

† ærugine.

Accidunt ex eo punctura uehemens, et mordicatio fortis in gutture,et incisio in uisceribus. et vlcera et uomitus, Curatio est similis curationi arsenici, quam dicemus.

De limatura ferri, & eius scoria. *Cap. 8.*

Acidunt ex illis dolor uehemens in uentre & siccitas in ore,& inflammatio,& superat dolor capitis. Cura est dare in potu lac cum eo quod soluit cum fortitudine: deinde detur in potu butyrum coctum,& crudum, tā diu donec sedentur dispositiones illæ. Et assiduetur effusio olei ros. & olei uiol. & olei de a [salicibus,] conquassatorum cum aceto super capita eorum. Et quandoque datur in potu potanti ipsum aliquid de magnete,ut aggreget ur illud quod separatum est ad se ipsum: deinde consequenter adhibentur solutiua predicta. Et quando-

a B. kalef.

quādoq; datur ei in potu ex ipſo omni die pō
dus.ʒ.j.deinde dantur ei ad ſorbēdum poſt ip-
ſum iura vnctuoſa, lubrificatiua, cum butyro
vaccino,cocto;[b] [&] ſolutio ventris fiat,ſi fuerit
deſcendens; aut euomat ipſum cum eis,ſi eſt ad
huc in ſtomacho.

b B.ut.

De calce,& arſenico. *Cap.* 9.

EI,cui datur in potu ex ambobus ſimul, acci
dunt punctura, & vlcera in inteſtinis. Et
ei,cui in potu datur arſenicum ſublimatum,ac
cidit ex ipſo proximum illi, quod accidit ei ex
a [magra.] Et quandoque accidit tuſſis lædens.
Et cui in potu datur calx ſola, accidunt ſiccitas
oris,& dolor ſtomachi,& difficultas vrinę, &
ſolutio ventris cum ſanguine & egreditur calx
in vrina eius;& quandoque accidit ex ea frigus
extremitatum,& accidit ſyncopis, & quando-
que exſiccatur lingua,& accidit pręfocatio.Cu
ra.Incipiat cum eo quod oportet: b[deinde de-
tur in potu aqua calida]cum iuleb, vt euomat,
aut cum oleo; deinde ſumat decoctionem ſe-
minis lini,& decoctionem rizi, & decoctionē
crucæ,& aggregationem ambarum,aut ſuccum
molochiæ cum melle; & non ceſſet ſumere in
potu lac,& mucillagines,& uiſcoſa,& vnctuo-
ſa, & iura cum adipibus; & propriè cum mal-
uis. Et curetur tuſſis ſi acciderit ei cum leni-
tiuis; & cura calcis eſt uomitus,& clyſteria, &
unctuoſitas,& lenificatio.et cura eius eſt proxi
ma curæ c [arſenicorum,& de iſtis quæ dicun-
tur in hoc,eſt ut ſumatur urina aſini & fel gaze
li,& detur in potu quantitas.ʒ.j.in aqua calida.

a B.ſech.

b B ex potu aquæ calidæ.

c B.cantaridū.

De aqua ſaponis, & draganthi,& aluminis.
Cap. 10.

AQua ſaponis propinqua eſt diſpoſitioni
calcis,& arſenici. & cura eorum eſt cura
illius: a [draganthum, & alumen] commoue-
tur ex potu amborum tuſſis vehemens, perdu-
cens ad phthiſim Cura eorum eſt potare lac aſi
ninum,& potare butyrum crudum, & zucca-
rum,& ſyrupos de hyſſopo,& ſimilia.

a B. Capitulo de dragāto ſeu vitriolo, & alumine.

De potu aquæ frigidæ in ieiunio. *Cap.* 11.

EX potu illius in ieiunio,& poſt balneū, aut
coitum,timetur corruptio complexionis
& hydropiſis. Cura eſt medicamen de curcu-
ma,& medicamen de a [muſcho] & ſimilia: Et
quandoque ſufficit vinum purum,& potare ip
ſum ſuper eam.

a B.lacca.

SVMMA SECVNDA.

Venenorum ex plantis.

De napello. *Cap.* 1.



NAPELLVS eſt de deterioribus. Et
accidit potanti ipſum,ut apoſtemen-
tur labia ipſius, & lingua eius, & e-
grediuntur oculi eius, & frequens
fiunt ſuper ipſum uertigo, & ſyncopis, & a
[crura ipſius non operantur,] & eſt malum:
& qui euadunt ex eo, raro euadunt, quin
cadant in hecticam;aut phthiſim, & quando-
que[b] [accidit tenaſmon.]& eius ſucco imbibū-
tur ſagittæ, & interficiunt quem inueniunt ſta
tim.Cura Oportet,vt feſtinetur ad faciendum
vomere bibentem ipſum cum decoctione ſe-
minis c[napi,]& dentur in potu vinum, & bu-
tyrum coctum vaccinum,dando potum ſuper
potum:& ſimiliter decoctio corticum glandiū
cum vino.Deinde cura eius principalis eſt be-
zahar, & medicamen de muſcho, & algeduar,
& d [thure.] & theriaca magna quandoq; con-
fert in eo vſque ad terminum. & de meliorib.
rebus,eſt vt in potu detur muſchus in fricatio-
ne albezahard; aut quantitas.ʒ.j.de medicami
ne muſchi cū ſiliqua vna muſchi.& exiſtimant
quidam,ꝙ radices capparis ſunt bezahar napel
li.& omnia albezahard ſunt bona ei:& propriè
illud, quod ſimilatur alumini, & habet fila ſi-
cut fila lithargyrij.& animal nominatum e [ſu-
rinus] & eſt mus contrarius napello, & deſtrui
tur eius operatio, quum comedit ex ipſo.

a B.& nō exercet ſeu nō mouere poteſt crura ipſius.

b B. facit ſpiſſiam.

c B. rapa.

d B. buba, bis mus ba...

e B. mus ... li.

De cornu ſpicæ. *Cap.* 2.

APPARENT in eo,qui in potu ex eis ſu
mit, ſigna ſirſen,& nigredo linguæ, & diſtillat
ſanguis ex virga eius guttatim. Cura. Oportet
poſt curam cōem ex vomitu cum aqua hordei
cū oleo roſ.tepido, & ſimilibus, vt in potu de-
tur camphoræ aure .i. in vnc.j aquæ roſ. & em
plaſtretur hepar, & cor ipſius cū emplaſtris ve-
hementis a [ſiccitatis,] & camphoratis,& cum
ſandalis confectis.& detur in potu,quod ſit ſi-
cut ſauich malorū acetoſorum: & ſauich hor-
dei cum aqua niuis in iuleb: & dentur in potu
ſuccus granatorum acetoſorū:& ſuccus citru-
lorum & melonis b [alraki.] & aqua hordei,et
aqua ſolatri, et aqua lactis acetoſi.

a B. infrigidationis.

b B.alzachi...

De a [murkion.] *Cap.* 3.

a B. larthu...

HAnc medicinam ignoro: & exiſtimo ex
quibuſdam modis exiſtimationis, ꝙ ipſa
eſt ſimilis napello. & ſigna, quæ propria ſunt
huius medicinæ, dicuntur eſſe,ꝙ accidunt ei,
qui bibit ipſam mordicatio in uentre,& ſingul
tus, et ſyncopis, & citrinitas in facie tota & ꝓ-
priè in labijs, et infrigidatur anhelitus eius, et
fœtet corpus eius,et ſtupeſit, et permiſcetur ex
earatio poſt grauitatem in capite, et minora-
tur pulſus, et abſcinditur, et ſudat ſudore fri-
gido, et rubet, et moritur. Et cura eius eſt cura
napelli.

Numeratio medicinarum uenenoſarum calidarum.
De euphorbio. *Cap.* 4.

ACcidunt ex eo anguſtia vehemens, et in-
flāmatio, et eueniunt mordicatio in ven-
tre,et ſingultus, et fluxus vētris ex ipſo cum ſu-
perfluitate. Curatio. Oportet vt euomat, dein-
de infrigidetur,et detur in potu,butyrum cru-
dum,et coctum cum fortitudine:deinde cure-
tur curatione cornu picæ:et ſtet ſuper aquam
granati muzi, et aquam malorum muzorum,
et aquam lactis acetoſi.

De

De lacte tithymalorum. Cap. 5.

ET ipsa quidem sunt septem dicta in medicinis singularibus: et propriè lac alsabrem, et lac alhascir, et lac alhagiati. et non accidit ex eis ex mordicatione, et solutione ventris subli mi, nisi qđ accidit ex euphorbio: quare oportet ut frangatur eorum uirtus cum lacte extracto butyro: & butyro cocto, & crudo. Et curetur accidens prouenieus ex eis de solutione uentris cum sanguine, aut mictu eius, cum eo quod scitur in capitulo eius. Et dicitur, quod de lacte sabrem interficit pondus. ʒ. ij. Et cura eius est balneatio cum aqua [a] [dactylorum immaturorum.] Et lactis alhascir interficit pondus. ʒ. iij. in duobus diebus, & [b] [constringit hepar.] Et cura eius iterum est similis illi.

a B. aquæ niuis.
b B. cōminuit.

De scammonea. Cap. 6.

DOsis eius interficiens est. ʒ. ij. & habet dispositiones proximas illis, quæ dictæ sūt. Et de eis, quæ oportet, ut frangant malitiam eius, sunt lac extracto butyro, & sauich malorum, & rob cydoniorum, & rob de ribes, & sumach.

De almezerion, & chamelæa. Cap. 7.

DOsis interficiens eius est. ʒ. ij. Et accidunt ex eo uomitus, & solutio uētris superflua. Et nigrum, quod nominatur chamælea, est interficiens plus: & accidunt ex eo mordicatio ve hemens in visceribus, & dolor in corpore toto, & commotio, & singultus: deinde uomitus phlegmaticus, et spumosus, deinde perducit ad spasmum, & destruit uocem: Cura. Necessariū est dare in potu lac dulce, & butyrum coctum frequenter, & iuleb iterum, ut illud frangat ma litiam eius. Et quando magnificatur timor, tūc necessarium est dare in potu theriacam, & mithridatum, & medicamen de terra sigillata. Et quum sedatur, dentur in potu post ipsa, oxymel & endiuia diebus aliquot, ut remoueatur malitia complexionis.

De oleandro. Cap. 8.

OLeander plurimum interficit homines, & animalia, & parum ipsius facit incurrere angustiam uehementem, & [a] [inflammationem] uentris, & inflammationem maximam: Et est calida, & sicca, mordicatiua, incisiua. Et aqua, in qua nascitur oleander, est mala: quum non est excusatio ab ea, oportet tunc ut distilletur, aut misceatur cum iuleb. Cura. Oportet ut sumat decoctionem fœnugræci, & dactylos [b] [acsebehir,] quoniam sunt mirabiles. & semē agni casti. & agnus castus ipse, & decoctio amborum est theriaca eius: & ficus cum melle, & zuccaro, & iuleb. & dulcia omnia, & rob uuæ est bonum. & cum hoc necessaria sunt unctuosa, quæ sciuisti multoties, & sequi ea cum clysteribus.

a B. inflationē.
b B. alsherit.

De Anachardis Cap. 9.

ACcidunt ex eis incisio in gutture, & concauitate uentris, & inflammatio, & ægritudines acutæ; & quandoque [a] [destruunt] quædam membra. Et quum ex eis saluatur, faciunt accidere alienationem, propterea quia adurūt melancholiam. Et, quod de eis interficit, est pō dus. ij. aureorum. Et quandoque non nocent quibusdam hominibus cum proprietate: & propriè quando comedunt eos cum nucibus. Et ego iam uidi, qui ex eis [b] [mordebat] cum nu cibus, & non [c] [corrumpebatur] ex eis. Curatio. Dentur in potu oleum amygdalinum, & sisaminum, & butyrum coctum, & crudum: & lac dulce, & vnctuosa ex iuribus, et ea quę currunt hoc cursu, ut sedentur mordicatio et [d] [madhi dh;] deinde detur in potu lac acetosum uaccinum, infrigidatum cum niue: et oleum uiol. in frigidatum: et aqua hordei infrigidata: et aqua fructuum infrigidata: et sedeat in aqua [e] [dactylorum immaturorum,] et curetur curatione sirsen. Et de rebus quibus curatur, sunt grana pini. Et nux est eorum bezahar.

a B. paraliticantur.
b B. comedebat.
c B. nocebatur.
d B. adustio accidens ex masticatione.
e B. niuis.

De alkebikengi. Cap. 10.

ESt iterum de eis, quæ interficiunt sua acuitate. Eius cura est similis curę anacardorum. Et olea sunt de rebus magis iuuatiuis nocumento eius.

De staphisagria. Cap. 11.

ACcidentia eius, et dolores ipsius sunt sicut accidentia cātharidarum. Et cura earum est cura eius. Et nos dicemus illud in capitulo suo.

De ruta agresti. Cap. 12.

ACcidūt eis, qui bibunt ex ea, egressio oculi ad exteriora, et adustio, et inflammatio uehemens. Cura eius. Oportet, ut euomat cum aqua calida, et oleo: deinde curetur cura oleandri, et similium.

De [a] [thefisie.] Cap. 13.

a B. tassia

HAec est gumma rutæ montanæ: et quandoque sentitur in sapore eius sicut sapor albedarungi: et est calida: Et accidit illi, qui bibit eam, retentio eorum omnium, quæ currūt ex utrisque uiis: et apostematur lingua, et accidunt rugitus, et inflammatio et adustio in gutture, et stomacho: et egressio oculi, et rubedo faciei: et fortasse fiunt† sere in corpore ex acuitate eius: et multoties perducit ad difficultatē, et paruitatem anhelitus. cura est ut properet, et euomat, et sumat in potu post illud lac, et butyrum coctum, et crudum, et aquam hordei, et gargarizet: et cum oleo ros. et lacte dulci, et dētur in potu syrupus acetosus, et infusio absinthii. Et ex eis, quæ nota sunt apud eos, sunt sicut bezahar, et semen eius: et gluten albotin, et radix almar uth, et decoctio origani. Et dicitur

† essere. i. epiny&ides.

tur iterum, quòd castoreum cum aceto calefacto, aut melle: & hoc forsitan est secundum semitam proprietatis, aut secundũ semitam expellendi à corpore cum resolutione. verùm secundum apparitionem necessitatis infrigidatio est conuenientior.

De algilbehenech. Cap. 14.

ACcidentia eius, & cura ipsius. & curatio condisi, & ellebori albi sunt eadem.

a B. aldeud syni.

De [a] *[adende asini.]* Cap. 15.

ACcidit ex eis solutio uentris maxima ualde. Cura. Oportet ut euomat, si potest: & frangatur uirtus eius dando in potu lac, & butyrum crudum, potum post potum: aut detur in potu lac extracto butyro: & elaboretur in prohibendo solutionem uentris. Et quandoq; succurrit ad nocumentum earum ad prohibẽdam solutionem ipsarum theriaca.

De condisi, & elleboro albo, & ciclamine, & succo cucumeris asinini, & speciebus nigellæ malæ, & Agarico nigro. Cap. 16.

COndisi facit euomere uomitum magnum, & quandoq; fit prefocatio ex eo. Et similiter ciclamen, & elleborus albus: ipse.n. facit vomere, & facit nauseam, & quãdoque aggregat qđ nõ expellitur; imò ꝑfocat: & quandoq; mouet solutionem uentris. Et oĩa [a] [perueniunt cũ homine] ad syncopim, & casum uirtutis, & sudorem frigidum, & spasmum: & propriè elleborus albus, & agaricum nigrum: quoniã ambo sunt similis impressionis. Inquit Gal. pulsus bibentis elleborum albũ in principio suo est latus, rarus. debilis ualde, tardus ualde propter prefocationem caloris innati sub materia plurima, quam [b] [consecuta est] uirtus medicinæ subitò, & non potest eam expellere natura. Et quum dominatur, apparet diuersitas, cui non est ordo; quoniam uirtus intrinseca est coarctata. Quum autem incipit ordinari, & æquari ualde, incipit ægri dispositio bona fieri. Quòd si eius dispositio non fuerit tendẽs ad rectificationem, imò ad singultum, & spasmũ, debilitatur pulsus & diuersificatur, & inspissatur ualde; quum ergo prefocatur, [rarificatur] sine ordine, & tardatur, quoniam calor extinguitur: & quandoque apparet in ipso undositas [d] [humiditatis.] Et elleborus quidem est ex eis, quę interficiunt canes Cura. Oportet ut ꝑperes ad mundificãdum eum cum eis quę scis, aut facias descendere materiã nocumenti eius cum clysteri forti, cum eis quæ sunt sicut pulpa coloquinthidæ: deinde [e] [ad ministra ei clystere] cum eis quæ dominantur in capitulo fungorum. et quãdo minoratur uomitus, si est in principio fiat ut euomat, & nõ sit res plurima, quare oportet ut impleatur uenter eius aqua tepida deinde euomat, deinde iteretur. Et quãdo accidit spasmus, detur in potu lac cum butyro plurimo, & inungantur iuncturæ eius cũ ceratis lenibus: & applicentur tinæ temperatæ, & curetur cura spasmi sicci.

a B perducunt hominem.

b B. aggregauit vel adinuenit.

c B. efficitur frequens.

d B. propter humiditatem.

e B curetur prefocatio eius.

De elleboro nigro. Cap. 17.

ACcidunt ex eo solutio uentris uehemens, & præfocatio; & quum dantur in potu. ʒ. ij. spasmat, & interficit, & antecedunt illud pulsus cordis, adustio linguæ, & [a] [strictura] super eam, & eructuatio plurima, & inflatio: deinde spasmatur [b] [ex eo quod est cum ipso;] & tremit, & moritur. Cura. Frange iterum uirtutem eius cum eis, quę sciuisti, & des in potu absinthium cum vino. Aut sumantur cymini, & anisi, & castorei, & spicæ partes æquales, & dentur in potu ex eo circiter. ʒ. ij. cum uino. Et pone super inflationem pannos calefactos [c] [ꝑpter putrefactiones exsiccantes] ex eis, quæ sciuisti: deinde ciba ipsum caseo recenti cum melle, & butyro recẽte, & cocto, et iuribus unctuosis, et uino dulci, et uino plurimæ commistionis. Et si acciderit ex eo spasmus, tunc fac illud quod dictum est in capitulo ellebori albi. Et quum solutio uentris eius superfluit, sedeat in aqua frigida, et bibat arobub et medicinas restringentes.

a B. mord... tio, seu con... ctio cum de... bus.

b B. bibe... sum.

c B & fome... tiones ca... tes.

De [a] *[amoras danic.]* Cap. 18.

ACcidunt ex pondere. ʒ. ij. eius pruritus, et apostema mortale. Cura eius est cura euphorbij.

a B. harme... lich.

De [a] *[aldediu.]* Cap. 19.

QVando plurimum sumitur ex eo, interficit. Cura eius est illud, quod facit uomere, et solutionem uentris cum generibus lactis, et unctuosis, secundum modum quem sciuisti.

a B. alda...

De [a] *[kesbu alkerua & sisamo.]* Cap. 20.

DIcitur, quòd perscrutatio vltima in expressione horum duorum est venenum uehemens interficiens. Et quòd cura eius est cura communis.

a B. kesb... ua, & sisam...

De castoreo. Cap. 21.

QVum castoreum rancidum fit, accidunt ex eo accidentia birsen calidi, cum strangulatione, et interficit illud in die vno, et propriè illud, quod de eo est nigrum, et fœtidum, et cinerulẽtum, quod declinat ad nigredinem. Cura. Oportet ut euomat ex eo cum aqua anethi, et calamenthi, et sebesten cum melle, et vino: deinde dentur in potu acetosa, sicut acetositas citri, et robub fructuũ acetosorum, et acetum uini solum, et lac uaccinum acetosum, et succus malorum, et lac asininum.

De squilla [a] *[agresti.]* Cap. 22.

QVandoque accidit ex acceptione eius, et ex multo vsu tenendi [b] [eam, et differendi iterum,] exulceratio intestinorum, et uiarũ hepatis, et antecedunt eam punctura, et incisio quum accidit illud: quare oportet ut festinet, et sumat in potu lac decoctum cum frustis ferri

a B. Alia ... mala.

b B. eius, ... est bona ...

ri ignitis, & vitellos ouorum elixatorum in acero, & ſuffuf ſeminum, & cum frixis, & ſimilibus.

De ſtrangulatore adib, & ſtrangulatore [a] *[leopardi.] Cap. 23.*

a B. aluemer.

ACcidunt ei, qui ſumit ex eis ambobus, põticitas in palato, & vua, & meri, & canna pulmonis: & ſiccitas cum apoſtemate, & eleuatur ex ore eius uapor fumoſus: & peruenit [b] [lęſio ad ſeparationem] linguæ eius, & tremorem temporum ipſius: deinde ad tremorem, & ſpaſmum, & obfuſcationem coloris, & præfocationem: & fit illud cum rugitu in uentre, & uentoſitate plurima: & accidunt bibenti ſtrangulatorem leopardi, ſcotomia, & tenebroſitas oculi, quoties vult ire, cum humore in oculis: & grauatur pectus eius: & ſtrangulator quidẽ [c] [leopardi] naſcitur in terris [d] [edeilla] & locis aliis, & eſt amari ſaporis, & horridi odoris. Cura. Oportet, ut properes ad faciendum ipsũ uomere cum eis, quæ ſcis: deinde clyſteriza ipſum, poſtea da in potu ſicut origanum montanum, & praſſium, & ruta, & abſinthium, & ſceha armenum cum vino, & chamæpityos in uino: aut detur in potu olei balſami quantitas. ʒ.j.s. in vino. Et melius uinum eſt illud, in quo extinctum eſt ferrum, & argentum, & aurum, & ſcoria ferri ipſius eſt bona: & coagula, & propriè coagulum cerui, & gazeli, & hœdi; deinde iura vnctuoſa.

b B. res ad grauitatem.
c B. alnemer.
d B. arenoſis.

De [a] *[Areddarot.] Cap. 24.*

a B. azadaracht.

FOlia eius interficiunt animalia, & lignum eius quandoque interficit. & cura eius eſt cura communis: & eſt proxima curæ oleãdri.

De cortice rizi. Cap. 25.

ILli, cui datur in potu cortex rizi, ſecundum dixerunt quidam primorum, accidit ſtatim dolor in ore, & in lingua, & apoſtematur lingua eius, deinde extenditur dolor in [a] [umblico] & ſtomacho, & inteſtinis eius: & inflammatur totum corpus eius, & nominant eum [b] [in uenenis.] Cura. curetur curatione cantharidũ; & oportet ut ſint in oleo, quod ipſe in potu ſumit, decocta cydonia.

a B. meri ipſius.
b B. inter venena.

De ſemine urticæ. Cap. 26.

ACcidit ex eo illud, quod accidit ex ſquilla; & iterum accidit ex eo quandoque tuſſis fortis: & cura eius eſt cura ſquillæ. Verũ tuſſis eius curatur cũ lenitiuis, ſicut eſt ſyrupus uiol. cum aqua hordei & alijs, & medicinis tuſſis.

De Turbith malo, citrino, & nigro. Cap. 27.

ACcidunt ex eo ſicut ſunt accidentia ellebori nigri, & agarici nigri. Et cura eius eſt illa cura: & appropriatur ei ſorbere oleũ amygdalæ [a] [magnæ.]

a B. plurimum.

De Sebardion. Cap. 28.

EGo non cognoſco naturam huius medicinæ, neque curam eius, niſi communem: & exiſtimo ipſam eſſe de acutis: & non elongatur quin ſit de non acutis. Dixerunt ergo, eſt medicina, ex qua accidit permiſtio rationis, & tetanus: ita ut accidat labio eius de tẽſione diſpoſitio ſimilis riſui: & exemplificant Greci ꝙ ipſe ridet riſu [a] [ſebardion.] Et cura eius eſt cura cõmunis. Et dixerũt quidam oportet, ut euomat bibens ipſam, & bibat poſt ipſam aquam mellis: & conferunt ei potus lactis, & inungere manus cum calefacientibus: & adminiſtratio tinæ calidæ: & fricatio: & medicinæ ad ſpaſmũ malignum.

a B. Alia litera cachino, ſeu riſu eius, qui ridet ore aperto vociferando.

De tuſom. Cap. 29.

HVius iterum non cognoſco naturam, neque curam, & exiſtimo ipſam eſſe de acutis: & non eſt longinquum, quin ſit de non acutis. Et dicitur, ꝙ facit accidere phlegmonem in labijs, & lingua, & maniam, & alienationem, & caſum pulſus.

De medullis fructuum rancidis. Cap. 30.

DIſpoſitiones earum, & cura, proximæ ſunt eis, quæ dicta ſunt in ſquilla: & proprie cũ robub fructuum, ſicut eſt ſyrupus de agreſta, & ribes, & malorum, & vrticæ, & accidunt ex eis nauſea, & ſyncopis, & anguſtia. & iſtæ medullæ ſunt ſicut nuces, & nuclei chryſomilorum neregil, & amygdalæ.

De uino puro in ieiuno. Cap. 31.

MVltoties facit illud accidere pręfocationem, & dolores, & inflammationem, & propriè poſt exercitium, & laborẽ, & propriè quando uinum eſt groſſum, & dulce. Cura eſt euacuatio per phlebotomiam, & ſolutionem uentris, ſi neceſſe eſt, & uomitus eſt optima medicina, ſi [a] [poſſibile] eſt deinde infrigidetur cõplexio cum aqua frigida; & aqua lactis acetoſi, de quo extractũ eſt butyrum; & aqua fructuũ, & trochiſcis de camphora, et ſimilibus.

a B. ei facilis.

De melle malo. Cap. 32.

PLurimum eius affertur de regione Arabię, et hoc mel eſt acutum, faciens ſternutare illum, qui ipſum odorat, et accidunt ex ipſo iterum accidentia mala, & ſimilia eis, quæ accidunt ex ſquilla, et urtica, et ſimilibus. Et feſtine ueniunt [a] [odoranti] ipſum ſyncopis, et ſudor frigidus. Et de melle eſt aliud malum, quod dicam in accidentibus ſuis. Et cura eius eſt ſicut iudicium [b] [hyuſquiami nigri,] ut comedat rutam, et piſces ſalitos, et notet ſyrupum nominatum aumeli, et nõ ceſſet comedere et uomere quantum poſſibile eſt ei.

a B. Alia litera potanti.
b B. alſucharã.

De

a B. aldabach.

b B. aldabach.

De a [aldibic.] Cap. 33.

SI quis bibit b [aldibic,[accidunt rugitus in uētre,& punctura absque fluxu uentris,& uertigo. Cura. Oportet,ut in potu dentur aqua, & mel,& euomat ea: & clysterizetur clysteri leui: & confert ei sumere in potu absinthium cum c [melle,]& syrupum acetosum. Et illud, quod appropriatur d [cum decoctione]erucę. Et iterum spicam cum castoreo,& pipere,& uaporetur cum aqua calida & aceto.

c B. aceto plurimo. Alia litera, vino plurimo, & syrupo acetoso. d B. est decoctio.

SVMMA TERTIA,

De medicinis, quæ sunt ex plantis uenenosis frigidis.

De opio. Cap. 1.



ACCIDVNT si bibitur opium, stupor extremitatum, & frigus earum, & pruritus, ex quibus odoratur odor opij,& vertigo, & singultus,& tenebrositas oculorum, & strictura gutturis, & anhelitus, a †[ ]citrinitas eorum' & obfuscatio extremitatum, & citrinitas labiorum,& faciei,& difficultas b [sensata,]& profunditas somni,& c [retentio]linguæ, d †[ ] & submersio oculorum·deinde perducit ad spasmū præfocantem,& sudorem frigidum,& anhelitum frigidum,& mortem. Et de causis interfectionis eius est ingrossatio sanguinis,quare nō currit: & quòd ipsum infrigidat spiritum: & spasmat instrumenta anhelitus. Et dosis ex eo interficiens est pondus. ʒ.ij. interficit enim in duobus diebus: & propriè quando datur in potu cum uino: quoniam ipsum facit illud magis operari, nisi uinum ad hanc summam deueniat, ut ei resistat: & in corporibus calidis: quoniam uehementius est ei contrarium, & uelocius penetrans, secundum quòd diximus in canone. Cura eius. Administrentur in eo regulę euacuatiuæ communes ex uomitu cum oleo,& aqua,& sale & † nitro: deinde cum syrupo acetoso:& dentur in potu aqua, & mel: deinde clysterizetur clysteribus fortibus. Et de medicinis eius sunt syrupus acetosus,& absinthium: & iterum syrupus de absinthio: & assa est theriaca eius,& similiter cinnamomum propriè,& cum aceto,& syrupo acetoso iterum:& similiter castoreum propriè: & piper cum uino,aut syrupo acetoso: & origanum,& ruta, & sal,& similiter oleū e [ros,]cum aceto, f [aut] cum melle. Et allia,& nuces sunt bona in eo. Et detur in potu bibenti ipsum theriaca propria ei. Recipe assæ, & g [sauich]& castorei, & piperis ęquales partes conficiatur cum melle,cuius dosis sit à quantitate auellanę usque ad quantitatem nucis. Et multoties liberat ab eo potare aure.j. assæ in pondere. ʒ.xxv. uini odoriferi. Et uinum antiquum plurimę quantitatis est mirabile ei,& propriè quando est subtile odoriferum,plurimum tolerans aquam:et est cum cinnamomo:et non est quod sit sicut theriaca, et sagzenca,et mithridatum cum uino. Et oportet,ut commoueatur cerebrum eius per sternutationem cum condisi, et similibus: quoniam est curatio bona ad expellendas causas eius Et oportet,ut h [trahantur]capilli eius,et non permittantur dormire,et ut instgatur corpus eius cum oleis calidis, sicut est oleum de costo, et oleum de lilio, et odoret quod est sicut castoreum,et sicut muschus. Et oportet,ut sedeat in tina calida,ut non spasmetur, et non fiat fortis cum eo pruritus,et sorbeat iura pinguia,et medullas propriè,et adipes.

a † B. Alia litera & paruitas eius. b B. eructatio nis. c B. granitas. d † B. & oscitatio. † baurach. e B. Alia litera amygdalarum. f B. Alia litera, & g B. abel. h B. Alia litera euellantur.

De nuce methel. Cap. 2.

ACcidunt ex ea uertigo, et rubedo oculorum et tenebrositas,& ebrietas,& profunditas somni, et quandoque interficit ex ea aureus vnus in die uno,et propriè est illa, quæ est Inda, & antequam interficiat, accidunt ex ea sudor,et anhelitus frigidus. Illa autem, quæ est minus media. ʒ. facit profunditatem somni & inebriat,& non interficit nisi debiles hominū. cura. Maior cura eius est uomere cum nitro,et aqua, & oleo, & a [butyro, &]theriaca eius, & detur in potu cum ea uinum plurimum cum pipere,et pirethro,& baccis lauri,& cinnamomo,& castoreo: et confert ponere extrema in aqua calida, & calefiat corpus cum panno. Et inungatur cum oleo de ben,& costo,et laboret quantum possibile est ei,et exercitetur,& cibetur post illud cibis pinguibus,& uino dulci,et administretur cura opij.

a B. butyro.

De [a aliabroce,] & est radix mandragoræ: & est assebizegi. Cap. 3.

ACcidentia eius sunt accidentia nucis methel,& dispositio eius est sicut lethargia,et pruritus est, sunt cortices ipsius: & grana ipsius,sunt proxima illis:& corpus eius iterū quādoque efficit aliquid ex hoc. Cura proxima est curæ nucis methel, & opij. Et oportet,ut in potu detur absinthium in vino,& iterum piper, & castoreum & vinum, & sinapis, & acetum iuuatiuum est eis, & omnibus b [calefactis.] Et fiat ut sternutet iterum cum huiusmodi medicinis,& olfaciat picem,& fumum c [galbani ex tincti.]Et de eis quæ oportet, ut ponantur super capita eorum, sunt acetum uini, & oleum ros & non dimittantur dormire: imò euigilentur trahendo capillos, & faciendo sternutare, & premendo radicem pollicis.

a B. aliebroc. b B. ... c B. ...

De a [Darsion.] Cap. 4.

EST medicina de summa narcoticorum: & est in natura hyusquiami albi, & inebriat. Et accidūt ex ea in primis nausea, & singultus, & punctura, & dispositio sicut ileos: & quandoque facit uomere sanguinem, & solutione ventris facit ipsum exire,& perducit ad syncopim, & facit profundum somnum,& mortificat ex quarto vsque ad septimum post stupefactionem corporis totius. Et cura eius est cura communis.

a B. Alia litera Dersifium.

De

De hyusquiamo albo. Cap. 5.

ACcidit ipsum bibenti, vt mollificentur mẽbra eius, & apostemetur lingua ipsius, & egrediatur spuma ex ore eius, & rubent oculi ipsius, & accidunt ei vertigo, & tenebrositas oculorum, & constrictio anhelitus, & surditas, & pruritus corporis, & gingiuæ, & ebrietas, & permistio rationis, & fortasse facit epilepsiam, & quandoque narrat vocibus diuersis, & quandoque rudit, & quandoque hinnit, & quandoque emittit vocem[a] [ut mulus: & quandoque vt mula.] Cura. Oportet, vt in potu dentur statim aqua, & mel, & lac vaccinum, aut caprinũ, aut ouinum iterum cum melle, & absq; melle, et butyrum, et grana pini decocta cum uino, aut amygdalæ pini. et iterum decoctio ficuum, et iterum vinum dulce plurimum, et iterum cępe assatum: et detur in potu semen raphani: et sinapis, et nasturtij, et semen vrticæ, et omne acutum incisiuum. Et dentur in potu aqua cepæ, et alij, et raphani, et semen eorum. Et non est aliquid sicut mithridatum, et theriaca, et sagzenea, et similia, et theriaca opij. et cura eius est vomere.

a B. auis & quã doq. facit vocẽ coruicis.

a B. fucharan.

De [Hyusquiamo nigro.] Cap. 6.

ACcidunt ex eo præfocatio, et frigus extremitatum, et tensio vehemens, præfocãs, et tenebrositas uisus: et forsitan non videt aliquid, et destruit imaginationem, et infrigidat extrema: deinde spasmat, et præfocat, et interficit. Cura. Administra in primis clysteria, et vomitum, et uentris solutionem secundum quòd sciuisti, incipiendo à clysteribus: deinde da in potu de vino puro aliquid post aliquid, hora post horam: quoniam est magni iuuamẽti b [cum eo quod bibit] et absinthium: et detur in potu piper cum vino: et similiter castoreum, et ruta, et mentha, et altit, et folia lauri, et grana eius, et rob vuæ iterum. et theriaca opij iuuatiua est ei. et ex illis, quæ conferũt eis, sunt semen vrticæ, et alniuden, et cordumeni, et storax, omnia illa cum vino: et similiter decoctio corticum mori, et oleum balsami cum lacte. et oportet, vt emplastrentur venter eius, et stomachus ex farina tritici cum vino.

b B. deinde detur in potu lac vaccinum.

De vua uulpis stupefactiua, mala. Cap. 7.

ACidunt ex ea obfuscatio coloris, et exsiccatio lingue, et singultus et vomitus a [plurimus, et subito,] et fluxus ventris cum abrasione, mucosus. et accidit ex ea in gustu sicut sapor lactis. Cura eorum est secundum curationem communem: fiat illud: aut detur in potu lac asininum cum aqua mellis: et lac caprinum iterum: et altit cum aniso, et cochleæ omnes iuuatiuæ sunt ei: et pectora gallinarũ decocta; et comestio amygdalarum amararum.

a B. sanguinis plurimus & spumum eius.

De coriandro humido. Cap. 8.

QVum multum sumitur de coriandro humido, et comeditur circiter media libra, aut bibitur de succo eius subito, & quod proximum sit ei. unc. iiij. eueniunt inde vertigo, & scotomia, & permistio rationis, & grossitudo vocis, & profunditas somni, & defectus vocis, & sermonis, sicut ebrietas ex sordidis sermonibus ebrietatis, & alia: & odoratur ex eo odor coriandri. Cura. Oportet vt euomat, & propriè cum oleo de lilio, ant oleo oliuæ, propriè cum decoctione anethi: & sit in ea nitrum, & cibetur vitellis ouorum sorbilium cum sale, & pipere, & iure gallinæ pinguis cum sale plurimo, & pipere: & similiter iure anseris cum vino forti, puro: & detur ei in potu paulatim: & sit illud quod ipse comedit, cum pipere plurimo, & sale. a †[

]& confert ei aqua salsa. & b[rob] est vltimum ei.

a † B. & confert eis absinthium & cinnamomũ aut piper in vino.
b B uinum coctum.

De psyllio. Cap. 9.

ACidunt ei, qui bibit psyllium, casus virtutis, & pulsus, & frigus totius corporis, & tristitia, & constrictio anhelitus, & tensio, & inquietudo, & est stupor cum debilitate, deinde syncopis. Cura eius est sicut cura coriandri.

De fungis, & tuberibus malis. Cap. 10.

NOcumẽtum fungorum, aut est per genus eorum, quoniam de eis sunt qui sunt mortales: aut propter multam comestionem ex eis. Et mali quidem in genere suo sunt illi, quorum ortus non est in loco, in quo cognoscitur salus eius, quod nascitur in ipso: imò est natiuitas eius in loco malo, & apud lapides venenosorum, & apud arbores fortis qualitatis. Et qui de eis nigri sunt, & virides, & vt color pauonis, omnes sunt mali. & accidunt ex eis strangulatio, & constrictio anhelitus, & inflatio vẽtris, & stomachi, & singultus, & punctura, & citrinitas coloris, & paruitas pulsus, & horripilatio, & syncopis, & sudor frigidus, & interficiunt. Cura. Fiat vt euomant cum eis quę scis, & propriè cũ succo raphani cum a [folijs suis:] deinde detur eis cinis vitis in syrupo acetoso: & pyra sunt theriaca eorum. b †[

] & oportet post vomitum, vt in potu detur de muri nabati aliquid post aliquid; & de † nitro. Et mel iterum est theriaca eis. Et stercus gallinę est maximi iuuamenti eis, quum in potu datur in syrupo acetoso: & † nitrum iterum: & sal Indus: & succus calamenthi cum syrupo acetoso, & † nitro. Et confectiones calidæ sicut diapipercon: & dyaciminum, & vinum antiquum forte, & aristol. & radix opopanacis, & fæx vini, & sinapis: & iterum absinthium, & origanum montanum; & decoctio amborum: & decoctio ficuum. Et oportet, vt vaporetur quod est sub hypochondrijs eius, semper.

a B. Alia litera baurach.
b † B. propriè folia arboris, q̃ ex eis est syluestris, & almuri etiam est theriaca eorum.
† baurach.
† baurach:
† baurach.

De sagittis Armenis. Cap. 11.

ET de illis quæ conueniunt in hoc capitulo est regimen curationis a [eius, quem adurunt] sagittæ Armenæ. Dixerunt quidam, oportet,

a B. vulneris.

tet, vt bibat ſtatim galbanum, quoniam eſt curatio illius. Dixerunt, & donnula ſyluestris excoriata[b] [ex eius] viſceribus ſaliatur, & exſiccetur & bibantur ex ea duo aurei cum vino. & iã peruenit ad me, quòd potus ſtercoris humani eſt theriaca ad illud.

b B. extractis.

TRACTATVS SECVNDVS.

De venenis ebibitis, quæ ſunt ex animalibus. Cap. 1.

ORVM venenorum ebibitorum ex animalibus quædam ſunt, quæ ſunt caro illius animalis, & totum corpus eius, qualitercunque ſit. Et quædam, quæ ſunt membrum proprium animalis. Et quædam, quæ ſunt in humiditate eius. Et omnis diuiſio eſt ſecundum duas diuiſiones: ex ipſo enim eſt quòd eſt propter ſubſtantiam eius, ſicut caro ranarum lacunalium: & ex ipſo eſt, quod eſt propter accidens ei, ſicut piſces frigidi, & aſſaturæ ſuffocatæ, & lac coagulatum in ſtomacho.

De animalibus, quæ interficiunt omnino corporibus ſuis, aut corrumpunt. Cap. 2.

PRima quidem diuiſio ex diuiſionibus eſt ſtellio, & cantharides, & ranæ, & lepus marinus, & lacertus. Et diuiſio ſecunda eſt piſces frigidi: & aſſaturæ ſuffocatæ.

De cantharidibus. Cap. 3.

CAntharides ſunt acutæ, mordicatiuæ[a] † [ ] facientes accidere puncturam, & dolorem in[b] [membris,] & omnino dolorem extenſum ab ore vſq; ad pectinem, & etiam apud anchas, &[c] [genua,] & hypochõdria, & vlcerant veſicam vlceratione doloroſa, apoſtemante: & apoſtemant virgam, & pectinem, & partes eius cum inflammatione vehementi, & faciunt ſurgere ad vrinã. Quumque ille, qui eas ſumpſit, vult mingere, non poteſt, aut mingit ſanguinem, & fruſtum[d] [ſanguinis] cum dolore vehementi. Et quandoque accidunt cum hoc ſolutio ventris cum abraſione: & ſyncopis, & grauitas, & permiſtio rationis, & caſus quum ſurgit ad ſcellam.[e] †]] Et plurimum læſionis earum eſt in veſica. & inuenit ſumens eas in ore ſuo ſaporem alkitran, & picis. & iſta quidẽ animalia ſunt nocibiliora[f] [in eo quod ſequitur ortum aſſetigara] ante, & poſt: & in autumno. Cura. Oportet vt euomat, & clyſterizetur ſicut ſcis: & oportet vt ponatur in eo cum quo vomit, & clyſterizatur, nitrum: & decoctio ficuum iterum: & ſit vomitus continuus, vel frequens. Et ſi viderit, vt intendat conſeruationem veſicę, faciat: deinde detur in potu lac potu frequente: & iterum pſyllium, & aqua portulacę, & butyrum crudum plurimum: deinde clyſterizetur iſte cum aqua hordei, et altheę, et albumine oui, et mucillagine ſeminis lini, aut aqua hordei, et aqua rizi, et decoctione fęnugręci, aut decoctione candaruſij, et iuribus pinguibus, et oleo amygdalino, et adipe anſeris, & vitellis ouorum ſorbilium, et butyro cocto, et melle, aut iuſeb, et oleo amygdalino. Et lac acetoſum vaccinum bonum eſt ei. Et conferunt ei aqua mellis,[g] † [ ] & decoctio cum granis diureticis: ſicut ſunt grana melonis, & cucumeris, & decoctio ficuũ cum ſyrupo violaceo. Et ſicut ſi in potu detur oleum de cydonijs, eſt theriaca ei: et oleum de lilio: et ſimiliter lutum ſamium. Et confert ei ſolutio ventris cũ ſyrupo hydromelle. Et oportet ut diſtilletur in virga bibẽtis ipſum oleum roſ. nõ cum[h] [clepſydra, imò cum emboto] ſubtili, et leniore quod eſt: et adminiſtretur tina tepida.

a B. pernitioſe.

b B Alia litera uiſceribus.

c B. renes.

d B. carnis.

e †B. alia litera, & nauſea, & grauitas.

f B apud ortum alchari.

g † B. & grana pini maiora, & minora, & coctum, & pinguedo anatis.

h B. iniectorio ſeu ſchizabula, imò cum ... la ſubtili ... nula.

De lepore marino. Cap. 4.

ACidunt ex ipſo, ſi de eo in potu datur, conſtrictio anhelitus, et difficultas eius, et rubedo oculorum, et tuſſis ſicca, et ſputum ſanguinis, et difficultas urinę, et mictus ſanguinis.[a] [et] vrina violacea, et dolor in ſtomacho, et vomitus ſuperfluus cholerę, et ſanguinis: et icteritia, et anguſtia, et dolor renum: et egeſtio eius eſt uiolacea, et quandoque eſt mucoſa: et ſudat ſudore fœtido, & abhorret cibum, & quum videt piſces, terretur ab eis. Et quum fit talis, vt non terreatur ab eis, tunc iam ſanatur: et inuenit ſaporem piſcis fœtidi in ore ſuo, et in eructatione ſua cum ſalſedine etiam. Et plures qui ex eo euadunt, cadunt in phtiſim. Curatio eius, confert ei potare lac caprinum iuuamentum vltimum, et lac aſininum iterum, et lac mulieris ex mamilla: et[b] [virgę alcannę] et ſemen altheæ: [humidum] elixatum: et ius cancri fluuialis propriè, quoniam ipſe poteſt comedere ipſum ſine reliquis lenificantibus: et ericius aſſatus recens, aut ſanguis eius. Et lacertum marinum non refugit, et comedit ex eo. De medicinis uerò fortibus ſunt calamenthum fluuiale, calidum, recens, et ſanguis anſeris etiam: et vrina hominis antiqua: et radicũ buchormariem octo oboli cum uino: aut kitram illa quantitas, et in vino, ellebori parum cum uino: et quum aduenit dies ſecundus excitationis accidentium, et quieſcunt, fiant ei pilulę de elleboro nigro, et ſcammonea, et agarico cum ſucco liquiritię[d] † [ ] partibus ęqualibus, quarum doſis ſit. ʒ. j. et quod ſupra eſt parum cum[e] [Kilef.] Et ſignum ſanitatis eſt, quod uidet piſces, et non terretur ex eis, et comedit. Et quum uadit in pthiſim, curetur pthiſis.

a B. au...

b B. rami ... pites ...

c B. recen... Alia litera ... tia.

d B. & drag... tho.

e B. iu...

De ſtellione, & alharbe. Cap. 5.

CAro ſtellionis mortificans eſt: et quandoque cadit in uino, et moritur in eo, et diſſoluitur, et fit illud uinum ſicut venenum: et accidunt ei qui ipſum bibit, uomitus, et dolor oris ſtomachi vehemẽs. et alharbe iterum mortificatiua eſt[a] [circiter ut hoc] et ouum eius, ſicut dicitur; eſt venenum unius horę et dicã ipſum. et dixerunt quidam: quod quum hoc animal decoquitur, et ſpargitur decoctio eius in

aqua

a B. pr... huic.

aqua balnei, fit viridis omnis qui balneatur ex eo spatio quodam, deinde redit ad dispositionem paulatim. et hunc quidem sermonem nō verifico. Cura est cura communis: & est sicut cura cantharidum.

De Lacertis. *Cap.* 6.

SPecies lacertorum est salamandra: aut in ipsa est similitudo naturæ eius. et, qua ei similantur, mortificant. & accidunt ei qui bibit carnem eius, apostema linguę, & pruritus, & dolor capitis, & adustio, & tenebrositas oculorū. Cura. Sumantur sisamum, & xylocoractæ nabati, & zuccarum æqualiter: & dentur in potu cū butyro cocto vaccino. et oportet, vt detur in potu lac dulce, & inungatur cum oleo aliquo, & balneetur.

De potu Salamandræ. *Cap.* 7.

HAec est species a [mordicantium,] quam dicam in capitulo mordicationis: & accidūt a potu eius dolores vehementes in b [ano,] & apostema sicut hydropisis, & in ventre spasmus, & retentio vrinæ. et dicunt quidam aliter dicentes, & est Atius alamediu, & alij: quòd accidunt ei, qui bibit ipsam, apostema linguæ, & destructio rationis, & mollificatio, & c [zemena,] denigratio locorum corporis, & putrefactio partium corporis, quæ cadunt quum curatur homo; quare sanatur. Cura eius communis est, vt cura opij: & dentur in potu theriacę d [plures] sicut alfaroch, & mithridatum, & similia. Atius autem almediu dixit, quòd cura eius est cura illius, qui accepit cantharides. et de illis, quę appropriantur ei, est vt sumantur e [ammoniacum,] & gluten albotin, & sumatur de eis, aut ambo, cum storace. et confert ei aqua decoctionis chamępityos, in qua decocta sunt grana pini parua, & folia cupressi, & semen vrticæ, & bibatur cum oleo: & similiter conferunt oua testudinis marinæ, & ranæ decoctæ cum calamentho.

a B. lacertorum.
b B. Alia litera stomacho.
c B. zemane.
d B. magne.
e B. rasina.

Ranæ lacunales virides, & marinæ rubeæ. *Cap.* 8.

ACcidunt ei qui bibit eas, obfuscatio coloris ad citrinitatem tendens, & apostematio corporis secundum semitam mollitiei, & adustio in gutture, & ore, et difficultas anhelitus, et tenebrositas oculorum, et vertigo, et fętor oris. et quandoque accidit spasmus, aut tetanus, et quandoque accidunt ei solutio ventris dysenterica, et nausea, et vomitus, et permistio rationis, et syncopis, et quādoque expellit sperma, et a [vrinam, et menstrua] sine voluntate. et eius qui euadit ex eis, non soluuntur dentes, imò cadunt. Cura. Euomat cum oleo, et aqua calida, aut vino plurimo, et multū vtatur exercitio, et b [appropinquetur] balneo, et tinæ calidæ, et in vnctionibus cum oleis calidis: et cōfert ei dyacurcuma, c † [ ], et omne quod confert hydropisi: et conferunt ei vinum plurimum, d [et pondus] ʒ.iij. radicum arundinis: et similiter cyperus, et calamus aromaticus cum vino.

a B. superfluitatea.
b B. & sudore in
c † B. & lacha.
d B. cum pondere.

De ranis citrinis. *Cap.* 9.

ABscinditur ex eis appetitus cibi, et acetat eructatio et corrūpitur color, et fit syncopis, et nausea, et vomitus, et dolor oris stomachi, et apostemantur ventres, et crura. Cura proxima est curæ ranarum primarum lacunalium, et marinarum.

Diuisio alia huius veneni.

De piscibus frigidis. *Cap.* 10.

EX piscibus frigidis, et propriè positis in loco humoroso, accidunt accidentia fungorum: et quandoque non apparet aliquid vsque ad vnum diem, aut duos. Cura. Cura eorum est mundificatio: et reliqua cura fungorum.

De assaturis suffocatis, & carne corrupta. *Cap.* 11.

OPortet quum assatur caro, quæcunque caro sit, vt non cooperiatur submergendo, imò dimittatur discooperta donec euaporet: Nam quum submergendo cooperitur, fit venenum, ex quo accidunt signa cholericæ passionis ex tristitia, et solutione ventris: et quandoque deficit ratio comedentis ipsam vno die, aut duobus diebus, et quandoque facit profunditatem somni, et a † [ ] interficit. Cura. Euomat et dentur ei in potu miua, et b [abnesus,] et vinum odoriferum cum succo cydoniorum, et malorum. et terra sigillata est bona ei post vomitum, et curetur eius cholerica passio. c † [ ]

a † B. quandoque.
b B. almisusen.
c † B. curatione cholericæ passionis.

Genus secundum de animalibus, & sunt sicut fella interficientia, & extremitas caudæ cerui. De felle viperæ. *Cap.* 12.

HOc est ex venenis, quod quum bibitur secundum modum quo interficit, frequens fit syncopis, et parum confert medicina. Cura. Si aliquid confert, tunc vomitus cum butyro cocto vna dispositione post dispositionem aliam. Et illud quo succurritur post vomitum, est theriaca et mithridatum. et albezahar est sublimis res ei, et muschus est medicamen eius. et quum frequens fit syncopis, dentur ad sorbendum vinum, et aqua carnis pullorum cum aliquo vel aliqua re muschi, aut medicinis de muscho.

De felle a [*Leopardi.*] *Cap.* 13.

ACidit ei, qui bibit ex eo, vt euomat choleram viridem, aut citrinam: et inuenit odorē aloes in naso suo, et saporē eius in ore suo, et accidit ex eo ictéritia, et est mortale: ꝙ si pertrāseat tres horas, speratur. Cura. Euomat sicut scis, et detur in potu theriaca ꝓpria ei, quæ recipit terræ sigillatæ, et baccarū lauri, amborū an. partem j. et coaguli gazeli partes iiij. et seminis rutæ, et myrrhæ, amborum. an. partem s.

a B. alnemer.

conficiantur cum melle cuius dosis sit ei quãtum est nux: & cum hoc euomat iterum: & oportet vt fiat tina ex aqua b † [ ] odorifera.

b † B. in qua fuerint.

De felle canis aquatici. *Cap.* 14.

DIxerunt quidam, si comederit homo de felle canis aquæ quantitatem lentis vnius, interficit post hebdomadam. Cura. Detur in potu butyrum coctum vaccinum cum gentiana romana, & cinnamomo: & iterum coagulum leporis: & inungatur cum oleo aromatico: & subtiliet regimen.

De extremitatibus caudæ cerui. *Cap.* 15.

ACcidunt eis qui bibunt ipsam, angustia vehemens, & syncopis: & est venenum interficiens. Cura. Euomat bibens ipsam sicut scis, & melius eius est cum butyro a † [ ] & anetho: deinde dentur in potu auellanæ, & fistici, & b [feluzaharagi] confecta simul, omni hora auellana magna detur ei in potu, illud in die quater, c † [ ]

a † B. & oleo sisami.
b B. filzaheregi.
c † B. alia litera. De castoreo rancido. Ex castoreo rancido accidunt accidentia birsem vel sirsem calidi cũ odore eius & interficit in die, & pprie quod ex eo est nigrum fœtidum, & pulverulentum, qđ declinat ad nigredinem.

Pars tertia de sanguine Lauri recenti. *Cap.* 16.

ACcidunt ei qui bibit illum, qui ex eo recens est, difficultas anhelitus & dolor a [bronchi,] & meri, & rubedo linguæ, & frusta sanguinis congelati in dentibus, & gingiuis, & nausea vehemens, & angustia, deinde apparet corrosio in lingua: deinde perducit ad præfocationem, & spasmum b † [ ] Cura. Oportet vt ipse properet ad clystere, & solutionem ventris: nam vomitus timorosus est: quãdoque enim expellitur, cuius expulsio non tolleratur; quare præfocat, et oportet vt in potu dentur medicinę conferentes in congelatione sanguinis, sicut ficus immaturæ plenę c [crudæ,] & semen caulis, & radix alaniuden, & assa, & baurach, & cinis lignorum fici in aceto, & piper in aceto, & succus foliorum d [alhalaich] in aceto, & coagula in aceto. Quum ergo abscinderimus e † [ ] sanguinem congelatum f [in ventre eius,] cum medicinis soluatur tunc, & emplastretur venter eius ex farina hordei g [cum aqua alcarati.]

a B. duarũ amygdalarum. Alia litera capitis & rubedo linguæ.
b † B. & cuzez.
c B. lacte.
d B. rubi.
e † B. seu dissoluerimus.
f —— B.
g B. alia litera cum melicrato.

De sudore animalium. *Cap.* 17.

EX eo fit facies viridis, & apostematur, & currit ex corpore sudor fœtidus vt ex ascellis. Cura. Vomat cum aqua tepida, & detur in potu vinum cum olei ros. pondere mediæ. ℨ. & reubarbari media. ℨ. & salis gemmæ. Et confert ei theriaca de terra sigillata.

De Ouis alharbe. *Cap.* 18.

EXistimant quidam, quòd qui bibit de ouis alharbe, moritur statim: & si non festinetur non confert aliquid. Cura eius, detur in potu stercus a [accipitris] in vino, deinde euomat vomitu integro, & inungatur corpus eius cũ butyro vaccino cocto: & emplastretur caput eius cum sale: & cibetur ficubus siccis, & b [oleo,] & gentiana.

a B. falconis.

De lacte corrupto. *Cap.* 19.

EST illud quod conuertitur in via acetositatis ad putrefactionem aliam, & generantur ab eo vertigo & syncopis, & punctura in ore stomachi. & quandoque accidit ex ea cholerica passio mortifera. Cura eius est euomere cũ aqua mellis, deinde potare vinum purum cum diapipereon, & euaporare stomachum eius cum oleo nardino.

De sanguine congelato. *Cap.* 20.

SAnguis congelatus in ventre est proculdubio venenum huius generis, licèt ipse non adeptus sit venenositatem extra corpus: quoniam ex ipso vbicunque congelatur in eo, scilicet ex concauitatibus ventris, pectoris, & stomachi, aut intestinorum, & vesicæ accidunt accidentia mala. Quum enim ipse congelatur in pectore, destruitur color, & minoratur pulsus, & debilitatur, & perducit in primis ad frequẽtiam, & mollificationem ægri, & perducit ad syncopim: & quãdo congelatur in stomacho, infrigidatur corpus, & accidunt præfocatio, & paruitas pulsus, & syncopis continua: et quãdo congelatur in vesica, accidunt accidentia proxima illis quæ diximus: & similiter in intestinis. Medicinæ communes ad illud, sunt ala cohen alba proprie, & rubea etiam: & bdelliũ, & alhasce: & coagulorum tres oboli, & proprie coaguli leporis: & lac fici: & acetum acutum: & altit: & aqua cineris lignorum fici, iterata. et ex eis, quæ dixerunt, (& est mirabile,) est lac caprinum: dixerunt enim quod ipsum liquefacit cõgelatum omne in concauitatibus. et iterum sumantur alaniudem & caulium partes æquales, & detur in potu cum aceto, & est medicamen mirabile. Cura cõgelati sanguinis in stomacho, & vesica. Nos iam diximus illud in libro iij. semel, quare apponamus nunc duo capitula, & dicamus, quod habens illud, oportet vt euomat illud si potest, cum melle, & succo apij. et conferunt ad illud theriaca de terra sigillata. et farina cartami, quum soluitur in aqua calida, est iuuatiua valde, et hoc est medicamen. Recipe terrę sigillatæ viij. ℨ. coaguli leporis ℨ. xxxvj. coaguli gazel. ℨ. xxxij. gentianæ. aristol. ros. seminis rutæ syluestris, myrrhæ a † [ ] omnium an. ℨ. iiij. conficiantur cum melle: & sit dosis eius sicut nux in aqua calida, aut in syrupo acetoso. et iterum sumatur cineris ficuum pondus ℨ. ij. cum medullæ leporis quantitate aurei vnius: & existimo, quòd sit coagulum liquefactum in aceto vini, & bibatur. et sal gemma cum coagulo hœdi iterum: aut aureus vnus stercoris canis. et appropriatur ei, quod de eo congelatur in vesica, vt infirmo detur succus foliorum zeridaraet: ei enim est proprietas mirabilis in hoc, & assiduet potum syrupi acetosi b † [ ] aut in aceto iterum.

accetum

acetum enim est bonum huic rei. et similiter aureus vnus cordumeni cum aqua calida, & medio aureo altit. Aut detur ei potu agaricū, aut si seleos, aut aliquid coagulorum, aut ʒ.ij. carpobalsami, aut ʒ.ij.blattæ bizantię, aut ʒ.ij. ligni pœoniæ.et administrentur medicinę frāgentes lapidem bibitæ, & clysterizatæ, & linitæ.et iniiciatur in vesicam eius pondus nuclei vnius salis triti soluti in aqua: aut administrentur aquę cineris vitis. Si verò hoc non valuerit, non erit excusatio scindendi a sanguine congelato, & extrahendi eum sicut extrahitur lapis.

De congelatione lactis in stomacho. Cap. 21.

Qvandoque congelatur lac in stomacho propter aliquam causarum [a] [lædentiū] congelantium:aut propter pręparationem fortem in lacte. aut propter coagulum bibitum in lacte, & accidunt ex eo sudor frigidus, & syncopis, & febris rigoris.et si eius congelatio fuerit cum coagulo, tunc erit deterior,& velocior ad præfocandum. et congelatio quidem lactis in stomacho est ex genere congelationis sanguinis: & accidunt ex ea dispositiones malæ,sicut accidunt ex illa,& ex venenis.Nam accidunt iterum propter congelationem ipsius in stomacho frigus corporis, & paruitas pulsus: & præfocatio constringens anhelitum, & syncopis: & quandoque accidit inflatio ventris bibenti ipsum. Cura. Oportet vt alienetur ille,in cuius stomacho caseatur lac, a salitis: ipsa enim addunt ei caseitatem. Verùm oportet, vt detur ei in potu acetum solum aut mistum cum aqua. et detur ei in potu calamenthi sicci pondus ʒ.v. quoniam est mirabile, resoluens ipsum statim:& propter virtutem suam in hoc prohibet lac[b] [multum] a caseatione,& [c] †con seruat] ipsum. et detur ei in potu de coagulis aliquid vsque ad aureum vnum : ipsa namque resoluunt ipsum, aut educunt ipsum per vomitum, aut solutionem. et dentur ei in potu iterum medicinæ prædictæ ad congelationem sanguinis in stomacho:& proprie quę fiunt ex terra sigillata, de illis quas dixi : & medicamen alaniuden [d] [& caulium:] & dentur in potu cū ęqualitate in aceto. et aqua cineris ligni fici iterum, quando iteratur,& administratur cinis in ea.

a B. Alia litera accidentium.

b B. lac nouiter mulctum.
c B. subtiliat.

d B. Alia litera medicamen sulfuris.

Inceptio sermonis in morsione, & punctura.

TRACTATVS TERTIVS.

De regimine morsionis vniuersali. Et de effugatione uenenosorum. Et de curatione mordicationis serpentum, & speciebus eorum. Cap. 1.

Scias,quòd canon maximus in curatione veneni est confortatio caloris innati, & excitatio ipsius ad expellendum, [a]† [ ] sicut facit theriaca,& [b] [napus barbaricus] ut [c] [lubricare faciat] venenum, & expellat ipsum ad exteriora.et consideratio confortationis viscerum,deinde expulsio veneni, & destructio operationis eius cum potionibus, & epithematibus,quibus inest illud cum proprietate sua,aut natura sua cognita, secundum quòd dicam. et quādoque ingreditur in his intentionibus res alia, & est regimen [d] [in humiditatibus, quando inuenit eas, aut calcat eas.] Et ingrediuntur in hoc capitulo phlebotomia, & solutio ventris, & similia.et conuenientior horarum phlebotomiæ est quum scitur, quòd venenum iam sparsum est in corpore:& non est ex eis,quę attrahuntur:& proprie ei,qui est repletus.et quādoque ingreditur in hoc capitulo res alia, & est facere humores moueri ad partem [e] [membrorum principalium.] Et ea quę bibuntur super venenum, aut sunt theriacæ, & bezahart vniuersalis, aut proprie illi veneno:aut medicinæ contrarię veneno cum complexione, sicut altit contraria est veneno scorpionum cū proprietate sua:aut perducentes venenum ad exteriora,cum motione humorum ad exteriora,sicut medicinę[f] [notæ,] aut medicinæ remouentes humores a facie veneni. non ergo inuenitur ex eis, quę diximus compositum, sicut medicinæ solutiuæ, & vomitiuę,& diureticæ. [g] †[

] & in medicinis quæ administrantur [h] [super morsiones venenosas] epithematę [i] † [ ]sunt intentiones,quarum vna est vt prohibeant penetrationem veneni in corpore: & illud fit aut cum ligamētis, & constrictione[k] [extremitatis,] & prohibitione somni: vt moueatur calor innatus ad exteriora,& expellat, & de hoc capitulo est incisio membri morsi.aut cum medicinis, & causis attractiuis. et propter illud styptica nociua sunt eis; quoniam non est aliquid magis iuuatiuū, quam medicamen quod trahit venenum ad exteriora,& prohibet ipsum penetrare ad interiora:& propriè quando venenum est ad exteriora adhuc,& non spargitur.& huius quidem generis sunt ventosę:& fortasse indiget incisione, si iam submersum est,& elongatur.&[l] [est infirmum. et missio sanguisugarum bona] est excusans ab illo, & a suctione dū permanet in cute:nam suctio quandoque sufficit. et oportet, vt sugens sit non ieiunus,imò iam comederit, & abluat os suum, & habeat dentes[m] [iam] corrosos, & colluat os cum vino odorifero et bibat ex eo aliquid, et teneat in ore suo oleum ros.aut oleum viol.et quum fuerit in ore suo [n] [aliquid, et expellit totum] quod sugit iste sugens;tunc oportet vt expuat.[o]† [ ] Medicinæ verò,quę sunt sicut notę,ebibitæ,rubificantes etiā, et attrahentes venenū, aut sunt propter virtutē calefacientē attrahentē, [p] †[ ]aut causa similitudinis ad attrahendū illud qđ simile est ei, sicut facit adeps crocodili ad morsū crocodili. et caro viperæ post abscissionē extremitatū eius in attractione veneni sui: ita vt accidat medicinis valētibus ad venena [q] † [ ]iterū:verū [r] [ ] sunt debiliora:et quasi ipsæ sint inter cōplexionem corporis, et cōplexionē veneni:et sermo hoc est ex eis,in quibus oportet cū sapientibus considerare,ut sciatur ꝙ est [s] [inconueniens:et] medico autem nō nocet,

a †B. id quod debet expelli.
b B. labe barbariæ.
c B. comburat seu resoluat.

d B. Alia litera minorans humiditates corporis quoniam penetratio veneni in membris radicalibus duris difficilior est & laboriosa magis super ea quam penetratio eius ad humiditates quū inuenit eas vel defertur super eas.
e B. Alia litera aliam a mēbris principalibus.

f B. prouocantes sudorem.

g †B. in morsionibus & similiter prouocatiuę aut medicinæ mouentes materias ad longinquum a mēbris principalibus quare expellit, quod mouetur ad ipsa propter istas medicinas solutiuas & vomitiuas & prouocatiuas.
h —— B.
i †B. uel linitę.
k B. Alia litera meatuum.

l B. si est possibile in ffio uel impositio sāguisugarum tunc.

m B. non.

n B. nocumentum tunc fugat & expellat subito, & quoties sugit.
o † B. illud qđ sugit.
p †B. venenum.

q † B quibusdā ut sint uenena.
r †B. ipsa.

s B. non uerificatum.

nocet, si non scit hoc et plures quidem embrocharum attrahentium exulcerant, & vesicant: quare oportet, vt currat quod est in eis: hæc ergo est ex conditionibus medicinæ epithematæ, et ex conditionibus eius est vt sit medicina [t] [resolutiua naturæ veneni aliquarum resolutionum. Congelatio autem est] sicut operatio radicis mandragoræ. [u] [Adustio verò est] sicut operatio cauterij [x] [in] igne aut cum oleo, & pice, proprie oleo feruente, & est operatio ægyptiorum: aut cum proprietate [y] [materiei,] aut cum qualitate in calore, & frigore contraria ei. et quando administratur quod attrahit in principio, aut facit aliquid eorum quæ diximus, & non confert, & est res maxima: incide quod est in circuitu puncturæ, & accipe carnem totam vsque ad os: & si timor fuerit maior hoc, incide membrum, deinde cauteriza. et de illis, quæ necessaria sunt in omnibus medicinis venenorum, proprie in epithematibus, est vt sint sedatiuæ doloris, & succurrentes, accidentibus timorosis, sequentibus mordicationem, sicut alcocotar ponitur in epithematibus mordicationum, vt retineat sanguinem, quum superfluit in cursu suo a morsu. et de præceptis quæ oportet, vt considerentur in venenis: & morsibus, est vt prohibeatur consolidatio vulneris vsque ad horam sanationis ęgri ex malitia veneni.

t B. permutans uel conuertens naturam veneni permutatione una ex permutationibus, aut congelatione.
u B. aut adustione.
x B. cum
y B. contraria ei.

De ei, quæ bibuntur super morsionem. *Cap. 2.*

EX medicinis bonis est, vt in potu detur semen andacochæ in aqua, & vino. et decoctio specierum calamenthi trium. et castoreũ est mirabile. Lac verò [a] [alciha,] & existimo ipsum esse theriacam nominatam alkusaki, & alfarauia, sunt vehementis iuuamenti ad morsum omnis viperæ. Et [b] [aliuduar, & alfara. & senuiser & alandrion & albedeoard & nasturtium, & iterum illud] quod assimilatur nigellæ, & alKeisin, & allium, & cortices, [c] [& folia iuniperi] cum pipere, & piper ipsum. Inquit Galenus vinum, in quo cadit vipera, confert mordicationi venenosorum. quomodo ergo theriaca? et semen citri contrarium est veneno omni: & dosis eius aurei duo, et radix alaniudem iuuatiua est ad omnia venena. et fructus agni casti. et oleum balsami, & grana [d] [agni casti.] & nux cum ficubus, & auellanis cum gentiana. et opopanacum cum aristol. & oleum de oleandro, & folia eius, & fructus aldulb recens mirabilis est in hoc, & cinnamomum, et stercus caprinum adustum, emplastratum, et in potu datum, et chamædryos, et keisim, et iterum cancer fluuialis cum lacte, et ammeos, et scrapinum, et fistici cum uino, et calamenthũ, et decoctio eius bibendo, et emplastrando, et enula, et abrotanum, et cordumeni, et agaricũ, et radix [e] [alhasce.] ʒ.iij. Et similiter ventres mustellæ, vsque ad stomachum suum, quum implentur coriandro, et exsiccantur, et sumitur ex eis, quum necessarium est. et decoctio maluæ hortulanæ, et semen altheæ, et cerebella gallinarum proprie cum coagulo, et ius mustellę [f] [morantis in domo quando bibitur cum vino: et ius muris morantis in domo, quando bibitur,] et testudo magna, et salita, et decoctio cancrorum fluuialium, et testudinis, et galbanum est vltimum, et gentiana est mirabilis, et semen bauciæ syluestris est iuuatiuum. Et de illis, quę conferunt in hoc ex medicinis frigidis, est radix mandragoræ emplastrata cum melle. Et endiuia syluestris est mirabilis in hac re. et capillus veneris: et quandoque componitur agaricum cum aureo uno aristol. lõgæ. et iterum theriaca mirabilis. Recipe opij, et myrrhę, amborũ an. ʒ.j. et piperis. ʒ.j.s. radicis aristol. longæ et rotundę an. ʒ.iij. [g] † [vini. ʒ.ij.

]

a B. alhaie.
b B & algieduar seu zedoaria, & bisinus buha & bis mus & q vescitur napello & aladriun & albedoard & nasturtium & cyminum.
c B. Alia litera eius & folia abel.
d B. Alia litera eius.
e B. alchanthi.
f B. decoctæ viuæ ita quòd viua ponatur ad ebulliendum &
sic decoqu… & ius muris … gni decoct… ui vt supra … bibitur cu…
g † B. Al… ra harmel … ni Indi … nigellæ ʒ … tianæ ʒ … ʒ.j.

conficiãtur cum melle, et aqua erucæ, cuius dosis sit aureus vnus cum decoctionibus bonis. et iterum medicamen terrę sigillatæ, [h] [baccarum lauri, ana,] aure. ij. terrę sigillatæ [obolos duos [i]] bibatur cum oleo: et sit dosis auellana vna in tribus, unc. aquæ mellis. Et iterum theriaca communis ad puncturam, et ea quæ bibuntur. Recipe piperis pondus. drac. x. spicæ aristol. et radicis [k] [bauciæ] omnium an. drac. j. conficiantur cum succo xylocaractæ, et ponatur in sole. xl. diebus, et moueatur omni die semel, et quoties exsiccatur, humectetur, et detur in potu cum aqua calida. et dixerunt quidam, quòd ipsa confert iterum facto alcohol ex ea. et decoctio cancrorum fluuialium, et sanguinis testudinis, et testudo magna, salita. Medicamen iuuatiuum ad omnem morsum. Recipe nigellæ, seminis alharmel, cymini, omnium an. drac. ij. gẽtianę, aristol. rotundæ, an. drac. j. piperis albi, myrrhæ, an. drac. s. conficiantur cum melle; cuius dosis sit faba una romana in vino. et iterum gentianæ aure. ij. piperis, rutæ amborum an. aure. j. cõficiatur cum melle, et est dosis una in uino. et iterum amomi, carpobalsami an. aure. ij. aristo. radicum alaniuden nigri amborum an. aure. ij. myrrhæ, et croci amborum an. aure. j. luti [l] [albohera,] aure. iiij. conficiantur cum melle dispumato, et sit dosis quantum est faba. et iterũ carpobalsami hyssopi siccę, et seminis [m] [napi] syluestris, et piperis albi; et nigri, et macropiperis, et acori et anisi, et petroselini, et assari, et cymini carmeni, et seminis hyusquiami albi, omnium; an. drac. iiij. spicæ, floris squinanthi amborum an. drac. vj. conficiantur cum melle, et sit dosis faba romana.

h B. & e… baccar…
i B. aur… asan.
k B. alba…
l B. albha…
m B. rapa…

De epithematibus super puncturas. *Cap. 3.*

DE eis, quę super eas liniuntur, est petroleũ album, aut subalbidum, aut allium sicut est elixatum, cum butyro cocto aut castoreum cũ oleo, aut succus porri quod non tetigit aqua, & calamenthum fluuiale optime attrahit venenũ & sulfur cum vrina: & gallina, & gallus scissi dum viui sunt; & emplastretur cum eis punctura, vel morsus, & permutetur omni hora; & administretur emplastrum. Quidam autem dixerunt, q gallina est vehementis caloris, & propter illud eliquat [a] [os] deglutitum, & arenã, & lapidem: & videtur quod fiat illud in [b] [gutture, &] stomacho, & nõ alibi. et ex eis quidẽ, quę emplastrantur, est sal, aut acetum, aut fel tauri, aut

a B. æs.
b B. primo … macho … primo … culo.

ſiſimbrium,& folia aſphodili, & cinis,& acetũ, & propriè cinis ligni fici, & vitis,& proprie in principio, & c [oleum] & ſal decocta. et dixerunt, quod emplaſtrum cum alliis, & ſale, & ſtercore caprino, iuuatiuum eſt in omni morſione,niſi mordicatione aſpidis.et emplaſtrum cum calce, & melle, & oleo, iuuatiuum eſt, ita quòd ad aſpidem. et iterum ſumantur ſinapis, & calx,& acetũ,& liniantur deſuper cum aqua ſaponis, & alkitran, aut cum decoctione picis, & cum ſale, & liniatur. et pix feruens bona eſt in lana d †[ ]ſuper morſionem,ita quòd morſui viperæ: & eſt ex curationibus ægyptiorum:& eſt e [bona valde.] Et cæpe cum ſauich, & emplaſtrum factum cum ſale,& emplaſtrum de nitro. et de embrochis bonis eſt aqua maris calida, ſingularis f † [ ] cum aceto: & decoctio muris g [habitantis in domo,& muſtelle.]

c B.pix.

d †B.ſi effundatur.

e B.cauterium bonum.

f †B.aut

g B.magni de coſti uini cum muſtella.

De epithematibus, ex quibus quum corpora liniuntur,non approximant eis uenenoſa.
Cap. 4.

DE illis, quę dicta ſunt ad hanc rem,ſunt cerebrum leporis cum aceto,& oleo.et ſtorax, quando ſoluitur in oleo.et oleum in quo infuſa ſunt folia pini recentia,trita cum ea:aut flos cupreſſi,& grana a [iuniperi.] & ſimiliter folia agni caſti in oleo, & abrotanum, & radix aniuden,& aſphodilus, & daucus,& carpobalſamum, & radix naſturtij: & omnia illa cum oleo: et compoſita,de quibus eſt, vt ſumantur radicis aniuden nigri, & floris alſegi recentis, & granorum b [iuniperi] omnium an. partes ij.radicis mandragoræ medietas partis j.carpo balſami,cordumeni, omnium an. partes iij.terantur: & cum oleo tam diu bene coquantur, donec habeant ſpiſſitudinem ſordis balnei, & inungatur cum eo. et iterum aſphodili ʒ. j. & carpobalſami, & hyuſquiami albi, amborum an.aureus medius; miſceatur cũ aceto,& oleo; & liniatur cum eo. et iterum floris pini pars j. radicis mandragoræ partes ij. ſeminis hyiuſquiami albi partes iij. miſceantur omnia cum oleo,& liniatur cum eo: et hoc iterum conueniens eſt ad ſuffumigandum. et iterum granorum c [iuniperi] partes ij. ſtoracis pars j. miſceatur totum cum oleo & liniatur cum eo. et epithematio cum oleo de raphano fugat cimices.

a B.abel.

b B.abel.

c B.abel.

Ad effugandum venenoſa uniuerſaliter. *Cap.* 5.

OPortet vt aſpergatur domus eis,quæ dicemus:& ſternatur eis: & liniantur foramina,& feneſtræ eis, quibus embrochatur,ex illis quæ dicemus in ſuffumigationibus, & alijs, vt non approximent eis venenoſa et ſuffumigationes ſunt ſicut fumus ligni granati, quoniã ipſe effugat venenoſa. et ſimiliter radix lilij. et uirgæ granati ſunt mirabiles in hoc. et ſimiliter galbanum.et cornua,& vngulæ,quæ findun tur vt bouis. et vngulæ quæ non finduntur, ut equi,& pili. et ſerapinum, & aſſa, & folia lauri, & grana eius. et calamenthum,& ſceha, a † [& ſtramentum cum eis:] & ſimiliter naſturtium, & ſimiliter cinis ligni pini,& proprie cum galbano,ſi fiat ſuffumigiũ ex opio,& nigella, & galbano, & cornu ceruino,& ſulfure,& cornibus caprę.

a † B. & ſternatur alkitram & polium & fiat ſuffu migium cũ agno caſto, & fiat ſtramentum cum eo.

De effugatione ſerpentum, & venenoſorum animalium.
Cap. 6.

ET iterum ſtorax & cornu ceruinum,& nigella,& aſphaltum de vnoquoque pars j. & ſuffumigetur cum eo lectus. Aliud, cordumeni; & radicis aniuden nigri, & ſtoracis omniũ ʒ.j.corticum oui ſtruthij, nigellę, ſeminis harmel omnium an unc.ij. et iterum ſeminis hyuſ quiami albi,foliorum cupreſſi,& pini,nigellæ, omnium an.aure.j. corticum radicis mandragoræ aure. j. capillorum capitis, aure. iij. calamenthi.ʒ.j.aſphalti aure.iiij. miſceatur totum, & fiat ſuffumigatio cum eo ſuper a [os feneſtrarum.] & in ſuffumigatione eſt ſecuritas. et de illis, ex quibus fugiunt plura venenoſorum animalium, quando cum eis ſternitur locus, ſunt ſiſimbrium,& ozymum,& agnus caſtus.

a B. ſuper prunas ligni vitis.

Cautela mirabilis a venenoſis animalibus.
Cap. 7.

QVando ſternitur in circuitu dormitori, ſiſimbrium,& ſceha iterum,& aſſa iterũ & laurus,eſt mirabilis in hoc. et ſimiliter quando ponitur in circuitu loci quo ſedetur, a [mãdillæ ex cinere] ligni pini. et de illis, quibus eſt apparitio in elongando ea, eſt vt ponantur cerei, & candelæ in loco longinquo a dormitorio,quoniam declinant ad ipſum. et de illis,in quibus eſt apparitio in expellendo venenoſa, eſt tenere ea quæ ſunt ſicut grues, & pauones, & b [cigni] & ceruus c † [ ] & cattus,& muſtella, & quæ currunt curſu eorũ: venenoſa enim animalia terrentur ex iſtis quũ apparent, & mordent ea. et dixerunt quidam, ei qui facit ſibi ſtratum ex corio d [leopardorum] non approximat ſerpens; & ſimiliter, ſi ex eis facit ſibi coopertorium.hoc autem narrauit, in cuius ſermone non eſt fiducia.

a B mendel in quo fit ciuis.

b B.ciconia.

c †B.& ericius.

d B.alcamur.

Res,quas quidam dixerunt in deſtructione rapacium.
Cap. 8.

INquiunt. elleborus interficit canes, & muſcas.et ſtrangulator a [leopardi interficit leopardum.] Et ſtrangulator adib interficit adib, & canem, & b [ibenangue] & amygdala amara interficit vulpes. et oleander,& folia c [alzeridaract interficiunt albeihem:] & plurimum horum eſt notum.

a B.alnemer interficit alnemer

b B.abenaui,

c B azadaracht interficiunt albheaim.

De effugatione ſerpentum. *Cap.* 9.

DE illis, quę fugant eos ex ſuffumigationibus ſunt cornua cerui,& radix lilij,et pyrethrum, et ſulfur. et qui linit manus ſuas ſpolio dragonteæ, et ſucco eius, et decoctione eius, non mordet ipſum vipera. et aſperſio loci ex aqua, in qua ſolutum eſt ſal ammoniacum, eſt

ex eis a quo fugiunt: Et sinapis interficit eam; & quando ponitur super semitas eius, refugit ab eo. Et de illis quę interficiunt serpentes: est sputum ieiuni proiectum in os eius,& proprie quando assumit in ore suo sal ammoniacum.

De effugatione scorpionum, et interfectione eorum. Cap. 10.

SCorpiones interficit sputum ieiuni, calidæ cōplexionis,super eos proiectum: & raphanus [a] [masticatus,] & succus eius quum tangit ipsum,vel eos: & folia ipsius: & similiter albedarungi,Suffumigium educens scorpiones.sumantur storacis, & arsenici, & stercoris ouiū, & adipis zirbi omnium an.partes ęquales:dissoluantur cum vino, & misceantur cum eo medicinæ, & fiat suffumigatio apud foramen scorpionum. et quando ponitur raphanus incisus super foramen scorpionum, non timetur,quòd egrediantur ex eo: & est ex suffumigationibus ad scorpiones ipsos,quum fit suffumigatio ex ipso: & similiter arsenicum.

a B. Alia litera contritus.

De effugatione pulicum, Cap. 11.

QVando aspergitur domus cum infusione coloquinthidę, saliunt pulices, & fugiunt,& similiter ex decoctione rubei.Et dixerunt quidam,quando ponitur sanguis hirci in fouea, in domo, aggregantur pulices apud eū, deinde moriuntur, et similiter aggregantur super lignum linitum ex adipe eritij:& effugiunt ex odore [a] [caulis,] & foliorum oleandri. Et est hæc herba nota [b] † [iecum cimeu] scilicet herba pulicum, quæ quum ponitur in lecto, inebriat eos, & stupefacit eos, quare non viuificantur.

a B. sulfuris.
b B. nominata chichuanu.
† coniza.

Effugatione culicum,& cimicum. Cap. 12.

FIat suffumigium cum serraturis ligni pini, aut cum calcadis, aut cum nigella: & melius quidem est vt aggregatio fiat inter ea. et similiter suffumigatio cum myrto sicca, & cum sulfure, & bdellio, & spina fœtida nominata coru, & stercore vaccino,& alharmel tritum, & positum super lectos,& fenestras, & cum foliis cupressi, & nuce eius. et quando aspergitur domus ex decoctione radicis lupinorum, confert: aut ex decoctione nigellæ, aut decoctione harmel,aut decoctione absinthij,aut decoctione rutæ.

De effugatione mustellæ. Cap. 13.

Dixerunt. effugat eam odor rutæ.

De effugatione muris,et eius interfectione. Cap. 14.

MVrem interficiunt [a] [lithargyrium,] & elleborus, & iterum elleborus, & semen hyusquiami albi, & similiter radix [b] [caulis,] & similiter cepa muris,& [c] [suc,] & scoria ferri,& crocus eius. et fugat ipsos mus masculus quum excoriatur, & dimittitur in domo, aut castratur,aut abscinditur cauda eius:& excoriatio est fortior. et dicitur, quod si ligatur murorum in domo,ligato pede cum filo ad paxillum, effugiunt reliqui: & in eo est cōsideratio.

a B. merdasengi.
b B. Alia litera lauri.
c B. alsech.

De effugatione formicarum. Cap. 15.

QVando ponitur super cauernam eorum kitran, fugiunt ex ea: & similiter ex magnete:& ex felle tauri: & ex pice:& ex assa:& fugiunt ex fumo ipsarum formicarum.

De effugatione muscarum, & earum interfectione. Cap. 16.

INterficit eas arsenicum,quando de eo ponitur aliquid in lacte,& fugiunt muscę. & interficit eas fumus eius, & fumus thuris, & decoctio ellebori nigri.

De effugatione uesparum. Cap. 17.

EFfugiunt ex suffumigatione [a] [sulfuris] & alliorum.et non appropinquant ei qui linitur ex althæa:aut succo malue,& oleo.

a B. alliorum caulium.

De effugatione scarabeorum. Cap. 18.

EVgat eos secundum quod dicitur, fumus aldub,& proprie fumus foliorum eius:

De effugatione [a] [alharathati.] Cap. 19.

NOn aggregantur [b] [alharathati] in domo, in qua sunt hudud. et suffumigatio cum membris ad hudud, & pennis eius, interficit [c] [alharathati] secundum quod dicitur.

a B. alarathe.
b B. alarathe.
c B. alarathe.

De effugatione tineæ. Cap. 20.

ABsinthium prohibet pannos a tinea, & similiter calamenthum, & similiter cortices citri.

De speciebus serpentum. Cap. 21.

SApientes esse serpentum, et naturas eorum in tres diuidunt partes, scilicet vehementis acuitatis non morantes ex dispositione vltra tres horas: et neque morsus eorum curantur, quoniam sunt surdi,et alasilet: et neque valet ad eos nisi incisio membri statim, aut combustio ultima penetrans, quoniam comburit venenum, et constringit meatus. et quandoque [a] [confert in curatione eorum vomitus post eam] super repletionem ex piscibus salitis; deinde post illud succedunt curationes alię. et si serpens est debilior parum,sufficit ligatio vehemens, deinde reliqua curatio communis. et [b] [partem debilem parum interficientem,et partem mediam, quę non tardatur a tribus horis usque ad septem.Inquiunt:draconis autem marini, et similium serpentum] magni corporis morsus curatur inquantum est vlcus tantum; non inquantum est venenum, de quo fit curādum.et dixerunt:ordo primus est generalis:de eis enim est sicut serpens, qui nominatur regulus, et græcè basiliscus, qui quidem interficit

a B. Alia [...] confert [...] ratione [...] pisces [...] deinde [...] tus post [...]
b B. dimi[...] cunda se[...] cies viper[...] debilis [...] sio seu [...] viperarum [...] dia non [...] tur a trib[...] que ad se[...] dies inqu[...] Dracone[...] campestri[...] similium [...] pentibus.

ficit suo visu, & auditu vocis suæ. et de eis est serpens nominatus hirundo, cuius color similis est colori hirundinis, & longitudo ipsius est circiter cubitum vnum, & interficit ante horas duas. et de eis est serpens nominatus aspis sicca, propter vehementiam siccitatis suæ cutis: & est in quantitate sua inter tres cubitos vsque ad quinque: & color ipsius est cineritius, & ad citrinitatem decliuis, & oculi eius sunt vehementis luminis, & interficit a duabus horis vsque ad tres. et de eis est expuens, quoniam ipse potest interficere per sputum suum, & proiiciunt ipsum quidam dentes eius constricti super alios, quare interficit illud super quod cadit sputum eius, & odor sputi eius: & longitudo eius est vsque ad duos cubitos; & color eius cineritius ad citrinitatem declinans, & interficit illum quem mordet, antequam [c][redeat.] Et ordo quidem hic non rememoratur in libris propter spem plurimam, quæ sit in curatione eius: verum non valet ad ipsum curatio, nisi illa, cuius operationem diximus: ipsa enim confert quandoque cum eo quod diximus ibi. Et surdi arcuati habent species alias, quæ multiplicantur in terris ægypti. Et quandoque quidem eorum habent duo cornua, quorum color est diuersus, albus, & subalbidus, & rubeus, & mellinus, & cineritius: & quandoque sunt secundum creationem viperarum. et quidam eorum habent dentes, sicut vncinos. et dracones interficientes statim, sunt huius generis. et ordo secundus est de viperis, quarum species iterum sunt diuersæ. de eis enim sunt viperæ alesilati: & de eis sunt viperæ quercinæ, & de eis sunt facientes sitire, & reliquæ quas dicemus. et accidit serpentibus diuersitas iterum, non in specie, imò secundum conuenientiam in specie vna, quando diuersificantur in masculinitate, & fœmineitate: & masculi quidem pauciores habent dentes, & plus veneni, & acutius; licèt quidam dicant quòd fœminæ sunt deteriores propter multitudinem dentium suorum, & iterum propter ætatem, quoniam [d][senes deteriores sunt iuuenibus propter corpus,] nam magni deteriores sunt paruis, curtis, quum species eorum est vna. Aut propter locum. nam illi qui habitant loca inaquosa, & montes, deteriores sunt eis, qui habitant littora, & loca plurium aquarum. Aut propter dispositionem suam in repletione, & vacuitate: nam illi qui de eis famelici sunt, deterioris sunt veneni. Aut propter passiones eorum animales: nam irati, & audaces deteriores sunt eorum. Aut propter tempus: nam venenum eorum in æstate est deterius. Quidam autem existimauerunt, quòd venenum serpentum, & viperarum est frigidum, & est error. Et illud quod accidit ex frigore morso ab eis, est propter mortificationem caloris innati propter contrarietatem veneni: calor enim innatus est qui calefacit corpus sua sparsione, & inflammatione. Quum autem non est calor innatus, & si inflammetur cor igne leui, non oportet tamen vt calefiant propter ipsum extremitates. Et quidam existimauerunt, quòd venenum alesilati proprie est frigidum, & aggregat sanguinem cordis, & congelat ipsum, & propter hoc stupefacit valde: sed non est ita, imò fortasse resoluit calorem innatum, & mortificat ipsum. et illud, quo ratiocinatur istud, est, quòd animalia frigidę cōplexionis sunt in hyeme mortua, & [c][calore calor additur & acuitas.] & quicunque sit qui hoc dicat, sciat, quòd eius ratiocinatio non est sana: & neque hæc dictio est in venenosis paruis, sed in animalibus magnorum corporum. et quod significat corruptionem huius sermonis est vespa calidæ complexionis valde, & est ex eis quæ mortificantur in hyeme, quare non mouetur: & non est longinquum quin sit serpens cum caliditate complexionis suæ, quæ non mouetur propter contrarietatem complexionis naturalis: & propter illud, quod accidet ei de rebus aliis.

c B. doleat.

d B. Alia litera iuuenes deteriores sunt senibus, & ex parte corporis.

c B. calor augumentat calorem eius & acuitatem eius.

De morsu basilisci, qui est primus surdorum, & harmene, de quo ignoro an est ipse aut alius. Cap. 22.

Dixit quidam ipse nominatur regulus, quoniam habet coronatum caput, cuius longitudo est duorum palmorum, & caput est acutum valde, et oculi eius sunt rubei, & color eius ad nigredinem & citrinitatem decliuis, qui adurit totum super quod incedit, & neque oritur in circuitu cauernæ eius aliquid: & quum opponitur habitationi eius auis, cadit, & non sentit ipsum animal, quod nō terreatur, quod si sit propinquius hoc, stupefit, quare non mouetur. & interficit sibilo suo si exaltat ipsum: & ille super quem cadit visus eius [a] † [ ] ex longinquo, moritur, et non est sicut dicitur, quod ille cuius visus cadit super ipsum, moritur, et illius quem mordet corpus liquefit, et inflatur, et currit uirus, et moritur statim, et moritur omnis qui appropinquat illi mortuo. Et parum quidem euadit qui præsens fit vicinitati eius. At verò possibile est in quibusdam horis, vt tangat eum cum virga. et secundum quidem plurimum qui tangit eum cum virga, moritur; et est mediāte virga: et propter illud iam tetigit illud miles quidam cum lancea sua, quare mortuus est miles, et animal eius, et tetigit ipse labium equi; quare mortuus est equus, et miles. et hic quidem serpens multiplicatur in terra [b][aroreh], et Nubia. Signa morsus eius sunt, si videris mortuum subito absque casu causæ primitiuæ apparentis, et proprie quando est in loco vbi scitur illud animal, et non est curatio ei prorsus.

a †B. & si sit.

b B. turchorū.

De harmene. Cap. 23.

Iam diximus harmene in proprietatibus proximis reguli, ex hoc quòd non æquatur, et interficit morsu tantum, imo et uisu, et auditu sui sibili: et quodcunque animal mordet dissoluitur, et moritur quod appropinquat ei ex animalibus. At vero quantitatem eius narrauerunt diuersam a quantitate reguli: existimauerunt enim quod est ab uno cubito vsque ad cubitum et semis. et dixerunt quod morso ab eo non confert aliquid: si vero aliquid confert ei, tunc semen papaueris valet vsque ad ʒ.j. et castoreum vsque ad ʒ.j. quidam iam testificati sunt illud.

Signum morsus serpentis, qui nominatur hirundo, & est de surdis. *Cap.* 24.

ACcidunt ei singultus, & alteratio coloris, & stupor, & frigus membrorum, & profunditas somni, & clausio palpebrarum cũ vehementia pulsus cordis ei propria, & magnitudo doloris. et cura eius est cura surdatum.

Signa morsus aspidis siccæ, & est de surdis. *Cap.* 25.

ILli, quem mordet, accidit illud quod accidit ei quem mordet hirũdo: quare alteratur color eius, & stupefit, & multiplicatur singultus eius, & infrigidantur membra ipsius, & claudũtur eius palpebrę, & profunde dormit. et cura eius est cura surdorum: & iam diximus eam.

De morsu spuentis, & a † [ ] asylus. *Cap.* 26.

a † B. est.

QVem mordet, remanet sine sensu, & sine motu, quietus, profunde dormiens post res alias prædictas in capitulo aspidis, post b [saltus continuos,] & clausionem oculorum, & torsionem colli, & spasmum, & pulsum inordinatum, & non sentit dolorem: & quãdoque sentit in initio rei dolorem c [intestinorum, quem] videbis intromittentem digitos suos in guttur suum, vt euomat, & quidam iam rememorati sunt asylus, & narrauerunt de eo quòd eleuat caput suum, & expuit venenum. Ego igitur non scio, an ipse, & ille quem diximus, sint vnius speciei: & est de genere spuentium. Verũ dicitur de accidentibus eius, quòd locus morsus eius est paruus secundum quantitatem pũcturæ acus absque apostemate, & currit ex eo sanguis paucus niger. Et accidunt ei, qui ab eo morsus est, tenebrositas oculorum, & dolor in uisceribus, & ore stomachi in primis; deinde accidunt clausio oculorum, & profunditas somni; & non viuit vltra tertiam diem. et cura eius est de genere curationis surdorum, & iam diximus eam.

b B. oscitationem succedentem continuã.

c B. nauseatiuũ &

De cornuta. *Cap.* 27.

COrnuta est genus surdorum, cuius longitudo est ab vno cubito vsque ad duos: & sunt super caput eius duæ eminẽtiæ, sicut duo cornua. & color corporis eius est color cineris, & venter eius est sicut squãmæ siccæ, duræ, quæ strident super terram cum strepitu. & dentes eius sunt æquales non recurui. & plurimũ eius est in locis arenosis. Inquiunt quidam, & de eis est genus quod nominatur a [paruum,] & est propterea quod cornua eius sunt breuia, aut iam ceciderunt cornua eius, & est etiam paruus, breuis: & est b [pluris generis, & similiter nominatur græcè]

a B. Alia litera curtum.

b B. habens magnas maxillas & proprie hoc nominatur maxillaris.

Signum morsus eius. *Cap.* 29.

SEntitur in locis morsus quasi acus, aut claui infixi in eius. et dixerunt, continuatur corpori eius grauitas maxima, & inflantur a [labia] eius, & accidunt ei vertigo, & tenebrositas oculorum, & destruitur ratio. et cura eius iterum est cura surdorum. et quod ei appropriatur, est vt in potu detur semen raphani cum vino: & proprie quando euomit cum eo. & quum euomuerit, confert ei cyminum Indum: & sisamũ confert ei iterum quem momordit, cum uino: & castoreum cum vino: & calamenthum campestre cum vino: & semen raphani est mirabilis iuuamenti in eo. et ponatur super morsum sal tritus confectus cum alkitran: aut cæpe tritum cum aceto.

a B. palpebræ.

De serpente, qui dicitur Andrius, & Kedusu durus. *Cap.* 29.

HVnc serpentem, quum est in aqua, nominant græci Andrius. et quando habitatio eius est in campo, nominatur Kedusu, durus & est minor quam alesilati surda, & latioris a [capitis,] & deterior, & nocibilior: & accidit ex morsu eius, vt incipiat morsus cum dolore vehementi, & inflammetur. deinde fit viridis, & corrodit, & accidunt morso vertigo, & vomitus b [choleræ fœtidæ, & motus inordinatus, & debilitas virtutis, & moritur secundum plurimum in hora tertia, & non transit tertiam. Si autem euadit, quoniam est aquosus, aut quoniam complexio morsi est fortis, comitantur eum ægritudines, a quibus forsitan non sanabitur.

a B. colli.

b B. rei.

Cura. *Cap.* 30.

CVratio eius est cura communis, a † [ ] & illud, quod ei appropriatur, est vt bibat de nuce cupréssi mundata cum granis myrti, de vnoquoque aureum vnum cum aqua mellis aut vino: & similiter aristol. pondus ℥. ij. cum vino, aut cum aceto commisto: & similiter succum prassij. Et emplastretur cum calce, & oleo, & calamentho montano, & corticibus radicis quercus, & similibus, singulariter, & composite. Et de eis, quę illis admiscentur, est farina hordei.

a † B. Alia surdis.

De Hydra. *Cap.* 31.

NOn dixi hydram in summa, nisi quia non sum confidens an ipsa, & Andrius sit vnus, quum iam diuersificetur per deriuationem, & nomen, sicut cadit in scriptura sermonum græcorum; aut serpens alius. Verùm locum, ex quo hoc consideratur, iam dixi narrans accidentia alia morsus eius: & dixi quòd morsus eius egreditur, & dilatatur, & obfuscatur color eius, & egreditur ex eo humiditas nigra, plurima, fœtida valde: & prolongatur curatio eius, & fit difficilis. quare oportet, vt consideret alius a me in hoc, & cognoscat dispositionem eius vt permutetur ad secundum ordinem serpentum.

Sermo uniuersalis de morsu uiperarum, & indicio earum. *Cap.* 32.

DEteriores viperarum, & draconũ sunt de eis, qui sunt masculi. Feminæ verò sunt in columiores. et morsus quidẽ fęminę cognoscitur

tur per inuentionem fixionum plurimũ quã duorum dentium in parte in qua momordit; & egreditur à principio rei ex loco duorum dentium,aut dentium plurium, sanguis;deinde virus feruens.Et fortasse incipit aquosus,de inde spumosus , deinde vt ærugo æris, & tunc quidem conuertitur ad substantiam veneni,& colorem eius.Et dolet locus : deinde perambulat dolor eius: postca apparet apostema calidũ, rubeum,habens bothor,& vesicas,sicut ex adu stione ignis:& quandoque perambulat,deinde fit viride illud apostema propè morsum,& sub ore:& accidit in visceribus inflammatio, & in corpore [a] [rubedo] cum rigore, deinde sudor frigidus,& corruptio coloris, decliuis ad viriditatem:& commotio vertiginis,& frequentia anhelitus,& nausea,& singultus,& quandoque euomit humorem cholericum:& difficultas sit vrinæ,& grauatur caput : & quandoque aduenit ei fluxus sanguinis narium , & apparet grauitas in dorso,deinde sudor frigidus,et tremor vehemens , & syncopis. Et plurimum quidem moritur in tribus diebus,& quandoque remanet vsque ad septem.

[a B.febris.]

Curatio morsus uiperarum cum eo , quod est sicut canon. Cap. 33.

COnsidera radices communes in curatione. deinde fortior curatio est properare ad theriacam de viperis:& quum tardatur, tũc possibile est,vt conferat theriaca multoties. & possibile est vt non conferat. Nocumentum autem instrumenti veneni non est malum,quoniam natura est quæ vtitur instrumentis.[a] [Rei verò extraneæ] non est posibile vt utatur eis, nisi accidat commotio amborum simul . Et si possibile est vti multitudine [b] [somni] & vini, fortasse excusat ab omni curatione, & similiter cæpe, & porri cum vino , si non inueniuntur allia . Et iam dixerunt quidam,quòd virga cerui assata,quum comeditur, in dispositione confert. Et alharmel est de medicinis liberantibus. Et similiter grana citri.Et de theriacis proprijs eis fortibus est illa quæ recipit anisi [c] [suseni pondus.drac.j.&] piperis aure.iiij.corticis aristol.rotundæ, castorei [d] [amborum]an.aure. j. conficiantur cum vino,cuius dosis sit nux una. Et iterum myrrhæ,& castorei, & piperis , arsenici,rubei omnium an.drac.ij. seminis anethi. unc.ij.cõficiantur cum vino.Et iterum semen andacochæ , & aristol. rotunda,& ruta syluestris,& non est alharmel,secundum quòd existimauerunt quidam : imò est species rutæ ipsius. Et oportet,vt detur butyrum vetus plurimum ei,propriè antiquum. multoties enim liberat butyrum solum.& sedeat in tina lactis,& indicantur ei vigiliæ,& fiat vt deambulet,& balneetur in quibusdam horis,& in balneo facien te sudare:& dentur ei in potu coagula,& similia successione eorum;& melius eorum est coagulum leporis recens: & ipsum iterum est melius quando sumitur in potu cum iiii.unc.aceti vini permisti cum æqualitate: & coagulum cerui iterum est bonum. Dixerunt quidam, si homo accipiat cepe syluestre, & masticet ipsũ, & deglutiat illud,quod currit ex eo, & emplastretur cum fece eius,non morietur penitus.Et quidam experti fuerunt ius ranæ,& fuit iuuatiuum liberans,quum comestum fuit. Et caro mustellæ condita aceto,& sale.Et cancri marini.Et sanguis testudinis marinæ.Et dixerũt quidam , quòd in lapide,qui nominatur lapis serpentis,quum suspenditur,est sanatio.

[a B.rebus uero extraneis. Alia litera. Rebus uero propinquis. b B.allei.]

[c B.pondus achsuta. d B.myrrhæ omnium.]

Reliquæ potiones laudatæ in morsu viperarum. Cap. 34.

DIxerunt quidam, apium syluestre,& est sumirion,est bonum ad illud,& radix acori,& folia aristol.& radix eius,& radix [a] [almaru alfesir aut]alfesiresi,aut agaricum quodcunque illorum fuerit,sumatur ex eo in potu cum vino dulci quantitas vnius aurei,similiter succus anagal.scilicet auriculæ muris: & similiter cyminum,præcipuè montanum,& succus caulis,aut costi duo aurei cum duobus obolis piperis:aut radix buchormarien,aut semen Keisim, aut radix eius,& semen alharmel cũ succo porri,aut succo [b] [cardui: & iterum coagulum leporis, & farina erui propriè , & zingiber in lacte mulieris,& detur in potu radix [c] [bauciæ,] aut harmel,quæ est cognita in partibus [d] [frigoris,]& est vehementis iuuamenti; & cortex aristol.& radix alandacochæ . Et quidam iam existimauerunt, quòd quum turbith sumitur in potu cum lacte dulci , est iuuatiuum valde, & lac [e] [alagiati.]& existimo ipsum est theriacam alfarauia . & alkusaki est iuuatiuum.Et iterum de eis quæ dicta sunt ad morsum viperarum, & omnium venenosorum animalium,est opopanaci pondus.drac.ij.cum aceto:& iterum sumantur costi aure. iij. & gentianæ . Et iterum quæ bona sunt, est stercus caprinum comminutum in uino.& detur in potu . Et omnia incisiua acuta;& proprie allia et cepe,et porri,et raphanus,et aquæ eorum,et omnia salita, proprie uenter mustellæ, et scorpio assatus , & fel galli,et reliquarum auium . Et de succis uehementis iuuamenti sunt succus rutæ , et succus foliorum malorum,et succus sampsuci,et acetum ipsum,de quo bulliantur. unc. iiij. et dentur in potu,et succus extremitatum caulis nabathi,et vrina hominis secundũ quòd dicitur.

[a B.Alia litera myrrhæ & alfesera.]

[b B.cardi.]

[c B. alhaza.]

[d B.turchie.]

[e B.alhaie.]

Emplastra de foris. Cap. 35.

EMplastra ista sunt attractiua , quæ administrãtur antequam apostematio fiat: et sunt facta ex [a] [sauina,] et baccis lauri, et ex chamæmilla,et squilla assata proprie,et farina erui:omnia illa singulariter , aut commista cum uino. Et emplastratio cum caseo antiquo est bona ultima. Et emplastratio cum gallina fissa est bona ualde ultima . et similiter cum carne uiperæ,et cum ranis scissis . Et ex oleis oleum laurinum, et oleum in quo decoquitur laurus .

[a B.abel.]

De serpentibus,qui egredi faciunt sanguinem ex poris omnibus . Sicut sunt Asudius,& sabrin. Cap. 36.

ISti serpentes sunt mali ; et quum mordent, disrumpuntur porri et meatus omnes fluẽtos,

a † B. ualde. b B. vulneribus.

tes,& manantes a † [ ] ita quòd ex b [vlceribus] consolidatis cum dolore continuo,& vomitu sanguinis,& sputo sanguinis. Et sapiētes quidam dixerunt, quòd isti duò serpentes corpora habent arenosa, & super corpora eorum sunt puncta nigra, & alba:& longitudo eorum est longitudo cornuti. Et dixerunt quidam, quòd ipsi sunt minores viperis:& capita eorum, & ipsorum caudæ sunt minuta, & sunt coloris arenosi. Et quandoque sunt nigri,& rubei,& albi,& sunt super eorum capita squammæ albæ incisę,& eorum incessui est strepitus propter siccitatem corticum ventrium ipsorum ac si esset strepitus c [foliorum virgæ,] & sunt grauis motus,ęqualium dentium:& hos narrant cum speciebus quibus dam ordinis primi. Et horum quidem serpentium morsus disrumpit poros,& meatus naturales,faciēs ex eis manare sanguinem,ita quod ex angulis oculorum, & comprimitur in sanguine,& sputo sanguinis narium,& vomitu,& dolore in stomacho. Et dixerūt quidam,quòd locus apostematur, & denigratur, & currit ex eo res parua aquosa,& soluitur venter, & constringitur anhelitus,& difficultas fit urinæ, & abscinditur vox, & mollificantur membra, & vincit super corpus dispositio obliuionis, & accidit spasmus, & cadunt dentes, & moritur patiens.

c B. cannarum.

De cura. *Cap.* 37.

Cura eorum est proxima curæ alasilet, & uiperarum,inquantum datur eis in potu vinum plurimum,& euomunt super ipsum post cibationem cum eis,quæ sunt sicut a [oua tarica] & pisces saliti, & alia. Et iteretur super eos vomitus: deinde comedant post illud panem, & pisces positos super prunas,& comedāt vuas passas. Et semen raphani iterum est ex eis, quæ conferunt ipsis;& propriè cum vino.& succus papaueris cum radice lilij cælestis cum uino. Et quandoque confert eis albugo oui cum vino. Et confert eis inquantum est b [expulsio] sanguinis,emplastratio cum portulaca,& farina hordei aut folijs vitis decoctis, aut arnoglossa,aut gallis. Et ex eis,quæ retinent sanguinem per cauterium, sunt porri, & vrtica,& ruta cū farina hordei,& albumine oui.

a B. altharich. b B. fluxus.

De faciente sitim. *Cap.* 38.

Dixerunt, quòd serpentis facientis sitim lōgitudo est palmi unius,& super a [corpus] eius sunt vestigia nigra, plurima: & caput eius paruum, & collum ipsius grossum, & incipit creatura eius ex collo grosso vsque ad caudam subtilem. Et dixerunt quidam,quòd hic plurimum est in regione b [lokiati,& asim:] et forma eius est forma viperæ, et color postremi eius vsque ad caudas est ad nigredinem decliuis,et incedit quatiendo caudam suam. Et dixerunt quidam, quòd est in littoribus. et dixerūt quòd accidit morso ab eo ut aduratur uenter eius,et inflāmetur;quare non sanatur ex aqua, imo non cessat bibere absq; exitu alicuius rei per vrinam,aut sudorem,ita quòd inflatur uenter eius totius:et currit aqua in uenas ipsius.

a B. caudam. b B. Iubie & fyrie.

De cura. *Cap.* 39.

Regimen eorum post commune regimen, est indesinenter facere eos bibere oleum plurimum;et euomere:deinde clysterizare eos cum eis quę educunt fæces, et humiditates, et trahunt aquam ad inferiora:et ut dentur diuretica,sicut decoctio apij,et spicæ Indæ,et cynnamomi,et assari,et siselcos,et petroselini, et similium. et emplastretur exterius cum sale,et calce,et oleo.et emplastratio,quā dicemus ad morsum canis rabiosi,confert.

De cafezati, et altararati. *Cap.* 40.

Isti serpentes sunt parui,breues, minuti, qui quandoque occultantur in arboribus,insidiantes ut proijciant se ipsos ad illum,qui trāsit per eos, et exeunt procedentes ad eum. Et ego quidem dico, quod vidi genus horum serpentum in partibus de Hestem, et sunt ad rubedinem decliues et sunt a [calidi] ualde. Et dixerunt, accidit ex morsu eorum dolor vehemens,et b [pertransit] in totum corpus,si fuerit de genere quod vidi, et accidit ex eo mors. Et dixerunt,cura eorum est cura communis,et cura viperarum.

a B. permixti b B. ... Alia litera & vlcus.

De saliente ad duas partes. *Cap.* 41.

Dixerunt quidam serpentem cuius nomen ankesimen,et dixerunt quòd ipse est saliens ad duas partes; verùm ego non verifico, quòd ipse sit saliens, aut alius, ut ipsi narrauerunt eū:quòd duę extremitates eius sunt ęquales in grossitudine,et æquales medio, et existimo quòd hic est ille, quem vidi in ueritate.

a [*Ilicinus,& est durissos.*] *Cap.* 42.

Iste habitat in b [ilicibus] et accidit ex morsu eius excoriatio cutis eius quem momordit, et excoriatio cutis illius qui permiscetur ei, et curat ipsum:et habet odorē malignum, c [mortificans eum,qui præsens est,morti eius,siue sit lædens,siue non lædens.] et accidunt ex eo iterum accidentia morsus uiperarum.

De cura. *Cap.* 43

Cura ipsius est cura uiperarum, et confert eis propriè bibere aristol. longam cum uino,et similiter a [alhandal coctam,] et aphodili radicem et uinum. b † [ ]

Miliares *Cap.* 44.

Serpentum huius generis color propter citrinitatem suam est quasi color milij. et accidunt ei quem mordent,accidentia malarum viperarum:et cura eorum est cura illa,

Serpens nominatus scisetati. *Cap.* 45.

Color eius similis est salienti ad duas partes;sed ille est deterior; et accidentia eius sunt illa.et cura eius est illa cura.

De

Serpens aracis, uel aspis habens colores diuersos.
Cap. 46.

Q Vidam dixerunt, quòd est malignus, interficiensin die secundo, cum corrosione hepatis, & confractione intestinorum. Et curatio eius est curatio viperarum prauarum.

Serpens triscalis. *Cap.* 47.

NArratum est de hoc, quòd eius accidentia similia sunt accidentibus viperarum; verùm sunt cum inflatione loci morsus, & vesicis, & duritie apparente, & cursu humiditatis sanguineæ, nigræ ex illo loco: & accidunt ei alteratio rationis, & tenebrositas visus, & spasmus mortificans. Et cura eius est cura viperarum. Et ego quidem dixi hunc serpentem in hoc loco existimatiuè: & non nosco eum: neque ordinem eius, neque ipsius genus cum verificatione, & neque scio an iste sit in iteratione, an non.

Famusus. *Cap.* 48.

DIxerunt. morsus eius est similis morsui viperarum, sed accidunt carni eis qui morsus est ab eo, corruptio. & mollificatio, sicut accidit ei qui habet hydropisim; & accidunt ei profunditas somni, & obliuio, & ægritudines in hepate, & a [ieiuno, & colon.] Et sermonem quidem in hoc serpente attuli secundum existimationem in hoc loco, sicut sermonem de illo qui est ante ipsum; & fortasse non est huius ordinis, imo est ordinis putrefacientium. Et cura eius est cura viperarum.

a B. Alia litera & Gotomia & sanguinaa.

De amiudutus, & caubarus. *Cap.* 49.

DIxerunt quidam, quòd longitudo cuiusque horum serpentum est vsque ad cubitum, & color eorum est color arenæ, & super corpora ipsorum sunt vestigia. Dixerunt, & accidunt ei quem mordent, & dolor uehemens loci morsus, & apostema maximum, & currit ex eo virus. a † [&] interficiunt in tertio, & b [mora eius] post septimum.

a † B. Alia ista sanguineum & accidit ei dolor in uesica, & hepate & mirach clamosus, & est et his quæ.
b B. non moraß.

Curatio eorum. *Cap.* 50.

DIxerunt, quòd curatio eorum est curatio communis: & est eius proprium dare in potu castoreum, & cinnamomum, & radicem centaureæ, de quocunque istorum fuerit. drac. ij. cum vino. Et confert eius radix aristol. & propriè longæ iuuamentum maximum. Et similiter radix a [assoasir,] & succus eius propriè, & radix gentianæ. Et conferunt eis ex emplastris mel decoctum, & exsiccatum, & tritum: & radices granatorum: & similiter centaurea, & semē lini, & lactucæ, & semen harmel, & uolubilis, et ruta syluestris: & cōferunt eis emplastra appropriata ulceribus putridis.

a B. alfuafata.

Serpens nominatus selsir, & est putrefaciens.
Cap. 51.

EXistimauerunt quidam, quòd sunt serpentes, qui sunt in regionibus a [Assem] & in in Aegypto, habentes lata capita b [parua] colla, curtas caudas, ventres rotundos, & non sunt super eorum capita lineæ & squammæ, sed super corpora eorum sunt lineæ diuersi coloris: 10 & quum incedunt, non c [rectificantur,] imò contrahuntur. & accidunt ei quem mordent, apostema dolorosum, & putrefactio totius corporis post contritionem eius, et capillorum casus. Et quandoque festinat putrefactio perdens illud quod sanum est, et sunt quasi species viperarum.

a B. Syrie.
b B. subtilia.
c B. eleuantur uel eriguntur in situ erecto.

De cura. *Cap.* 52.

20 OPortet, ut sit cura eorum cura communis: & cura media curæ uiperarum: deinde curatio eius quod accidit ex morsu eorum de dispositionibus, et accidentibus.

De speciebus serpentum, qui nocent quando mordent per uulnus, non per uenenum, de quo sit curandum; & sunt serpentes magnorum corporum valde. De dracone. *Cap.* 53.

30 DIxerunt. minor specierum draconum, secundum quòd dixerunt quidam, est quinque cubitorum; magni verò sunt. xxx. cubitorum, et supra. Dixerūt, et sunt draconi duo oculi magni, et sub mandibula inferiore est eminētia sicut mentum; quare sunt ei dētes plurimi. Et dixerunt quidam. quòd ipsi multiplicantur in partibus Nubiæ a † [ ]. et Indi sunt maiores, et illi de Nubia qui sunt in regione b [Asiæ] sunt usque ad quatuor cubi- 40 tos: et Indi sunt magni ualde. Et dixerunt, de illis sunt quos diximus: et habent facies citrinas, et nigras, et sunt eis ora vehementis amplitudinis, et supercilia cooperiunt oculos eorum, et super colla eorum sunt squammæ. Et in omni mandibula sunt tres dentes. et ego dico, quod iam uidi quendam huius generis, super collum cuius in latitudine descendente erant pili grossi. Dixerunt, et accidit ex morsu eorum dolor paruus, deinde inflammat: et ma- 50 sculi eorum sunt deteriores fœminis. et dico, quod iam uerificatum est, quod in regionibus alijs ab India, sunt dracones magni ualde. et dixerunt, cura eorum est cura vlcerum malorum tantùm.

a † B & indie.
b B. asne.

Albedisimon persis. *Cap.* 54.

VIdetur, quod sit iste de generibus draconū, et dixerunt quod illi, quem mordet albe- 60 disimon, accidūt ea quę accidunt reliquis morsibus draconum. Sed dixerunt de draconibus, quod eorum dentes sunt uehementes. et de proprietate eius est quod a [carminat carnem; quare effodit eam;] quamobrem magnificatur timor in vulnere eius, et indiget curatione vulnerum malorum valde.

a B. facit carnē fœtidam quare fœtida efficitur Alia litera. carnem facit fœtidam cum suo morsu.

De

De morsu draconis marini. Cap. 55.

DIxerunt. liniatur morsus eius cum sulfure, & aceto. & dixerunt. conferunt ei adeps crocodili emplastrata, & piscis nominatus tricla: & plumbum quando fricatur super ipsum, iuuatur eo. Et medicinæ quas scribemus in c. rutulæ, & propriè theriaca prima. Et albedarun gi bibitum & emplastratum confert ei.

Harem carmen. Cap. 56.

DIxerunt quidam Arabes sapientes. & existimo quòd sunt de genere draconũ marinorum, aut aliorum, quos ambos nominauit semurion ille sapiens, dicens, quòd accidit ex morsu viperarũ. Et similatur quòd sit cura eorum cura viperarum.

De albatraf & hauden. Cap. 57.

DIxerunt quem mordet alhatraf, & haudē, accidunt ei dolor vehemens, & frigiditas plurima, & stupor, & mors proculdubio, & peruenit ad hoc ut sit eius cura frigidorum venenorum. Dixerũt quidam, oportet ut embrochetur morsus eius cum aceto tepido, & emplastretur locus cum folijs lauri, & inungatur cũ oleo costino, & oleo de pyrethro, & quæ similantur eis ex oleis, in quibus est virtus squillæ, & vrticæ. Ea verò, quæ in potu dantur eis, sunt vt[a] [succus] foliorum lauri cum aceto: & aniuden cum ruta. aut sumantur myrrhæ, & piperis, & rutę partes æquales, cuius dosis sit aureus vnus in vino. Et theriaca prima dicta in cap. rutelæ.

a B. decoctio.

TRACTATVS QVARTVS.

De morsu hominis & quadrupedum. Cap. 1.

DICAM in hoc tractatu lęsiones morsus hominis, & morsus canis, & leporis. & similium, & morsus canis rabiosi, & luporum, & crocodili, & morsus simij, & mustellæ, & morsus alealc, & mugali.

Sermo uniuersalis de curatione morsus. Cap. 2.

DEterior morsus est ille, qui est à ieiuno: siue sit homo, aut nõ homo. Et qui vult curare morsum, oportet ut ponat in primis super morsum pannum infusum in oleo, aut inungat abstergendo cum ipso oleo: deinde si [a] † [ ] consequitur ipsum intentio [b] [&] emplastretur cum eis, quæ sunt sicut mel, & cępe, & fabæ masticatæ, [c] [&] crudæ sicut sunt: illud enim est mirabile in hac re. Et iterum vinum coctum, & [d] [lithargyrium.] Et emplastratio cum [e] [oleo] orobi est mirabilis. Et si videtur in eo corruptio, mũdificetur prius cum suctione[f] [uentosarum] aut medicamine [g] [acuto,] & dimittatur, donec faciat pus. Et consideretur: & tunc si videtur in suppuratione eius putrefactio, tunc scitur quòd mundificatio, & attractio læsionis non fuit vltima: quare curetur cum attractiuis fortibus, quæ diximus in cap. morsus serpentum. Et si non fuerit in [h] [morsu corruptio, prohibeatur apostematio, &] consolidetur vulnus. Et de melioribus vnguentis ad morsum, & infixiones vnguium auium, & spinarum, & similium, est vnguentum nigrum administratum post extractionē malitię, si ea indigetur, & post ablutionem cum aqua, & sale.

a † B. non.
b —— B.
c —— B.
d B. merdasengi.
e B. farina.
f B. aut cum uētosis.
g B. attrahente
h B. mundificetur corruptio cum apostemate.

10

Morsus hominis, in homine. Cap. 3.

POnantur sub morsum, quum accidit ut sit vehemens, cępe, & sal, & mel die, & nocte: deinde curetur cum vnguento nigro facto ex adipe, & cera, & oleo, & albezard: est enim melius emplastrum ad illud, quod morsum est. Et similiter cinis confectus cum aceto & melle. [a] † [ ] Et iterum minutum thus cum uino, & oleo. Et iterum ossa vitulorum adusta vsque quo albificentur confecta cum melle. Et iterum sal tritum cum melle. Aut myrrha, & gummi albotin vulnere iam repleto anetho sicco, adusto; & liniatur cum eo, & ligetur. Et liniatur super ipsum iterum cinis caulium. Et quandoque accidit ex morsu hominis, & propriè ieiuni [b] [accipientis medullas granorum præparatas] ad corruptionem, et proprie lentes [c] [corruptio.] quare oportet, ut inungatur morsus cum oleo, abstergendo: et emplastretur ex radice fœniculi cum melle, aut farina fabarum cum aqua, & aceto: et permutetur emplastrum omni vice.

20

30

a † B. c[...]
b B. comed[...] grana præp[...]ta.
c B. [...] mala.

Morsus canis domestici, non rabiosi: morsus similiter adib, & similium. Cap. 4.

SIt singularis curatio illius ex eis, quæ diximus in cap. uniuersali, et in curatione morsus hominis: et fortasse sufficit ut aspergatur locus statim aceto: et conquassetur manu multoties: deinde ponatur super ipsum nitrum cum aceto, et renouetur super ipsum omnibus tribus diebus. et propriè quum timetur malitia rabiei. Et quandoque sufficit ut curetur cum cępe et sale, et ruta, et fabis, et amygdalis amaris cum melle, aut arnoglossa cum sale, et folijs cucumeris, et citruli, et calamentho con trito cum vino. Et iterum epithema super ipsum lithargyrio: et proprie quum est illic inflammatio vehemens, cum farina orobi cum melle: Et ex illis, quæ conferunt ei, est origanum campestre cum sale, et melle. Et almuri [a] [resolutum cum aceto liquido] dimissum diebus aliquot: et hoc quidem confert omnibus primis.

40

50

a B. p[...] cum aceto[...] acetum [...] dissoluatur [...] rit sal.

a [*Morsus*] *canis rabiosi, & adib rabiosi, &* [b] [*mustellæ rabiosæ: & bliorum de illis, quæ dicuntur.*] Cap. 5.

60

ACcidit cani rabies, quæ est conuersio suæ complexionis ad [c] [malitiã malam,] malignam, uenenosam. Et accidit ei hæc conuersio, aut ex aere, aut ex cibis et potibus. ex aere uerò quoniam calor uehemens adurit humores eius: quare fit rabiosus in autumnõ: aut congelat frigus uehemens sanguinem eius, faciens ipsum

a B. Q[...] seu cani[...]
b B. [...] biosi & [...] animali[...] biolorum.
c B. m[...] ne [...]

ipsum declinem ad d [nigredinem;] quare fit rabiosus in vere. Ex cibis verò,& potionibus, quoniam lambit e [in sanguine interfectorũ,] & comedit ex cadaueribus, & bibit ex aquis putridis,quare f [impletur melancholia putrida.] quamobrem accidit iterum creaturæ eius, ut varietur: & accidit complexioni. Et quandoque apostematur corpus eius,& cõuertitur color eius ad cinereitatem,& additur perseuerãtia in causis corruptionis eius: ipse namque famem patitur,& non comedit, g † [ ] & non bibit aquam:& quando obuiat aquæ,timet ex ea,& abhorret eam,& quandoque horripilatur ex ea, & tremit, & h [multiplicatur horripilatio,&]est in cute faciei suæ,imò quãdoque moritur ex ea timendo,& propriè in fine rei suæ.Et accidit ei multitudo tenebrositatis oculorum,& est semper solitarius, ignarus, non cognoscens dominum suum, & uidebis eum rubeum oculos, vehementis aspectus, & horribilis:& extrahit linguam, & currit saliua spumosa, & fluit i [nasus] capite eius iam dimisso, & auribus eius mollificatis: quare mouet eas ambas:& iam k [curuatum est dorsum, & inclinatur dorsum eius ad latus. quare fit iã tortus ad latus,& ad superiora,& ad latus. Et si firmatur cauda eius,]ambulat timidus,decliuis quasi sit ebrius, tristis, angustiosus, & præceps fit in omni passu. Et quum apparet ei forma, currit contra illam, inuadendo ipsam, siue sit paries,aut arbor,aut animal: & l [parum parificatur] inuasio ipsius cum eius latratu ad illud quod inuadit, secundum consuetudinem canum;imò est tacitus, squalidus,& quando latrat m [ ] videbis canes fugere à via eius,& fugiunt ab eo ipso longinquo.Quòd si fiat præsens alicui eorum,repentè blanditur ei, & obediens fit inter manus eius,& conatur fugere ab eo.Et n [adib] deterior est eo.& similiter o [qui de lupis]est in quantitate eius,ea quæ diximus.

De narratione eorum,quæ fiunt rabiosa, præter ea quæ diximus. *Cap.* 6.

DIcitur,quòd vulpes fit rabiosa, & mustella fit rabiosa.Et dixerunt quidam, quòd quidam mulli rabiosi facti sunt, & momorderunt dominos suos, & incurrerunt maniam, quæ accidit ex reliquis rabiebus.

Dispositiones eius,quem mordet canis rabiosus. *Cap.* 7.

QVum canis rabiosus mordet homines, non videtur nisi vulnus habens dolorẽ, sicut reliqua vulnera: deinde apparent super ipsos post dies aliquot,aliquid de cogitationibus corruptis, & somnus corruptus, & dispositio quasi ira,& murmuratio, & commistio rationis, & responsio absque eo quod quæritur ab eo,& uides spasmari extrema eius, contrahendo ea ad se,& refugit lumen , & saltus velaminis,& singultus,& sitis,& siccitas oris, & fugit ex a [pressura, & amat accensionem luminis:] & quandoque abhorret lumen,& rubent membra eius,& propriè facies eorum,& raucescunt uoces ipsorum, & plorant b [in timore aquæ & humiditatum.] & quoties approximat eis aqua,imaginantur canem,quare timent ex eo: & quandoque non terrentur; imò nauseant eam, & quandoque diligunt volutari in terra. Et quandoque accidit eis proiectio spermatis sine desiderio,& perducit proculdubio ad spasmum,& cuzez: & quandoque peruenit ad sudorẽ frigidum, & syncopim, & mortem: & quandoque moritur ante has dispositiones sitiendo:et quandoque desiderat aquam, deinde proclamat ex ea,quum obuiat ei: & quãdoque sorbet ex ea,quare strangulatur per eam,et moritur: et quandoque latrat sicut canis, & quasi sit cum eo raucedo:& quandoque abscinditur uox eius, & fit sicut apoplecticus, non ualens tolerare ut clamet. Et quandoque mingit c [pinguedinem,in qua sunt] res carnosæ mirabiles,quasi sint animalia, & quasi canes parui. In pluribus uerò dispositionibus est urina eius subtilis, et quandoque mingit nigrum, et aliquando retinetur vrina eius, quare penitus mingere non valet: et uenter eius secundum plurimum est siccus.Et de mirabilibus dispositionibus eius est, quòd ipse est prõptus ad mordendum hominem. Quòd si momorderit hominem post commotionem suam, accidit illi homini illud quod accidit ei,et similiter d † [

ex superfluitate cibi eius fit illud.] Et non territus est aliquis eorum ex aqua,qui euasit per curationem,aut absque ea, proprie quum vidit faciem suam in speculo, et non cognouit seipsum:aut cui in eo imaginatus est canis,nisi duo viri:ipsi namque, secundum quòd existimant primi, vixerunt in huiusmodi dispositione. Et ipse quidem canis non momordit eos ambos: imò non momordit eos ambos,nisi homo quem canis rabiosus momorderat. Ante verò terrorem ex aqua, cura eius est propinqua. Et quandoque interficit inter hebdomadam, et similia vsque ad sex mẽses.Et spatium temperatum est.xl.dies. Et dixerunt quidam,et non creditum est. quandoque terretur post septem annos. Dixerunt quidam, et est sicut Rufus,non terrentur ex aqua, et diligunt volutari in terra,nisi quoniam complexiones eorum e [iam dilexerunt siccitatem;] quare abhorrent contrarium complexionis, et diligunt conueniens. Ad hunc sermonem nõ est declinatio. f [Declinatio enim ad illud,quod conuenit complexioni propinquę,est ex eis ad quæ non currit.] Et sanioris dispositionis quẽ momordit hic canis,est ille,ex cuius morsu plurimum g [ ]currit. Et propter illud quando mingit post potum medicinarũ theriacalium sanguinem, securatur ex timore aquæ. h [scias ergo.]

Differentia inter morsum canis rabiosi,& non rabiosi. *Cap.* 8.

QVandoque mordet homines canis,et nõ aduenit affirmatio formæ eius,et verificatio dispositionum eius,et indiget curatione eius.

d B. melancholicitatem.

e B.& comedit ex sanguine animalium decollatorum iã corrupto.

f B.declinãt humores eius ad melancholiam putridam.

g † B.Alia lr̃a. & sitit.

h B plurimum tremoris.

i B.ex naso res nocens spissa.

k B.Alia litera fit cauda eius habens pilos eleuatos & spar sos.

l B.raro fit propinqua.

m † B.uides latratum eius raucum.&

n Baldib.

o B.quod de animalibus rapacibus & de abe uaui.

a B.multitudine gentium & diligit solitudinem,& esse solitarius.

b B. & in fine incipiunt timere ex aqua & ex humiditatibus. Alia litera raucescunt voces ipsorum deinde cadunt in timorem aquæ & humiditatũ.

c B.rem in qua apparent.

d † B quod superfluit ex aqua, aut potu quem ipse bibit & qđ superfluit ex cibo quem ipse comedit operantur illud in eo qđi ex ambobus a[illegible]pserit uel comederit.

e B.confirmatæ sunt in siccitate.

f B quoniã declinatio complexionis extra neq; ad id quod ei est cõ ueniens seu cõsimile est ex eis,quæ non habent radicem se[illegible] ueritatem.

g B. sanguinis.

h —— B.

eius. Et curatio quidem eius inquantum est vulnus, est consolidatio: & inquantum est morsus canis rabiosi, est saniositas, & apertio. Nam si consolidatur, est in ea perditio: quare indiget illud signo, ex quo eius dispositio cognoscatur. Et ex eis, quæ dixerunt in hoc, est ut sumatur nux regalis aut alia: & ponatur super vulnus: & dimittatur super ipsum una hora. deinde sumatur, & proijciatur gallinæ; tunc si renuit eã, canis est rabiosus: & si comedit eam, & moritur, tunc canis iterum est rabiosus; sumatur frustum panis & liniatur cum eo, quod currit ex illo vulnere, siue fuerit sanguis, siue non sanguis: & proijciatur canibus. Et si renuũt ipsum, tunc morsus est morsus canis rabiosi. Et dixerunt, quòd de signis eius est, quia quando funditur super ipsum aqua frigida, calefit corpus eius successione eius: & dico, quòd hoc signũ est non proprium.

De cura. Cap. 9.

OPortet in principio rei, ut non dimittas vulnus consolidari; imò dilata, & aperi, si non fuerit amplum: & fac cum eo de suctione, & positione ventosarum quod dictum est tibi in cap: morsus serpentum. Et minus, in quo nõ oportet consolidari vulnus, est spatium xl. dierum. Et si traxeris in principio, deinde non cõsolidaueris; facies operationem iuuatiuam valde. Et si error iam ceciderit, & consolidatum est; tunc oportet ut a [conuertatur,] & ad vltimum perueniatur in eo. Et oportet ut ponas super ipsum de aperitiuis, quum b [consecutus fueris ipsum] in primis diebus: sicut sunt opopanacum, & nux, & allia & emplastrum de pice, & opopanaco, & aceto, & sumatur aceti Xist. j & oportet ut sit acutum, & picis lib. j. & opopanaci. unc. iij. infundatur opopanacum in aceto, donec resoluatur, deinde misceantur omnia. Et fortasse sufficiunt allia, & cepe. & eruca iterum, & sicla, & altit composita, & simplicia. Et cum sicla iterum quãdo ponitur enula. Et fortasse necessarium erit tibi vt utaris medicinis corrosiuis, sicut alcalcadicon: deinde consequenter adhibeatur butyrum. Et ex dilatantibus quidem est, ut sumantur salis partes. iij. salis ammoniaci partes ij. calcadis partes viij. squillæ assatæ partes xvj. rutæ partes iiij. coralli partes x. æris adusti partes iiij: floris æris partes iij. seminis prassii partes ij. ponatur super ipsum cribellatus cum orali. et necessarium est in principio facere, ut ipse sudet ex eis, quibus possibile est ex ambulatione, & balneatione. et nõ oportet, ut properes in diebus primis ad euacuantia: sed occupare in trahendo ad exteriora: nam euacuatio quandoque adiuuat ad hoc vt venenum penetret ad profundum, & prohibet attractionem eius ad exteriora. et quoniam ipsa trahit humores ad interiora, tunc trahit cum eis venenum. Quum ergo trahis quod tibi possibile est post duos dies, aut tres: tunc occupare in euacuando, quod iam forsitan c [penetrauit. Et si facta non fuerit attractio, & acciderit negligentia, tunc euacuatio in ea hora erit magis] necessaria: & melius est ut sit fortior. Et si uideris repletionem d [augumẽtatam,] phlebotoma. & si non, tunc non. et quum phlebotomas, tunc non dimittas eum intueri sanguinem suum, & propriè in fine rei. Catharcticũ verò sit illud, quod educit melancholiam, ita ut sit elleborus, & pilulæ de elleboro, & similia de illis, quæ necessaria sunt: & hiera Rufi est mirabilis eis. Et ex illis, quibus oportet soluere eos, est cucumer asininus. Confectio catharctici ad eos. Recipe myrobalanorum Kebulorum aure. ij. e [opii] aure. i. & s. sal. Indi aureũ. s. polypodii, lapidis armeni, amborum ana aure. i. agarici aure. i. s. ellebori nigri aure. ii. fitque dosis ex omnibus in pilulis confectis aure. ii. Quum ergo ipsum soluerint catharctica fortia, tunc necessarium est iterum administrare in omni die, aut duobus diebus clystere non lædens anum, sicut oleum, & aquam siclæ, aut solutiuum sicut f [asphodili] cum epithymo. & oportet ut sit cibus eius post catharcticum ille, qui fit ex duragi, & pullis impugnatis. et administrentur post illud diuretica subtiliantia, & vinum dulce, & propriè vetus, cum dulcedine; & vinum coctum iterum, et lac, et uinum est vehementis iuuamenti ad eos. et magis necessariæ res sunt æquatio cibi eius, & humectatio: est enim necessarium rei eius. et illa sunt sicut iura auium g [stypticarum, et panis adarmache] in aqua frigida. et confert eis ex aquis, aqua, in qua extinguitur ferrum multoties. Verum cæpe, & allia sunt ex cibis, qui resistunt uenenis, et abscindunt ea, et repellunt ipsa a corpore, ubi non excusatur eorum usus, quamuis ipsa sint medicinæ, et ut tu properes, et des eis in potu theriacam magnam, et medicamen de cancris, proprium est. et dicitur quòd theriaca diatesseron est vehementer conferens eis: et similiter theriaca h [alanefea] quam dicemus; et ciba eos cancris fluuialibus. et iam expertum est, ut sumatur de pulpa cancri fluuialis adusta super lignum vitis albæ cum æqualitate, secundũ quantitatem, qua teratur, et i [carbone gentianæ] super illud idem lignum, et cum illa quantitate: et detur ex eo in potu cum vino puro: et sit dosis eius cochlearia quatuor in illo uino: et oportet ut ambo sint trita, sicut alcohol. et huius iterum est descriptio altera. Sumatur k [carbonis] cancrorum fluuialium captorum dum sol est in signo leonis, assatorum in furno, aut in uase æneo, res æqualis; et iam l [positæ sint in eo ex ipsis] partes. v. et gentianæ partes. v. et m [pyrorum] pars i. terantur, et misceantur cum eis: et sit dosis in diebus primis cochlearium unum in aqua: et dẽtur in potu post dies præteritos duo cochlearia: et similiter adde in eo usque ad quatuor cochlearia. et ex medicinis narratis, et quæ est vltima ad eos, est medicamen de cantharidibus, et dicã ipsum in proximo. et medicamen de cancris nõ detur in potu in primis, nisi ei cum quo est euentus timoris aquæ. et quandoque ponitur in descriptione eius de gentiana quantum est medietas cancrorum n [marinorum.] Si autem o [consequeris eum] post duos dies, aut tres, oportet tunc vt sit quod in potu das de medicamine duorũ cinerum, duplum eius, quod in potu dares, si p [eum consecutus fuisses] in principio. et similiter est dispositio medicinarum aliarum quas dicemus.

a B. apertio uel scissio fiat.
b B occurris ei.
c B. Alia litera potes uel quod forsitan existimas. s. dẽre modo ueri quamuis non acciderit, & non expulsio facta fuerit tũc enim euacuatio est.
d B. sanguineã.
e B. epith...
f B. aqua ...
g B. bonarum uel auium ... guium ... rum in ... & panis ... ri.
h B. ...
i B. carbo... gentianæ ...
k B. Alii ... cineris.
l B. fuerit ... ti in eo ... mortui. m B. ...
n B. ... Alia litera adu... o B. occurr...
p B. ... eum.

dicemus.Et;si fuerit post septem dies,tunc sint plura duplicia.Et tunc scalpella [q] [scalpellationem laboriosam,] & suge suctione vehementi. Et si [r] [consecutus fueris eum post dies plures illis ei superuenientes,]tunc in [s] [dilatatione] vulneris nõ erit vtilitas: & neque superfluè laboretur in ea,quoniã lædetur æger sine plurima vtilitate : imò stude in hoc,ut non remaneat apertum:nam dilatatio [t] [iam præterijt in diebus tribus primis ,] & qui appropinquant eis:quoniam venenum iam sparsum est.Sis ergo contentus tunc vt remaneat vulnus apertũ, & adiunge ei reliquum regimen dando in potu theriacam eius,& administrando euacuationem eius . Et [u] [similatur] quòd venenum sit sparsum vsque ad quatuor dies, si fuerit forte: & in minore spatio eo iterum.multoties enim interficit in hebdomada vna . Et proculdubio ipsum spargitur velociter,& velocius quàm diximus.Et non est aliquod de attrahentibus, sicut cauterium:ita quòd quando est spatium lõgius illo,& timetur casus in [x] [errore,] properatur ad cauterium magnum post spatium,nõ est longinquum quin conferat: nõ est ergo attractio cauterij,& corruptio ipsius in substantia veneni,sicut est attractio aliorum, & corruptio ipsorum . Quòd si aliquid ab hoc prohibuerit, administra medicinas , quæ stant loco cauterij,sicut emplastrum de sale:& medicinæ rubificantes,sicut emplastrum de synapi , & similia. Et non intromittas eum in huiusmodi hora in balneum omnino . Nam si balneaueris eum,interficies ipsum Et dicitur,quòd sedere in tina,est ex eis quæ conferunt:& existimo quòd illud est in primis . Et frigus est ex eis , à quibus oportet ipsum cauere. Et fortasse est tibi necessariũ in hac hora,& post ipsam,ut phlebotomes eum secundo: ergo phlebotoma ipsum:& non permittas eum iterum intueri sanguinem suum. Quòd si videris eum iam tendere ad sanationem , paulatim tunc fac eum uti exercitio temperato.Et balnea eum cum æqualitate:& funde super ipsum aquæ tepidæ plurimum:& frica eum,& inunge eum oleo temperato . Et quando peruenit esse suum ad timorem aquæ,tunc tu non paueas iterum,dum nõ fit talis , vt non cognoscat faciem suam in speculo.Dixerunt enim. fortasse ipse cognoscit faciem sui ipsius, & fortasse imaginatur post illud,quòd in speculo sit canis,Et da ei in potu illud quod diximus,de aqua in qua extinguitur ferrum cum ingenio, quod dicemus. est enim curatio optima . Et ingenia super ipsum cum omni ingenio in dando ei in potu aquam. Et si necessariũ fuerit tibi stringere ipsum, & vim inferre,tũc emplastta stomachum eius cum infrigidantibus. Et iam quidem expertum est vinum mistum per medium,& contulit iuuamẽ tum mirabile.Et contulit quidem in hac hora medicamen huiusmodi. Recipe coaguli leporis,& luti lacunæ asportati de Alexãdria,& granorum [y] [iuniperi]& gentianæ omnium an. aure. iiij. baccarum lauri , & myrrhæ, amborũ an.aure.viij.conficiatur cum melle:& sit dosis, quantum faba ægyptiaca.Et iterum sigillorum lacunæ,& granorum iuniperi,amborum an.x. coagula vulpis. iiij. coagula leporis v. radicum

q B.ea quę uicina sunt vulneri si occurris in huiusmodi diebus scalpellatione profunda.
r B. occurris ei post dies præteritos plures illis.
s B. apertione.
t B. non est tũc plurimæ uŭlitatis quum iã præterierunt tres dies primi.
u B uerisimile est.
x B.timoris aquæ.
y B. abel.

aristol.rotundæ,baccarum lauri,seminis amomi,seminis rutæ syluestris , omnium ana aure. iij. præparetur eorum massa cum vino dulci: deinde conficiatur cum melle:& sit dosis faba una. Et iterum.terræ sigillatæ aure.viij. granorum aldemest tantumdem,coagula leporis.xvj. coagula gazel.xxxij.radicum gentianæ.iiij.myrrhæ.iiij.aggregentur cum melle,& retineatur: cuius dosis sit ut cicer,cum aqua calida. Et quidam homines dixerunt,qui suspẽdit super corpus suum dentem canis rabiosi,fugit ab eo canis rabiosus,& non intendit ad eum : similiter reliqui canes, & nõ est ex eis,in quo est fiducia. Medicinæ quæ bibuntur, simplices quidẽ sunt lycium,& altit,& absinthium,& polium & terra sigillata cum vino:& [z] [nigella] est mirabilis in hoc capitulo;ita quòd nomen eius in grę co est deriuatum ex intẽtione iuuante ad morsum canis rabiosi.Et myrrha bona est bibita,& emplastrata.Et dixerunt,non est ad illud medicina melior gentiana ; & chamædryos iterum. Et dicunt quidam , quòd oculi cancri , quum bibuntur , sunt magis iuuatiuæ res ad illud . et dixerunt quidam,quòd si in potu detur coagulum [a] [muris]parui in aqũa,sanat.et existimant quidam,quòd sanguis ipsius canis rabiosi , est curatio. Verùm ego non audeo illud. et similiter dixerunt,ciba illum hepate canis, [b] †[ ] propriè illius,qui eum momordit. et dixerunt post timorem aquę,ciba eum hepate prędicto, & ante ipsum;aut cute [c] [adabaci claudicantis] assata.et dixerunt,quum in potu dederis [d] [meu bedhana]& castoreum in hac dispositione , & feceris collyrium ex eo, iuuabitur eo,& remouebitur timor.et de compositis sunt medicamen Gal.& theriaca propinqua ei,quod diximus in preterito. Recipe cancri fluuialis adusti,& gentianę,amborum an.partes v.thuris,calamẽthi an.partes iij.terræ sigillatæ partes ij.sumat in puluere ex ea.ʒ.iij. in ieiunio cum aqua tepida,& tres alias in vesperis:& vtatur illa diebus pluribus ante xl.Al.Recipe cantharidarum magnarum,pinguium,ablatis pedibus,& capitibus, & alis partem j. lentium excorticatarum partem j.& croci,& spicę, & gariophyllorũ, & cinnamomi,& piperis, omnium sextam partis vnius:terantur omnia optime, & proprie cantharides, & conficiantur cum aqua , & informentur trochisci ex eis, quorum vnusquisque contineat tertiã ʒ.j.et detur in potu ex eis omni die trochiscus vnus cum aqua tepida.et si acciderit punctura in vesica , bibat decoctionem lentium excorticatarum, & oleum amygdalinum,aut butyrum crudum,& coctum.et ingrediatur balneum omni die post potum eius , & sedeat donec mingat in tina . et administretur cibus humectatiuus, & alesfidabegi cum pullo impinguato,& bibat vinum,& caueat sibi a frigore . Descriptio abbreuiata medicaminis de cantharidibus.Sumantur cantharides secundũ quòd narrauimus,& infundantur in lacte acetoso die, & nocte , deinde effundatur illud lac acetosum ab eis,& permutetur aliud lac acetosum, & dimittatur in eo die & nocte, & fiat illud tribus vicibus , deinde exsiccentur in vmbra, & terantur cum tantis lentibus excorticatis quantæ sunt ipsæ:& fiant ex eis trochisci,de qui-

z B Alia litera aalusen.
a B. Alia litera canis.
b † B.assato.
c B.aldabha.
d B.almaudan.

quibus sit dosis tertia. drac.j. cū vino,aut aqua tepida.Quum ergo biberit ipsum,fiat ut perueniat ad sudandum cum eo,quodest ei possibile de deambulatione,aut cooperimento. Si autē illud quod bibit, angustiat ipsum, bibat super ipsum sacraiati de butyro cocto,aut oleo,& vtatur tina,& mingat in ea: quum ergo minxerit sanguinē,tunc iam securabitur à timore aquæ. Emplastra, & similia ad attrahendum. Assa est emplastrum bonum.& dicitur quòd emplastratio eius cum hepate canis rabiosi iuuatiua est valde,& testatur de ea cōmunitas. Et allia emplastrata,& bibita:& caro piscium salita est bona iuuatiua. Et de eis quæ trahunt venenū ab eo cum fortitudine,est ut ponatur super morsum urina hominis e [iuuenis,] & propriè cū nitro. Et cinis vitis solus, & acetum, & menta cum sale.Et opopanacum mirabile est valde.Et folia cucumeris hortulani uehementis iuuamenti sunt ad illud & radix fœniculi. Et dixerunt. quandoque confert ei iuuamentum mirabile,vt liniatur locus ex glutino piscium multoties.Et iterum vt emplastretur cum formicis tritis. Et iterum. sumantur floris æris,& salis, amborum partes.iiij. adipis vitulorum partes. xij.fiat ex eis emplastrum. Et iterum uolubilis. drac.iij.† nitri.drac.ij.spumæ maris drac.j.salis drac. iiij. adipis anseris. drac. x.olei de alcanna quantum necesse est.Ingenium in dando aquā in potu. Quidam dixerunt sicut † seligorus, quòd quando timet ex aqua tunc detur in potu ei in vas ex cute f [adabon]& aliorum,aut in vase cooperto cum cute g [adabon]& propriè si fuerit de ligno,aut cute canis rabiosi. Et dixerūt quidam ut ponatur super vas, aut sub eo pannus,qui sit de pannis latrinæ. Et dixerunt alii ab istis,quòd aliquid de hoc nō excusat. Et quidam ingeniosè faciunt canalem longum,& mittunt in guttur eius à longe,& fundūt aquā in ipsum tectum ex eo quod cooperiat aquam scilicet ponitur eius extremitas in guttur, & funditur aqua in ipsum, aut fistulam propriè ex argento.Et ex eo quod bonum est in dando aquam in potu,est ut fiat iterum lignum concauum ex congelato melle,aut ex cera,& ponatur in eo aqua. & præcipiatur deglutire ipsum.

e B. antiquata seu iam diu mista.

†baurach.

†philagrius.
f B. aldabha.
g B. aldabha.

De morsu a [leopardi ex genere] leonis,& vulnere unguium eorum. *Cap.* 10.

a B. alnemer & alfhed &.

ISti rapaces,& qui similantur eis, non sunt sicut canes salui,& homines:imò dentes eorum,& vngues ipsorum non sunt vacui à natura venenosa: quapropter oportet, ut curentur in primis cum attractione: deinde cum consolidatione.Et ī eius attractione sufficit res parua.

De morsu crocodili. *Cap.* 11.

ILle, quem mordet crocodilus,regatur regimine prædicto in cap.morsus canis non rabiosi cum attractione veneni, ex quo non euacuatur morsus eius,quamuis sit saluus.Et illud fiat cum illis, quæ sunt sicut nitrum,& mel. et quando a [disiungitur scissura eius,liniatur vulnus cum] adipe ceruí,& adipe anseris,& melle:deinde consolidetur. et adeps eius est magis iuuatiuus rerum ad morsum eius.Dixerūt quidam, quòd sanatio vulneris eius, quod fit quū crocodilus corrodit partē corporis alicuius, est adeps crocodili.

a B. existimat mundificatio eius impleatur vulnus butyro &.

De morsu simij. *Cap.* 12.

IN illo iterum,quē mordet simius,fiat quòd attrahat venenum eius, si fuerit in morsu eius. et illud fit cum eis,quæ sunt sicut emplastratio cum cinere & aceto a †[ ]& melle:aut amygdalis amaris,& ficubus, & propriè immaturis:& lithargyrium cum sale:& radix fœniculi: & sedat apostema eius lithargyrium liquefactum in aqua: & b [cooperiat ipsum]cum nigella & melle & eruo & melle.

De morsu catti. *Cap.* 13.

QVandoque accidit ex morsu catti dolor vehemens, & viriditas in toto corpore. et curatio ipsorum est cura communis. et iuuatur cum emplastro cępe, & emplastratione calamenthi campestris, & per comestionem amborum iterum: & cum emplastro facto ex nigella,& sisamo cum aqua.

De morsu mustellæ. *Cap.* 14.

DIxerunt quòd morsus eius est velocis doloris:& est color eius decliuis ad obfuscationem.et cura eius proxima est cura,quam diximus ex emplastratione cum cæpis,& alliis,& comestione amborum cum vino puro super ambo. et conferunt ad illud ficus immaturæ cum farina orobi.ei in lib.quidem theriacæ dicitur,quòd si emplastratur cum ea morsus super morsum eius,& super morsum canis rabiosi,est bona iuuatiua,sanans statim.

De morsu mugali & est alcale. *Cap.* 15.

DIxerūt quidam,hoc animal minus est mustella in quantitate eius. et color eius est decliuis ad cinereitatem cum subtilitate, & tenuitate: & longitudo oris est ad vltimum, & a [labium eius]in vltimo:dixerunt & hoc,quum videt animal salit ad ipsum, & suspenditur cū testiculis eius.et dixerunt quidam est in forma muris,& in colore eius,uerùm b [muscida]eius est acuta.& oculi sui sunt parui, & dentes eius habēt tres ordines,quorum alii super alios torti sunt retorsione parua ad superiora.et dixerunt quidam accidunt ex morsu eius dolores vehementes,& punctura in corpore,& apparitio ruboris in locis secundum dētes eius,& accidunt in circuitu morsus vesicæ plenæ humiditate sanguinea,c [super bases fuscas,& quod ipsę continent,] fuscum:& quum d [finduntur ab eo quod est sub eis,] egreditur caro alba in colore nerui,habens tunicas:& quādoque corroditur,& cadit:imò currit in primis pus virulentum,deinde e putrefit] & corroditur,& capū dit caro eius.et quandoque peruenit res ad punctūram in intestinis,& difficultatem vrinæ, & sudorem frigidum corruptum.Cura.Dixerūt, opor-

f B. Alia litera falsa calida, & fiat illa operatio quę percipitur in curatione eius, aut ponatur super ipsum.

oportet ut ponatur super locum galbanum singulare, & cum aceto: & embrochetur cum aqua [f] † [&] farina hordei, syrupo acetoso: & findatur animal ipsum, & ponatur super ipsum pyrethrū, aut maluę, aut allia contrita, aut synapis: totum illud, si non fuerit apostema. cum apostemate verò, cortices granati dulcis decocti, & emplastretur cum eis. Illud verò quod in potu datur ei, est schea armenum bullitum cum vino, aut eruca, aut sisimbrium, aut nux cupressi cum vino aut pyrethrum, & semen erucæ & cartamū. Et ex eis, quę sunt iuuatiua, fortia, est buchormarien cum syrupo acetoso: aut opoponacum: aut radix gentianæ: aut coagulum agni: & coagulum hœdi: & sunt ambo bona valde. Et confert ei lac cum syrupo acetoso iuuamentum vltimum. Et dixerunt quidam sapientes. res magis conferens ei est succus foliorum lauri, & folia lauri humida cum vino decocto, aut erucæ: aut decoctio abrotani: aut decoctio lubleb cum uino, aut storax iterum bona est ei, quum datur in potu cum vino. Et similiter quum comedūtur res prædictæ cum dispositione sua. Quum ergo cadit caro corrupta, curetur vulnus attractione sua.

TRACTATVS QVINTVS.

De punctura paruorum venenosorum, & morsu eorum Cap. 1.

DICAM in hoc tractatu puncturam scorpionum, & rutelæ, & uesparum, & araneæ, & eorum, quę currunt cursu illorum: & incipiam ab habentibus aculeos de eis.

De speciebus scorpionis syluestris. Cap. 2.

DIxerunt quidam, quòd scorpio fœmina maior est masculo: masculus enim extenuatus est, minutus: & fęmina pinguis, magna; & aculeus fœminæ est subtilis: & masculi aculeus est grossus. Et accidit, vt quibusdam scorpionibus sint duo aculei secundum quòd existimant quidam; quoniam dimittunt duo foramina apud puncturam suam: & infrigidatur punctura, & calefit reliquum corpus, & infrigidatur sudor iterum. Scorpio autem cum alis est magnus: & prohibet multoties eum uentus, quum volat, ab hoc ut cadat, quare vadit cum eo de regione in regionem. Et in dispositionibus quidem caudæ scorpionum diuersificatio est: de eis enim sunt qui habent sex spondyles, quorum malitia fit fortis in tempore ortus [a] [alsehara,] & interficit morsus eius. & de eis sunt qui habent pauciores. Et existimauerūt quidam, quòd scorpiones sunt nouem colorum, albi, citrini, rubei, & cineritij: [b] [ferrandi:] & virides: & de eis sunt aurei, habentes nigras caudas, & extremitates caudarum: & de eis sunt vinosi coloris, de quorum percussione sentitur punctura acus, & dolor nociuus; & de eis sunt fumosi, & accidunt ex morsu eorum [c] [risus,] & permistio rationis.

a B. caniculæ.

b B. & cusi.

c B. Alia litera sonitus uel strepitus in loco morsuræ.

Quod accidit de punctura eorum. Cap. 3.

ACcidit puncturæ eius ut apostemetur ab hora sua apostemate duro, rubeo; & dolor protensus. & quandoque inflammatur, & quandoque infrigidatur, & imaginatur apud eum, quòd corpus eius [a] [comprimatur cum pilis sal.] Et accidunt dolores subito, & punctura, sicut punctura acus; et sequuntur illud sudor, & tremor labij, & frigus eius, & expulsio vomitu rei viscosæ, quæ congelatur super ipsum; & horripilatio, & [b] [ruptura] pilorum, & tremor & frigus extremitatum, propriè earū, quæ sequuntur vulnus; & mollificatio totius corporis, & eminentia amborum inguinum, & tensio virgæ; & accidit inflatio in ventre, & fortasse excitatur super morsum [c] [bumbus,] & propriè si fuerit morsus in inferiore; & accidunt apostemata ascellarum, & eructuatio plurima, & proprie si fuerit percussio superius, et alteratur color. Si autem scorpio fuerit uehementis malitiæ, erunt accidentia mala ualde, superfluunt dispositiones prædictæ, et punctura sicut cauterium in adurendo; et corpus totum rigorem patitur cum frigore; et eleuatur super labium humiditas viscosa, quæ congelatur super ipsum, et currit ex oculo similiter humiditas; deinde coagulatur lippa in angulis; et cadit alteratio formæ, et egreditur anus, et apostematur priapus, et ingrossatur lingua, et strident dentes, et spasmantur membra posteriora, et quandoq; componuntur quidam dentes super alios, et non aperiuntur, et est significatio mala. Inquit Galen. si sua percusione inuenerit arterias, accidet syncopis, aut inuenerit neruos, accidet spasmus; aut inuenerit uenas, accidet putrefactio. Cura. Curetur per canones communes, et per uaporationem cum eis quæ sunt sicut sal, et milium, et similia. Et primum, quod facis, est suctio cum conditionibus suis. et reliqua quæ dicta sunt in attractione, et administretur super ipsum medicinæ acutæ, subtiles, uelocis inflammationis, sicut sunt assa, et allium, et pyrethrum. Verùm [d] [stercus] est de melioribus medicinis ei. Et similiter est auellana Inda, et omnis auellana; et herba cuius folia sunt quasi folia sampsuci, expansa super terram secundum rotunditatem, cuius diameter est vnius palmi, et in sapore eius est viscositas, cuius gustus est sicut gustus alnabac recentis, et bibitur cum aqua, et sedat dolorem statim. et dixerunt iterum herbas et arbores cum nominibus suis, quas ego non noui. et iterum arbor, cuius crus eleuatur super terram quantitate vnius digiti, deinde nascuntur virgæ æquales, quæ eleuantur quantitate unius cubiti, et apparet super eas res, sicut [e] [bala] cuius sapor est sapor [f] [bala. i. saccus palmę in quo dactyli nascuntur,] cuius potus sedat dolorem statim. et napi [g] [barbari sunt vltimi] in hoc. et cæpa squillæ est mirabilis quando comeditur; et conferunt ei theriaca magna, et mytrida tum, et theriaca Esdræ, et theriaca diatesseron, et sagzenea, et medicamen de assa. et assa est medicamen bonum ei, et vitis alba, et alharmel est ex eis quæ experta sunt nunc. et cartamum

a B. percutiatur cum frustis rotundis ex niue constructis. Alia litera sup corpus eius proijciantur frusta niuis rotunda.

b B. Alia litera contractio.

c B. seu in homine qui est morsus exitus uentositatis per inferiora cum sonitu.

d B. alhara.

e B. Alia litera nix.

f B. balha. i. florum dactylorū.

g B. abe barbarię sunt vltimæ.

tamum campeſtre ſecundũ quòd teſtatur Gal. ſi retinuerit ipſum, ſedat dolorem,et eſt de ſpeciebus[h] [carduorum pungitiuorum . et dixerunt quidam. ſi in potu detur de napello quantum eſt granum ſiſami , ſedat dolorem eius ſubito,et non interficit,quoniam interficiens eſt uſque ad mediam. ;. et de medicinis bonis ei ſunt allia bibito uino ſuper ea poſt horam, et propriè quando ſunt cum æquali quãtitate nucum,et comeditur de ambobus circiter. j. unc, et oportet poſt acceptionem alliorum , et uini uti [i] [preparetur] in loco uehementis ęſtus. et ſi ingenietur, ut eius preparatio ſit ſuper uaporem aquę calidę, erit iuuatiuum . et intentio quidem in hoc eſt ut ſudet; et intentio in hoc ut ſudet,eſt mouere materias ad exteriora;et ſudare in balneo eſt vehementis iuuamenti ei . Et quum[k] [mouetur,]bibat vinum purum . Theriaca bona. Ariſtol.longa, gentiana, baccæ lauri,cortex radicum eapparis, radices coloquinthidæ . abſinthium nabathi, venæ citrinæ,vitis alba,aggregentur cum melle. Alia bona , ſeminis rutæ campeſtris,cymini æthiopici , ſeminis andacochę omnium an.[l] [alſulef,]aceti quantum ſufficit ad conficiendum , gummi quantum conglutinet acetum , & aggreget medicinas:& ſit doſis eius aure.j.& non addatur ſuper illud,quoniam in eo eſt timor : imò ſi neceſſarium eſt poſt horam aliam addere,detur in potu medius aureus alius.Theriaca alia . Recipe alliorum,& nucis amborum an.partem unam, foliorum rutæ ſiccæ, & altit , & myrrhæ omnium an.partem mediam conficiantur cum[m] [lacte,] & ſit doſis eius.drac.iij. cum vino.Theriaca bona ei . Caſtorei , piperis albi, myrrhæ, opij omnium an.partes , & ſint æquales: informentur ex eis trochiſci,]cuius doſis ſit tres oboli cum quatuor.vnc.vini:& cõfert iterum morſui rutelę.Et iterum opopanacum,myrrha,galbanum,caſtoreum, & piper album conficiatur cum ſtorace,& melle cum æqualitate.Et medicamen exercituale, cuius confectio hæc eſt, radicis coloquin. radicis capparis, abſinthij, ariſtol.longæ,taraxacon omnium an. partes æquales ; cuius doſis ſit pueris tertia. drac. j. & magnis.[n] † [ ]eſt enim mirabilis, ultima, cui nõ eſt par. Reliqua quæ bibuntur. Et ex medicinis bonis eſt altit,& iterum vitis alba, & iterum cordumeni pondus. drac.ij.cum vino :& cyperi , & grana myrthi, & albedarungi,& ſemen acetoſæ campeſtris,& altaraxacon,& endiuia, & ſerapinum bibitum , & linitum,& calamenthum campeſtre,& cancri fluuialis,ſi bibatur cum lacte aſinino . Et Arabes quidam dant in potu morſo pondus.drac.j. de radicibus coloquinthidæ,& confert ei iuuamentum uiſibiliter . Et quidam experti ſunt ſalem[o] [maſſæ, quando ex eo ſicco] ſumitur quantum planta manus capit. Et exiſtimauerunt quidam quòd aluinem uiridis,quando conficitur cum butyro cocto vaccino poſt contritionem, & cribellationem,& ſumitur ex eo propè duos aureos, eſt maximi iuuamenti.Et ei qui comedit raphanum,& albedarungi,non nocet ſcorpio. Et locuſta quę non habet alas,magni corporis , quæ nominatur[p] [hercules]quum exſiccatur, & bibitur cum vino:confert.Inquit Fidelis,quòd ſi in potu dentur morſis ab eo opium , & ſemen hyuſquiami albi æquali menſura confecta cũ melle conferunt. Et exiſtimauerunt quidam quòd encauſtrum Indum iuuatiuum eſt bibitum,ſicut confert linitum. Et agaricum eſt mirabilis iuuamenti : & fructus aſphodili, & flos eius,& baccæ lauri propriè,& ſemen alandacocha,& folia raphani,& [q][Kemech bauciarum,] & iterum ariſtol.nigellæ,radicis opopanaci,ſeminis harmel , partes æquales; cuius doſis ſint aurei duo cum vino.Et iterum pyrethri,ariſto. bauciæ an.pars j. piperis pars.s. maruch quarta pars unius:cuius doſis ſit ſicut faba . Et iterum ariſtol.longæ,pyrethri , æquales partes , conficiantur cum melle,cuius doſis ſit drac. ij. cum vino.Et iterum myrrhæ,opopanaci,opij partes æquales.vitis albæ partes iiij. fiant ex eis trochiſci.Et iterum corticum radicum ariſtol.longæ, pyrethri , amborum an. pars. i. detur in potu quantitas neceſſaria.Et dixerunt quidam.ſumãtur fæcis uini.drac.vj.& ſulfuris citri. drac.viij. ſeminis rutæ.drac.iij & caſtorei, & ſeminis erucæ,amborum an.drac.ij.aggregentur cum ſanguine teſtudinis marinæ. cuius doſis ſit. drac.j. cum v.unc.vini.Epithemata,& emplaſtra.Scorpio ipſe eſt de emplaſtris bonis ad ſcorpionẽ, & cauda eius.iterum planta quę dicitur[r] [planta] ſcorpionis propter ſimilitudinem quam cum ea habet , quamuis ipſa ſtupefaciat illud quod cum ea emplaſtratur in diſpoſitione ſanitatis,& mortificat ſanguinem in eo , ſecundum quòd exiſtimat quidam Iudæorum . Et mus quum finditur,& ponitur ſuper puncturã ſcorpionis,iuuat[s] [cum continuitate,]& ſimiliter rana.Et nos quidem iam experti ſumus encauſtrum Indum liniendo:& contulit,& ſedauit dolorem. et ſimiliter lac ficuum immaturarum , & caſtoreum . et anacardus ſecundum quòd quidam dicunt, eſt mirabilis in hoc , ſedans dolorem. et alcali eſt bonum.et ſulfur viuum cum gumma pini,aut glutine albotin . et caro piſcis ſalita,& allia decocta,& butyrũ coctum.ponantur calida . et iterum ſemen[t] [raphani,] aut ſemen altheæ , aut ambo cum ſale. Et iterum[u] [hordeum]cum ſucco rutæ,aut decoctione eius . et iterum ſulfur tritici decoctus cum fimo columbino.et albedarungi eſt de epithematibus bonis, ſedans dolorem ſtatim . Et ſimiliter ſunt radices coloquinthidæ , & taraxacon:& endiuia,& amomum cum albedarungi . Epithema bonum eſt ſampſucus ſiccus . et iterum ſal urinę eſt ex medicinis,poſt quas nõ eſt iũuamentum.et ex eis quæ conferunt ei, eſt ut teneat morſum ſuper uaporem[x] † [ ] calidum ſuperuenientem à lapide ignito.et ex embrochis eius , eſt decoctio turfuris.& decoctio urticæ,& decoctio chamæmillę eſt mirabilis:et aqua maris calefacta,et ſuccus andacochę, aut decoctio eius:unaquęque eſt mirabilis : et oleũ in naphtha alba calefacta eſt mirabilis . et oleũ in quo decoctus eſt ſtellio, quum diſtillatur ſuper morſum calidum,eſt mirabilis iuuamenti.

h B. cardorum ſpinoſorum.
i B.cooperiatur cũ ueſtimentis.
k B. egreditur.
l B.partem una
m B. ficubus iã infuſis & lenificatis & cũ melle.
n † B.drac.j.
o B. qui ponit in paſta panis quando ex eo in modum pulueris.
p B. harchuch.

De algerarat. *Cap.* 4.

ISti ſunt ſicut ſcorpiones habẽtes corpus gibboſum,acutas caudas:et eorum uenenũ eſt calidum;

calidum ; & multiplicatur in alcoz,& in ascari honontio,& propriè in mineris alaniuden.& quando mordent,non curatur de eis in hora illa,imò in mane,aut post : deinde accidit angustia,& alteratur color. Et quandoque accidit ictericia,& apostematur lingua,& vlceratur locus puncturæ,& mingit sanguinem:& quandoque retinetur natura,& fortasse conuertitur esse eius ad perditionem, & incipit cum pulsu cordis,& syncopi : & non oportet ut negligatur propter lenitatem a [situs] eius, quoniã est mali veneni. Cura. Post curam communem meliores curationes, sunt cauterizare locum, & potiones b [aqua lactucæ amaræ,]& aquæ altaraxacon,& aquæ hordei,& omnia extinctiua propriè,quum fortis fit c [inflammatio. Et melior curationum eius expertarũ,est sauich malorum cum aqua frigida.Et dixit quidam, radix polij quum bibitur cum aqua, confert. Et enula est medicamen bonũ ei,secundum quòd dicitur.Et theriaca alhascari est bona,cuius descriptio est hæc.Corticum capparis, gentianæ, absinthij romani,aristol.rolundã. d [ ]omnium an.pars j.terantur omnia : & sit dosis eius pondus.drac. ij. Theriaca alia eis. Taraxacon siccæ,& foliorum malorum acetosorum,coriandri, omnium partes æquales:sumatur pulueris eius quantum in uola manus capitur.Et quum accidit ei inflammatio vehemens,sedetur cum aquis fructuum,& succo eorum infrigidatis. Et si acciderit pulsus cordis, confert syrupus de malis alsemius,& sauich de malis, & lac valde acetosum cum trochiscis de camphora.Et si angustia fit fortior, tunc adhibeantur aquæ fructuum cum oleo rosͣ. infrigidato.Quòd si natura retineatur, clysterizetur. Et si mingit sanguinem,phlebotometur,& administretur curatio mictus sanguinis.Et si apostematur lingua, phlebotometur vena,quæ est sub ea,& gargarizet cum aqua endiuiæ,& syrupo acetoso. Et si acciderit in morsu corrosio, curetur cum medicamine acuto,& in partibus eius cum bolo armeno,& aceto linito. Et curetur cura vlcerum malignorum.

a B. doloris.

b B. sunt aqua casii amara.

c B. dolor.

d B. taraxacõ.

Species aranearum,& alsceiben, & rutelarum. Cap. 5.

DE rutelis quidam iam dixerunt illi, qui considerant,& experiuntur has res,quòd sunt sex species:deinde diuersificati sunt interpretando de proprietate omnis speciei earum. Dixerunt enim quidam antiquorum medicorum, quòd prima species earum nominatur albarhasion,rotundę figurę,vuei coloris:& significat per vueum colorem,illũ qui est ad nigredinem decliuis.Et secũda nominatur anchos, & est latioris corporis illa, rotundæ figurę : & in partibus,quæ sunt in a [loco]eius,sunt squãmæ apparentes: super os cuius sunt tria corpora eminentia,procedentia ad exteriora,rara,lenia.Er tertia est murkion, & est in magnitudine b [apis]magnæ, nominatę ageruf, & color eius est ad cinereitatem decliuis,& tegitur corpus eius corporibus eminentibus, paruis, rubeis, & propriè apud dorsum eius. Et quarta est sagluucoslon,quoniam totum corpus eius, & caput eius est durum : & est habens alas, sicut sunt alæ formicæ magnæ. Et quinta est suclion,nam ipsa est longi corporis, subtilis, & super corpus eius sunt puncta,& propriè apud caput eius,& ipsius collum. Et sexta est furbulentis,nam ipsa est longi corporis,uiridis coloris,cui est quasi aculeus sub collo ipsius. Et iste medicus posuit puncturæ omnium specierum rutelarum accidentia una,& addidit alius accidentia propria. Et alius ab his duobus viris dixit:rutela est animal simile araneæ,quæ nominatur alsehed : & est uenatrix muscarum, & quòd species eius sunt plures.Et secundũ quòd dixit Gal.Gal.sunt duodecim species,& earum deterior est ægyptiaca. De eis enim est rubea quasi ipsa sit aranea rotunda c † [ ]

a B. collo.

b B. Alia litera formicæ.

c † B. & de eis est nigra fumosa quę similatur vnæ etiã & de eis est rachæ.

Et de eis est alba habens rotundum uentrem, paruum os, stellata : & ipsa est acuti dorsi cum lineis lucidis. Et de eis est citrina, pilosa:& de eis est vuea approppriata hoc nomine.Et de eis est cuius medium capitis, & pedes sunt breuia, decliuia ad posteriora ; & quum vult pungere proijcit se super pedes suos:& quãdo vult d [bibere]euomit humiditatem paucam,& est subtilior vuea prima.Et de eis est formicalis, similis formicæ,rubeum habens collum, nigrum caput,album dorsum,punctura coloribus diuersis, e † [ ] Et de eis est vespalis rubea similis vespæ:deinde ponit vnicuique earum accidentia. et de eis est f [alkesenati,] quæ nominatur per hoc propter paruitatem suam, & est quasi ipsa sit eruus,rotunda,paruum habens os,& subalbidum uentrem,albos pedes,& multorum pilorum.Aegyptiaca uerò, quæ dicta fuit prius,est maligna,habens ventrem magnum,et caput magnum, simile animali quod uolat in circuitu candelæ.

d B.pungere vel percutere.

e † B. & ex eis est cantaridalis.

f B.horrobalis.

De eo quid accidit ei, quem momordit rutela uniuersaliter,& a [de]distinctione. Cap. 6.

a B. cum.

INquit Gal.non accidit morsui rutelæ quod accidit puncturę scorpionis ; quamobrem non obuiat venæ lędendo,& b [non facit difficultatem egestionis] secundum plurimum.et inquit ille,qui dixit species rutelarum,& nominauit eas nominibus primis,quòd omnes illę, communicant in apostematione loci morsionis:& est locus morsionis in c [primis]horis rubeus,et in plurimis d [eorum est coagulatio sanguinis]viridis,ĩ quo habetur pruritus,et quod sequitur ipsum:& quandoque extenditur usq; ad crus:& addiderunt alij,quòd est illic eminẽtia plurima valde,& inflatio.Et dixit primus,& accidit membris neruosis, & ossibus frigiditas semper.s.eis quę sunt sicut genua, & alchatim, & dorsum, & spatulæ ; & fortasse infrigidatur corpus, e † [ ]& tremit, & horripilatur. Inquit, & sunt illic dolor vehemens, clamosus, & vigilię, & citrinitas coloris : f † [ ] & imaginatur in oculis, quòd ambo sunt humidiores, quàm consueuerunt : & distillant lachrymę guttis frequentibus : & sentitur in inferiore parte uentris, et propriè propè pectinẽ,sicut euacuatio,& inanitio;et incipit na-

b B. inducit uehemens frigus.

c B. Alia litera paucioribus.

d B. est fuscus.

e †B.totum.

f B. Alia litera faciei eius.

tura expellere materiam aquoſam ſuperius, & inferius: & quandoque apparet in illa materia quod eſt ſicut tela araneæ: & accidit inguinibus,& teſticulis inflatio:& iuncturis cōtractio, ſicut ſpaſmus, quorum forſitan dilatatio non æquatur,& accidit dolor oris ſtomachi, & nauſea:& emittit corpus ſudorem frigidum:& fortaſſe capitis incurrit dolorem ſicut eſt dolor capitis patientium birſen. Et addiderūt alij, quòd accidit faciei citrinitas, & corpori grauitas, & vrinæ motus, cui fortaſſe aſſociatur [g] [punctura,]& quandoque egreditur cum ea ſicut aranea:& accidit neruis,& genibus,& pectini tenſio vehemens,& ſimiliter in ſtomacho & [h] [lingua abbreuiatio & retentio,]& fortes fiunt dolores. Inquit Primus proprietas autem ſpeciei ſextæ, & ſecundum quòd narrauerūt eſt quòd accidunt ex ea dolor vehemens in ſtomacho, & rigor vehemens valde, cum tremore plurimo ualde:hoc dixit. Diſtinctio verò quam dixerunt Gal.& alij, eſt quòd ipſi dixerunt:ex morſu quidem eius, quę de illis rubea eſt accidit dolor paruus, velocis ſedationis. In nigræ verò, aut variæ morſu, fit fortis dolor cum horripilatione,& frigore,& tremore,& grauitate in coxis [i] † [& pruritu, & putrefactione] & mollificatione ventris, & fluxu eius. In ſtellatæ verò morſu fit fortis dolor cum pruritu,& horripilatione, & ſtupore, & grauitate capitis,& mollificatione corporis. Ex vuca verò accidunt dolor vehemēs in loco percuſſionis,& frigus corporis totius,& horripilatio, & tremor, & ſpaſmus,& ſudor currit frigidus,& ab ſciſſio vocis, & ſtupor in corpore toto,& apoſtema in ventre, & tenſio in uirga & pectine,& vomitus rei abſque voluntate, & vrina turbida. Verùm [k] [magna] fumoſa eſt maligna,& accidit ex ea dolor ſtomachi,& frequentia vomitus,& dolor capitis:et tuſſis conſecutiua,& difficultas egerendi interficiens uelociter. Ex morſu autem citrinæ piloſæ fit dolor fortis valde,& accidūt tremor,& ſudor frigidus cum inflatione ventris,et interficit multoties. Et addunt quidam eorum in narrando [l] [quandam vueam de erectione] virgæ, & tenſione priapi,et abſciſsione uocis, et expulſione ſpermatis,& ſpaſmo:et illud non eſt fidum, exiſtens ex eis quę approbamus. Formicalis autem morſus eſt vehemens, † [m] [ ] parum doloroſus. Sed ex eis † [n] [ ] accidunt veſicatio corporis,et grauitas linguæ. Ex veſpali verò accidunt apoſtema in loco,et ſpaſmus, et ꝓfundus ſomnus, dominans,et debilitas amborum genuum. Verum [o] [alkeſinati] eſt maligna, cuius accidentia ſunt de genere accidentium vueæ, ſed ipſa ſunt difficiliora accidentibus vueæ. Aegyptiaca uerò eſt maligna,et facit accidere dolorem capitis vehementem, et profunditatem ſomni, et ſuccedit ei mors [p] [et uita.]

g B. difficultas.

h B. linguæ ingroſſatio & retentio. Alia litera in lingua coadunatio & aſperitas.

i † B. ex morſu verò albæ rotūdi corporis & paruioris accidit dolor paruus cum pruritu & dolore pūgitiuo uentris.

k B. nigra.

l B. morſum vuæ erectioné.

m B. ſalubris.

n † B quæ ſunt ſicut cãtharides

o B. horobalis.

p B. uelox.

q B. calida.

De cura. *Cap.* 7.

IN cura eorum iterum adminiſtratur canon vniuerſalis ex attractione,et ſuctione,et linitur cum aqua ſalſa: [a] † [ ] et dantur theriacæ prædictę in cap. ſcorpionū, et balnea, et tina ſunt velociores res in ſedando dolores eorum. Nam quum ipſi humectantur in tina, ſedatur dolor eorum:et ſi egrediuntur ab ea, redit:quare oportet ut balneetur omni hora. Theriaca bona ad rutelam,et draconē marinum,et genera ſerpentum. Dixerunt. detur in potu in morſu eorum, quæ ſunt, ſicut ſuriutrugon medicamen huiuſmodi [b] [bdellij [c] al.] ariſtol. radicis lilij cæleſtis, ſpicæ celticæ, [erucæ] pyrethri, dauci, ellebori nigri, et cymini, [d] [et aſphodili,et foliorum agembin,et afuiton] capitum granatorum, coaguli leporis, cinnamomi, cancri fluuialis, ſtoracis, ſucci papaueris, carpobalſami, omnium an. unc. j. terantur, et conficiantur, [e] † [ ] et informentur trochiſci, quorum vnuſquiſque ſit vnius aurei:et eſt doſis una:detur in potu cum vino,et [f] [ſemine alandacochæ,et nuce cupreſsi,et ſemine apii.] Reliquæ medicinę. Grana pini, et cyminum æthiopicum, et folia arboris aldulb,et cortices eius,et ſemen alandacochæ,et cicer nigrum,et propriè campeſtre,et grana [g] [magna] ſunt bona ualde:et ſemen abrotani,et ſem. anethi, et ariſtol. et fructus tamariſci,et ſuccus ſemperuiuæ, et lac lactucæ campeſtris: et doſis cuiuslibet iſtorum ſit pondus. ij. aure. cum vino. Et iterum vinum, in quo decocta eſt nux cupreſsi,et propriè cum cinnamomo:et ius cācrorum:et ius anſeris; et decoctio radicum aſparagi cum vino,et aqua. Et ex eis, ipſis in potu tribuuntur compoſitæ, ſunt, ariſt, et cymini partes æquales. et ſit doſis eius. drac. iij. in aqua calida. Theriaca ad illud experta. Recipe nigellæ. drac. x. dauci, cymini amborū an. drac. v. radicis nucis, cupreſsi, amborum an. ℥, iij. ſpicæ nardi,et baccarum lauri,et ariſtul. ro. et carpobalſami,et cinnamomi, gentianę, ſeminis andacochę, ſem. apij, omnium an. pondus. drac. ij. conficiantur cum melle; et doſis ſit quātitas nucis cum vino antiquo. Epithemata, et ſimilia. De bonis eorum eſt cinis ligni fici confectus cum vino,et ſale,et [h] [culcaſia;] et ſpōgia infuſa in aceto,& expreſſa;& ariſtol. cum farina hordei confecta cum aceto;et folia [i] [alcorſuf,] et porri, et uirgæ paſtoris, et ariſtol. cum arbore fici. Emplaſtrum bonum; ſumantur cortices granatorum, ariſtol. et farina hordei cum aceto; adminiſtrentur poſt ablutionem vulneris cum aqua,et ſale. Et de vnguentis eſt oleum de andacocha, embrochatum, calefactum:Et de embrochis eſt aqua marina calefacta. Et omnis aqua ſalſa,et decoctio [k] [alcorſuf,] et decoctio nucis cupreſsi.

De Sciebi, & cura eius. *Cap.* 8.

HOc eſt ſicut aranea habens plures pedes,et longos. et dixerunt, accidunt ex morſu eius dolor ſtomachi [a] † [ ] et vomitus et difficultas urinæ,et egeſtionis, et eſt interficiens, et ægyptiacum eſt deterius. Dico autem quòd ego neſcio an hoc ęgyptiacum eſt illud, quod prędictū eſt in capitulo rutelę aut illud. Et cura eius eſt cura rutelę.

Aranea, ſigna eius, & curationis. *Cap.* 11.

ACcidunt ex morſu eius uentoſitas plurima in uētre cum horripilatione, et frigore

re extremitatum,et erigitur uirga. Et cura eorum est ex genere curæ rutelę.Et confert eis sumere in potu vinum[a] [alicuius quantitatis post aliam] tota die;et[b] [ponere morsionem] in uino;& sudare in balneo. Et de medicinis eorū sunt nigella, et uinum,et ruta sicca cum uino sola,aut cum cyperis.

a B. sumendo de ipso aliquid post aliquid.
b B. cyperi.

Duo animalia, quæ dixerunt quidam sapientum medicorum. *Cap.* 12.

SVnt ambo iterum de genere cuius præterijt rememoratio.Verùm ego non scio esse eorum,& an ipsa ingrediatur in eis,quæ sunt pręterita,aut non:& cognoscuntur per hoc, quòd habent quatuor mandibulas.Inquit ille sapiēs, sunt ambo ex genere rutelæ: & unum eorū est latum habens pedes albos, & super caput eius sunt duæ eminentiæ, quarum vna descendit in anteriore parte capitis secundum rectitudinē: & altera transit incidendo hanc in latitudine: quare facit imaginari illud quod habet duo ora,& quatuor mandibulas. In alio verò loco eminentiarum sunt duæ lineæ facientes imaginari illam imaginationem. Et accidit ex morsu eorum illud,quod accidit ex morsu scorpionum,& dolor vehemēs,& albedo coloris morsionis,si extenuatio faciei,& capitis, & vigiliæ. Et cura illius est cura morsionis rutelę:& medicinæ magis propriæ de illis quæ sunt ad rutelas.sunt ozymum,& radix opopanacis,& alandacocha,& abrotanum.

Animal aliud nominatum tuharse. *Cap.* 11.

HOc animal retulit ille sapiens,& dixit:accidunt ex morsu eius dolor vehemens, & rubedo, & difficultas urinæ. & conferunt patienti per ipsum fructus tamarisci, & cyminum campestre,& folia nucis, & allia,& uinū dulce.

Pediculus uulturis, nominatus debe persicè,& menluce grecè:& ragarius,indicè;& hæc bestia est sicut pediculus,aut sicut paruus alcandam. *Cap.* 12.

DIxit Gal.est paruus,à quo non cauetur, & fortasse non videtur morsus eius. Et est ex eis,quæ faciūt erumpere sanguinem per vrinam,& per nares,& in ano,& ex stomacho per vomitum,& ex pectore,& pulmone, & ex radicibus dentium:& quandoque magnificatur timor in eo:quare nō recipit medicinam. cuius cura est similis curæ algerarati. Et ex eis quæ ei propria est, sunt vt liniatur morsio cum bezafiar,& cum succo lactucæ,& sandalis rubeis,& confert morsui eius lac lactucæ,& caprinū, & butyrum crudum,& terra sigillata,& algeduar, & portulaca,& succus eius.& psylliū, & mucilago eius:& reliqua extinguentia, sicut aqua endiuiæ,& aqua lactucæ,& cucurbitæ, & citruli.

[a] [Altamula] & porcus luti. *Cap.* 13.

a B. Althabuha.

ESt bestia habens multos pedes acuti veneni.& est in iudicio pediculi vulturis,& vesparum.

De uespa. *Cap.* 14.

ESt vehementioris [illegible]alefactionis quàm apis: & accidunt ex morsu eius dolor, & rubedo,& apostema: & de vespis magnis est genus habentium capita nigra,& habentium aculeos plurimos interficiens.Et magnæ quidem sunt maioris cautelæ prorsus, & magis perniciosæ: quapropter fortasse perducunt ad spasmum, & ad debilitatem genuum,sed in paruarum iterum morsu quandoque magnificatur timor, quare faciunt accidere vesicas, & grauant linguam.

De cura. *Cap.* 15.

ADministretur desuper ex suctione illud quod scis;& si magnificatur timor,tunc illud quod succurrit tunc, est pondus mediæ. drac.feminis sampsuci,quoniam sedat dolorē in loco eius:aut tres volæ coriandri sicci:& sumat succos infrigidantes cognitos,& potus infrigidantes.Et quandoque supponitur glacies sicut collyrium, & confert. Et de epithematibus eius est aqua maluæ, & aqua albedarungi, &[a] [citruli sunt] mirabiles cum proprietate sua,& althæa iterum &[b] [blitis] et solatrum,et sisamum:contritum,et folia eius,et iterum ficus: et acetum, et lutum,et aqua agrestæ, et iterum stercus vaccinum, propriè cum aceto: et iterū folia sisimbrij,et folia lauri recentis. Et iterum sumantur opium,et semen hyusquiami nigri, et camphora,et liniatur cum succis frigidis; et tegatur cum panno lini infuso in aqua frigida: et liniatur in circuitu eius cum luto, et aceto. Et similiter herba fluminis cum aceto est mirabilis. Et similiter viriditas,quæ accidit super cursum aquæ. Et iterum, secundum quòd existimant quidam,vaporetur cum aqua,et sale,et liniantur cum lacte [c] [fici.] Et iterum surgei parietum cum aceto:et quandoque fiunt ex aquis horum,et decoctionibus ipsorum, embrochæ. Et expertum est, quòd quando membrum dimittitur in aqua calida hora vna, deinde permutatur subito ad aquam salsam, mistam cum aceto,sedatur statim. Et de fricationibus eius sunt muscæ,quoniam ipsæ sedant dolorem.

a B. malus est.
b B. blitus gemenum.
c —— B.

De apibus,& cura ipsorum. *Cap.* 16.

HAbent dispositiones proximas uespæ,nisi quia dimittit aculeum in punctura.Et cura eius proxima est curæ vesparum.

Formica volans,& res alia ei similis. *Cap.* 17.

ILla est dispositionis proximæ api, et sanior ea. Et dico, quòd de habentibus mucronem, et aculeum, est res similis formicæ uolanti, uerumtamen est longior ea plurimum, et non est longitudine eius, et habet pedes araneales, longos, citrinos, longiores pedibus vesparum, et[a] [cingulum, quod habet, est citrinum,] et non est ei de ingenio ad fabricandum habitaculum suum, quod est vespis:imò fabricat ipsum de luto, habente orificia

a B. habet aculeum minorem

cia lata,& facit pullos, sicut aranea:qui quum egrediuntur de cauernis suis, incedunt ambulatione araneæ,quasi excorientur posterius, & volant:& apud me est de iudicio vesparum.

Stellio,& lacerta. *Cap.* 17.

QVando mordet,dimittit in loco sui morsus dentes paruos,subtiles,nigros;& nõ cessat locus dolere, & prurire, donec auferantur cum serra,aut cucullo trãseunte super eos. & assumat eos,& colligat eos:quare sedatur dolor.Et quandoque extrahit dentes eius oleum & cinis:deinde sugatur locus,& ponatur in aqua calida.Et dictum est, quòd comedere altaraxacon, valde iuuatiuum est ad morsum eius. Quòd si dolor magnificetur,detur in potu theriaca rutelæ.

Animal habens quadraginta quatuor pedes. *Cap.* 18.

EST animal cognitum per intromissionẽ auris:& quandoque est in longitudine eius palmus unus, & habet in omni latere viginti duos pedes:& quandoque ambulat ad interiora, & quandoque conuertitur eius dispositio: & habet secũdum quòd dicitur,venenũ quoddam,cum quo accidit dolor paruus, qui sedatur statim.Et flos asphodili est de theriacis eius: & quandoque sufficit in eo administratio salis cum aceto.

De morsu salamandræ. *Cap.* 19.

EXistimatur,quòd ipsa sit bestia similis lacertæ,habens quatuor pedes,curtæ caudæ. Et existimant quidam,quòd ipsa non aduritur:& si proijcitur in larem,extinguit ignem.& accidunt ei quem mordet,dolor vehemens, & inflammatio in corpore [a] † [ ] & grauitas linguæ,& [b] [punctio eius] & tremor, & stupor:& multoties accidit nigredo membri secundum figuram rotundã, & casus eius.

[a] B. ignea & apostema calidum in lingua. [b] † B. loquella difficilis in qua pronunciatur momu.

De cura. *Cap.* 20.

DIxerunt quidam,cura eius est cura cantharidis:& proprius quo curantur,est ut in potu detur resina ex quacunque pino fuerit cũ melle, & detur eis in potu decoctio chamæpityos, & decoctio lilij cũ folijs urticæ, & oleo. Et de eis sunt, qui dant illis,ranas decoctas, & dant ipsis in potu de iure earum.& emplastrãt eos cum carne ipsarum, & quandoque comedunt eas.Et similiter [a] [est suctio] testudinis cãpestris:& marinæ decoctæ.

[a] B. oua.

Saculusudurni campestre,& marinum. *Cap.* 21.

ET ego quidem non cognosco ipsam, & non est longinquum quin iam expleuerimus narrationem eorum. Dixerunt quidam, accidit ex morsu cãpestris,ut obfuscetur morsio,& fiat rosei coloris, & parum rubet rubedine clara,imò parum valde:& fiunt dolor uehemens,& pruritus in corpore:Marini verò morsus est aquosi coloris;& similatur ut sit cura eius cura rutelæ, & similium. Et dixerunt quidam.emplastretur cum sale:aut cinere cum vino,aut cinere confecto cum aceto squillitico, cum sisamo adusto, & uino, & embrochetur prius cum oleo plurimo, & aqua calida,deinde ponatur desuper.

Scorpio marinus. *Cap.* 22.

EXistimo,quòd accidunt ex morsu scorpionis marini inflatio võtris,& forma hydropica;& quandoque accidit ex eo exitus uentositatis absque voluntate;& oportet ut caueatur in cognitione eius.Et cura eius est cura draconis marini,& rutelæ.Et dixit quidam,in cuius sermone non confiditur, quòd scorpio aquæ est calidi veneni.

Aranea marina. *Cap.* 23.

VIdetur, quòd sint dispositiones eius propinquæ dispositionibus scorpionis marini.

De morsu ranæ marinæ rubeæ. *Cap.* 24.

NArrauerunt plures sapientum, quòd ipsa est maligna,mala, inuadens animalia, & corpora,& salit ad ea ex lõginquo, ut mordeat ea;& si non potest mordere,sufflat ad ipsa exuf flationem nociuam:& accidunt ex morsu eius apostema magnum,& perditio velox.Dico,simile est vt sit cura eius cum theriaca magna; & quod est eius generis.

Summa curationis reptilium marinorum venenosorum. *Cap.* 25.

DIxerunt.oportet vt curentur cum theriacis, & cum eis quibus curatur venenum frigidum,& cum medicinis rutelarum,& theriaca earum.

FEN SEPTIMA.

De decoratione, quæ est tres tractatus.

TRACTATVS PRIMVS.

De dispositione capillorum: & in ipso sunt furfures. *Cap.* 1.

CAPILLVS nascitur ex vapore fumoso quando coagulatur in poris, & oritur super eos [a] [& propriè per illud quod assumit] ex alimento;& propriè quando est humiditas corporis uiscosa,unctuosa,non aquosa,neque lutosa,sicut arborum vnctuosarum folia non cadunt. Et iam quidẽ dictum est in lib.j.de denigratione eius, & canitie ipsius, & reliquis coloribus.Verùm quod pendet ex sermone de decoratione,est regimen substantię eius cum nascentia,& depilatione,et regimen numerationis eius cum multiplicatione,& minoratione.et regimen quantitatis eius cum ingrossatione,& subtiliatione, &

[a] B. per successionem. flatuarum

& prolongatione. Et regimen figuræ eius cum applanitione,& criſpatione. Et regimẽ coloris eius cum denigratione,& [a] [ſubalbatione] & dealbatione. Et nos loquamur in hoc tractatu ſecundum hanc intentionem.

a B.ruſedine. vel flauedine.

De cauſa deſtructionis capillorum. Cap. 2.

CApilli deſtruuntur,vel minuũtur aut pro pter cauſam in materia:aut propter cauſam in re in qua naſcuntur. Et cauſa in materia eſt vt minoretur,aut priuetur. Et [a] [paruitas] eſt aut cauſa eius quod ipſam ſubmergit,aut alterat eam,aut cauſa [b] [paruitatis] ſubſtantiæ primæ, ſicut eſt [c] [paruitas] vaporis fumoſi in pueris: & mulieribus propter multitudinẽ uaporis humidi:quare non naſcitur barba eis:par uitas autem [d] † [ ] radicis ſubſtantiæ,aut eſt propter accidens, aut quoniam natura conſumit eam. Illud verò,quod eſt pro pter accidens, eſt ſicut accidit conualeſcentibus,cum exſiccãt eos ægritudines lòngæ, phthiſicæ,& hecticę:quare non remanet eis materia, de qua cibentur capilli:quare cadunt,& nõ naſcuntur,ſicut accidit plantis irrigatis, quando non irrigantur. Et ſicut accidit caſtratis ex ſimilitudine eorum cum mulieribus in humiditate, & frigore propter cauſam teſticulorum eorum:& propterea quòd illud quod generatur ſperma,conculcatur in eis, & infrigidatur, & peruenit frigus eius ad membra ſublimia,& infrigidat ea:quare nõ reſoluitur humiditas eorũ ad exiccandum, et qđ reſoluitur non remanet in poris,propter paruitatem ſuam, & ſubtilitatem ipſius,imò egreditur. Et ſicut ei,qui aſſuetè vtitur [e] [inſtitis] grauibus ſuper caput ſuum. Illud verò quod eſt ex uia naturæ eſt ſicur caluitium:caluitium enim accidit propter abbreuiationem materiei pilorum [f] [ex caluitio.] Et illud eſt propter [g] [paruitatem] eius aut propter ſubmerſionem [h] † [ ] cerebri ab eo quod tãgit ipſum de craneo;quare non imbibit ipſum ea imbibitione,qua imbibit,quum eſt obuians. Illud autem quod fit propter cauſam in re,in qua naſcuntur, eſt ſecundum tres modos, aut ut non penetret in eã materia pilorum:aut vt penetret in eam,ſed nõ retineatur:aut vt corrumpatur in ea,& [i] [reſoluatur] ad qualitatem non conuenientem ut pili generentur. Et non penetrat in eam,niſi propter oppilationem pororum: & non oppilantur pori niſi proptet vehementiam ſoliditatis eius per ſiccitatem ipſius,ſicut eſt de adiuuantibus ad caluitium,& feſtinat in calida complexione propter velocitatem exſiccationis eius: & propter illud multiplicantur ſuper præparatos ad caluitium pili corporis & pectoris propter caliditatem complexionis eorum. nam pa rum quod eſt ex pilis eorum eſt difficilis euulſionis:aut propter ſoliditatem eius,cauſa veſtigiorum vlcerum pręteritorum,ſicut eſt diſpoſitio in [k] [glabris.] Et illud quod non retinetur in ea,eſt propter vehementiam raritatis eius,& amplitudinem pororũ eius, ſicut eſt ex aliquo adiuuantium ad hoc, ut non naſcatur barba [l] † [

etiam uſque] in fine uitæ:aut propter ſiccitatem complexionis:quare conſtringuntur pori cum humiditate complexionis propter paruitatem caliditatis. An non vides, quòd non fit caluitium: & eſt reſiduum capillorum iſtorum ſubtile, facilis euulſionis, ſicut eſt mulieribus,& caſtratis? Et illud quod corrumpitur in ea aut eſt propter humorem fixum, malignum, ſicut in alopecia,& tyria: aut propter ulcera mala corroſiua, ſicut eſt in quibuſdam ſpeciebus [m] [glabritiei.] Et caluitiei quidem curatio eſt difficilis, quamuis ſit poſsibile ipſam repellere antequam incipiat, aut tardare eam. Et propter illud quidẽ quod dixit Hippocr. quòd quando caluis varices accidunt, naſcuntur capilli eorum voluit per depilatos intelligi alopeciam,& ſimilia. Et pili ſuperciliorum,& palpebrarum non cadunt velociter, propterea quòd eorum origo eſt ſpiſſa, cartilaginoſa, conſeruatiua: & propter illud tardatur caluitium in [n] [æthiopibus & cingi] propterea quòd cutes eorum vehementer retinent pilos eorum: durum enim non euellitur. & propter illud minorantur cum eo pili uerũ ipſum ſeruat pilos. quare non cadunt velociter,& non depilantur. Et [o] [bleſi] quidem nõ fiunt calui propter multitudinem humiditatis cerebrorum eorum: & propter illud multiplicatur in eis diarrhœa facta à catarrho. Medicinæ conſeruantes capillos ſunt illæ, in quibus eſt caliditas ſubtilis,attractiua,& virtus ſtyptica: & illæ, in quibus ſunt proprietates, quibus operãtur: & iam diximus ſimplices harum medicinarum in medicinis ſingularibus: & dicemus iterum in antidotario compoſita ad eos. Et dicemus hoc de medicinis,quæ ſunt conuenientiores huic loco. Medicinæ igitur ſimplices,quæ conueniunt ad conſeruationem capillorum,& ſuccurrendum inceptioni eorum in caſu, ſecundum ſummam vſquequo conditionemus poſt conditiones neceſſarias,in regimine ipſarum,ſunt huiuſmodi. myrtus, & grana eius, & laudanum, & emblici, & myrobalani kebuli,& myrrha, & aloes,& capillus ueneris. Et cadunt in eis gallæ propter ſtypticitatẽ earũ, & alfelecaharagi propriè cum vino ſtyptico & oleo myrtino,aut oleo maſticino,& aqua myrti,aut ſucco foliorum [p] [alcerideraet.] & iterum aduſtum [q] † [ ] arboris lini aduſtæ cum ſemine ſuo linitur cum oleo. Et iterum cortices nucis aduſti, quando miſcentur cum oleo myrtino, & uino ſtyptico,& inũguntur cum eis,& proprie pueri. Et ex compoſitis eſt illud quod recipit grana myrti,& gallas & emblicos. decoquantur cum oleo roſar. aut oleo myrtino ſecundum mòdum notum, & adminiſtrentur. et iterum folia myrti humidę, & laudanum, & [r] [ramus,] & extremitates cupreſsi, & grana myrti ſumantur, & cum eis [s] [commouendo tangatur caput tritis diſſolutis cum oleo oliuæ.] Et iterum granorum myrti nigræ,& ſeminis apij,extremitatum myrti,& ſeminis ſiclæ,& extremitatum rhamni,omniũ an. pars i. capilli ueneris, & laudani amborum an. pars. s. uini nigri partes vj. diſſoluantur medicinæ in ipſo, decoquendo donec remaneat tertia uini: deinde proijciantur deſuper olei oliuę aromatizati cũ cyperis & ſpica par-

a B.paucitas.
b B. paucitatis. Alia litera paucitatis radicis.
c B.paucitas.
d † B. uel paucitas.
e B. coopertu- ris.
f B. a ſincipite ſeu a loco ubi accidit caluitiũ.
h † B. uel remotionem.
i B. cõuertatur.
k B.tinea.
l † B.& ſit reſiduum capillorũ iſtorum ſubtile facilis euulſionis &.
m B. tineæ.
n B. abiſinis & in zengi.
o B. trauli.
p B.azadaruch
q † B. ſeu cinis.
r B. hauſegi. & ſic ubique pro ranno h[illegible]gi.
ſ B diſſolutis cũ oleo oliuæ inũgatur caput.

t B.iteretur.

tes.ij.Et [t] [iterum]decoctio eius,donec ferueat tribus ebullitionibus, deinde coletur aqua , & oleum à medicinis, cum expreſſione vehementi:& ponantur in vaſe vitreato,quod ſit ad modum pyxidis,& concutiatur, & adminiſtretur apud neceſſitatem: eſt enim conſeruatiuum,& denigratiuum,Et iterum ſeminis apij , & ſeminis ſiclæ,& capilli uene.& thuris, omnium an. unc.ij.[u] † [nuces]xv. numero,corticum pini.lib.j.& aſſentur omnia in nocte in furno poſita in vaſe lutato, & dimittātur donec adurantur omnes partes eorum , & conterantur contritione bona , & proijciatur ſuper ea lib.j adipis vrſi, quæ eſt melior [x] [adipe] anſeris,& reponantur:& quoties indigetur eo,liqueſiat in oleo aromatico,& adminiſtretur:& confert iterum caluitiei incipienti.Et iterum ſumatur lib.j.s. vini ſtyptici , & laudani. unc.i. corticum pini aduſtorum. unc.ij.capilli vener.combuſti unc.iij.adipis vrſi lib.i.ſucci ſolatri. unc. iiij.s. decoquatur laudanum in uino cocto,donec inſpiſſetur , & proijciantur ſuper ipſum medicinæ,& miſceantur, & reponatur: & quando indigetur eo, ſumatur ex ipſo aliquid in oleo aromatizato. Et melius oleum eſt oleum nardinum,& liniatur:& quandoque linitur ſine oleo. Et ex eis, quæ ſunt leuia,eſt ut ſumantur myrrha,& laudanum,& oleum myrtinum , & propriè quod fit ex oleo de Keiri,& aqua myrti decoctæ,& vino ſtyptico,& miſceatur ſecundum quòd exigit illud,quod eſt præſens,& liniatur cum eo.Aut ſumātur folia florum papau. rufi cum oleo myrtino, & inungatur caput,& dimittatur in nocte,deinde balneetur:ipſum enim conſeruat,& denigrat.Aut ſumantur laudanum,& capillus veneris, & cinis corticū pini,& adeps vrſi,& uini pontici quātum ſufficit commiſtio ei , cum oleo maſticino,aut myrtino.Aut ſumantur capilli veneris, & laudani æqualiter , & olei myrtini [y] † [

u †B. corticum nucis.

x B.aut adipis

y B. quantum ſufficit. Recipe thuris ſtercoris vrſi ſtercoris ericij marini ouium an. ʒ v.

z B.Alia litera ſiſimbrij partes iiij.virgæ paſtoris.

Alia litera partes iiij. paſtus columborum.

a †B.oleo myrtino aromatizato aut.

b B. quantum ipſum.

c B. alſeras. †baurach.

omnium an.aure.i.] rutæ montanę aure ij.terantur cum vino ſtyptico,& miſceantur cum adipe vrſi,& adminiſtrentur.Medicamen conſeruans pilos ſuperciliorum . Recipe roſarum papaue.rufi [z] [partes.iiij. fumi terræ] cum radicibus ſuis , & extremitatum fici omnium an.partē j.laudani partes iii.capilli veneris partes ii. conterantur & adminiſtrentur cum a† [ ]oleo maſticino.[b] [Simile ei] iterum, radicum vitis albæ, aut radicum [c] [alaſcas,] & cineris arboris pini recentis.omnium an.pars i.† nitri partes ii.miſceantur cum oleo myrtino aromatico:hic ergo eſt ſermo plurimus . At verò ſi fuerit cauſa ſiccitas complexionalis,& paucitas ſanguinis, delitiis foueatur corpus,& cibetur eis quę ſunt boni nutrimenti , & pinguia,ex ipſis in quibus eſt declinatio ad caliditatem ſubtilem:& dimittat omne ſalſum,& acetoſum,& ponticum. Et deuitet coitum . Et de vino deuitet illud quod eſt antiquum.Et aſsiduet balneationem cum aquis dulcibus.Et non approximetur corpori nitrum,nec vſnem neque ſapo:imò quod ſit ſicut farina fabarum,aut grana melonis , aut d [creta,]& pſyllium,& ſimilia.Et ſi fuerit propterea quòd pori conſtricti ſunt valde , indigetur eis quæ reſoluunt,& rarificant:& diligitur ut ponantur in cibo ea quæ aperiunt , ſicut ſynapis, & allia , et porri: & liniatur cutis iterum cum eis,quæ ſunt ſicut gumma rutæ ſylueſtris,& ſynapis,et calamenthum,et ruta,et cępe:& adminiſtrentur in balneo aquę reſoluentes:& abluatur caput cum † nitro , & ſpuma maris. Et oportet ut abſtineat patiens illud ab oleis. Et ad illud quod eſt propter raritatem , conferunt medicinæ prædictæ , plurimum declinationis quarum eſt ad ſtypticitatem, & epithemata,& olea ſtyptica:et introitus balnei , et adminiſtratio e† [ ] tepidæ,deinde f [conſecutio cum farina] ſubito.

d B, lutum.

†baulach.

De pluribus embrochis capillorum. Cap. 3.

PLures embrochæ capillorum ſunt in quarum ſubſtantia eſt viſcoſitas, ex qua poſſibile eſt ut capilli aſſumant:& ſunt ſicut folia ſiſami,& folia cucurbitæ, & olea in quibus ſunt caliditas & ſtypticitas , ſicut oleum de lilio miſtum cum cera , aut ſicut eſt oleum de alcanna,& oleum myrtinum proprie. Et cadit in illis ablutio capitis cum infuſione coloquint. Et ex eis,quæ conferunt in hoc,eſt vt ſumatur laudanum , et diſſoluatur quòd de eo bonum eſt in teſteo vaſe lutato ſuper prunas ſubtiles , liquefactione facta in oleo oliuæ , et pulverizetur ſuper ipſum aliquid de nucleis a [oliuarū] combuſtis,et commiſceantur omnia ſuper prunas commiſtione ſubtili , et adminiſtretur . Et foliis quidem alzerideraet , et aquæ foliorum eius ineſt proprietas bona in hoc, et b [corpori] ſeminis lini adminiſtrato cum oleo ſiſamino.Compoſitum. ſumantur folia alzerideraet, et capillus ueneris recens romanus:& myrrha, et emblici:et c [commouendo tegatur]cum eis caput in quibuſdam ablutionibus cognitis . Et iterum ſynapis:et ponatur in decoctione ſiclę: et abluatur cum ea caput,et inungatur poſt ipſam cum oleo myrtino,aut cum oleo de emblicis. Compoſitum bonum.Recipe fellis taurini, et fellis urſi,et myrobalanorum emblicorum, Kebulorum,et belliricorum,et d [ſede guarā] et gallarum integrarum , omnium an.partem. i.terantur, et nutriantur cum ſucco ſolatri.vii. diebus,deinde exſiccentur, et adminiſtrētur ex eis epithemata cū aliqua decoctione poſt ablutionem capitis et barbæ cum aqua,er melle,et e [nitro]contrito.Et iterum hordei cōtriti.drac. xxx.emblicorum.drac.v.decoquantur cū aqua decoctione vehementi,donec aqua ſumat virtutem amborum , et decoquantur in illa aqua exiſtente in ipſa olei viol. quantum eſt medietas aquæ,et laudani pondus.drac.iii. foliorum ſiſami , et foliorum altheæ, et foliorum cucur. humidorum aut ſiccorum omnium an.pōdus drac.x.non ceſſetur decoqui aqua donec conſumatur,et remanet oleum. Deſcriptio alia, et refertur ad Alkindum: ſciremblegi. ʒ. x.decoquantur cum duabus lib. aquæ , uſquequo recedat ad quartam,et fundatur ſuper eam quantum ipſa eſt olei de ben , et aliquid hordei excorticati,aliquid laudani,et decoquatur uſque quo ſedeat ad tertiam.

e B.nitro.

De facientibus naſci pilos fortibus. Cap. 4.

ET in ipſis eſt a [cura caluitiei , cuius ratio eſt poſsibilis,et ca ſus[ſuperciliorum,et ſimilium:

milium: et omnes medicinæ quas dicemus in capitulo alopeciæ: et omnis modus regiminis ex fricatione capitis, et rubificatione eius, et administratione adipum super ipsum, deinde administratione medicinarum fortis attractionis, et resolutionis, cum proprietate quam habent in alopecia, sunt iuuatiuæ in caluitio, et faciendo nasci pilos in depilato, et in superciliis, et barba. et corticibus radicis [b] [salicis] cum oleo est confortatio, et conseruatio mirabilis cũ denigratione. Medicinę autem, de quibus est nostra intentio, vt hic narremus eas, quamuis iterum sint iuuatiuæ in alopecia, postquam fecerimus illud quod diximus, in fine capituli conseruationis capillorum, sunt ista: sumantur cantharides recentes, ablatis pedibus et capitibus, exsiccatæ in vmbra, et terantur in oleo viol. aut decoquantur in eo, aut in oleo oliuæ donec ingrossetur, et lini cum eo, vbi volueris: vesicabit enim, deinde nascentur pili. et similiter mel anacardi, quando ponitur super locũ, cuius pili depilati sunt. aut teratur condisi in oleo ouorum, et liniatur cum eo homo [c] † [ ] vbi voluerit, multoties: faciet enim nasci pilos. Aut sumatur vngula asini adusta, et cornua combusta, et liniantur cum [d] [oleo sisamino:] est enim forte. Oua autem formicarum cum oleo de ben sunt conuenientia in facientibus nasci: et apud communitatem hominum, sunt ex eis quæ prohibent ortum. et ex eis quæ sunt experta, est lacerta, quæ est in domibus, quæ interficiatur, et exsiccetur, et teratur, et liniatur cum oleo. et iterum tritura [e] [nitri Pharaonis cum sambaco. et ex eis quæ sunt leuiora illo, est vt fiat manica, et tabula de plũbo, et ponatur inter ea ambo aliqđ ex oleis ad capillos, aut adeps ex eis, quæ sciuntur, et terantur, donec resoluatur ad ipsum virtus plumbi, et liniatur cum eo, et emplastretur locus cum foliis fici bene decoctis, et vsque ad virtutem quandam. et iterum sumatur medulla xx. auellanarum et assetur donec teratur, et aggregetur cum oleo raphani, aut sumatur herbæ nominatæ [f] [harcus,] et priapi asini, et splenis eius assatorum, omnium an. lib: s. et laudani xx. pondera: misceantur omnia post solutionem laudani in vino, et administrentur. et ex eis quæ dixit Philagrius, est, vt sumantur adipis tauri saliti. ℥. 96. alusnem, et gummæ rutæ agrestis amborum an. ℥. 28. myrrhæ. ℥. 8. laudani tantundem, capilli ven. ℥ xlviij. [g] † [ ] splenis asini. ℥. xcvi. assetur splen asini [h] † [ ] et teratur, & aggregetur totum cum uino nigro, & radatur caput, & liniatur cũ eo, & dimittatur quinque diebus, deinde abluatur & dimittatur quiescere duobus diebus, deinde iteretur: ꝙ si exulcerauerit, curetur locus cum adipe anseris. et iterum ad depilatos. sumantur sex ventres leporum, & exsiccentur optimè, & adurantur in vase lutato, & proiiciatur sup eos de foliis rhamni, & de foliis, myrti tãtundẽ & de capillo ven. ℥. viij. & adurantur vice alia in vase vitri, deinde teratur: & misceatur cum tribus lib. adipis vrsi, & quantum ipsum olei de raphano, & reponatur, & administretur quum necessarium fuerit in oleo aliquo aromatico: & baccæ lauri, & oleum de pipere, & oleum de Kerua: & similiter illud quod adiuuat in faciẽdo nasci. et iterum cinis abrotani quando miscetur cum oleo antiquo, facit nasci barbã tardæ nascentię. & [i] [cinis lilij cum aqua & proprie in superciliis.] Et iterum ad supercilia cõburantur duæ nuces, vsquequo terantur tantũ, & adiungatur eis ambabus aure. j. de nucleis dactylorum [k] † [ ] similiter absque perscrutatione vltima. & xv. grana piperis, & bulliat cum oleo rosa. et iterum cinis abrotani, & auellanę adustæ, & laudanum, & cantharides, & condisi bulliant in oleo de ben in conchleario [l] † [ ] donec denigrentur, & misceatur cum tanto galię, quantum ipsum est, et fricetur locus, & liniatur cum eo. et iterum capillus ven. & grana myrti, & semen apij, adurãtur parum, donec denigrentur, & aggregentur cum adipe vrsi, & oleo raphani. Medicamen faciens nasci pilos in superciliis. Recipe thuris aure. iiij. stercoris crocodili, stercoris critij marini, & rutæ montanę, omnium an. aure. j. terãtur cum vino styptico, & misceantur cum adipe vrsi, & administrentur. Aliud ad depilationem antiquam, difficilem ex alopecia, & aliis. Recipe sceha partem j. spumę maris partes viij. euphorbii, & baccarum lauri, amborũ an. partes iij. picis humidæ partes ij. liquefiat pix cum oleo de lilio, & liquefiat in ea euphorbium, deinde admisceantur cum eo reliquæ medicinæ. [m] † [ ] Simile ei: radicum arundinis adustę partes vij. cineris ranarum partes v. seminis erucæ partes iiij. radicis [n] [alistas] partes iij. terãtur cum oleo laurino, & administretur.

[b] B. algarab.
[c] ja. in loco.
[d] B. Alia litera cum aceto.
[e] B. vitri.
[f] B. charchus.
[g] ja. priapi asini
[h] † B. priapus eius.
[i] B & emulsio nigellæ cum aqua & proprie ad supercilia.
[k] † B. adustorũ.
[l] † B ferreo.
[m] † B. Aliud.
[n] B. alseras.

De Alopecia & tyria. *Cap.* 5.

IAm sciuisti, quòd causa in generando alopeciam est materia mala, manens in cute, in originibus radicum pilorum; quare corrumpit radices originum pilorum, corrodens eas, prohibens nutrimẽtum bonum eis, & nominatur alopecia, propterea quia ipsa accidit vulpibus. et differentia quidem inter ipsam, & thyriam est, quòd in thyria nõ tantum cadunt pili, imò excoriatur cum ea cutis tenuis, sicut accidit serpenti. et fortasse accidit in ea figuratio prouenienes, sicut figura serpentis. et materia quidem quę facit accidere, & incurrere alopeciam & thyriam quandoque est cholerica: & quandoque est melancholica: & quandoque est phlegmatica, & quandoque est ex sanguine corrupto. et significatur super totum illud per illud, quod apparet quum fit abrasio, ex colore cutis: & proprie quum fricatur illud fricatione aliqua. et quandoque significatur illud ex regimine præcedente, & ex accidentibus quę associantur ei. et ex eis quæ significant illud, est humor dominans de illis quos sciuisti. et quandoque significatur velocitas sanationis eius, & tarditas ex eo quod videtur de velocitate rubificationis eius, per fricationem [a] † [ ] propter velocitatem attractionis sanguinis boni ad ipsam, aut tarditatem eius, quamuis fricatio plurima exulceret; quare prohibet originem pilorum.

[a] † B. & abrasionem.

De cura. *Cap.* 6.

NOn est dubium, quin rectificatio regiminis in ea sit euacuatio illius humoris, facientis

cientis in primis, & intromissio ciborum chymi valde boni ad corpus, de illis quos sciuisti. et vini temperati, commisti, decliuis ad impressionem dulcedinis parum, cum tenuitate, & claritate: nam hoc nutribilius est. et balneum confert ei ante omnem fricationem, & post ipsũ. et incipiat prima res cum euacuatione corporis in primis ab humore faciente cum medicinis educentibus ipsum, aut cum phlebotomia, si materia exiguerit illud: deinde cum euacuatione capitis ab eo cum quo sciuisti de caput purgiis, & odoramentis, & gargarismis, ex eis quæ dicta sunt in cap. mundificationis capitis, secundum vnamquanque superfluitatem; deinde permutandum est super cutem, & mundificationem eius ab eo, quod in ea mansiuum est, & extractionem eius ab ea, & resolutionem ipsius. et festinandum est in hoc, vt non recipiat cutis qualitatem mansiuam malam. et non est ambiguum in hoc, quin oporteat vt medicinæ euacuantes ex locis materiam malignam, sint incisiuæ, & resolutiuę resolutione non consequente exsiccationem, propter vehementiam calefactionis; quare adipiscatur cutis [a] [calefactionem, quę in futuro fit] causa casus pilorũ, quamuis in [b] [præsenti forsitan] destruat alopeciam. Quòd si fuerit calida fortis, sicut [c] [gumma rutæ agrestis] quæ est radix in cap. [d] † [ ] frangatur caliditas eius cum oleis temperatis, vincẽtibus super eam, & cum aquis [e] [quibus subtiliatur. [Et de ea quidẽ melior est recens: & illa super quam pręterierunt anni tres, est debilis. et de iudicio fortis est, vt minoretur ipsius quantitas, & [f] [frangatur eius complexio:] & festinè accipiatur ab eo quod cum ipsa linitur. et de iudicio debilis est. vt fiat è contrario & oportet, vt sit subtilis: & si nõ penetrabit virtus eius in profundum cutis. et oportet vt sit in illis medicinis confortatio, & prohibitio, vt nõ recipiat caput materiam malignam. et non oportet vt associetur illi virtuti stypticitas plurima, prohibens materiam peruenire ad locum, deinde penetrare in poros eius. Quum ergo corpus mundificatum est ab illo, oportet tunc vt in eis sit virtus attrahens sanguinem eius bonum, & vaporem [g] [eius tẽperatum] postquam ipsa resoluerit corruptũ, qui est in cute: vt aggreget resolutionem corrupti [h] [propinqui] & attractionem boni longinqui: & illud post mundificationem et quum tu administras has medicinas, oportet vt tu consideres impressionem earum: & incipias in eis a debilibus in complexione & minoratione. & considera in eo quod est ex eis. quòd si inuenis ęgrum tolerantem, & impressionem incolumen, adde in virtute. & si non tolerat, & magnificatur impressio, minue quantitatem, & commistionem: & stude ita ne perducat ad exulcerationem, & apostemationem, & proprie in corporibus leuis complexionis, aut ętatis, aut temporis. et si perduxerit ad apostemationem, & exulcerationem, succurre illi cum adipibus, & lini eos desuper sicut est adeps anatis, & gallinæ: & sicut ceratum leue. quum ergo sedatur, reitera cum quantitate quam tolerat. Quumq; magnificatur res parũ, non cesses facere illud, donec resoluatur corruptum, & attrahatur bonum. et signum quidem impressionis medicinæ in ea est, vt rubeat cutis cum fricationibus [i] † [ ] minoris numeri, quàm fricationes, quibus rubeat ante administrationẽ medicinæ: si autem dispositio non alteratur, tunc scias ꝙ indiget medicina fortiore: & quãdo non rubet, frica cum panno vehementius quam sit illud, donec timeatur excoriatio; deinde frica cum eis quæ sunt sicut cæpę. Quòd si non rubet, non erit excusatio quin scalpelletur locus, & liniatur cum eis, quæ sunt sicut allia. & de eis quibus indigetur in mundificanda cute a materia alopeciæ malæ, sunt sanguisugæ, & ventosatio, & pungere cũ acubus pluribus. et iterum vesicatio cum medicinis acutis, quas dicam: & mundificatio eius quod vesicatũ est, & sanatio eius vt egrediantur pili ab ea. et de eis quæ adiuuant in resoluendo materiam, est cooperire caput pileo de pellibus semper nocte, & die: ipse enim resoluit, & facit sudare. et oportet vt radatur omnibus duobus diebus, aut tribus cũ nouacula: & quoties nascuntur, radatur caput. et oportet ante administrationẽ epithematum, vt radatur caput, & fricetur cum panno aspero, aut sicut cum cępe, aut corticibus raphani, donec rubeat, & fiat susceptibile virtutis medicinæ [k] [apertis poris.] & quandoque excusat balneum [l] [ab hoc.] quòd si non raditur, subtilietur medicina perueniens ad illud. De euacuantibus autem euacuetur cholerica cum decoctione myrobalanorum. & cum virtute ellebori, & epithymo, & pilulis cochiis, & cum hiera picra: & iterum hiera diacoloquinthidos est bona, proprie phlegmaticæ. Si aũt fuerit illic melancholia, misceatur cum ea aliquid de elleboro nigro. et si fuerit illic cholera, misceatur cum ea scammonea. & hiera Rufi, & logodion bonæ sunt, proprie melancholicę. et multoties quidem sanatur euacuatione vna. et species quidem horum euacuantium sunt de eis, quorũ scientiam collegisti in eis, quæ sunt præterita. et si volueris leuius illo, da ei in potu de hiera amara composita cum pulpa coloquinthidæ, & turbit in mense tres potiones, aut quatuor. et quando non valet euacuatio vna, itera post quietes in eo quod est inter illud. et quũ videris cutem capitis rubere, aut venas eius rubedine repletionali, phlebotoma post phlebotomiam vniuersalem si exigit illud consilium, venas capitis, & venas frontis, & tẽporum. Si aũt non [m] [uolueris] illud, tunc non facias aliquid de hoc. sanguis enim est quo indigetur illud. Gargarismata autem, & caputpurgia, & similia iam sciuisti in cap. curationum capitis. Medicinarum verò superponendarum fortiorum est euphorbium, super quod non transierunt vltra tres anni, præparatũ secundum ꝙ dedimus de regimine in canone. et post ipsum est gumma rutę syluestris, quoniam ipsa est mirabilis valde. Deinde nasturtium, & sinapis, & cinis cãtharidarum confectus cum pice humida aut staphysagria cõfecta cum oleo laurino, aut lac tithymali cum quo vesicetur: & aperiatur, vt currat quod sub ea est. et quum cadit cortex oriuntur pili sub eo: & [n] [alzegi] ponitur super membrum tempore paruo: & indigetur ea in alopecia, quæ est fortis. et post illud sulfur, & duo

a B. Alia litera exsiccatione, q̃ est in hora seu statim est.
b B. principio ægritudinis.
c B. tassia.
d † B. & aqua non est excusatio.
e B. conuenientibus in ea.
f B. Alia litera augumentetur eius mistio.
g B. Alia litera dulcem ex corpore.
h B. Alia litera extranei.
i † B. lenibus […]
k B. aper[…] poros.
l B. a frica[…]
m B. vide[…]
n B. alc[…] gi.

duo ellebori,& ſemen erucæ,& ſpumæ † nitri, & duæ ſpecies ſpumæ maris,& cortices arundinum, & radices earum aduſtæ, & ſtercus muris,& ſtercus ouium aduſtum inunctum,& piper longum, & ſinapis,aut auellanæ combuſtæ, & folia fici, & condiſi & ° [venæ chelidoniæ] & alkitran: & quandoque confert in ea fel taurinum. deinde quod eſt ſicut amygdalæ amarę,aduſtæ cum cortice ſuo, & ſicut thus tritū aliquot diebus in aceto bono. et xylocaractæ nabathi ſunt ex medicinis huius ægritudinis. et de iſtis oleis adminiſtratis in ea, meliora ſūt oleum laurinum, & oleum de kerua.et de medicinis, quæ ſunt p[cereæ] melior eſt alkitran, deinde pix: de adipibus melior eſt adeps vrſi:& proprie qui antiquatur. q† [ ]Linimentū forte:euphorbij, gummæ rutæ agreſtis, olei laurini,omnium an. aur.ij. ſulfuris viui, & ellebori de quocunque amborum fuerint nigro, aut albo, omnium an aure. j. fiat ceratum cum cera, quantum ſufficit. Et iterum † nitri Aphricani partes ij.ſalis ammoniaci pars j. adurantur ambo,& terantur in aceto forti, & liniantur cum eo loca,poſt fricationem faciendo epithema leue: & iterum poſt tres horas, medicamine iam exſiccato in die r† [ ]tribus diebus. Si autem veſicauerit, fac illud quod ſcis. et iterum cantharides,& ſinapis decoquantur in oleo, donec fiant ſicut algalia: deinde veſicetur cum eo locus fortis,& frangatur virtus eius cū commiſtione s† [ ]debili.et de illis quæ ſunt leuiora hoc, & ſunt mirabilis iuuamenti, eſt vt ſumatur acetū forte cum tanto oleo roſ. bono quantum ipſum eſt, & t[cum galange:] deinde fricetur locus cum panno aſpero,& liniatur ex eo. et iterum inunctio cum algalia, in qua eſt aliquid de gumma rutæ agreſtis. et ſcias,quòd infantibus ſufficit abſtinentia,& pu beres tolerant. ʒ. s de pilulis cochijs. & habentes annos x.tertiam ʒ.vnius.

De eis, quæ abradunt pilos. *Cap.* 7.

SVmantur calcis partes ij. & arſenici partes ij.& liniantur cum eis ambobus cum pauco aloe poſito in eis:abradet enim ſtatim.et ſi ponantur calcis partes plures,& arſenici pauciores,erit magis ęquale:& ſi addatur calx,erit tardioris operationis: veruntamen operabitur. et quandoque ſumuntur calcis, & arſenici partes ij.& pars j. a[&] decoquuntur in aqua tandiu donec depilet pennam.Quòd ſi iteretur operatio in illa aqua, erit melior. et quæ præparatur cum ſole,eſt melior.et ſumatur aqua illa,& decoquatur in ea oleum minus ea b[ſecundum plurimum] donec recipiat virtutem eius,& linitur cum ea.et quandoque dimittitur aqua illa coagulari in ſalem, & adminiſtratur ſal ille in aqua. et calx cōchularum efficit operationē calcis cum arſenico: & eſt ſubtilior.et ſi ſumatur loco calcis aqua calcis,in qua calx iteratur, ponendo ſub ſole,aut decoquendo,& ponatur in aqua arſenicum tritum,erit bonum.et quādoque adminiſtrantur etiam ſanguiſugæ viri des,quæ ſunt ſub vrceis. Quòd ſi volueris,vt ſit illud quod naſcitur, ſubtile, proiiciatur pſilotro,cinis vitis,aut † nitrū:& multiplicetur eius [c commotio:]deinde abluatur cū farina hordei,& fabarum, & ſemine melonum. et quandoque componuntur calx,& arſenicum cū eis quæ ſunt ſicut aqua alkiſch, & aqua rizi.et quādoq; ponuntur in ea myrrha & maſtix:& quādoque iuuatur cum ſpuma maris.

† baurach. — o B. radices alſemiran. — p B. cerebrales. — q †B. Linimentum forte linia tur cum ſinapi & alkitran. — † baurach. — r † B. aſſiduetur. — ſ †B. Alia litera in. — t B. conquaſſetur ſeu ſimul permiſceatur agitando. — a B. Alia litera aut. — b B. in plurimo aquę. — † baurach. — c B. fricatio vel inunctio.

De a[cura eius,quem combuſſit pſilotrum.] *Cap.* 8.

OPortet vt minoretur eius b[motio] & feſtinetur ipſius ablutio cum oleo roſaceo iam ſuper eam premiſſo:quumque abluitur cū aqua calida,ſedeat poſt illud in aqua frigida: illud enim eſt curatio bona: deinde liniantur deſuper lentes excorticatę,tritæ cum aqua roſacea,& ſandalis.& propriè ſi adurit.Quòd ſi fortem fecerit aduſtionem, tunc neceſſarium eſt adhibere,quod ſit ſicut vnguentum ceruſæ, & ſicut epithema cum lithargyrio nutrito cum albumine oui,& oleo roſ. & camphora.

a B. his quæ prohibent aduſtionem pſilotri. — b B. Alia litera fricatio.

De eis quæ prohibent odorem pſilotri. *Cap.* 9.

LIniatur poſt ipſum cum creta nutrita cum aromaticis,aut creta cum aceto, & cum aqua roſ.Et foliis perſici ineſt proprietas in hoc mirabilis, & foliis vitis, & foliis alſehesabram tritis,& alcannę,& fæcis croci hortulani,& roſis,& cyperis, & galię, & ſquinantho,& ſimilibus ſingularibus,& compoſitis.

De illis, quæ prohibent ortum pilorum. *Cap.* 10.

PRohibent ipſum ſtupefacientia,infrigidantia,ſicut vt incipiatur, & depiletur, deinde liniatur cum hyuſquiamo albo,& opio,& aceto,& aqua hyuſquiami nigri cum eis & ſola.& ſi fuerint decocta in aceto, erit melius. et corpus ranæ lacunalis exſiccatum eſt ex prohibentibus,quum teritur,& miſcetur cum mucillagine pſyllij,aut ſucco hyuſquiami albi,aut aceto, iteretur illud. et dicitur, quòd ſi liniatur cum oleo,in quo diſſoluta eſt lacerta coquendo, eſt ex eis quæ prohibent ortum eorum: & ſimiliter cum oleo,in quo decoquitur ericius.et fortaſſe dicitur contrarium illius. et de eis, quæ dicuntur,eſt vt ſumantur chimolea,& ceruſa plūbi æqualiter, & aluminis medietas partis,& terantur cum aqua hyuſquiami albi humidi. et exiſtimauerunt quidam, quòd ſanguis ranarū lacunalium,et ſanguis teſtudinis fluuialis prohibent illud. dixerunt, & ſimiliter ſanguis veſpertilionum,& cerebella eorum a† [ ] & compoſuerunt medicamen de iſtis.Dixerunt. ſumantur ranę de lacu arundinum, & exſiccentur, et ſumatur de carne earum ſicca,et ſanguinis teſtudinis fluuialis exſiccati,et b[roſarum rubearum] et lithargyrii,et oſtracorum, margaritarum,aduſtarum, partes æquales; conficiatur cum aqua, et adminiſtretur ſuper depilationem pilorum in pectine, et in aſcellis. et ſemen vrticæ cum oleo eſt ex eis, quæ depilant pilos cum fortitudine.

a †B. & hepata ipſorum. — b B. Alia litera baurach rubei.

Incriſpantia. *Cap.* 11.

SVnt ſicut farina fœnugræci,et oleum eius et a[alſidre]album,et myrrha, et gallę, et calx et lithargyrium miſceantur: et ſit ſufficientia in quibuſdam eorum. et b[commoueatur] cū eis

a B. alſeder. — b B. inungatur.

eis caput tangendo, et quandoque ponuntur in eis semen hyusquiami albi, et oleum eius, et quandoque administratur hyusquiamum album sicut est solum. et calx est ex eis quæ c [faciunt planos] et adurit parum, quum soluitur in hac summa: proprie quando equantur cum ea duæ tertiæ ipsius de d [sidre,] quæ ambo sint confecta cum aqua frigida: et similiter spuma salis amari incrispat eos vehementer. Incrispatiuum bonum. Recipe gallarum, et alcarmezegi, et limature acuum, et foliorum cupressi, et granorum eius, et granorum cydoniorum, et lithargyrii, et dragacanthi, et boli e [et alcauizi:] et emblicorum omnium an. partem j. calcis, quę non est extincta partem mediam, conficiatur cum aqua siclę, et administretur: est enim bonum crispans, denigrans.

c B. Alia litera incrispant.
d B. alseder.
e B. alchuzi.

De eis quæ planos faciunt capillos. *Cap.* 12.

CVra eius est cura scissionis capillorũ prædicta: et omnio est administratio oleorum mollificantium, et mucillaginum humectantium.

De scissione capillorum. *Cap.* 13.

CAusa eius est siccitas, et cibus succus: et prohibent ipsam olea lenitiua ęqualia, et mucillagines viscosę, sicut mucillago altheę, et mucillago psyllii, et mucillago foliorum salicis, et omnia in quibus est humectatio.

De illis, quæ subtiliant capillos. *Cap.* 14.

BAurach quando ponitur in medicinis capillorum, subtiliat eos.

Sermo de a *[adolescentia,] & canitie.* *Cap.* 15.

IAm locuti fuimus in alio loco ab isto de b [canitie adolescẽtium. et canities quam hic dicemus,] est, quòd dum sanguis permanet pinguis, spissus, calidus, viscosus, capilli sunt nigri: quum vero ad aquositatem tendere incipit, declinant capilli ad canitiem.

a B. dispositione in qua fiunt capilli nigri
b B. causa quara in dispositione fiunt capilli nigri, & de causa canitiei, & q dicimus.

De eis, quæ canitiem tardant. *Cap.* 16.

DE rebus canitiem tardantibus, est regimen rerum primarum. et de eis est regimen eius, quod peruenit ad capillos ipsos. Primæ autem sunt euacuatio humoris phlegmatici omni hora: & proprie cum vomitu super cibum, & per clysteria iterum, & requiescere, & iterare: deinde administrentur confectiones & medicinæ facientes a † [ ] adolescentiam, quas dicemus cum administratione ciborum boni chymi cum æqualitate, ex genere eorum ex quibus generatur sanguis laudabilis, spissus: sicut sunt frixa ea, quæ in patellis præparantur: & ea quæ cooperta coquuntur sine aqua: & assata absque iure, & b † [nuce] in iure: & studeat ita vt sicut cum quantitate digestionis, quoniam est radix: nam, quũ digestio corrumpitur, corrumpitur sanguis. et oportet, quum complexio fuerit humida valde, vt administrentur semina calida sicut sinapis, & piper, & species condientes, & caugamich, & almuri: & proprie in ieiunio: & sicla cum sinapi. et fit c [sufficientia in potando vinum parum. et deuitet fructus, & olera humectantia, & genera lactis, & pisces, & triticum coctum cum aqua vt plus, & d [pultes] & potum aquæ plurimæ, & phlebotomiã plurimam, & euulsionem capillorum, & ebrietatem superfluam, & coitum plurimum: & tãgere cum eis, quæ sunt sicut camphora, & aqua ros. & oleũ sambacinum, & aqua sambaci. capillos: & deuitet multitudinem vsus aquę dulcis. e † [ ] Quòd si fecerit, exsicca illud: & exsicca cum velocitate, licet ablutio capillorum conseruet eorum virtutem. Qđ si balneetur, vtatur eis, quę sunt sicut pulpa coloquinthidæ, & nigella, & † nitrum, & fel tauri abluendo. Confectiones verò & species, quæ abscindunt materiam phlegmatis, & tardãt canitiem, sunt sicut masticatio myrobalanorum Kebulorum, de quibus omni die f [cum numero superueniente sibi, sumatur, &] masticetur, & deglutiatur: hoc enim fortasse conseruabit adolescentiam vsque ad finem vitæ. et similiter triphere factæ ex myrobal. minor, & maior, & confectio de scoria ferri. et melior ex ea est si fuerit in ea aurum. & ex hac. Recipe myrobal. nigrorum, & emblicorum amborum an. partẽ j. mellis anacardorum extracti ab eis medietatem octauę partis j. misceatur cum butyro cocto, & conficiatur cum melle, & administretur: & hoc est forte bonum. et oportet vt administretur paulatim in tanta quantitate, quæ non efficiat impressionem malam. et g † [ ] mithridatum est forte: & theriaca est fortis: & carnes viperę sunt conseruantes adolescentiam, & virtutem quum assiduatur earum comestio.

a † B. vel conseruantes.
b † B. micę panis.
c B. contentum potare parum vini.
d B. insculo farina & decocta.
e † B. Alia litera balneando.
† baurac
f B. vnum numero qui
g † B. a na est

Modus confectionis temperatæ, bonæ.

MYrobalani nigri, & durungi, & piper longum, & emblici, & quandoque est loco piperis longi scoria ferri, et zuccarum, fiat ex eis tryphera. et de bonis expertis, est vt sumantur zingiber, et myrobal. Kebulorum, et macropiperis partes ęquales, et administretur. et iterũ vt sumatur myrobal. kebulorum pondus ℥. xx. schoriæ ferri pondus ℥. iiij. agarici ℥. v. et zingiberis et macropiperis, et gariophyllorũ omniũ an. ℥. iij. et conficiantur cum melle. et oportet vt sumat ista facientia adolescentiam anno integro amator adolescentiæ, ex huiusmodi confectionibus, super quas expectet vsque ad meridiem, deinde comedat cibum.

Linimenta prohibentia a canitie. *Cap.* 17.

OMnia olea calida, confortantia, et omnia currentia quę sunt similia in natura, sunt conseruantia complexionem capillorum, sup calorem innatum, et non a [rugatur] quod penetrat in eis de nutrimento; ista sunt sicut alkitran: et quum eo linitur, dimittatur quatuor horis: deinde ingrediatur balneum. et dixit iterum curationem habentis caput b [calidæ] cõplexionis.

a B. putrescit eis.
b B. Alia frigidæ.

plexionis. et similiter iterum pix humida, currens subtilis. et similiter oleum de costo, quoniam est forte valde, et oleum de ben, et oleum de nigella est forte valde fortius omni re: et oleum factum cum pulpa coloquin. et oleum de synapi. et bonum forte est vt sumatur de oleo synapis, et de nigella, et vt coquatur in eo nigella, deinde coquatur in ipso coloquin. post ipsam, aut cum ea. et oleum expressum ex oliuis syluestribus, quando assiduatur inunctio cum eo omni die, prohibet canitiem. Oleum bonũ. olei omphacini c [acsat] tres, spicæ vnc. j. s. blattæ bizantiæ, floris squinanthi amborum an. vnc. s. decoquantur medicinæ aut in oleo, donec remaneat tertia eius, aut in aqua, donec suscipiat virtutem earum vehementer; deinde decoquatur oleum iterum in illa aqua, donec consumatur aqua. et rectius quidem est tunc, vt minoretur quantitas olei, sufficiat Kist j. et s. de inde sumatur vnc. j. acaciæ, et dissoluatur cum vino, et teratur optimè, et misceatur cum eo acacia, et administretur. Oleum bonum d † [ ] oleum de granis cotti, et olei myrtini, et olei de emblicis partes æquales: et mensuretur de summa eorum lib. j. sumantur cyperi et casiæ e † [ ] et spicæ, et nigellæ, et gariophyllorũ, et pulpæ coloquin. et costi, et xyloaloes crudi, et florum squinanthi, et calami aromatici, omnium partes æquales: et sumatur earum pondus ʒ. c. et decoquatur in succo coloquin. si inuenitur, aut in succo corticum nucis, cuius quantitas sit libræ iiij. quumque mediatur aqua, ponatur super eam oleum, et incessanter decoquatur, donec remaneat oleum, et consumatur aqua, et coletur, et administretur.

c a kist.

d B. Alia litera omphacinum.

e †B. ligneæ.

Linimentum bonum adeo, quod destruit recentem ex ea.

SVmantur acacia, et gallæ, et fœnugræcum, et semen melon. et coriandrum siccum, et spica, et laudanum, et succus corticum nucis ex siccatus, et succus florum papau. Rufi exsiccatus, et rubigo ferri et calcuceca umenon, et a [re meah] et alumen nigrum, de quibus fiant trochisci subtiles, et exsiccentur ei, et administrentur in mense tribus vicibus liniẽdo cum aqua emblicorum, aut aqua myrti.

a a. vitriolum romanum.

Linimentum bonum cum quo liniatur caput tangendo.

MYrobalanorum nigrorum, emblicorum, et gallarũ omnium partes x. laudani partes xx. foliorũ myrti, et granorũ eius an. partes xxx. ponantur in tribus lib. olei, et dimittãtur in eo tribus diebus, deinde coquantur donec ingrossentur, et fricentur cum eo capilli. et de eis quæ experti sunt illi, qui fuerunt ante nos, et experta sunt in tempore nostro, est potare draganthi rubei albalKae pondus ʒ. j. ipsum enim depilat canos, et facit nasci loco eorum capillos nigros: veruntamen non tolerat illud nisi qui habet forte corpus, et humectatum. et oportet vt administretur post ipsum, quod mundificet pulmonem, et humectet ipsum.

De rememoratione tincturarum. Cap. 18.

REperiuntur in libris olea, de quibus existimatur quòd sint tincturæ. et experimentum a [facit esse necessarias virtutes specierum propriarum, quibus cum supereminet oleum, resoluit inter eas, & inter capillos: quare nõ penetrant in eis, &] operantur aliquid, nisi fuerit illic virtus vehemens, aut proprietas maximã: & non speratur virtus vehemens, nisi ex rebus fortis tincturæ, sicut est ærugo ferri, & sicut est ærugo plumbi, & sicut cortices nucis: tũc enim forsitan istæ, & similes eis, quũ virtutes earũ iterantur in oleis, & virtutes medicinarum penetrare facientium medicinæ interueniunt, sicut aceti, & vini, operantur: nam si possibile est vt sit aliquid, tunc est istud. Video & audio quosdam testantes veritatem eius, quod dicitur: quòd vna ex b [venis] nucis quando inciditur in principio veris, & ponitur vt buccella in vase vitri, in qua est oleum, & sepeliuntur simul in terra, exsiccat illud quod est in vase: & exsiccando, & sugendo: deinde remittit illud in autumno, & reddit plurimum eius ad vas, & est tinctura. et plurimum quod accidit de hoc capitulo, & imprimit, non fit illud ex eo nisi cum iteratione. Amplius species tincturæ, quibus tinguntur capilli, sunt tres, denigrans, & faciens flauos, & dealbans: & nos incipiemus narrare numerum denigrantium bonorum.

a B. affirmatque quando olea apponuntur super virtutes specierum, seu medicaminum tingentium tunc inter ipsas & inter capillos cadit mediãs prohibẽs quia in ipsos capillos non penetrant illæ virtutes & non.

b B. radicibus.

Denigrantia. Cap. 19.

ALcanna quidem, & a [indicum] sunt radix, super quam aggregantur homines. & diuersificantur amborum impressiones secundum diuersitatem, & præparationem capillorum. et b [homines] incipiunt cum alcanna, deinde consequenter adhibent indicũ post ablutionem: & expectant super vnumquodque amborum mora, quæ quantitatem habet: & quanto plus expectant, est melius. et de hominibus sunt qui aggregant ea: et de hominibus sunt, qui sunt contenti alcanna, & delectantur eius flauitate. et de eis sunt, qui sunt contenti indico, & delectantur colore pauonis proueniente ex eo. et indicum quidem Indum bonum est, velocioris tincturæ: sed est vehementius faciẽs colorem pauonis, & flauitatem. et indicũ carmenum est minus tingens, & tardius: verũ eius tinctura est decliuis ad nigredinem c [flauam,] & non est multitudo coloris pauonis in ea. et qui vult vt redeat tinctura indici ad colorem capillorum, & destruatur eius flauitas, d † [ ] administret super e † [ ] alcannam vice alia. et si fuerit eius administratio ante eam, tunc ipsa destruet colorem pauonis, & reducet eum ad colorem f [flauitatis. Et melius quidem est, vt nõ prolongetur eius mora, imò festinetur ad abluendum eam. s. alcannam. quæ fuit post tincturam primam. et de hominibus sunt, qui coniungunt ea cum aqua g [siclæ] & cum aqua granatorum, aut cum aqua lactis acetosi: aut componunt cum eis almasal, & aqua corticum nucis: & totum illud est iuuatiuum. et de eis sunt, qui coniungunt ea cum aqua in qua proiiciuntur calx, & lithargyrium decoquendo, aut sub sole dimittendo, donec denigret lanam. et hoc iterum bonum est, quando ponitur in tinctura pondus ʒ. j gariophyllorum, denigrat valde: & prohibet malitiam eius a cerebro. Tinctura autem alia, quæ administratur

a B. alusme. Et sic vbique per indicum in hoc cap. intelligatur alusme.

b B. plurimi hominum.

c B. capillorum

d †B. & eius tinctura.

e †B. eam.

f B. capillorum

g B. sum ch.

tur multoties, veruntamen minus quam administretur prima, est, vt sumantur gallę, & inungantur cum oleo, & adurantur cum oleo. Et quod de hoc est melius, est vt fiat in vase lutato: & finis adustionis est quantitas qua denigrētur, & terantur: & non perueniatur ad vltimū in ea. et sumatur de eis pondus. drach. xx. & calcucecaumenon. drach. x. & aluminis. drach.. ij. & salis gemmę ℥. j. & fiat ex eis tinctura: denigrat enim capillos denigratione fixa. et quādoque administratur secundum hanc descriptionem. Sumatur lib. gallarum, quæ cum oleo inungantur, & frigantur, donec scindantur, & sumantur calcucecaumeni, & aluminis, & dragāthi omnium an. ℥. xx. & salis ℥. viij. terantur bene omnia, & conficiantur cum aqua calida, & tingatur cum eis, & dimittatur tribus horis: & quandoque permiscent cum eis alcannam, & indicum. et illud quod est famosum post hoc, est illud quod fit ex calce, & lithargyrio, & creta quæ comeditur, aut alcanzi, aut creta chimoleæ, aut quamcunque cretam volueris de speciebus cretæ capitis partibus æqualibus assumptis, conficiatur cum aqua confectione tincturæ, & administrentur, & cooperiatur foliis siclæ: & necessarium rei est vehementia cōtritionis lithargyrij. et si sit aqua eius aqua alcannæ, & indici, facta cum iteratione decoctionis amborum, aut positionis eorum sub sole in ea, tūc est melior: verum necessarium est vt dimittantur circiter sex horas, & conseruetur super eā humiditas eius. et iterum sumantur alcannę, & indici, & lithargyrij triti, sicut alcohol, & calcis, & gallarū frixarum, & calcucecaumenon, & aluminis, & draganthi, & gariophyl. partes æqual. & tingatur cum eis et hic sunt tincturæ denigrātes, quę iam dictæ sunt in libris, de quibus attuli illas, quæ sunt propinquiores ad hoc vt diligat eos cor, aut cū quibus cadat fiducia. Modus tincturæ bonæ. Recipe alcannę partem j. & indici partes ij. & calcucecaumenon, & aluminis, & salis gemmæ, & gallarum frixarum, & scoriæ ferri partes æquales. terantur cum aceto, & dimittantur donec fermentetur, & administretur. et de illis quæ dicuntur in hoc, est vt sumatur scoria ferri post contritionem in aceto vini supereminente ei quatuor digitis, contritione vehemēti: & decoquatur vsque ad sui medietatem, deinde dimittatur in eo duabus hebdomadis donec æruginetur, & sumatur quantum est scoria de myrhobalan. nigris, & fundatur super eos illud acetum post contritionem eorum: & decoquatur donec exsiccetur illud acetum, & fiat sicut [h] [alcohol,] deinde submergatur cum oleo, & decoquatur donec fiat sicut algalia: & si volueris, aromatiza ipsum. et hoc si tingit cum oleaginitate, tunc propter virtutem rubiginis ferri. et iterum scoria argenti decocta in aceto vehementer, numeratur de summa denigrantium fortiter. et magis dilectum apud me est, vt sit loco aceti, & acetositas [i] [citranguli,] aut citri: & vt loco decoctionis sit dimissio ferri in eis spatio aliquo. et dixerunt iterum, si ponatur in kenina ordo vnus de floribus papau. rufi, & ordo alius aluminis: & sepeliatur in stercore, resoluitur in tincturā bonam. Dixerunt, & similiter si inhumetur plāta hordei humida antequam spicas habeat cū medietate sui de alumine in fimo, in concauitate vasis vitrei, fiet totum aqua nigra, & linimentum denigrans. Dixerunt, & similiter si cucurbita humida existēs super arborem suam, [k] [cū circuitione aperiatur,] & extrahatur, quod in ea est, & ponatur in ea sal, & aliquid parum de scoria ferri, & [l] [reducatur cortex, qui cum circuitione] fuit ablatus, & lutetur tunc totum quod in ea est, resoluetur in aquam nigrā, quæ erit tinctura vt encaustrum. Dixerunt, & si terantur folia capparis & decoquantur cum lacte, & proprie lacte mulieris donec perueniat ad tertiam, & dimittatur nocte tota, erit tinctura bona. et melius quidem est apud me, vt sit de summa cōseruantium. et Gal. quidem testatur de hac tinctura & inquit, sumatur de flore qui est sicut [m] [vua] in arbore nucis, & teratur cum oleo, & liniatur ex eo cum [n] [butyro vaccino] humido. et dixerunt quidam, quando miscetur cum eo stercus caprinum, fit bonum. et dixerunt: & similiter quando cortices radicum algarab teruntur cum oleo, & inungitur cum eo, tunc ipsum denigrat. et apud me quidem, si fuerit tingens etiam, debilitat operationē eius oleum: & si esset loco olei aqua, forsitan esset melius. et similiter est sermo meus in eo quod dixit Paulus, quod si rosę papau. rufi conteruntur in oleo, donec fiat sicut algalia fit tinctura: Nam si fuerit [o] [intentio] ad hoc, tunc necessaria sunt, [p] [profundantia] sicut alumen. et similiter est sermo eorum in nutriendo oleum cū corticibus nucis: & in hoc quòd ipsi decoquūt ipsum in aqua eius: & intromittere parum aluminis in eo: & totū hoc est ex eis, quæ debilitāt ipsum: & similiter illud quod dicitur in decoctione olei in aqua papau. rufi, donec finiatur. et sicut illud quod dixerunt, quod oportet ut sumatur oleum sisaminum & proiiciatur super ipsum tertia sui emblicorum, & decoquatur hora vna cum facilitate, & coletur [q] † [ ] & sumatur ad omnem libram, quarta libræ laminarum plumbi subtilium, deinde frigatur cum facilitate, vt non liquefiat plumbum, & vt non inflammetur oleum, & moueatur semper, deinde dimittatur tribus diebus, deinde sumatur: & dico, in hoc est fiducia aliqua, proprie quando est in eo alumen. Dixerūt, & similiter cum ponitur oleum de ben in concauitate [r] [auergilati, deinde firmatur ex] lutatione eius, & ponitur in furno positione cum cautela, egreditur oleum tingens: & melius est vt numeretur hoc in summa eorum, quæ prohibent canitiē. Dixerunt: & si mundentur grana passularum, & terantur optime sicut alcohol, & submergātur cum oleo sisamino, & inhumentur mense vno in fimo, erit tinctura bona: & bonum. [s] [Et ex eis quæ sunt quasi illud super quod est conuenientia, est quod ouum alactat, est tinctura fortis, & similiter ouum auis tardæ. et accidit quod in tempore nostro in diebus vitæ Regis Sedubelaa, ut egereret vna de genetis suis super vnam partem barbæ genet alterius dormiētis, & tinxit eam nigredine.

h B. althaluch

i B. Nota quòd ubi habetur citranguli in arabico habetur aranciorum.

Galia

Galia quam elegerunt.

DIxerunt. sumatur a [ʒ.j. salis & lib. j. & s.] aquæ myrti humidæ expresse, & ii ij. libræ aquæ, decoquantur donec minuatur medietas; deinde remoueatur ab igne, & sumantur b [lib. iij. hybisci, & l alcannæ, & l. indici] & drach. xx. gallarum frixarum, & drach. x. draganthi, & ʒ. l. gummi, & proiiciantur in ea & ingrossetur cum decoctione, & aromatizetur cū muscho, & galia: & c [cooperiendo cum ea tangendo] il lud quod volunt tingere d [tanta quantitate ꝙ ei superemineat.] Dixerunt: et sumatur olei de granis cotti pondus ʒ. xxx. et proiiciatur in eo limaturæ ferri, et limaturę plumbi, et calcucecaumenon, omnium an. pondus ʒ. iiij. teratur totum cum eo: et dimittatur, donec denigretur, deinde frigatur, et aromatizetur cum muscho. Et scias quòd hordeum combustum, aut cortices fabarum, aut cortices granatorum, sunt de summa eorum, quæ intrant in tincturis introitu alcannæ: et similiter cortices nucis. Et nos quidem iam diximus medicinas tincturæ in medicinis singularibus: & quod ipsæ sunt sicut e [capsia] & myrrha, & lycium, & sinapis, & sal, & elleborus, & attriplex, & emblici, & capillus veneris. & rosę papau. rufi, & alcanna, & indicum, & ęs vstum, & scoria ferri, & aqua corticum fabarum humidarum, & cortices nucis, & aqua eorum, & acacia, & fœnugræ. & semen siclæ, & myrtus, & grana eius, & laudanum, & lithargyrium, & calx, & scorię omnes, & limaturę.

a B. drag. l. emblicorum, & lib. j. s.
b B. althex & alcanne & foliorum Indici omnium an ʒ l.
c B. inungatur cum ea.
d B. & inungatur, tanta quantitate, qua lanimé tum tingens superemineat seu exuperat super capillos.
e B. sidragi.

De facientibus flauum, & quę currunt cursu eorum. Cap. 20.

DIxerunt, quod a [currit ex arundine nabathi recente] ablato ab eo cortice eius, quū accenditur super b [eam ab alio latere] tingit sicut aurum. et similiter ærugo ferri cum aqua draganthi, super quam expectetur, sicut expectatur super alcannam. Aut sumantur alcannæ, et fęcis vini, & c [gummæ] partes æqual. & aliquid de squinantho, & tingatur cum eo. Aut sumatur alcanna, & tingatur cum ea, postquam cōficitur cum decoctione condisi. Dixerunt, & tingatur cum aluminæ, & d [aliffixeo & croco, aut cum myrrha, & staphysagria] & dimittatur die ac nocte cum aqua, & iteretur illud die bus aliquot. et cum iterantur e † [ ] super ipsum lupini confecti cum aceto, est bonum. et iterum sumantur lupinorum contritorum ʒ. x. myrrhę ʒ. v. salis f [tingentis scilicet alsauregi] ʒ. iij. fœcis vini exsiccatę adustę ʒ. iij. aquæ cineris ligni vitis, quā tum sufficit.

a B. flores arundinum nabathi recentium.
b B. extremitatem alteram.
c B. saline.
d B. alsfarach & croco & myrrha & alserugi.
e †B. & ponuntur.
f B. tinctorum scilicet alserugi.

De rubificantibus fortibus. Cap. 21.

SVmātur sumach vnc. ij. & gallarum. vnc. iij. & alidrion citri. vnc. ij. & capilli veneris duę baccæ, & absinthium baccarum ʒ. j. & lupinorum excorticatorum siccorum pugilli duo, terantur, & infundantur in lib. x. aquæ diebus aliquibus, deinde emplastretur cum eo caput, quum est tepidum. Dixerunt: & decoctio lentium, & condisi in aqua est bona faciens flauū tortis. Dixerunt, sumatur fœx vini adusta, a † [ ] & misceatur cum oleo de ben, aut oleo de squinantho.

a †B. & nux adusta.

De albificantibus, Cap. 22.

DE eis est stercus hirūdinum, & de eis sunt a [vesri] & de eis sūt almes: & de eis est flos b [album,] & de eis sunt cortices raphani, & fel tauri, et vapor sulfuris, et cacumen capparis, et cacumen oliuarum singulariter, et cōiunctim: et proprie cum aceto: et proprie post vaporatio nem eius cum sulfure Sumantur semen enulę, et cortices raphani sicci, et alumen, et aggregetur cum attrittione cum medietate partis j. de gummi arabico. et iterum sumantur folia c [aluesri] et cortices cappari, et mandrag. et si fuerit loco amborum hyusquiami albi erit forte, et misceatur tinctura: et si fuerint in eo camphora, et aqua ros. erit melius. et quandoque madefiunt capilli, deinde inuoluuntur in sulfure, deinde suffumigantur cum eo: fiat cum eo il lud in nocte semel, aut duabus vicibus.

a B. alneserin Alia litera nigella.
b B. albusci albi.
c B. alneseriu.

Succursus dispositionibus sequentibus tincturas. Cap. 23.

PLures species tincturæ sunt infrigidantes cerebrum, et corrumpentes ipsum, et faciē tes ipsum cadere in preparationē ad catarrhos, et ad apoplexiam, et similia, curetur ergo illud cum eis, quę vicinantur tincturis aut administretur successione earum de aromaticis calidis, sicut sunt muschus, et gariophylli, et similia. et quandoque accidit ex tinctura, vt tendatur capilli quasi vt chordę. et remoueatur eorum crispitudo, et deturpetur eorum situs: et succurritur illi, si ponatur cum tinctura illud, quod, subtiliat, et crispat, et proprie in genere capillorum, qui faciunt illud. et quandoque accidit ex tinctura, vt a [debilitentur capilli, et exsiccetur barba, b [et denigretur facies,] et rumpantur capilli, et succurritur illi, si consequenter adhibeatur oleum violaceum, et oleum alKeiri. et quandoque accidit ex tinctura vt denigretur facies: et homines quidam lauant eam cum farina fabarum, et ciceris, et similium: et non est melior ablutio ad illud quam de oleo calido. et quandoque accidunt post tincturam alnusul. et melius quod administratur in eis, est, vt sumatur de tinctura, quantum est nux, et exsiccetur, et proprie de tinctura, in qua est vir tus profundans: et quoties apparet alnusul, aut forsitan apparebunt, accipe lignum sicut illud cum quo fricantur gingiuæ, et inuolue c [vnū super extremitatem eius de resolutione illius tincturæ coagulatæ, et consequere] cum eo alnusul. et quidam accipiunt fumum olei aromatici sicut oleum deben, et laudanum, aut ceram, et inungunt cum eo alnusul: et quando exsiccatur, linitur.

a B. infiltrentur capilli & corrugetur.
b ——B.
c B. & accipe su per extremitatē eius de illa tinctura & inunge.

De furfuribus. Cap. 24.

QVoniam sermo de furfuribus est proportionalis sermoni de capillis ex aliquibus modis, tunc loquimur de eis. Furfur est a [alabi rati idest cantabrum,] quod est in capite b † [ ] modus excorticationis leuis accidentis

a B. alhebric. i. furfur.
b † B. & est aliquis.

dentis capiti, propter corruptionem accidentem in complexione, proprie cum impressione in superficie superiore cutis. et peior peruenit ad vlcera, & ad corrumpendum origines capillorum, & fit a materia acuta, baurachia, aut sanguine melancholico. et quandoque est propter malitiam complexionis in capite: quare corrũpitur illud quod peruenit ad ipsum. et forsitã est quod facit ipsum, siccitas nuda: & non est reliqua complexio in corpore, nisi bona: & quandoque fit per communitatem.

De cura. Cap. 25.

FVrfuri qui est leuis, sufficit cura leuis: & destruit ipsum epithemare caput cum oleo rosa. & viol. & cum mucillaginibus. et de furfure est qui est vehementior illo: & indiget eis in quibus abstersio est, & resolutio fortis: deinde consequenter adhibeantur ea quæ humectant, & æquent. et de eo est malus valde, perducens ad [a] [vlcerationem.] & necessarium in curatione eius est vt mundificetur corpus cum phlebotomia, & solutione ventris, si fuerit necessarium illud: & si causa fuerit secundum quòd videtur, in capite, repletio corporis: deinde curetur: & quoties curatur cum eo quod [b] [radit,] consequenter adhibeantur olea.

a B tineam.

b B. Alia litera abstergit.

Medicinæ furfuris leues absque mordicatione plurima.

SVfficit furfuri propinquo, debilis ablutio cũ aqua siclæ, & cum aqua fœnugræci, & cum granis melonis, & cum farina ciceris, & lupinorum, & fabarum, & semine altheæ decocto in oleo, & cũ mucillagine cydoniorum, & altheę, & draganthi, & cum creta alcanzi, & chymolea, & proprie cum succo siclæ postquam dimittitur super caput hora vna. et sit contentus foliis salicis humidis, quoniam sunt vltima et cum tamarindis, & apio, & succo eius, & decoctione azedaraet, & foliis cannabis, & foliis sisami. et fortasse cum delibutione amborum destruitur [a] [fortis:] & similiter succus amborum, & amygdalarũ excorticatæ cum aceto, & farina fœnugręci cum aceto. Aut sumatur farina ciceris cum foliis sisami tritis, & misceatur cũ aqua siclæ, & aliquantulo aceti vini. Aut sumãtur cicer tritum, et althæa, et conficiantur cum aceto, et liniantur. Aut abluatur caput cum cacumine mori trito sicut puluis, administrato sicut althæa, aut [b] [althæa] cum oleo, aut thus resolutum in vino, quod mistum sit cum oleo. iteretur illud duabus hebdomadis. et de subtilibus, et facilibus est ablutio capitis, cum aqua foliorum [c] [salicis] humidorum: est enim bona vltima, experta, salua: et oportet vt abluatur cũ quocunque fuerit, deinde inungantur in [d] [cum oleo quod sit sicut oleum viol. et rosa.

a B. impetigo.

b B. Alia litera semen altheæ.

c B. kalef.

d B. nocte.

Medicinæ furfuris, quæ sunt fortiores.

MIsceantur cum ablutione † nitrum, aut sulfur, aut fel tauri, aut pulpa coloquinthidę, aut fœx vini, aut synapis, aut staphysagria, aut [a] [nitrum] adustum, aut gumma rutæ agrestis, et similia. et iterum, sumatur chymolea, et conficiatur cum felle vaccino, et administretur, et dimittatur duabus horis: aut grana alben, et farina fabarum cum æqualitate, decoquantur cum aqua, et abluatur cum ea caput. Aut sumantur [b] [olei de ruta] lib. j. et saponis vnc. j. et † nitri aure. iiij. aggregetur totum, et liniatur cum eo caput, deinde abluatur cum aqua siclæ, et farina ciceris, deinde administretur oleum myrtinum, et linitur etiam caput cum stercore vaccino, et confert valde, et quiescat vna nocte, et liniatur alia nocte. et ablutio ipsius cum vrina cameli, proprie Arabici, est vehementis iuuamenti. et [c] [nitrum] tritum est forte in cap. furfuris mali. et de eis quę conferunt in ea, sunt calcanthum, et staphisagria. Aut sumantur spuma † nitri, et calcanthum ęquali mensura, et liniantur super caput post rasionem: et fortasse aggregantur cum oleo. Aut teratur staphisagria in oleo, et inũgatur cum ea. Aut sumantur sulfur, et calcanthum, et † nitrum æquali mensura, et aggregetur cum laudano dissoluto in oleo masticino, et dimittant super caput et fortasse ponitur in eo elleborus. Medicamen quod sibi attribuunt quidam moderni, etiam expertum est, et inuentum bonum et forte: sumatur hyssopi humidæ, pars s. et [d] [pulpæ coloquin.] pars j. et olei de Keiri pars j. gummæ rutæ agrestis iiij pars j. et laudani partes ij. abluatur caput cum aqua calida, et sapone, deinde fricetur cum panno aspero, donec rubeat, et liniatur cum eo die ac nocte.

† baurach.

a B. vitrum.

b B. fæcis v...

† baurach.

c B. vitrum.

† baurach.

† baurac...

d B. Alia ... pinguedinis anatis.

TRACTATVS SECVNDVS.

De dispositionibus cutis ex parte [a] [cutis.] Cap. 1.

DOlor conuertitur ad nigredinem causa solis, aut frigoris, aut venti, aut sorditiei aut [b] [paruitatis] balneationis, aut comestionis salsorum, aut conuersionis sanguinis ad melancholiam. Et conuertitur ad citrinitatem ex causis citrinantibus, quæ sunt ægritudines, et tristitiæ, et defectus nutrimenti, et multitudo coitus et fames, et calor aeris vehemens, et potus aquarum stantium. Et ex comestis sicut ammeos, et olfactus eius: et [c] [consideratio] ad ipsum secundum quod dicitur: et acetum, et assiduatio eius citrinat faciem, et cyminum potatum, et [d] [delibutum] cum aceto. et longa statio in domo, in qua est cyminum plurimum, et multum uti aceto, et comestio cretæ, ita quòd facit cadere oppilationem in orificiis venarum, quare non vadit ad cutem sanguis rubicundus, imo aliquid de vapore choleræ.

a B. co...

b B. pauc...

c B. asp...

d B. linim...

De rebus facientibus colorem bonum cum splendore, & rubificatione & abstersione subtili. Cap. 2.

SCias, quia omne, quod mouet sanguinem, et spiritum ad cutem, induit eam pulchritudinem puerilem, et mundificationem, et rubedinem, et adiuuat ipsum illud, quod abstergit abstersione leui, ponens cutem subtiliorem, et detegit ab ea illud quod est mortuum super faciem eius, detectione subtili: et proprie si fuerit tinctura: et indiget cum hoc toto cautela a calore,

calore,& frigore, & vento. Et res quidem mouentes sanguinem ad cutem, efficiunt illud secundum tres modos. De eis enim sunt, quæ generãt sanguinem,& propriè subtilem: sanguis namque bonus quum generatur,& multiplicatur, & spargitur, consequitur ipsum omnis locus. Et de eis sunt mundificantes sanguinem. Et de eis sunt spargentes sanguinem,& dilatantes ipsum, propterea, quòd mouent eum ad exteriora,et aperiunt meatus, & attrahendo ipsũ violenter ab interioribus ad exteriora. Et res, quæ bonum faciunt colorem per viam primã, sunt, sicut assumere cicer,& oua sorbilia, & aquã carnis, & vinum odoriferum, & asũptio ficuum: ipsæ.n. generant sanguinem subtilem, expulsum ad cutẽ, & propter illud faciũt pediculos. & si color alicuius conualescentiũ turpis fiat,tunc si voluerit, vt redeat ad colorẽ suũ pristinum, iuuabitur cum ficubus siccis, & [a][aqua dactylorũ immaturorũ:] ambæ.n. sunt addentes in sanguine subtili, & caliditate innata. Et de eis, quæ sunt experta ad illud, est vt bibat diebus cõtinuis in ieiunio vinum,& lac. & res quæ operantur per mundificationẽ sanguinis, sunt sicut tryphera minor, & myrobalani conditi, quum administrantur secundum assiduationẽ, & myrobalani kebuli sunt fortiores tryphera.& res, quæ faciunt illud cum dilatatione sanguinis,& sparsione eius, sunt sicut altit,& piper,& cyperi, & gariophylli, quum ponũtur in cibo,& sicut crocus, licèt crocus tingat sanguinẽ iterum, & propriè in vino cocto, cuius dosis sit vsque ad dra.j.& sicut hyssopus. Sumatur hyssopi.dr.ij.& croci.dr.s.& potentur cũ zuccaro.& acorus iterum facit colorem bonũ. & cũ napi de Barbaria ex.dr.j.vsq; ad dr.ij.quãdo potantur [b][sauic,& kisch, est iuuamentum super illud vehemens, vt non incurrat inflationem turpem.]Et de oleribus, sicut raphanus, & porrum,& cępe,& caulis propriè & assiduatio comestionis eius,& allium iterum.& de operationibus,et motibus, iracundia, et ira, et alteratio, & exercitium temperatum,& luctatio, & iterũ gaudium,et lętitia, et aspicere, quod delectat de actionibus,& operationibus sicut est cantilena cum instrumentis, et gaudium, et sedere cũ pulchris decenter indutis, et aspicere ad species litigantium de pignoribus in victoria, & iurgiũ, & alia. Et res, quæ faciunt deforis cũ attractione, et abstersione iterum, sunt linimenta, et ablutiones acceptæ ex farina fabarum excorticatarum, et farina hordei, et farina orobi, et farina tritici, et amylo, et farina ciceris, [c][et ꝓpriè farina lentium, & farina rizi, et glutine pisciũ, & ireos, et laudano, et ficubus, et thure, et mastice, et oleo eius, et corticib. oui, et carne ostracorum et bdellio, et lithargyrio, et cerusa, et limatura eboris, et ossibus vetustis, et almahaleb, & [d][rubea aromatica est fortis iterũ,] et amygdalæ dulces, et amaræ, et semen citrulli, et melonis, et atriplicis, et cucurbitæ, et farina seminis raphani, et semen erucæ. Et multoties quidem clarificat faciem,& mundificat eã, epithemata ex amylo, et dragacantho cum lacte [e][tota] die: et succus [f][cucumeris syluestris, et hachar] croci hortulani: et lac sicut mulgetur, et decoctio vngularum vitulorum.& iam expertus sũ in eo decoctionem carnis ostracorum,& albuminis oui, et decoctionem fœnugræci, aut decoctionem meliloti. Ablutio bona. Sumantur fabæ excorticatæ, eruus, lupini, semen raphani, semen melonum excorticatum, cicer, amylum, fiat ex eis ablutio. Gumera bona. Recipe farinæ fabarum, et farinæ hordei omnium ana partem j. et farinæ ciceris partem j. lentium excorticatarum, draganthi, amyli, omnium ana partẽ s. granorum melonis partes.ij. croci quãtitatem, quæ tingat, liniatur in nocte, et abluatur in die cum decoctione corticum melonis, et decoctione viol. et similium. Alia. Recipe amygdalarum dulcium, et draganthi, et gummi et farinæ fabarum, et ireos, et glutinis piscium partes æquales, liquefiat gluten in aqua, quę sufficiat omnibus; deinde ponãtur in ea medicinæ, et fiat cum ea epithema. Alia. Sumatur farina fabarum, et hordei, et ciceris, et similia, et liniatur cum albumine oui. et de eis, quę abstergũt abstersione forti, sunt bulbus, et cępę, et † nitrum, et ammeos cum melle, et ammoniacum, et oleum chamæmillæ, et storax humida sunt vehementis iuuamenti, et sulfur iterum, et arsenicum, et stercus lacerti, et radix narcissi. Gumera fortis. Sumatur [g][fæx croci hortulani] et decoquatur vsquequo ingrossetur, et sumatur de ea. vnc.j. et conficiantur cum ea confectione epithematis istæ medicinæ, stercus passerum, farina lupinorum, farina ciceris, semen melonis excorticatum: terantur, et aggregentur cũ ea, et liniatur. Gumera alia. Recipe dragan. [h][nitri de seni triti, sicut puluis, et croci, et lupinorũ, et medullæ granorum cotti omnium an. aurę. j. liniatur cum oleo amygdalarum. Et quandoque linitur facies omni nocte cum sinapi albo et arsenico rubeo, et citrino cum lacte, et abluitur in mane, rubet facies rubore vehemẽti. Et istæ medicinæ fortis abstersionis conferũt formæ, quæ est ex principio lepræ, quæ nominatur asokt, et bothor. Et butyrum coctum quũ administratur super eas, destruit eas. Et de eis, quæ sunt propria ad hoc iterum, et mundificant cũ fortitudine, est gummi album † nitrum, thus, et sulfuris citrini æquali mensura: fiãt trochisci cum aceto, et exsiccentur, et administrẽtur, quum necesse fuerit cum aceto, et melle. Et spuma † nitri melior est in hoc, quam † nitrum. Et iterum sumatur lib. saponis, et ammoniaci tantundem, et resoluantur liquefaciẽdo in iij. lib. aquæ, deinde proijciantur desuper thuris, et masticis, et nitri partes æquales cum vnc.vij. et terantur omnia in vase [i][vitreato] vehementer, et administretur in nocte. Et iterum farinæ erui, et farinę ciceris, et fabarũ, et hordei, et lupinorum, et ireos, et radicis narcis. omniũ partes æquales, et gummi, et radicis lilij amborum an. pars. s. fiant trochisci. Et scias, ꝙ omne, quod confert pãno, et maculis lentiginum maiorũ, et vestigijs, et tenebrositati sanguinis, cõfert in hoc fortiori iuuamine: et parum de eo sufficit.

[a] B. Alia litera dactylis immaturis.
[b] B. quum bibitur in sauic bullito bullitiõe vehemẽti, vt non incurrat inflammationem facit bonum colorẽ. Alia litera in sauich tunc eius ꝑmistio, & eius potatio ꝓhibet, vt non adueniat inflammatio fæda.
[c] B. propriè &
[d] B. Alia litera cinnamomũ aromaticum, est fortis etiam in hoc.
[e] B. omni.
[f] B. alchanabeni &
† baurach.
[g] B. crocus hortulanus.
[h] B. viri de scemi.
† baurach.
† baurach.
† baurach.
[i] B. marmoreo.

De conseruatione cutis à Sole, & vento, & frigore. Cap. 3.

OPortet, vt liniatur cum albumine oui, aut cum aqua gummi, aut cum cera, [a] † [ ]aut

[a] † B. & oleo.

] aut sumatur grossum similæ infusæ in aqua colatæ,& misceatur cum æquali mensura albuminis oui, & inungatur cum eo facies.

De vestigijs percussionis, & vestigijs nigris. Cap. 4.

ERadicat ea lithargyrium albificatum, quãdo linitur cum aliquo ex adipibus, aut cũ medulla panis. Et similiter[a] [piper notum] confert ad illud, quãdo cum eo linitur, manifestè. Et olus, quod dicitur piper aquæ: & similiter thus & folia caulis,& coriandrũ, & raphanus, & mentastrum humidum, & [b] [arsenicum,] totum illud cum aqua coriandri,& apij.& quã do linitur locus cum calce, aut nitro rubeo cũ aceto forti, remouẽtur vestigia viridia:& similiter cum thure,& nitro. & aloes eradicat vestigia coloris melongenæ: & absinthium cũ melle:& similiter cum glutine albotin: & laudanũ iterum oportet, vt dimittatur super locum diebus aliquot. Et emplastrum dyaquilon est bonum iterum. Epithema ad illud bonũ. Amygdalæ excorticatæ.dr.j.ostracorum adustorum, nasturtij albi, amborum an.dr.ij.mes excorticatorum.dr.s.ciceris albi excorticati. dr.ij.orobi. dr.j.lupinorum.dr.s. spumæ maris.dr.j. ossium vehementis exsiccationis,& vetustatis.dr.ij.far cocol.dr.j. terantur, & conficiantur cum aqua hordei,& zuccaro, & liniantur cũ aqua [c] [ros.] & iterum confricatio [d] [astraci. & liniatur super locum, Keiken,] cum oleo [e] [amygdalino.] & iterum nitri, ammoniaci, myrrhæ, sulfuris citrini, omnium æqualiter, fiat ex eis epithema cum aceto contractum vt non vlceret. & similiter chimoleæ, & fimi columbini, & saponis, & thuris æquales partes,& liniatur cum aceto, & cornu cerui adusti donec albescat,& thuris, farinæ lupinorum, & farinæ erui, & farinę fabarum partes æquales ammoniaci [f] † [

] amygdalę amaræ omniũ tertia partis.j. draganthi, gummæ ãborũ an.iiij. partem vnius. Et iterum emplastretur cum glutine, deinde sumantur nitrum,& calx, & cinis vitis. & aggregentur cum melle, & liniãtur: & hoc est conueniens lentiginibus, & vestigijs vlcerum.& fortasse indigent scalpellatione.

a B. lapis piperis notus.

b B. æs vstum.

c B. albedarsigi.

d B. nasturtij super mébrum, & chibikengi.

e B. Alia litera nucum.

f † B. salis armoniaci.

Vestigia vlcerum, & variolarum. Cap. 5.

OMne, quod est forte de illis, quæ diximus, confert debilibus vestigiorum vlcerum. et de medicinis prædictis ad illud,& expertis, sũt adipes asini, & succus radicum arundinum humidarum cum aliquanto mellis,& [a] [caseus cũ sale massæ confectus] cum melle apum. & decoquatur vitis alba in oleo, donec ingrossetur, & est expertum. Et similiter emplastrum huius modi ireos. & costus, & lithargyrium ablutũ, & cornu ceruinum adustum,& † nitrũ, & ammoniacum, & stercus antiquũ administretur, ita ꝙ ad lentigines,& pannum.& iterum sumã tur stercoris antiqui, veteris longi temporis, albi,& ossium veterum amborum an.partes x.radicum arundinis siccę, partes xx. & nasturtij recentis partes.x.amyli partes x. & lupinorũ partes v.seminis melon.excorticati, rizi excorticati,& farinæ ciceris, omnium an.partes x.& granorum de ben partes xv. conficiatur cum aqua hordei, & liniatur. & si ponantur in eo costi, & myrrhæ, & aristol.omnium an.partes x.erit melius. Et nos quidem iam innuimus ad curationes horum vestigiorum in loco, qui est ante hunc locum.

a B. ozimum cũ sale cõi commistum.

† baurach.

Sanguis mortuus, & lentigines magnæ, & pannus. Cap. 6.

LEntigines & sanguis mortuus fiũt propter sanguinem, à quo apertum fuit orificium venæ, vt euomeret repletionẽ, aut scissum fuit eius orificium propter percussionẽ, aut aliud. & præfocatus, & sub superiore parte cutis in loco, in quo apparet color eius, & figura eius. & ille, qui est ad rubedinem decliuis, est lẽtigo. & qui de eo [a] [delinitus] est, nominatur pãnus. & quidam nominant punctualem pannũ.& ille, qui est ad nigredinem decliuis, est barassen. & multoties quidem accidit habenti lentigines, scissura labiorũ ꝑ siccitatem complexionis suæ & oportet, vt preparetur ad curationẽ omnium illorum antequam vehemẽs fiat [b] [rubedo] sanguinis,& denigretur: nam post illud, eorum cura est difficilis. At verò sanguis mortuus,& baras, quandoque egreditur cum extremitate phlebotomi, remouendo cutem subtilẽ [c] [ablatione] non ab vlcerante. Quòd si fuerit illic aliquid congelatum, accipiemus cum facilitate: & si fuerit non congelatum adhuc, fiat vt currat cum facilitate: deinde curetur per complementum abstersionis cum medicinis.& nos quidem iam curauimus albaras, & lentigines, & huiusmodi,& ablatæ sunt. verùm oportet, vt consequatur illud emplastrũ, in quo sit stypticitas, vt non currat ex orificijs venarum sãguis vice alia: licèt necessaria sit commistio medicinarum stypticarũ in eo, quod administratur, & resoluentiũ, vt non attrahant resolutiuæ materiam ex via, quæ dilatata est venarum & propriè in inceptione pãni: & similiter illud super quod non oportet, vt sit vehemẽs mordicatio: antiquus verò stans non timet illud, imò oportet, vt administrentur super ipsum resolutiua, mordicatiua, auferendo, & ponendo secundũ continuitatem:& antiquus niger, non alius. & quandoque possibile est, vt resoluatur sanguis mortuus in principio rei embrochãdo ipsum cum aqua calida, plurima, tẽpore longo,& propriè si fuerit in illa aqua virtus resolutiua. Et quandoque scalpellamus in primis, & quandoquę confert collyrium de myrrha, & collyrium rosarũ ad illud linitũ. & iteretur illud, & quod currit cursu eius in die bis, postquam abluitur locus cum eis, quę sunt sicut decoctio meliloti.& melius, quo administrãtur istæ duę medicinæ & aliæ, est aqua fœnugræci. & collyrium factũ ex myrrha eradicat illud, quod residuum est ex mundificatione medicinarum, ꝗ sunt debiliores.& ficus infusę in aceto, aceto sæ, quandoq; resoluunt sanguinem mortuũ:& similiter nitrũ assatum, & fimus colũbinus, & † nitrum cũ æqualitate sumpta, & liniantur cũ melle.& iterum abluatur locus cũ nitro: deinde

a B. de nigredine. Alia litera fos occupatum.

b B. Alia coagulatio.

c B. Alia cũ perforatione.

† baurach.

de emplastretur cū gumma albotim, et ligetur strictè sex diebus, deinde abluatur, & pungatur cū acubus, vt sāguinetur, deinde exsiccetur sanguis, & dimittatur sex diebus: deinde fricetur cū sale, et dimittatur media hora, deinde ponatur super ipsum hoc medicamen, qđ dicemus. v. diebus, quare egreditur totum residuum sanguinis. Medicamen est istud. thus, et nitrum, et calx, et cera, et mel: liquefiat cera cum melle, et misceantur, et fiat cum eo emplastrum, et administretur in oībus tribus diebus, aut quatuor vsq; ad v. dimittendo super locum: resoluētur ergo vestigia sanguinis mortui, et alguassem. et de medicinis singularibus bonis est condisi cū medulla panis, et amygdalæ amaræ, et semē caulis, et semen raphani, et lac fici, et aqua [d] [calcis] cum felle vaccino, et [e] [thus] et folia mādragoræ fricata super lentigines, & alia vestigiorum, & hebdomada vna. Et sampsucus quidem est linimētum bonum ad sanguinem mortuum, et omnes medicinę fortis abstersionis prædictæ in capitulis præteritis. et iterum sicut cordumeni, et myrrha, et gumma [f] [pigani] et cępa azir, et radix serpentarię cum melle. Et iam expertus est Gal. et alij nucem rancidam terendo eam optimè, et ligādo desuper in nocte, deinde iteretur. Et vitis alba iterum, et alfesiresim, et fæx granorum albē, et sambacus, et propriè humida, et limatura eboris, et crocus hortulanus cū aceto, et duo ellebori. et cinnamomum, et acetositas citri est bona iterum, et andacocha iterum, et stercus columbarum, et stercus passerū, et stercus [g] [accipitris.] Aut sumatur piperis pars j. calcis pars j. & arsenici rubei, et citrini amborū an. partes ii. conficiātur cum melle, et reponatur in vase figuli, ei quando ipsū est necessarium, abluatur locus cū nitro, deinde emplastretur cum gūma pini quinque diebus, deinde resoluatur, et pūgatur locus cum acubus, et exuccetur, et pulucrizetur super ipsum sal: et iteretur super cum medicamen quinque dieb. aliis, fiat illud aliquoties, quoniā delebit sanguinem mortuum, et alguassem. Aut sumātur † nitrum, et dragacāthum cum ęqualitate, et informentur inde trochisci, et liniantur cum aceto, et abluatur cum sapone. Aut liniatur cū cucurbita sicca trita bene cum pauco croco: est enim bonum vltimum. Aut sumatur bolū de creta, et grana cotti, et aggregētur cum aqua saponis, et liniatur: sanat enim pannum, et bothor, et lētigines. Et similiter fæx olei adusta, et [h] [oleum de eruo] et farina lupinorum accepta secundū ęquales partes, conficiantur cum ficubus infusis in aceto. Et de medicinis leuibus, quæ conferunt albaras, et lentiginibus, et omnibus vestigiis, est mucilago cydoniorum cum croco, et grana cucurbitæ cum decoctione fœnugræci. Et de eis, quæ delent pannū, sunt semen raphani, et sinapis confecta cū ficubus infusis in aceto. Et medicamē factum ex sinapi, et arsenico, quando est secundum quantitatem, quæ excoriat parum, et non vlcerat. Et deleturiterum, si sumatur costus cū cinnamomo, quæ ambo cōficiantur cum [i] [aldaragi] et liniatur. Aut sumātur terra argenti viui, & semē melonis, et almahaleb, et amygdalæ amarę, et administrentur. et iterum [k] [aldargagi] confectis cum eo bdellio, & semine erucæ. Et iterum bdellium cum aceto. Administrentur istæ medicinæ, & quoties mordicant, auferantur, deinde iterentur. Et iterum cępe croci, & cępe narcisi. Et iterū sumātur seminis erucæ, & amyli, & lithargyrij albificati omnium an. pars j. [l] [piperis,] croci, stercoris lacerti, & stercoris canis, & farinæ fabarum, & farinæ hordei, & farinæ fœnugræci omnium an. partes. ij. olei amygd. dulcium, & olei alneregil, cum quo aggregentur. et iterum dyaquilon secundum hunc modum. decoquatur. vnc. lithargyrij in duabus vnc. olei antiqui, donec resoluatur in eo: deinde sumatur mucillaginis fœnugræci, & mucillaginis sinapis an. vnc. j. & bdellij, & myrrhæ amborum an. drac. v. duæ medicinæ terantur, deinde super eas ambas proiiciantur mucillagines, & terātur vehementer, deinde aggregētur cum oleo, & fiat ex eis dyaquilon. Trochiscus bonus. Recip. mezerion. dr. iiij. sinapis albi. dr. x. ammoniaci. dr. ij. bdellij. dr. ij. dissoluantur in aqua secundū quātitatem, qua residuum aggregetur, & fiant trochisci. Medicamē vigilantis bonum. Rec. [m] [senkesud] dr. j. † nitri. dr. j. seminis raphani, & ossis putridi & granorum albem & lapidis piperis, & lupinorū, & seminis melonis, & costi, & amygdalarum amararū, fiant ex eis trochisci, et administrētur. Medicamen bonum vltimū, cui par non inuenitur: interficiatur argenti viui. dr. j. in molitione. dr. iij. amygdalarū amararū, conterendo, donec non appareat eius vestigiū, &, denigretur post molitionem: deinde proijciatur quantū est totum de semine melonis trito valde, & liniatur per hebdomadam vnā omni nocte, & abluatur in mane. Et iterū rutæ mōtanę, & hyssopi, amborum an. pars j. marmoris, boli viridis tertia partis vnius, thuris pars j. † nitri partes ij. et s. & gummi albotin cum oleo ros. resoluantur † nitrum, & marmor boli cū aqua calida, & aggregentur omnia, & misceatur cum eo aliquid mellis: & administretur secundum cautelam ab vlceratione. Dixerunt, & de eis, quę delēt pannum est phlebotomia [n] [venæ leporis:] veruntamen ponit faciem in rubedine faciei [o] [habentis asahafa.]

d B. eruce.
e B. gummi cardi.
f B. rutæ syluestris.
g B. falconis.
† baurach.
h B. farina orobi.
i B. alzardagi. Alia litera rosata.
k B. alzardach, vel alzardagi.
l B. parum.
m B. sekensubue.
† baurach.
† baurach.
† baurach.
n B. leporis nasi.
o B. Alia litera alfeafahal.

De Alguassem. *Cap.* 7.

QVandoque eradicant alguassem duæ medicinæ, quas prædiximus in capitulo lentiginum. Et fortasse sufficit, vt abluatur locus cum nitro, & ponatur super ipsum gluten albotin hebdomada vna, & stringatur ligando, deinde soluatur, & fricetur cum sale bene, & reiteretur super ipsum gluten albotin, vsquequo eradicetur, existente cum eo nigredine alguassem. Quòd si illud non confert, non erit excusatio, quin consequatur punctio vestigiorum alguassem distillando anacardos, vt vlcerent ea, & corrodant ipsa.

De curatione albedssanem, & rubedinis superfluæ. *Cap.* 8.

ALbedssanem est rubedo extranea similis rubedinis eius, in quo incipit lepra, quæ apparet super faciem eius, & super extremitates, & propriè in hyeme, & frigore: & fortasse

ſunt cum ea vlcera. Et cauſa eius eſt, quia frigus coarctat vaporem plurimum ſanguineum. & eius curatio eſt vẽtris ſolutio, & phlebotomia, & ventoſæ, & appoſitio ſanguiſugarum, deinde adminiſtratio regiminis eius, qui habet alſe ker in principio lepræ, prędicti in capitulo ante hoc capitulum.

De morphea, & alguada, & albaras alba, & nigra. Cap. 9.

DIfferentia inter duas morpheas, & albaras albam veram, eſt quòd vtraque morphea eſt in cute, & ſi eſt profunda, eſt parum valde: & albaras eſt in cute, & carne vſque ad os. & cauſa communis omnibus eſt debilitas operationis alteratiuæ, quãdo non aſſimilatur aſſimilatione integra: verum materia eſt in vtraque morphea a † [ ] ſubtilior, & virtus expulſiua fortior: quare expellit ad ſuperficiem: & materia in baras eſt groſſior, & virtus expulſiua debilior, fixa interiore parte: et corrũpit cõplexionem eius, quod penetrat in eã: quare eſt additio, & adhærentia, & non fit aſſimilatio: & tu quidem iam ſciuiſti has intẽtiones in capitulo uirtutum. Et quando b [cõponitur] hæc materia, conuertitur nutrimẽtum, quod uenit ad eam, ad naturam ſuam, & ſi fit melius nutrimẽtum: ſicut complexio bona conuertit materiã corruptam ad rectificationem, & facit eam cõuenientẽ: & ſicut arbores permutantur de plantatione ad plantationẽ, & conuertuntur à uenenoſitate ad comeſtibilitatẽ: & à comeſtibilitate ad uenenoſitatẽ: ſicut narrauit Gal. & alii, ꝙ arbor nominata allabcha eſt in Perſia uenenoſi fructus, & quum plantatur in ægypto eſt fructus eius de eis, quę comeduntur: & ſicut color animalis, & plantæ c † [conuertunt materias] ſecundum mẽbra, quoniam ipſa ſunt eis, ſicut regiones: & quoniam membrum ſit phlegmaticum; & caro eius eſt ſicut caro oſtracorum, & cõuertit ſanguinem bonum ad complexionem ſuam phlegmaticã, & colorem ſuum album. Et differentia quidẽ inter ambas morpheas eſt, quòd vna earum eſt propter materiam melancholiam, & altera propter phlegmaticam d [propriè] Res verò, quæ nominatur albaras nigra, proportio ad albaras albam, non eſt proportio morpheæ nigræ ad morpheam albam: imò eſt genus diuerſum in intentione ad albaras albam: & illud ideo quoniã albaras nigra eſt illud quod nominatur impetigo excorticatiua, & eſt ſcabioſitas accidens cuti, aſpera, vehemẽs, & facit ſquamas, ſicut ſũt piſcium cum pruritu, & eſt pp humorem melancholicum imbibentẽ cutem de eo, quod eſt iuxta eã imbibitione fortiore, quàm in colore imprimat tantũ: & eſt de antecedẽtibus leprã, & eſt cum malitia; & cum hoc, ꝙ quæ eſt ex ea antiqua, non ſanatur: & ſimiliter, quæ ex morphea eſt antiqua, eſt magis ſalua, quàm albaras alba: & cauſa huius totius eſt nota. Et ſcias, ꝙ albaras ſequitur ventoſas: & apparent veſtigia earum, & multiplicatur ſuper ea propter illud, qđ attrahitur cum ſanguine de humiditate, & nõ aſſociatur ei, quum ſuctio fit ventoſarum, & remanet in cute: & propterea qđ debilitatur cutis vlcerata à complemento ſuæ operationis. *Signa.* Morpheæ quidem nigræ eſſe non ambigitur: Ambiguum verò eſt differentia inter alguada, quæ eſt morphea alba, & albaras malã. Et de differentia quidem inter vtraſque eſt, ꝙ pili oriuntur ſuper alguada, & ſunt pili nigri, & flaui, & naſcuntur ſuper albaras albi, nõ alij: & eſt cutis magis depreſſa, & vehementius defoſſa, quàm cutis reliqui corporis. & fortaſſe eſt illud in guada, ſed eſt parum valde. Et iterũ pũctura cum acu extrahit ex guada ſanguinẽ, & ex baras non ſanguinem, imò humiditatem aquoſam: & hoc non ſanatur. & iterum, quæ rubet cum fricatione: eſt ad ſpeciẽ decliuis, & ad hoc vt ſit morphea: & quæ non rubet per eã, eſt mala. Differentia verò inter morpheam nigram, & albaras nigrã, eſt excorticatio, & ſquamoſitas, & teſtoſitas: quoniam ipſæ nõ ſunt in morphea nigra. Amplius albaras iterum eſt rara, & quoniam de ea eſt aſpera, & de ea eſt e [leuis & leuior vtrarumque nigrarum eſt melior, quoniam eſt morphea. Et de ea] eſt vehemẽtis elongarõts à colore corporis: & de ea eſt, quę eſt propinquior ei, & eſt magis ſalua. Et in ea, quæ eſt ſubmerſa, & non rubet, neque ſanguinem emittit, & eſt vehementis dilatationis, capiens locum magnum, non eſt ſpecies. Et ſimiliter illa, quæ omni hora incipit in additione, quoniam complexio eius eſt fortis, conuertẽs illud quod ad eam vadit ad ſuam ſimilitudinem: & propter illud eſt mala valde.

Cura Morpheę nigrę. Cap. 10.

OPortet, vt incipiat cum phlebotomia, ſi fuerit illic multitudo ſanguinis, & cum euacuatione humoris aduſti, & melancholici cũ eis, quæ ſunt ſicut decoctio epithymi, & agarici, & myrobal. nigrorũ, & polypodij, & ſtęchados cũ paſſulis, & ficubus, & ſimilibus. & lapis armenus, & lazuli quando ponitur in medicinis eius eſt iuuatiuus, & elleborus, & hieralogodion, & hiera Rufi, & alia ab illis. Et de euacuãtibus ſublimibus eſt aqua caſei cum epithymo: potetur omni die pondus. drach. j. epithymi in cado vno aquæ caſei. & a [dare in potu ſambacum confert ei.] & confert ei adminiſtratio ciborum boni chymi, & adminiſtratio balneorum, & adminiſtratio trypherarũ factarum cũ epithymo. Suffuf iuuatiuum ei, & baras nigrę. Recipe myrobal. nigrorum emblicorũ, nigellæ omnium an. partem. j. zuferæ partem. j. & s. bibat omni die. drach. iij. in mane, & iii. drach. in ſero, & quando calefit corpus, dimittatur aliquot diebus; deinde iteretur. & oportet, vt præcipiatur eis, quatenus occupẽtur in diſpoſitione rectificandi ſplenem, ſi fuerit corruptus, aut debilis ab attrahendo b [ſanguinem,] & poſt illud adminiſtrentur epithemata fortis abſterſionis, et fortiter attrahentia ſanguinem ſanũ, quum ergo veſicatur, quieſcat diebus aliquot, donec cadat cutis: deinde iteretur ſi eius fuerit neceſſitas, et quãdoque non dimittitur c [cadere;] imò quoties incipit mordicare auferatur, donec quieſcat: deinde iteratur. Et iſtæ medicinæ ſunt ſicut gumma rutæ agreſtis, & piper, & ſynapis & naſturtium, et lac tithymali, &

a † B. alia litera minor, &

b B. Alia litera figitur.

c † B conuertuntur ſecundũ regiones ſimiliter non eſt longinquum quin conuertatur materia.

d B. crudam.

lì, et [d] [thapsia] et harmel, et semen raphani, et cortices radicum capparis, et Kebikengi. Et alkebikengi iterum est iuuatiuum in morphea, et baras, propterea, quòd vehementer attrahit sanguinem, et ossa putrida, et nuclei oliuarum antiqui, putridi, collecti ex parietibus, et omnia [c] [attractiua] fortia prędicta in capitulo eradicationis vestigiorum: et aquę quibus linitur, sunt aquæ [f] [cucumeris, et seminis eius] et decoctio coloquinth. Modus epithematis boni. Sumatur semen raphani, et teratur cum condisi, et liniatur cū eo morphea nigra in balneo. Et iterum sumatur semen raphani, et semen sinapis confecta cum ficubus decoctis in aceto. Modus epithematis. Recipe nigellę torrefactę, capsiæ persicę omnium an. drac. x. aluminis iameni. drac. ij. draganthi, gallarum, amborū an. drac. 3. ij. seminis harmel torrefacti. drac. v. liniatur cum aceto forti: deinde succurratur vestigijs accidentibus cum lacte mulieris. Et omnia epithemata fortia, prædicta in capitulo albaras, et lentiginum, et aliorum sunt iuuatiua ad morpheam nigram.

d B. alfeitaragi & sic vbique p capsia saenara-gi.

c B. Alia litera abstersiua.

f B. alsealabeti.

De cura alguada, & albaras. Cap. 11.

OPortet, vt deuitetur phlebotomia [a] [licèt] non faciat ipsam necessariam res fortis. [b] † [ ]et coitus: quandoque secundum ieiunium: et vinum, nisi purum. Et sudate in balneo confert ei, si fuerit mundificati corporis. et administretur vomitus in primis: deinde medicinæ euacuantes phlegma, si non fuerit corpus mundū: deinde diuretica, et solutionem ventris facientia, sicut hieras magnas propriè hieram de pulpa coloquinthidę et pilulę, quę similantur ei, et hierę dentur in potu decoctionis myrobal. et epithymi, et polypodii, et passularum, et salis. Et in granis alnil est proprietas mirabilis in euacuādo humorem [c] [residuum morpheæ albę] [et albaras. Et de solutiuis conuenientibus eis est hiera picra composita cum pulpa coloquinth. Aut secundum hanc descriptionem. Recip. cinnamomi, et spicę, et xylobalsami, et masticis, et assari, et croci, et folii, et calamenthi fluuialis, et pulpę coloquinthidę, omnium an. drach. i. aloes. drac. xviii. cuius dosis sit. drach. i. aut aur. i. cum syrupo acetoso mellino, et aqua calida. et de solutiuis conuenientibus eis est, vt sumatur myrobal. Kebulorum, et emblicorū ana pars i. et turbit partes. iii. et sit omnis pars. vnc. i. dissoluatur de penidiis lib. s. cum aqua, et inspissetur, et conficiatur, cuius dosis sit de tribus ad quinque. et ego diligo, vt ponatur in eo zingiberis pars. i. Et administrentur cōfectiones trypherales, et electuarium nostrum huius modi. Recip. myrobal. nigr. thuris al. amborū an. partem j. zingiberis quartam partem. i. conficiatur cum melle passularum: et sumatur de eo omni die quantitas oui. Et iterum myrobalanorum nigrorum, emblicorum nigrorum, nigellæ, omniū partes æquales, zufera pars j. s. bibat omni die de eo. [d] [vnc. iij. & dimittat ipsum quando febrit. Et iterum acori & macropiperis, & myrobalanorū kebulorum & masticis, & thuris, & nigellæ, & baccarum lauri omnium ęquales partes: [e] † [ ] & sit dosis eius drac. ij. Et de eis, quæ dicta sunt in libro abbreuiationū, est vt sumatur modus sauich, de tritico vehementer torrefacto: & si est necessarium, vt iteretur torrefactio eius, fiat & bibat super impressionem eius mediam, vnc. muri nabathi: & toleret sitim vsque ad meridiem. Et in zufera, & semine eius in uino, in hoc capitulo est ꝓprietas mirabilis. Et de succo quidem extremitatū vitis [f] [amaræ] bibatur omni die cadus vnus, quoniam exsiccat albaras, & prohibet additionem eius. Et potare theriacā, & comedere carnem viperę est iuuatiuum valde in hoc, & trochisci tyri iterum. Et de confectionibus & medicinis, quæ sūt inter trypherales, & solutiuas, est vt sumātur seminis de zufera partes ij. & seminis vrticæ pars. s. & aloes pars quarta: aggregetur cū melle: & sit dosis. drach. iij. administretur illud semper. Et de hominibus sunt, qui ponūt cum eo acorum, et epithymum. Et iterum alkekengi. drach. ij. myrobal. nigri. drac. j. epithymi tertia. drac. j. potetur anno completo cum cōplemento suo. xij. mensibus. Et de eis, quę currunt hoc cursu, veruntamen est fortius, & manifestioris iuuamēti, & oportet, vt bibatur per annum, est vt sumantur acori. drac. vj. myrobalanorum kebulorum, polypodij an. drac. x. myrobalanorum citrinorū drag. xv. hieræ picræ. drag. xx. salis Indi. drag vij. seminis alzufera. dr. xx. & pyrethri. drah. x. turbit. drac. [g] [.l.] pulpę coloquinth. drac. xx. & agarici. drac. v. & scāmoneæ pondus. drac. viij. conficiatur cum melle [[h] originali] & sit dosis ex aure. j. vsque ad aure. ij. Et huius quidem generis est medicamen Alkindi, quod recipit seminis nasturtij. viij. kileiati, zufera, & aloes Scotrensis amborum an. drac. iij. proijciatur super illud lib. j. & s. mellis, & inspissetur: cuius dosis ante cibum sit quantum necesse est cum sauic: deinde sorbeat post illud tres sorbitiones muri, et conseruet cap. cū oleo violaceo, & oleo rosaceo: & cibus post ipsum sit alesfidabegi. Et quandoque permittitur vt administretur logodion & theodoricon oī die: & sit eius dosis parua vsq; ad drac. s. & minus. Et quidā iam iuuerunt cauterizando loca albaras, & euaserunt, & quieuerunt: verùm hoc possibile est in ea, quæ est paruę quantitatis. Et quū corpus est mūdum; & complexio corporis est æqualis, tūc dimitte medicinas, quæ bibūtur, quoniā ipsæ fortasse afferent nocumentū: & minus illius est, ꝙ ipsæ faciunt fluere sanguinem, & minorant spiritum, quę ambo sunt de illis, quibus indiget in curatione albaras: & sit sufficientia super curationē membri cū eo, qđ appropriatur ei de epithematibus, & ei similib. [i] † [ ]& pone cibū eius velocis digestionis, ī quo nō sit viscositas, neque vnctuositas. Et deuitet olera, & frumētū coctum vt puls, & quæ currunt cursu eorum. Medicinarum autem ad guada, & ad baras gradus primus est, vt sint vehementis abstersionis, for-

a B. 6.

b B. & balneū.

c B. guanti al. guada.

d B. drach. 2.

e † B. conficiantur cum melle.

f B. Alia litera muze.

g B. v.

h B. collato ab apibus ex herbis origani.

i † B. Alia litera & scias, ꝙ euacuationes in habentibus hāc ægritudinē oportet, vt fint in debilibus euacuationes, subtiles, vel tenues cum gradatione, & aqua radicū est digestiua præparans. viā medicinis, & in fine sumantur sicut pilulæ fœtidæ: deinde reuertatur ad aquam radicum duab. hebdomadis.

fortiter attrahentes sanguinem, vehementer calefaciẽtes complexiones membri, post illud verò sint vlceratiuæ, excoriatiuæ. Et in medicinis, quæ sunt ad guada sunt medicinæ, quę administrantur ad hoc, vt tingant. & quod magis diligo, est vt administrentur medicinæ locales post fricationem, & rubificationẽ, & vt sit fricatio cũ eis, quæ sunt sicut folia fici, vsquequo forsitan sanguinetur, aut post pũcturam acuũ in locis pluribus. Et de adiuuãtibus ad iuuamẽ 10 tum medicinarum est, vt administres linimẽta in sole. Et melior medicinarum ad baras est illa, quæ vlcerat, aut vesicat, quoniam facit currere materiam, & sanantur. & iteretur: & fortasse non dimittitur, vt vesicet, imò mordicet eam, & iteratur post quietem. Et medicinæ ad baras secundum experientiam primã sunt fortes de illis quas diximus, sicut [k] [elleborus] & calx, & arsenicum, & condisi, & staphysagria, & radix 20 vitis albę, & gentiana, & sauina, & gumma pini, & radix sanguinis drac. & radix aphodili, & spuma maris, & assa, & cortices radicis capparis, & sinapis & harmel, & semen raphani, & radix cucumeris asinini. & eruca, & rubea, & cardamomũ, & almezerion, & dragãthum, & calcanthum, & arsenicum, & sulfur, & alkitran in balneo & bulbus, & costus, & aristol. & flores papaueris, rufi, & gumma rutæ agrestis, & euphorbiũ, & cordumeni est vehementis iuuamẽ 30 ti, & sulfur iterũ cum aceto, faciẽdo epithema post epithemationẽ: & cępe narcissi. & de eis, q̃ sunt experta, est sal ammoniacus, & oleũ ouorũ. [l] † [ ] Epithema bonum [m] † [ ] radix dragonteæ [n] † [ ] & radix nenupharis ad guada: & sanguis [o] [serpentis nigri excoriati] & radix scammoneæ, et folia fici sicca, & folia oleandri, & enula, & folia eius, & alastirgar. Aquæ verò sint acetum, 40 & aqua [p] [adardagi, & aqua cucumeris campestris,] & aqua bulbi, & aqua squillæ propriè: & aqua sampsuci, & propriè super baras vestigiorum ventosarũ: & succus enulę, & surabegi carnis viperæ. Et de epithematibus bonis sunt theriaca, & mithridatum, & logodion, & aqua cucumeris campestris. & de oleis bonis est oleum myrtinum, in quo decocta est capsia adusta, cõ misto cum eo post illud dragãtho Et de epithematibus bonis sunt cantharides, quæ terantur cũ aceto, & liniantur. Aut sumatur fumusterræ humidus, aut siccus; & ponatur in ventre 50 viperæ decollatæ mũdificato ventre, & impleatur, & sumatur, & assetur donec decoquatur bene: deinde extrahatur ille fumus terræ humidus, & emplastretur cum eo albaras, quoniã sanat. Aut sumantur folia oleandri recentia, & frigantur cum oleo, donec exsiccentur folia, & coletur oleũ, & ponatur super ipsum cera colata cum mẽsura: deinde pulverizetur desuper sulfur citrinum & fiat sicut emplastrum, & li- 60 niatur cum eo in sole. Epithema Indorum. Sumatur costus, & capsia Inda, & arsenicum rubeum, & piper, & flos æris, & terantur cum aceto in vase æreo, & dimittatur hebdomada vna, & liniatur cum eo: & stet in sole: destruit enim morpheam, & albaras incipientes. Et conferũt alcali, & calx in vrinis infantium lactentium, et renouetur desuper septem diebus, deinde decoquatur sicut mel, & administretur donec vlceret, deinde sumantur pix, & cera, & Kitram, et cortices nucis adusti, et sanguis pulli columbini, et oleum de alcanna, et decoquantur donec permisceantur, deinde ponantur super locum donec sanetur: et color eius sit color corporis. Et melius quidem est, vt iteretur in sole calido aliquoties. Et scias, quòd euacuatio habentis hanc ægritudinem, oportet, vt fiat cum debili 10 euacuatore, subtili cũ gradatione Et aqua quidem radicum est digestiua, faciens viã medicinæ. Et in fine eius bibat pilulas fœtidas, deinde iteret aquam radicum duabus hebdomadis, et fiat vt generetur sanguis eius ex carnibus calidis auium frixarum: et abhorreat acetosa, et [q] [muza, nisi zirbabegi] quandoque. Et præcipiatur ei, vt abstineat ab aqua, et frangatur cum vino antiquo absque multiplicatione. Et oportet, vt fricetur locus cum omni hora cum pan- 20 no aspero, vt attrahatur ad ipsum sanguis. Et introitus balnei nocet ei: et cibus grossus, et fructus humidi, et sicci. Et cauterium super baras est malũ: et fortasse spargitur, et multiplicatur albaras. Et albaras, quæ apparet successione cauterij ex causa aliqua, non occultatur, et similiter in circuitu scalpellati. Epithema plurimæ cõmistionis factum ad mutuassem. Recip. sanguinis [r] [nigri excoriati.] vnc. iij. et sanguinis corui habentis pennas varias, et albacham, et 30 alinhab, et pullorum alguaressem, et alfaki, et testudinis [s] [marinæ,] omnium an. vnc. j. et alkitran et picis humidæ, et naphthæ, et mellis anacardi omnium an. vnc. j. misceantur ista, et exsiccentur. Et sumantur aquæ coloquinthidę humidæ pars j. et vini antiqui partes. ij. et aquę enulæ partes. ij. et aquæ rutæ, et aquæ sinapis [t] [mundæ] omnium an. pars j. aggregentur ista: et sit de eis in summa, lib. x. secũdum hanc de- 40 scriptionem, et ponantur [u] [in patella vitrea,] et proijciant super ea melanopiperis, et macropiperis, et zingiberis, et nigellę, et castorei, et pyrethri, et condisi et gummæ [x] [pigani,] gariophyllorum, et cassiæ ligneæ, et mezerion, et radicis cucumeris asinini, et ellebori nigri, et opopanaci, omnium. an. vnc. j. decoquatur cum aquis, donec remaneat tertia: et coletur à medicinis: et ponatur super sanguines, et cõmistiones prædictas, donec exsiccetur, deinde suma- 50 tur aqua coloquinth. humidæ, et enulæ humidę, et squillæ, et aqua sampsuci, et aliquid de vino antiquo roretur super aquas, et sint omnia lib. viij. et proiiciatur super ea assæ fœtidæ, et alastirgar, et vtriusque arsenici, et floris æris, et sulfuris omnium an. vnc. j. s. et decoquãtur in aquis vsquequo remaneat quarta, et coletur, et incessanter sanguines, et [y] [humores exsiccati] imbibãtur ex ea, et terantur donec bibant totũ, et exsiccentur, deinde liniatur cum eo in bal- 60 neo. Dico autem. ꝙ possibile est. vt hoc medicamen administretur leuiore solicitudine. et sit fortioris impressionis, quàm illud, in quo laborauit medicus regis. Epithema [z] [vigilantis] bonum. Recipe [a] † [ ] nigellę, florum papaueris rufi, radicum cap. omniũ an. partem. j. capsię lycii [b] [cineris] myrrhæ, arsenici, oĩum an. ℥. s. liniatur in sole. Epithema bonũ iuuatiuum, et est flos papaueris rufi, et alzerchasen

k B. ellebori duo.

l † B. est.

m † B. &

n † B. est bona mirabilis.

o B. viperæ nigræ.

p B. alzardach, & aqua alchanaberi.

q B. ... zurbagi

r B. Alia ... vipera nigra

s B. syluestris vel campestris

t B. hu...

u B. ista in ... te, vel ca...

x B. rutæ syluestris.

y B. res ... itæ exsiccatæ

z B. alfahe...

a † B. ellebo...

b B. duode...

rchasen cum aceto. Et iterum rubea tinctorũ, spuma maris, semen raphani, condisi cum aceto uini. Et iterum sumatur limatura aluminis, & ellebori nigri, & æris adusti, & cantharidarum, & arsenici rubei omnium an. ℥.j. conficiantur cum kitran dissoluto in aceto: & liniatur cum quantitate quam scis. Et iterum Oribasij sapientis: elleborus albus, piper, nigella, spuma maris, sulfur, arsenicum rubeum, rubea tinctorum, capsia, flos æris, cantharides: terantur cum aceto, & informentur trochisci, & exsiccentur, & quum necesse fuerit, terãtur cum aceto, & liniantur post fricationem cum uino, & liniantur. Et iterum ex libro decorationis †cariton, elleborus niger, uitis al. radix almezerion, sulfur citrinum, draganthum, flos æris, limatura ferri, spuma maris, folia fici, terantur cum aceto sicut alcohol, & seruetur in vase plũbi, & liniatur in sole post fricationẽ. Aliud Gabriel. sulfuris, euphorbii, ellebori omnium an. ℥.j. anacardi, pyrethri, capsiæ omniũ an. aure. j. liniatur cum aceto. Iterum seminis raphani, condisi, gumma [c] [pigani] & mezerion, rubea tinctorum, capsia, nasturtium, pyrethrum, staphisagria, aggregentur cum sanguine [d] [nigri excoriati] & informentur trochisci, & administrentur cum aqua rubeę tincturæ, decoctæ uehementer, colatæ, post balneum. Et iterũ rubeæ tincturæ, capsiæ omnium ana ℥.v. seminis raphani. ℥.x. condisi. ℥.viij. liniatur cum aceto post balneum. Medicamen regale. folia almezerion, & semen eius excorticatum, & elleborus niger, & piper decoquantur cum submersione aceti, donec biscocta sint, deinde piiciatur in eo draganthum & cantharides, & limatura ferri, & nitrum, & spuma maris, & decoquatur, donec ferueat, et liniatur, & toleretur, et non abluatur quantum possibile est, et aperiantur uesicæ. Et aliud bonum. mellis anacardi ℥.vij. pyrethri gummę [e] [pigani] an. ℥.iij. euphorbij. ℥.iiij. capsię persicę. ℥.j. liniantur cũ eo confecto cum lacte. Et in eis quę experti sumus, est ut sumantur mellis anacardi, & alkebikengi, et fimi columbini, et cantharidarum, et capsiæ, et seminis raphani et seminis sinapi, et rubeę tincturæ, et alcannæ, et Indici, et draganthi omnium partes æquales: uesicetur cum eo, et aperiantur uesicę, et curentur ulcera, et iteretur donec sanetur. Et illud, quod delet baras uestigiorum uentosarum, est aqua cucumeris agrestis, et aqua sampsuci, & rubea tincturæ, & capsiæ linitæ cum aqua albacham. In uncturis autem quę administrentur super albaras, nõ est possibile, ut referantur secundum pondera eadem, propter diuersitatem colorum facierũ, imò in eis afferuntur canones, & præmittuntur, & postponuntur. de eis itaque est ut sumãtur [f] [mandragora,] & myrrha, & fæx uini, & magra, & rubea, & alumen, & similia, & cõponantur, & liniantur. Aut cum tinctura nigra, quam experti sumus. Recip. cortices nucis, & quantũ ipsę sunt de alcanna, & quantũ est alcãna de Indico. Et iterum calcis, et arsenici, et capsiæ omnium ana pars j. rubeę tincturę partes ij. aggregetur illud cum aqua cępę, & administretur secundum quòd uidetur. Tinctura alia, lithargyrium, et calx, et gallę, draganthum, alcanna, conficiantur cum melle, & cũ aceto nigro, et administretur ex eis epithema. Et iterum draganthum, & calcanthum, & gallæ terantur, & conficiantur cum aceto nigro: et fricetur membrum in sole, & liniatur cum eo delibutionib. aliquibus: & est tinctura remanens. Et iterum capsia nigra, & scoria ferri, & draganthum citrinum, & flos æris, & rubea tincturæ, & cortices granatorum terantur cum aceto uini, donec denigretur, & liniatur super eam uinum. Et cibi habentis hanc passionem sint assata, & frixa, & quæ pparata sunt in patella, & quæ cocta sunt cũ oppilatione uasis ex carnibus leuib. cum seminibus. Et sit contentus vino, et dimittat potum aquæ omnino, si possibile est, aut minoret ipsum: et utatur illa, quæ ex ea decocta est, aut mista cum uino.

†Citonis,

c B. [...]æ agrestis.
d B. uiperæ nigræ.

e B. rutæ syluestris.

f B. Alia litera staphysagria.

De cura albaras nigræ. *Cap.* 12.

Est cura morpheę nigræ: & indiget humectatione corporis uehemẽtiore, et euacuatione fortiore: deinde administrentur magis absterſiuæ medicinæ morpheæ nigræ. Et accidit quandoque habenti eam, ut iuuetur coitu: uerùm balneum plurimum confert ei. quod si uehemens fiat, et ad vltimum perueniat, curetur curatione lepræ.

TRACTATVS TERTIVS.

De eis quę accidunt in cute, nõ in colore eius.

De sahafati, [a] [refrengi, & balkiati, & aluathim.]
De † sahafati. *Cap.* 1.

SAHAFATI est de summa bothor vlcerosarum: et cucurrit consuetudo in pluribus lib. ut dicatur in capitulo decorationis. Et sahafati quidẽ incipiens est bothor [b] [paruæ, fixæ, leues, diuisę] in numeratione locorum: deinde exulcerantur ulceribus crustosis, & sunt ad rubedinem decliues: quandoque etiam emittit uirus, & nominatur [c] [refrengi,] & sahafati humida. Et quãdoque [d] [incipiunt squamæ siccæ.] Et multoties apparet in hyeme. & aufertur uelociter. Et causa quidem sahafati est humiditas mala, acuta, corrosiua, quæ, permiscetur sanguini: & humores grossi iterum mali, quare grossum [e] †[fit] apostema, & [f] [exsiccatur] subtile. Et causa eius, quæ de ea sicca est, est humor melancholicus, plurimus, cui permiscetur humiditas acuta; quare expellitur ad cutem, & corrumpit, & corrodit. balkiati uerò est de genere sahafati malæ, sed [g] [aluathim] sunt ulcera melancholica, quæ apparent in crure, ex eadem materia, ex qua fiunt uarices: et appropinquat cura eius curationi earum.

a B. alsirengi, & albalcote, & albothin.
†achoribus.

b B. pruritum faciens leue diuisum.

c B. alsirengi.
d B. incipit impetiginosa sicca.

e † B. retinetur, & facit.
f resoluitur.

g B. albothin.

De cura. *Cap.* 2.

Cvra eius est curationi proxima impetiginis, & dicemus illud. Nos verò dicemus nunc, quòd confert alsahafati siccæ euacuatio

tio humoris cholerici,& melăcholici,& phlegmatis salsi,cum eis,quæ sunt sicut decoctio myrobol. cum epithymo:& ponantur in ea aloes, & scammonea: & administrentur post ea, quæ mundificant residuum cũ humectatione,sicut aqua casei,& fumiterræ humidi:de summa cuius sumantur lib.j. & misceatur cum vtrisque myrobal. nigrorum,& citrinorum amborum an.ʒ.iij. epithymi pondus.ʒ.ij. & salis naphtici tertia ʒ.j. deinde post illud sit contentus aqua casei, & epithymo, sumendo omni die põdus. ʒ.xxx.de aqua casei & ʒ.j.s.de epithymo, si tolerat natura, & non superfluat, aut secundum ꝙ tolerauit. Et dimittat omne quod habet dulcedinẽ superfluam, & propriè dactylos,aut amaritudinem,aut acuitatem,aut salsedinem:& sit cõtentus insipido, generante humorem sanũ, in quo nõ est mordicatio:& humectatione corporis,humiditate æquali cum balneo, & alijs. Et phlebotometur vena a[corporis] si necessitas fuerit eius,ex vena quæ imbibit illud membrũ: sicut vena frontis in sahafati facta super caput, & vena quæ est in cute capitis: & vena quæ est post aures. Et ipsa quidem fit secundum plurimum rei super caput. & ventosæ iterum ad illam quæ est in capite. Et si fuerit in mẽbris inferioribus, phlebotomentur duæ saphenæ. Et quum feceris illud, fricabis alsahafati fricatione forti, donec sanguinetur: & stude in hoc,vt currat ex ea sanguis plurimus, deinde curetur cum medicinis localibus, & propriè quum fricatur post sanguinationem cum sale, & aceto. Et ei quidem, quæ de ipsa sicca est,confert balneũ frequens absque longitudine b[tensionis,] & vaporatio membri super vaporem aquæ calidę aut tepidæ in die aliquoties:& olea,& adipes,& regimen humectatiuum cum nutrimento,& inunctio,& cum caputpurgijs. & sunt necessariç in euacuando eam medicinæ attrahentes melancholiam attractione forti, & educentes eam. & administretur post hoc aqua casei, secundum ꝙ dictũ est. & non malum est apponere sanguisugas iuxta:deinde necessaria est fricatio, & sanguinatio: deinde administrentur medicinæ locales. & existimauerunt quidam, ꝙ phlebotomia c[alsahafati] ex vena proxima ei, sicut vena post aures, ad sahafati capitis est curatio eius: deinde liniatur cum melle, & cũ aqua † betæ, & dragantho. Medicinę autem locales ad humidam, incipientẽ quidem, quæ est super corpus humidum, & corpora infantiũ, sunt sicut alcanna,& sicut Indicũ cũ gallis adustis d[cum oleo alketri:] est enim expertum vltimum. sicut medicinæ factæ ex stypticis exsiccatiuis, sicut sunt cortices granatorum cum aceto vini,& oleo ros. & quandoq; ponitur in eo lithargyrium; & quandoque necessariũ est administrare illud, in quo est abstersio iterum. sicut est aristol. Et multoties quidem sanat illã, quæ de ea media est fricatio cũ aceto & sale,& alusnen viridi: quare exsiccatur, & cadit. Et de medicinis,quæ sunt in istis ordinibus, sunt tucia,& climia, & chimolea, & charta combusta cum aceto, & gumma pini cũ balaustijs, & aceto, & oleo ros. aut sumatur lithargyrij, & scoriæ argenti,& amygdal. amararum e† [ ] & venarum tinctorum, omnium an.ʒ.j.cũ aceto, et oleo ros. Et similiter radices lilij cęlestis,& xilobalsami f[semen,& cyminũ resolutum, & gumma] albotin contrita: & iterũ lentes,& magra cum aceto. Et rursum amygdalæ amaræ,& gallæ virides,quibuscunque earum contritis; & fiat ex eis epithema cum aceto postquam g[pręparatum] fuerit cum sale. Dixerunt:& sumantur cancri viui,& terantur cũ sampsuco, & exprimantur, & fiat caputpurgiũ cum eo, & cum humiditate cancrorum solũ. In antiquo autem, & in illa quæ est super corpora dura,sunt necessaria ea,quæ sunt sicut colcotar, & calcanthum, & h[cupressus,] & draganthum encaustri, & sal,& sulfur,& terra argenti viui,& uenæ tinctorum,& medicamẽ de chartis, & scoria æris, & fuligo furni, & sal ex stypticis resolutiuis. Et iterum sicut lithargyrium, & cerusa. Nasturtium verò siccum ex exsiccantibus est fortibus, & fimus colũbinus ex resolutiuis vehementis abstersionis,& exsiccationis: & similiter stercus lacerti, & stercus i[turdorum]& k[propriè] comedentium rizi. Et emplastrum venarum est ex eis, quæ conferunt omni sahafati. Et emplastrum rubeum factum ex venis citrinis, & alcanna & aristol. & corticibus granatorum,& lithargyrio: & medicamen quod dicemus in capitulo siccæ. Medicamen bonum. Chimoleæ, sulfuris viridis, cineris cucurbitæ,& pulpę coloquinthidę,omnium partes æquales cum aceto. Aut coriandrum siccum adustum,& l[nasturtium excorticatum] & alcanna cum aceto, & oleo ros. Et iterum cinis ligni vitis, & aristol. ros. & balaustiæ,& gallæ,& gumma pini cum aceto,& oleo ros. Medicamen bonum valde. Abluatur alsahafati cum decoctione oleandri, deinde liniatur cum scoriæ æris, & myrrhæ pondere. ʒ.ij. & terrę argenti viui, thuris,et aluminis iameni omnium an. ʒ.iiij. aristol. et colcotar, et cineris vitis,et aloes omnium an. põdus.ʒ.j. cum aceto, et oleo rosaceo.

Medicinæ locales ad sahafati siccam, & antiquam.

QVę de ea fortis est, indiget medicamine acuto, corrodente eam, vsquequo perueniat ad carnem sanam: deinde curetur cũ emplastro vlcerum, sicut est oleum de venis, et lithargyrio,et aceto,et oleo. Et quæ est infra illã, curetur cum eo cum quo curatur antiqua, prima prędicta, et conferũt ei humectatio corporis cum cibis,et odoramenta,et clysteria,et alia. Medicamen bonum ad sahafati humidam, & siccam. Recipe olei amygdalarum amararum, et olei sinapis,amborum an.s. sacraiati,aceti sacraiati.i.sief memithe,et gallarum, amborũ an. aure.iij. a[fellis zcharagi.] aure.j. venarum citrinarum,et † nitri,amborum an.aure.s. terantur medicinæ, et misceãtur cum duobus oleis, et aceto permistione vehementi, conterendo: deinde administrentur super omnem sahafati,et scabiem et pediculos, b[ ] et depilationem, et alopeciam, et furfures. Et c[albalkiati] quidẽ est de genere alsahafati malæ. Et quandoque est causa eius morsus sicut d[sinifes] maligni. Et cura eius est cura illius. Medicamen nostrum forte. Recipe aristol. et

a B. manus.

b B. sessionis, seu more in ipso.

c B. quæ fit propter sahafati sit.

† siclæ.

d B. & oleo, seu vinctuositate pinguedinis caudę arietum.

e† B. cóbustarũ

f B. & cõtri… seu fricati v… sorum de c… vel de luto, grana. [cut off]

g B. insp… [cut off]

h B. drag… furi. [cut off]

i B. storn… [cut off]

K — B… [cut off]

l B. ex… tũ, seu … ciei alcan… furni. Alia lite… alcanu… [cut off]

a B. felle… [cut off]

† baurach.

b† B. & imp… nem. [cut off]

c B. alsaha… [cut off]

d B. cimic… Alia litera … baud. [cut off]

& floris ęris,& ammoniaci, & bdellij, et synapis,et dragacanthi partes æquales:aggregentur cum oleo de frumento , et aceto quantum est oleum,et pauco melle: et administretur.

De impetigine. *Cap. 3.*

IMpetigo non est longinqua à sahafati,et nō diuersificatur ab ea, nisi cum re occulta : et propriè alsahafati sicca.Et pertransit, ut sit alsahafati sicca impetigo malignior,et deterior,et magis corrosiua,et longinquioris profunditatis. Et causa impetiginis est propinqua causæ alsahafati: Nam est aquosa herisiati acuta, permista iterum materiæ grosse melancholicæ , grossiori materia scabiei. Et impetigo quidem uelocioris sanationis , est illa cuius subtile est magis uincens.Et impetigo quidem alia est humida, sanguinea, in qua apparet , quum fricatur,ros,et est magis salua. et alia est sicca,cuius plurimum est à phlegmate salso, conuerso per adustionem in melancholiam. et de impetigine est excorticata propter uehementiam siccitatis , et multitudinem profundationis : et est sicut albaras nigra,et sicut cortices. et de ea est non excorticata. et de impetigine est ambulatiua,maligna . et de ea est stans. et de impetigine est recens, et de ea est antiqua,mala, et est ęgritudo a [herisiati.]

a B.alcharisi.

De cura impetiginis. *Cap. 4.*

INdiget impetigo in radice curationis medicinis aggregantibus resolutionem , et incisionem, et liquefactionem , et subtiliationē cū sedatione,et humectatione. et prima earum est secundum materiam grossam . et secunda est secundum materiam acutam subtilem. et secūdum dominium vnius duarum rerum, est necessarium vincat vnum duorum regiminum . Et appositio sanguisugarum est de melioribus medicinis eius. Et est necessarium in re eius, mundificare,& consequenter adhibere aquam casei secundum modum quē exigit illud,quod est præsens. & cibationis & humectationis , & regiminis humectantis illud quod est necessarium alsahafati.Et similiter balneum est de sublimioribus curationibus eius. Et fortasse indiget separatione aeris sicci. Dixerunt quidam , & de eis quæ prohibent euenire impetiginem & sanant quod de ea euenit, est vt in potu detur laccæ ablutæ ablutione aloes , pondus.ʒ.j. cum tribus.ʒ.decoctionis a [myrri.] Et quando expanditur impetigo,& multiplicatur, tūc cura eius est cura lepræ.

a B.onimi.

Curationes locales. *Cap. 4.*

DE medicinis quidē singularibus eius,quæ recens est & media,est acetositas citri. Et fortis iterum,gummi arabicum cum aceto: & gumma amygdalæ:& gumma a [pini] cum aceto:& storax liquida cum aceto : & synapi cum aceto est vltima:& aqua sulfurea,& aqua salsa, & spuma maris,& glutinum de corijs,& saliua hominis ieiuni , & illud quod residet super dētes eius,& semen melonis,& radix aphodili,& b [alisras] cum oleo amygdalarum amararū est bonū,& folia capparis cum aceto. Et c [saia noua] confert omni impetigini cum proprietate sua,& acacia,& mugath . Et oleū de tritico est cōueniens ei quæ accidit omni corpori,& debili,& forti,& venæ citrinæ:& incipienti vt assiduetur effusio aquæ calidæ super eam,deinde fricetur cum oleo viol. fiat illud secundum assiduationem. et aqua hordei linita fortasse delet eam,& propriè cum d [semine] tamarisci. & conferūt alsahafati e [humidæ cucumer] & mucillago psyllij , & succus humidi eius . & aqua portulacæ,& gūma prunorum confert ad impetiginem infantium. sumātur gummæ amygda.& glutini de coriis,& storacis partes æquales,& aggregētur cum aceto,& liniatur:aut sumantur gluten carpentariorum & thus, & sulfur,& acetum,& terantur,& administrentur . Antiqua verò mala ex ea īdiget medicinis fortioribus,sicut succo acetositatis citri f [cōfortato] cū decoctione,& sicut oleo ciceris, & oleo riai,& oleo frumenti propriè,& gūma amygdalarum amararū,& sulfure,& stercore caprino adusto,& spuma maris.& alkitrā, & pix sūt mirabilia ambo . & similiter assiduatio epithemandi eam cum naphta alba,& stercus animaliū prędictorū in capitulo alsahafati , & agnus castus,& capparis, & aromaticū , & elleborus, & grana albem, & gūma rutę agrestis propriè : præcipuè quū fit ex ea ceratum cum oleo g † [ ] sinapi,& h [sisami,]& ammoniacū cū aceto,& cordumeni,& condisi,& cinis balnei, & condisi.& venæ,& synapi,& nasturtium, & semē erucæ.& mel anacardi est vltimum & de compositis est vt sumatur cordumeni, & teratur,& aggregetur cum oleo tritici:& cinis aliorum cum melle.& sulfur cum gumma albotin: & grana albem i † [ ] cum aceto sunt fortia valde. & ad excorticatā iterum,vt sumatur thuris & dragacāthi,& sulfuris,& aloes omniū an. ʒ.i.& gūmi. ʒ.ii.liniatur cum aceto. Aut sumantur † nitri armeni aures.s.olei de tritico.ʒ.iij.acetositatis citri,asphalti,seminis erucæ an.ʒ.ij.nigellę ʒ.j.s.ellebori nigri,dragacanthi adusti amborū an. ʒ. j.s.fiat ex eis epithema: aut sumatur k [saia noua] et liniatur cum aceto: aut sumantur dragacanthū, & myrrha:& olibanum & aluinen,& sulfur,& aloes:conficiantur cum vino cocto,& liniātur. Medicamen bonū. Recipe granorū alben partes.x.sulfuris citrini partes.iiij. l [saia noua] pars j.eius cōtritio optime fiat, et liniatur cū aceto vini,et oleo antiquo . Aut sumantur stercoris canini,& vsnen m [fullonū albi] et rutæ, & fulliginis furni,et corticū granatorū,& cineris balnei,& vtriusq; arsenici,& sulfuris citrini æquales ptes.dissoluatur cū aceto,et oleo,et liniatur.

a B pruni.

b B. alseras.
c B. sengiabue.
d B.fructu, uel nuce.
e B sicce citruli
f B inpissato.
g † B. de.
h B.sengiabue.
i † B.contrita grosso modo.
† baurach.
k B. sengiabue.
l B. sengiabue.
m B.alia litera asafir albi & sulfuris albi.

De bothor a [lenibus.] *Cap. 5.*

a B.lacteis.

QVandoque spargūtur super nasum, & super poma maxillarum bothor albę,quasi ipsa sint puncta lactis propter materiam virulētam expulsam ad superficiem de vapore corporis : et cura eius est omne in quo est exsiccatio,& resolutio,sicut elleborus albus cū medietate sui de ireos,de quo fiat linimentum : & semen lini,et.† nitrū,& ficus,et nigella cū aceto.

† baurach.

De

De scabie, & pruritu. *Cap. 6.*

MAteria, ex qua generatur scabies, aut est materia sanguinea, cui admiscetur cholera, quæ forsitan conuersa est in melancholiam: aut cõuersa est pars eius in melancholiã. Aut materia [a] †[ ]cui admisce tur phlegma salsum, baurachium. Et prima qui dem est scabies sicca, & materia sicca ad grossi tudinem decliuis. Et altera est scabies humida, & humiditas eius est humiditas ad subtilitatẽ decliuis. & plurimum quidem generatur ab acceptione in comestione salsorum, & acutorũ, & amarorum, & specierum quæ pro condimẽ to admiscentur cibis, [b][acutarum] & similium. & illa quæ est magis sparsa, & corpulentior, et acutioris capitis ex omnibus bothor, est acutioris humoris: & quæ est latior, et vehemẽtioris profundationis, eius humor est minoris acuitatis. & causæ quidem generantes materiã scabiei sunt causæ generantes materiam pruri tus, verùm ipsæ sũt fortiores, et appropinquãt causis generantibus pediculos, et alsahafati, et furfures, et impetiginem, & approximant eis in curatione. Et scabies quidem differt à prurirũ in hoc, quòd cũ pruritu non sunt bothor, sicut sunt in scabie: quoniam ipsa est à materia subtiliore, et minus declinãte ad salsedinem: et in ea generatur. et fixio generationis eius in cu te, postquã natura expellit eam, est oppilatio po rorum, & paruitas mundificationis. Aut retinetur propter debilitatem expulsiuæ, sicut accidit decrepitis in fine ęgritudinum, et propriè quando materia est plurima, aut grossa. Aut propter cibos malos, ex quibus generatur chy mus malus, acutus: sicut sunt cibi salsi, et acuti, & similes eis. Aut propter malitiam digestionis, cum qua putrefit cibus. Et à pruritu quidẽ resoluuntur cortices furfurei, et non accidit ex profundo aliquid. et pruritus quidem senilis parum obedit curationi: neque valet ei, nisi ut regatur, et blandiatur. et scias, quòd scabies excorticata, et impetigines multiplicantur in autumno. & ad ultimum materia pruritus aggregatur inter duas cutes. Quòd si de ea aliquid est in corpore, tunc est scabies sicca. et dulcia quidem generant pruritum, et bothor. et non accidunt plurimum, nisi inter digitos, quoniã sunt debiliores. et scabies quidem fęda attrahit[a] [vulnera,] et permutatur ad impetigines, et alsa hafati. et olea nocent eis. et syrupus acetosus confert eis, si non timetur rasura.

a † B. sanguinea.

b B. calidarum.

e B. exituras.

De cura. *Cap. 7.*

CVra quidem scabiei prima, et melior, et cũ qua multoties est sufficientia, est euacuatio cum eo quod deducit humorem acutum, adustũ, et phlegma salsum: deinde rectificatio cibi, et regimen humectationis secundũ quòd sciuisti in dispositionibus huius capituli. et administratio rerum aquosarum insipidarum, [a] [velocitas putrefactionis, quarum sit secura] sicut sunt melones indi, et lactuca, et endiuia, et similia, et extrinsecus iterum. et dimittat coitũ omnino: coitus enim mouet materias ad exteriora, et excitat vaporem calidum, putridum, venientem ad partem superficiei cutis, quare putrefacit illic, et propter illud fœtet iterum odor corporis. et proptet hoc præcipitur fricatio in ablutione pollutionis. et de bonis quidem euacuantibus species materierum scabiei est decoctio epithymi cum mirobal. citrinis, et fumoterræ, et senę, et polypodio, et absinthio. et quandoque ponuntur in ea rosę, et semen endiuiæ, et similia. et quandoque ponitur in eam[b] [chelidonia] cum proprietate, quę est in ipsa. et quandoque ponitur in ea scammonea. et iterum pilulę de aloe, et scãmonea sunt bonę, iuuatiuę. Decoctio bona sumatur myrabalanorum citronorum, et passularum an. pondus. ʒ. xx. et decoquatur cum. iij. lib. aquę, donec remaneat tertia, et coletur, et sumantur dę tota aqua duę tertię. lib. j. in qua fricentur manibus casię fist. x. ʒ. quumque in ea confricatę sunt, coletur iterum, & ponatur in ea agarici. ʒ. j. Pilulę bonę, & sunt pilulę de fumoterrę. Recipe mirobalanorum citrinorum, & kebulorum, & nigrorum, omniũ an. ʒ. v. & aloes Scotrensis. ʒ. vij. & scammoneę. ʒ. v. sine cessatione conficiatur cum aqua fumiterrę, & dimittantur donec exsiccentur, & bibantur vice altera, & dimittantur donec exsiccentur, & fiat illud tribus vicibus, & in omni uice fiat sicut sorbitio: deinde dimittatur donec inspissetur, & compactum fiat, & fiant inde pilulę. Medicamen bonum, forte ad antiquam scabiem. Recipe myrobalanorum citrinorum, & myrobalanorum nigrorum, et emblicorum[c] [abrungi, et kebulorum] excorticatorum omnium an. drac. j. et turbit. drac. ij. conficiantur cum penidiis, et fiant inde trochisci: & sit dosis ad solutionem integram ex drac. x. vsque ad drac. xv. et vsque ad xx. cum aqua calida: & fortasse ponitur in ea scammonea, quum potantur. et fortasse liberat ex scabie mala antiqua, si assiduetur potus aloes, sed frequenter, tribus diebus, omni die, sumendo aure. j. deinde [d] [tertietur post diem, et diem] non, tribus diebus currentibus secundum dimissionem tertij: aut dimittatur diebus tribus: et iteretur frequentia: [e] [deinde tertietur post diem et noctem,] aut quiescat prout videtur secundum [f] [ꝙ pręsens fuerit,] et curetur rasura, si superuenerit, cũ clysteribus. illud enim est iuuatiuum, eradicans scabiem. et bonum quidem est, ut bibat ipsum infusum in aqua endiuię, et cum ea sit parum aquę fœniculi, si non fuerit ab aqua fęniculi aliquid prohibens. et quantitas quę est in ipsa de aloe, sit ex drac. j. vsque ad aureum. et quando non tolerat medicationem, dimittatur. et infusiones de prunis sunt iuuatiuę iterum. Aut sumatur rob myrobalanorum citrinorum factum ex exsiccatione aquę, in qua ipsi decocti sunt, exsiccando in sole: et sumatur ex eo humidum quod sit ex. v. usque ad x. cum zuccaro: et est ad cholericam, et humidam. et possibile est, ut fiat simile illius ex omnibus solutiuis[g] [bonis,] et misceantur adinuicem: ei quoniam componuntur adinuicem, et fiunt ex eis robub, et pilulę, et aqua [h] [calida] casei, et epithymum bona sunt quando administrantur omni die secundum quòd dictum est nuper in alio capitulo ab isto, et cum myrobalanis, et succo fumiterrę diebus, con-

a B. quæ sunt securę à velocitate putrefactionis.

continuis est vltima. Et de eis, quæ currunt cursu mundificantium cum facilitate, est vt fiant pilulæ de aloe cum scammonea, & croco: & sumantur de eis in omni dosi, quinque cicera, & est descriptio. myrobalanorum citrinorum, aloes Scotrensis, amborum ana drac. j. dragacanthi, rosarum, amborum ana drac. j. croci [drac. iij.] Et iterum sumatur ex medicamine in quo ponitur abrungi, & nos iã diximus ipsum, omni die, aut duobus diebus à drac. ij. usq; ad drag. iij. Dixerunt quidam, quando multiplicantur euacuationes, & non inuenitur vtilitas, tunc melius est vt alleuietur, & sufficiat dare in potu habenti passionem omni die mane & sero sauich de tritico cum zuccaro, & aqua plurima. Dixerunt de eis quæ cõferunt habenti scabiẽ siccã & pruritũ ostrachinum, est vt bibat tribus diebus omni die de sisamino pondus drac. c. & xxx. cum medietate sui de syrupo acetoso, & similibus: & de hominibus sunt qui miscent cũ eo aquam iuiubarum, & nos iã experti sumus hoc, & fuit curatio vltima, veruntamen debilitat stomachum.[k] [& de compositis proportionalibus istis medicinis, est scoria argenti, & lithargyrium, & cambil, & venæ. conficiantur cum aceto, & oleo rof. & liniatur: & hoc est ad[l] [fortem vltimum iterum.] Et leuius illo est, bolí armeni, camphoræ croci, omnium. an. drac. s. cum aceto: & aqua squillæ, & oleum rof. sunt communia ad exsiccationem. Et ad illam, quæ est fortior parum[m] [semen fœniculi] teratur cum aceto, & oleo rof. & administretur in balneo. & iterum aqua granatorum, & nitrum: & melior aqua granatorum est illa, in qua est virtus pulpæ eorum: & similiter farina lentium, & magra, & acetum misceatur & ponatur in sole donec igniatur, deinde liniatur.] Confectiones verò, quibus oportet potare habentes impetiginẽ, & alsahafati, & morpheam. s. quæ de eis sunt leues ex tryphera minora cum kesmes. & iterum sicut hæc confectio. Recipe amyli, & fumiterræ, amborum an. ℥. ij. & myrobalanorum citrinorum pondus. ℥. iiij. & alkesmes ablutarum duplum totius. Medicinę autem locales ad scabiem sunt omnes, in quibus est absterfio: & quandoque sufficit illud, cuius abstersio est cum confortatione cutis, & rectificatione complexionis eius, sicut aqua maluarum, & acetosæ, & siclæ, & granatorum, & sicut furfur simile, & farina lentium excorticatarum. & iterum acacia cum aceto: & grana melonis: & venter melonis[n] †[ ] sicut est, &[o] [vessesengi citrinum,] & succus apij, & decoctio apij, & decoctio fœnugręci: & aqua corticum[p] [muzi.] & fortasse indiget eis in quibus est resolutio fortis, sicut pulpa coloquinthidę, & gluten alimbat cum aqua menthę, & gũma pini cum aceto: & draganthum assatum, & propriè citrinum cum aceto, & oleo rof. & similiter calcanthum, & quę sunt de genere ipsius. & oleander est fortis valde: & fortasse sufficit acetum eius in quo ponitur, deinde coquitur cũ sisamino. & misceatur cum acutis sicut oleum rof. vt prohibeat superfluitatem: & sicut cortices granatorum, & cõsimilium illius. & ex eis, quæ experta sunt est semen erucæ, cuius oleum fumatur, & fricetur cum eo scabies: & inungatur cum eo in sole calido aut foculari: & iteretur, quoniam est bonum & vltimum. Medicamen bonum. Recipe lythargirii, & draganthi, & encaustri ęquales partes, quæ terantur cum aceto vini, & ponatur in vrceolo testeo, uitreato, & sepeliatur in loco humido, mense uno: & administretur post illud epithemãdo: est enim iuuatiuum iu ultimo cum pauca mordicatione, & condisi, & argentum viuum extinctum: & scoriaq[q] [argenti] & aristol. & sulfur, & cãbil: & alkali & æs adustum, & almugath, & sal ammoniacum, & flos ęris, & usnen[r] [fullonum,] & stercus canis, & stercora prædicta in ea. aliis, & cucumer asininus. & iterum cortices ligni vitis adusti puluerizentur super locum scabiei inunctum cum butyro crudo: & ligetur stricte post illud, & renouetur vsquequo destruatur. & quandoque confert cordumeni cum aceto, & gluten alimbat cum eo. & de compositis nostris bonis, est vt fiat ex argento uiuo extincto, & ex foliis oleandri, & ex climia argenti, & lythargyrio epithema cum aceto, & oleo rof. super quod dormiat in nocte, & abluat corpus in mane in balneo cum aceto, & vsnen viridi, cũ aqua calida in primis: deinde[s] †[ ] properet, & inungatur cum oleo. Medicamen facile: sumantur lythargyrii, & draganthi citrini partes ęquales, terantur cũ aceto hebdomada una in sole, et liniatur cum eo quum necesse fuerit. & iterum argentũ viuum, extinctum, & storax liquida, & oleum rof. aggregentur, & administrentur. & iterum argenti viui extincti[t] †[ ] & florum viol. & costi partes æquales. et iterũ condisi pars. i. & magræ partes. iij. & liniatur cum aceto. et quum administras fortia exsiccatiua resoluentia, et sicca exsiccãtia, tunc conseqúere eam cum oleis cognitis, sicut est oleũ de cyperis, et salicibus, & nenupharis, et uiol. et similia illis: et propriè in sicca, et in illa quæ est paucę humiditatis. et administra in humida ea quæ sunt vehementioris exsiccationis: et in sicca, quę sunt minoris exsiccationis. et elonga illud in quo ponitur argẽtum viuum extinctũ, quantum poteris, a partibus stomachi, et membrorum nobilium. Cura autem pruritus sicci post euacuationem, si indiget ea cum illis quæ scis, est ut des in potu lac vaccinum acetosum: et sicut balneatio cum aqua tepida: et administratio inunctionum oleaginarum ex oleis frigidis: et propriè quando ponitur in eis succus apij. et curatio scabiei siccæ, et pruritus sicci est vicina. et de medicinis leuibus in hoc est papauer tritus cum aceto: et iterum folia[u] [lilii.] et iterum aloes cum aqua endiuiæ. et sene iterum est ex eis, quæ ponũtur in medicinis eius: et aqua apij, et acetum, et aqua rof. sunt bona. et de medicinis fortibus est ceratũ in quo ponitur opium, cum quo inungatur corpus, et quiescet pruritus. et ex medicinis fortibus, est vt componatur ex medicinis primis composi tum, et ponatur in eo sal ammoniacus: et liniatur cũ aceto, et propriè super testiculos. et iterũ alumen frixum, et alktiran, et hoc iterum confert pruritibus intrinsecis in uulua, et ãno qđ ponatur super pãnum. Et senes quidem iuuantur in curatione pruritus, qui accidit eis si linian-

i Bertiã. 3. j.

k B. Alia litera vsque ibi confectiones verò, &c.

l B. Alia litera impetiginem etiam.

m B. Alia litera consilij gummi pini.

n †B. alia litera continens semi ...

o B. nesesfegi alasfor.

p B. muze.

q B. Alia litera ferri.

r B. asasir.

s †B. cum frigida deinde.

t †B. & storacis liquidæ.

u B Alia litera liquiritiæ.

x †B.carnibus.

niantur ex fæce vini cum aliquanto x [anetho humido]Balnea verò pruritus, & scabiei sunt sicut aqua maris calefacta, aut cum dispositione sua,aut decoctio cucumeris asinini. Cibus autem habentium scabiem , & pruritum sit ex eis quæ humectant,& generant sanguinem laudabilem ex cibis decliuibus ad frigiditatem, & humiditatem:& y † [ ]equalibus. & habentibus pruritum ostrachinum necessarium est administrare olea leuia in eis,quę assumunt,sicut oleum amygdalinum, & sisaminum,& similia illis. Et scias, quòd uentosæ in vtriusque cruribus conferunt scabiei fœdæ.

y B. aluminis humidi.

De a [desudatione.] Cap. 8.

a B. hasef.

QVandoque fiunt bothor in corpore, aut membro plurimi sudoris valde, paucæ ablutionis,aut paruæ fricationis apud ablutionem,& propriè in regionibus calidis: b [spatiosæ,]quasi ipsæ sunt ex materiis,quæ sunt pigræ, propter suam grauitatem,in consequendo sudorem velocis consumptionis,propter subtilitatem suę materiei;quare retinētur in superficie cutis.& sunt quasi sint sudoris fęces, inobedientes ad resudandum. Et quandoque nō fiūt bothor apparentes,imò accidit, & fit asperitas.

b B. & fiunt bothor spinosi.

De cura, Cap. 9.

INcidunt materiam,si multiplicatur in corpore,phlebotomia,& solutio ventris.& similiter oportet vt properet assuetus ex omni hora in euacuando humores acutos.& ex eis,quę prohibent eam,& auferunt ipsam,sunt balneatio,& mūdificatio: deinde administretur aqua frigida balneando in ea: & confert eis fricatio in balneo ex carne melonis cum farina lentiū post sudorem: a [deinde alsehessabrem post ipsam:] & caro melonis cum lentibus , & farina fabarum. Sandali verò prohibent eam à pruritu,qui accidit cum ea. Quum ergo sunt cū camphora,non faciunt illud , & alcanna iterum, si non abhorretur eius tinctura,confert ei.& assumere illud cui assimilantur aqua granatorum, & acetosa,& lentes, & pruna,& tamarindi . & administratio omnis quidem prohibet sudorē ex eis,quæ sunt sicut decoctio myrti,et rosarū: & aqua coriādri dr,et confert ei aqua calefacta in sole. Et prohibent eam omnes aquæ,quum decoquuntur in eis stypticæ:et dimissio motus, et alienatio à locis calidis sudare facientibus: et petere loca ventosa,et flabellatio cum flabellis plurimis:et ablutio cum aqua frigida.et iterum inunctiones ex eis quę sunt sicut oleum myrtinum,et oleum ros. et butyro crudo inest proprietas maxima in ipsa , propriè cum dragantho, & gummi. & iterum inunctiones, in quibus est virtus lythargyrij , & scoriæ. Et tutię inest proprietas. & cinis foliorum myrthi, & b [ammoniacum,] & folia lauri recentia, & ruta,& minutum thus. Et quandoque confert de sudationi epithema glutinis piscium dissoluti in aqua . Et quandoque indiget fortis staphysagria & thure . & sulfure.illa verò quæ de ea iam viceraтa est, curetur cum eis quæ sunt sicut venæ, & gallæ, & bolus armenus & cerusa cum c [cera.]& emplastrum de cerusa est bonū ad illud. Et fortasse præuenient vlcera ista ad finem maximum corruptionis:quare erit cura eorum cura adustionis ignis. Nam illa, quæ de ea confirmata est,curatur curatione alsahafati.

a B.cum alsahe sasran.

b B. Alia litera pulvis foliorum mirthi.

c B.aceto.

De a [planta] noctis. Cap. 10.

a B.benat.

SI quis passus est desudationem cutis,& oppilationem pororum , & bonitatem digestionis, quandoque accidunt in frigore noctis pruritus,& asperitas,& bothor paruæ,quę nominantur b [planta]noctis:& causa est retentio eius,quod oportet vt resoluatur, propter constrictionem c [pororum in radice] quam adiuuat, & in qua addit soliditas frigoris : & propriè in hora, in qua multiplicatur digestio: & sequitur multitudinem eius multitudo vaporis, & aer noctis : & propter illud nominatur planta noctis, quia plurimum accidētium eius est in nocte. Et de dispositionibus huius passionis est,quòd pruritus in ea fit vehemens,& delectat prius,deinde perducit ad dolores vehemētes,quos efficit in locis pruritus.

b B.nebat.

c B.ultima radice, absq; frictione.

De cura. Cap. 11.

OPortet, vt fit regimen in dilatando poros cum balneis: & inunctionibus notis ad illud,& in mundificando venas à materia plurima ; & illud phlebotomia , & euacuatione secundum quòd dictum est in capit. pruritus,si fuerit illius necessitas,& non fuerit sufficientia in medicinis localibus.Medicinæ verò locales, sunt aloes : & myrrha est de melioribus medicinis,et propriè cum aqua mellis. Et similiter aloes cum farina lentium,cum pauco aceto,et melle . Et aqua apij de currentibus est ei proportionalis . Et de medicinis conferentibus ei sunt fœx aceti sola,et † nitrum , et alcanna, et crocus.

† baurach

De verrucis, quæ ex eis sunt ut claui: & recuruis, quæ de eis sunt ut cornua, & quæ currunt cursu earum. Cap. 12.

CAusa efficiens eas prima,est expulsio naturæ: et materialis est humor grossus melancholicus. Et quandoque conuertitur melācholia à phlegmate sicco valde,quando multiplicatur in sanguine.Et quandoque accidit ipsi sanguini propterea quòd ipse coarctatur , et multiplicatur , et propter priuationem causarum putrefactionis, ut conuertatur ad siccitatem, et frigus,et propriè in venis paruis, in quarum similibus non putrefit sanguis propter suam paruitatem , et propinquitatē ad causas extrinsecas.quę sunt ad hoc ut ipse exsiccent velociores,quàm ad hoc ut putrefaciant:pręcipue quū sanguis non valde est calidus in substantia sua: et quandoque oritur ex eis vena magna, et fit causa ad conuertendam complexionem eius , quod peruenit membro vicino de nutrimento ad complexionem materiei suę, quare desiccatur illud,et infrigidatur,et multiplicātur verrucæ:quū ergo cadit,aut destruitur per quod illi bet regimen,cadunt alię: et nominātur magnę haben-

habentes capita, ſicut capita clauorum habentes ſubtiles radices claui: et longę recuruę cornua. et de verrucis eſt genus quod nominatur tuſius, et numeratur in eis: licèt ſit neceſſarium vt diſcernatur ab eis: et fundũtur quando ſcinduntur à ſanie, quę eſt ſub eis.

De cura. *Cap. 13.*

PRoperare quidem ad minorandum ſanguinem [a] [ ] et ad euacuãdam melancholiam eſt res quę eſt neceſſaria: [b] [&] quando multiplicatur ægritudo [c] [iteretur phlebotomia,] & ſimiliter regimen generans bonum chymum: & alia de illis quorum præterijt rememoratio multoties. Cura autem localis eſt cum medicinis, quæ habẽt amaritudinem, & ſtypticitatem ad leues ex eis: ſicut eſt inunctio verrucarum cum oleo fiſticino aſſiduè, aut cum decoctione [d] olerum] colata, dimiſſa poſt tres dies: & aqua porri alnabathi cum ſumach, & oleo de ben. Et iterum cum folijs capparis, & nuce cupreſſi: & oliuæ immaturæ: & fructus tamariſci eſt bonum iterum: & folia myrti humidæ ſunt bona ad fortes: & cortices nucis humidæ cum ficubus ſiccis: & xylocaractę cum pauco nocumento ſuo conuenientes ſunt illis, quæ de eis ſunt magnæ, & ad fortes. Et cortices radicum algarab, & cinis eius cum aceto uini. Et de eis, quæ ſunt bóna, & vltima, eſt vt ſumantur alharmel & alcanna: cribellentur & liniantur cum aqua frigida. verum quod ex eis forte eſt, eſt ad fortes, ſicut epithemata facta ex calce, & arſenico, & alcali: & propriè cum argento viuo extincto, præcipuè cum cinere quercus & oleo. Et ſal cum aqua cępę, & bulbus, & ſtercus caprinum. Et iteaum cantharides cum arſenico. Et iterum [e] [fęx mellis anacardi eſt fortis in puluerizatione ſua.] Et lactithymali quando iteratur ſuper eas aliquoties deiicit eas: & lachryma vitis, & alkebikengi iterum magnificè deijcit eas. Et nigellæ confectæ cum vrina, ſi emplaſtrentur cum eis, ſunt mirabiles: & fel hirci iterum, & aſſa, & emplaſtrum acutum & diſrumpens aldubeller, & eſt emplaſtrum de anacardis. Compoſitum æquale. corticum nucis humidorum, & dragãthi, & calcis viuæ, omnium an. pars. j. terantur, & cribellentur, & ponãtur deſuper. Aut ſumãtur floris æris, & chartarum [f] † [ ] amborum an. ℥. v. & pulpę coloquinthidæ. ℥. vj. † nitri. ℥. vj. ſalis ammoniaci. ℥. iiij. cali, & arſenici citrini amborum an. ℥. vj. fellis vaccini. ℥. vj. uſnen perſici. ℥. vji. terantur, & cribellentur & liniantur deſuper cum aqua ſaponis. Et de curationibus verrucarum eſt earum eradicatio: & illud quidem quandoque fit cum cannulis de penna, aut de canna aut de ferro, quarum concauitas fit cum quantitate in qua deglutiantur verrucæ, deglutitione [g] † [ ] in qua ſit difficultas quædam, & inuoluatur ſuper ea, & [h] [profundetur] parum apud radicem eius, [i] [quare eradicat eam.] Aut tende eas cum vncinis, donec extendantur eorum radices, deinde aſſumantur cum inſtrumento acuto, ſubmerſo ad radices earum. & ponatur ſuper eas butyrum coctum poſt radicationem. Et iterum quoties tãgit eas medicamen acutum, & infeſtat, auferatur medicamen acutum, & ponatur deſuper buty rũ coctum, & dimittatur parumper, deinde iteretur vſquequo compleatur earum caſus. & inciduntur ita vt, quod eſt in circuitu earum, ſecetur cum ferro ſubtili, aperiẽdo in circuitu, deinde vadit ſuper eas medicamẽ acutum. & nos iam experti ſumus cum nouacula profundius, quantum poſſibile eſt cum cautela ſuperficiei cutis, deinde fricando locum cum ſapone, & cyperis, & roſis, donec cucurrit quod fluxit de ſanguine, & retentus eſt. & deiicit poſt illud, qđ remanſit, ſi accipiatur lignum, & incendatur in igne, donec inflammetur, & approximetur verrucis, donec excorticentur verrucæ, & inungantur cum manu, vna vice poſt aliam, donec deleantur.

a †B. cum phlebotomia.
b — B.
c B. pertranſierit humor quantitatem æqualẽ.
d B. frumenti.
e B. mel anacardi eſt forte in ſanatione ipſius.
f † B. aduſtarũ.
† baurach.
g † B. difficili quædam & extremitas eius ſit acuta inciſiua, & deglutitur, vel recipitur in ea verruca deglutitione.
h B comprimatur.
i B. & eradiceetur ipſa.

De cornibus. *Cap. 14.*

SVnt additiones ſpiſſæ [a] [vngulares,] naſcentes ſuper iũcturas in extremitatibus propter vehementiam operationis. & cura eorum eſt inciſio, vt [b] [reſoluatur] ex eis illud quod non dolet: deinde adminiſtrentur ſuper reſiduum medicinæ vehementer acutę ex medicinis verrucarum, donec cadat: deinde conſequatur butyrum coctum.

a B. curue.
b B. remoueatur.

De fiſſuris, quæ apparent ſuper cutem, & labia, & extremitates, apparitione in cute in omni loco.
Cap. 15.

CAuſa omnium fiſſurarum eſt ſiccitas in cute adeo, donec [a] [exſiccetur] illa ſiccitas, aut [b] † [ ] proper complexionem ſingularem, aut propter malitiam humorum mittentium materiam exſiccantem, acutã, aut propter calorem exſiccantem, aut vẽtoſitatem exſiccantem rorem, aut frigus indurans, inſpiſſans, ſicut accidit terræ exſiccatę, & arefactę per ventum, aut calorem, [c] [& commotę,] valde vt findatur. Et quandoque accidit cauſa aquarum ſtypticarum, & illarum in quibus eſt virtus aluminis, & ſimilium, quando accidit vt cum eis fiat ablutio. Et eis quidem ſunt contrarię aquę ſulfureę, & aſpaltinę: & nos experti ſumus differentiam inter aquam [d] [enidem, & quod eſt in circuitu eius, & aquam in ſabor.] & non fuit in hoc capitulo experimentum forte.

a B. ſcindatur &
b † B. eſt
c B Alia litera, aut infrigidatæ valde, vel congelatæ.
d B. hemdam & quod eſt in circuitu, & aquam niſabur.

De cura fiſſurarum communi. *Cap. 16.*

OPortet, vt euacuetur, ſi fuerit humor malus: & permutetur, ſi fuerit complexio ſicca: & bibat olea propriè ſiſami excorticati vſq; ad vnc. j. s. omni die in expreſſione uuæ, aut infuſione paſſularum dulcium aliquot diebus: & ſimiliter decoctio cancrorum fluuialium cum aqua, & zuccaro. & aſſiduet inungi. Et ſi ſunt ex frigore, tunc confert eis acacia. & iterum decoctio [a] [naporum, & napi,] & folia ſiclæ, & decoctio eius, & propriè ceratis factis ex eis, cũ adipibus notis, & medullis, & pice humida, & alkitran. & ſi fuerint ex calore, tunc cum ceratis

a B raparum. Alia litera raparum, & rapæ.

tis frigidis, & humidis, conquassatis cum succis frigidis & humidis. Et rectificatio cibi, & administratio balnei cum aqua b [calida.]

b B.tepida.

De fissura labiorum. *Cap.* 17.

CVra in fissuris labiorũ est siccitas, aut propter ventum contrahentem cutem, & desiccantem eam, & exsiccantem ipsius rorem: aut propter frigus : aut propter calorem : aut propter complexionem siccam sicut sciuisti. Prohibitio verò eius est, vt liniatur antequam perueniatur ad ipsius a [curam] cum ceratis, & adipibus, & medullis, & oleo ros. cum hyssopo humida. & ista iterum quandoque auferunt illud quod accidit. & facere ut adhæreant pelliculæ super ea, sicut pellicula oui, & arundinis, & cortices alliorum, & ceparum: ablationi autem eius quod de ipsis accidit de eo quod bonum est. est vt sumantur fæx b † [ ] assata, & glutinum albotin, & misceantur cum adipe, sicut gallinæ, & anseris, & melle. Aut sumatur tritura gallarum immaturarum sicut puluis, confecta cum gũma albotin, liquefacta super ignem. Et dictum est, quòd inungere vmbilicum in hora dormiendi, aut applicare cottum submersum in oleo, cõcauitati vmbilici, est iuuatiuum, & bonum.

a B.causam.

b †B.vini.

De fissuris pedum. *Cap.* 18.

QVandoque accidunt propter vapores malos: & quandoque accidunt propter siccitatem, & ariditatem denigrantem. Et ad summum quandoque contingit de eis iuuamentũ propter illud, quod resoluitur ex ipsis, si possibile est vt remoueatur cum assiduatione ponendi pedes in aqua calida, & inungendi eos cum oleis, & adipibus, & propriè adipe caprarum, & vaccarum, & ouium confortatis parũper cum cera. & iterum oleum de kerua a [propriè, & oleum alketi] & oleum de sini, quoniã est vltimum valde, & oleum effusum b [de lentisco] opposito igni, quoniam est bonum valde. & alcanna est bona, & propriè confecta cũ decoctione alharmel, & c [sergin uuæ] est bona curatio eius. & si non valent illa, indiget buccella faciente glutinationem, & penetrante in ea, sicut curant eam quidam post balneationẽ, & positionem pedum in aquam calidam : tũc oportet ut ponatur dragacanthum præparatũ cum contritione in fissura, quoniam est mirabile. & iterum sumantur cera, & oleum sisami num, & glutinum albotin, & storax liquida, aggregẽtur, & fissuris ut buccella adhibeatur, quoniam est mirabile. & iterum alkitran cum mo[litione sisami est mirabile valde: & olibanum d tritum, & olea, & adipes] iuuatiua sunt valde. & iterum epithema ex cancro adusto, contrito, cum oleo oliuæ: & est in fissuris manuum velocius, & magis iuuatiuum. Aut sumatur interius cepæ squillæ, & ferueat in oleo, in quo liquefactum sit glutinum albotin, & ponatur in fissuris. & glutinum albotin iterum in oleo solum est vltimum. & iterum confectio : sumatur de farina granorum alkerua emollitorum cum pauca aqua, & fiat vt adhæreat calcaneo. & ipse fructus alkerua est bonus ad antiquas. & & vlceratas. Aut sumatur lythargyrium, & cera, & oleum. & mel cum æqualitate, & fiat ex eis aliquid præparatum. Aut decoquantur cancri fluuiales, & sisamum. & iterum sumantur fœx olei, & adeps anatis, & glutinum albotin. Curatio bona nostra: sumatur draganthum. & teratur sicut puluis, & radicum polypodij pondus medietatis eius, & karabæ, & thuris tritorum omnium ana tria pondera, & glutinis albotin duplum dragacanthi, terantur omnia cũ oleo de kerua, & administrentur. et dicimus, qui vsus fuerit inunctione calcanei omni nocte, nõ dimittens, securatur ex hoc.

a B oleum, seu vnctuositas, quæ colligitur ex decoctione pedũ arietum vehementer decoctorum.
b B ex aldaru.
c B.seregi vuæ Alia litera sirgi storacis.

d]B. Alia litera contritum cum oleis, & adipib.

De fissuris manuum. *Cap.* 19.

CVrentur curatione fissurarum pedum leuium.

De fissuris quæ sunt inter digitos.

CVrentur cum huiusmodi. Et eis quidem proprium est, ut emplastretur cum radice polypodij trita sicut puluis.

De exulceratione a *[alchatin.]* *Cap.* 20.

QVandoque accidit b [alchatin] vt rubeat in primis, et findatur, aut ulceretur propter multitudinem resupinationis, et propriè in ægris : quare oportet, quum incipit rubere, vt dimittatur resupinatio, et administrẽtur de super repercussiua. In ęgris verò administretur stratus ex eis, quę sunt sicut folia salicis, ablata à virgis, et sicut milia, et sicut pennæ. et totum illud fiat implendo c [sicut pennę leues, aut cui similes sunt alkiriss.] Si autem exulceretur, tũc emplastrum de cerussa adhibeatur.

a B.alchatha[...]
b B.alchatha[...]
c B.alcherba[...] ue, aut quod [...] simile alcherb[...]

De odore horribili in cute, & ascellis, & vrina, & egestione. *Cap.* 21.

ODor corrumpitur propter putrefactionẽ humoris, aut sudoris. Et quandoque adiuuant ad illud motus commouentes humores. et dimissio ablutionis à pollutione, et menstruis, et retardatio eius, et assumere ea quę sũt sicut fęnugræcum : et ea de proprietate quorũ est mouere materias acutas ad manifestũ corporis : de fœtore verò oris, iam dictum est.

De cura corruptionis odoris corporis cõmunis. *Cap.* 22.

ILlud a [uerò,] quod rectificat humorem, est euacuatio, et b [complexio cum permutatione, et acceptione] eius, cuius bona sit digestio in qualitate, et quantitate: et mundificatio in balneo, et alia. et assumere in ieiunio per quod sudor sit boni odoris, sicut est casia, et feleniati. et iterum apium, et capita cardui, et asparagus, et omne prouocatiuum urinę, mundificatiuum sanguinis à putrefactione: uerùm quædam eorum, sicut asparagus, faciunt fœtere urinam. et de eis, quæ conferunt ad illud, est ut bibat infusionem chrysomelorum, boni odoris, et chrysomela ipsa. et liniatur super corpus,

a —— B.
b B. quod rectificat complexionem est eius permutatio, & permutatio, & commestio.

corpus, quod sit sicut aqua myrti, et aqua in qua dissolutum est alumen iameni, et [c] [almeisus] & decoctio sisimbrij, & mentæ, & calamenthi, & sampsuci, & folia citri, & folia salicis. & similiter inunctio cum myrto trita. & iterum sandali propriè, & cyperi, & flos squinanthi, & calamus aromaticus, & alsidere, & rosæ, & propriè sampsucus, & [d] alsehesabrem, & alusnathi] & folia citri, & cortex eius, & folia malorum, & folia lilij iuuatiua sunt in hoc capitulo valde. Et iterum trochisci de rosis cum [e] [zuccaro,] & iterum de eis quæ oppilāt poros, & prohibent sudorem, sunt lythargyrium, & tucia, & cinis foliorum lilij, & alumen, & similia eis, & myrrha, & aloes, & oleum myrtinum, & oleū rosatum.

c B. almisusen.

d B. alsahesefrā & alusnen.

e B. galia.

De cura fętoris ascellarum. *Cap.* 23.

EXistimauerunt quidam, quòd fętor ascellarum, et pediculi sunt ex reliquijs vestigiorum spermatis, ex quo creatus est homo, quæ iam ceciderunt in partibus ascellarum, & penetrauerunt in poris cutis: & hoc non est ex eis quibus oportet inniti: & vt proportionetur ad vaporem materiei, quæ conuertitur in sperma in homine, & ad [a] [mouentem ipsam] in eo est melius. Cura autem eorum est, quoniam oportet vt curentur post mundificationem, si ea indiget, cum tucia, & lythargyrio condito et clymijs, & cum cinere myrti, & oleo myrtino, & cum aqua, in qua soluitur alumen: & quandoque conficiantur ista cum sandalis, & permiscētur cum camphora. Trochiscus bonus. Recipe sandalorum & casiæ, & galię, & spicæ, & aluminis, & myrrhæ, & folij, & rosarum omniū an. partem j. & tuciæ, & lithargyrij albificati amborum an. partes iij. & camphoræ partem. s. fiāt ex eis trochisci cum aqua ros. & administrētur post exsiccationem. Et iterum sumantur rosarum rubearum lib. j. & galiæ, & spicæ, & cyperi, & myrrhæ, & aluminis omnium an. ℥. x. fiāt trochisci cum aqua ros. & administretur, delibutionem faciendo. Puluis bene faciens redolere corpus, & cōfert complexionibus calidis. Recipe spicę & cyperi, & folii, & floris squināthi, & storacis [b] [assemine, et est lubria ro.] omnium an. aure. x. rosarum siccarum, extremitatum myrti, omnium an. aure. xx. spica, cyperū, & flos squinanthi, & folium madefiant cum vino odorifero, & exsiccentur, et terantur: deinde proiiciantur super ea rosę, et extremitates myrti contritę, & dissoluatur crocus cum aqua ros. & permisce ipsum cum medicinis reliquis & exsicca eas in umbra, deinde tere ipsum, & pulueriza super corpus post balneationem, ita ut exsicces sudorem corporis in primis exsiccatione ultima, deinde pulueriza super ipsis medicinas. Aliud abscindens odorem sudoris fętidi, conueniens habentibus complexiones frigidas. Recipe spicæ aromaticæ, & gariophyllorum, & amomi, & xylobalsami, & casiæ, omnium an. aure. iij. costi, & blattę bizantiæ, & spicæ Indę, & cinnamomi, omnium an. aure. ij. extremitatum sampsuci, et spicę ro. omnium an. aure. iiij. [c] [lubrię ro.] resoluātur ista cum vino, & tere reliqua cum aqua balsamitæ, & administra illud. Aliud secūdum illud exemplum abscindēs odorem sudoris. Recipe cinnamomi, et spicę Indę, et blattę bizantię, et costi omniū an. vnc. ij. [d] [absin. et boli lacunæ] et scorię plūbi, et cerussę ablutæ, omnium an. unc. s. sceha, et spicæ rom. omnium an. unc. i. croci, et rosarū siccarum amborum an. unc. iij. tere sicca cum aqua myrti, et crorum cum aceto uini odoriferi, et administretur.

a B. Alia litera motum ipsius materiæ.

b B. liquidæ.

c B. storacis liquidæ.

d B. luti liberi.

De cura vehementiæ fœtoris stercoris, & ventositatis. *Cap.* 24.

FIt illud causa putrefactionis humorum: [a] † [ ] & causa rerum, de proprietate quarum est illud, sicut alastirgar et allia, et eruca, et pori, et alaniuden, et alalthit, et iterum oua. Verùm eorū fętorem delet bonitas digestionis: et assumere ea quę declinare faciunt putrefactionem ad [b] † [ ] partem urinę sicut fœnugræcum, ipsum enim facit fętere sudorem, et urinam: et delet fętorem digestionis. et uinum aromaticum aufert fętorem egestionis.

a † B. alia litera & causa corruptionis digestionis humorum.

b † B. cutē & ad

De fętore vrinæ. *Cap.* 25.

CAusę fętoris egestionis: et iterum diuretica, sicut asparagus, et similia: ipsa enim faciunt bonum corporis odorem: et faciunt fœtere odorem urinæ. et iterum ulcera vesicę. et cura eius est facilis ex eis, quæ sciuisti.

De pediculis, & lendibus. *Cap.* 26.

MAteria humiditatis ī qua est caliditas aliqua, quum expellitur ad cutem, fortasse est tantę tenuitatis, et subtilitatis, ut resoluatur, et non sentiatur. et sequitur eā illud, quod resoluitur in sudorem. et sequitur eam quod resoluitur, et coagulatur in sordes. et sequitur eam quod retinetur in spuma tunicarum cutis, et generantur ex ea sicut furfures et desudationes [a] † [ ] et quę sunt ambabus similia. et sequitur eā quod retinetur profundius illo. Quòd si fuerit mala valde, facit sicut alopeciam, et similia illi, et impetiginem, et alsahafati. et si fuetit minus mala, et non fuerit [b] † [ ] uirtus virulenta, et non festinat ad eam putrefactio [c] [dominans] vltima, et est conueniens ut sit materia recipiens vitā, influitur super ipsam uita ex creatore suo, et proueniunt pediculi, et mouentur; et egrediuntur: et quandoque accidit de eis plurimum subito. et quandoq; adiuuant ad generationem pediculorum, et mouent eos cibi boni chymi, tenuis [d] [motus] ad illud, quod apparet, sicut ficus. et ad illud adiuuant motus mouentes eum ad illud, pręcipue quum assocciatur ei vapor spermatis [e] [generantis, sicut coitus. Et quandoque adiuuant ad illud dimissio mundificationis, et ablutionis, et administratio eius quod aperit poros cutis, et mouet materias retentas in ea ad resolutionem, et facit ingredi ad eam [f] [flatum] prohibentem eam à conuersionibus putrefactionis, et assimilatione cum putrefactione. Et quandoque superāt

pediculi

a † B. seu botho parui.

b † B. in ea.

c B. festinatione. Alia litera inflammans.

d B. moti.

e B. generatus, & commotus à coitu, uel apud coitum.

f B aerē respirātem, seu aerem temperantem, & Alia litera, aerem respirantem, seu aerem frigidum contēperantem prohibentem à cōuersionibus putredinalibus, & ab eis, quæ similantur putredini.

g B. Alia litera cibū abhorreat habens.

pediculi adeo, donec [g] [fluat sanguis habentis] eos, & citrinetur color eius, & cadit appetitus eius, & extenuetur corpus ipsius, & resoluatur eius virtus.

De cura. *Cap.* 27.

a B. quorum generatio non abscinditur.

PEdiculi plures generati [a] [non abscissi] indigent in curatione sua in primis mundificatione corporis: & propriè euacuatione cū phlebotomia, & rectificatione regiminis, & dimissione eius, quod mouet materias ad exteriora de eis quæ diximus. Deinde administra medicinas locales: & confert ad illud assiduatio balneationis, & mundificationis. Et ut assiduet balneationem cum aqua salsa, deinde cum aqua dulci, est melius. Et oportet ut assiduet permutationem vestium, & induatur serico & lino: & bibat medicinas interficientes pediculos, sicut allia decocta, & calamenthum montanum. Medicinæ verò locales oportet ut sint exsiccatiuæ, resolutiuæ, attractiuæ ad exteriora [b] † [

b B. alia litera ita ꝙ materia p exteriora, & per poros insensibiliter egrediatur.

] Quòd si fuerit res magna, est necessarium vt misceantur cum eis virtutes venenosæ. & de medicinis localibus sunt sumach, & oleum, & acetosa etiam, & folia eius, & radix eius, aut alumen cum oleo, aut folia azedaract, aut folia granatorum, & semē lini. & calamus aromaticus, & cinnamomum, aut folia coloquinthidæ, aut folia myrti, aut folia cupressi. & oleum cartami iuuatiuum est, prohibitiuum. & oleum de raphano est mirabile, & cortices casiæ ligneæ, & [c] [reubarbarum] & pyrethrū, & radix altheę, & sisimbrium & polium, & anisum, & pulegiū & semen urticæ, & alberengesif, & cordumeni. Sumantur sief memithe. ℥. iij. costi. ℥. s. † nitri. ℥. j. amyli quantum omnia, soluantur, & liniantur. & de ablutionibus, est decoctio lupinorū, quoniā est bona fortis: & decoctio siclę, & decoctio tamarisci, & decoctio calamenthi montani, & decoctio foliorum cupressi. & foliorū pini. & genera fellis, quum ponuntur in ablutionibus, sunt bona. & de suffumigationibus est suffumigatio cum condisi, & staphysagria, & [d] [cum gumma pini, & cum galia propriè, & cum] sulfure. Et de medicinis fortibus est ut sumantur staphysagria, & arsenicum rubeum, & † nitrum: terātur omnia cum aceto, & oleo, & liniatur cum eo caput. Aut elleborus albus, & † nitrum, aut folia oleandri cum oleo. Aut folia coloquinthidę. Aut sumantur synapis, & condisi trita & fundatur super ea parū aceti, & extinguatur post illud in eis argentum viuum terendo: & est forte. & similiter quod fit ex sulfure, & arsenico, & aristol. & cinere [e] [ilicis,] & costo, et myrrha. Aut sumantur condisi, et arsenicum rubeum, et aristol. longa, et alkitran, et fellis vaccini quantitas tanta de vtrisque, cū qua medicinę conficiantur: & est epithema forte. et iterum alkitran, et gentiana et arsenicum, et oleum de lilio. et iterum staphysagria, et folia oleandri, et alumen iameni. et iterum liniatur in balneo cum sief memithe parte. j. et † nitri medietate partis, costi [f] † [ ] sexta partis. amyli quantum omnia: et liniatur cū eo post psylotrum cōfecto cum aceto, et administra has medicinas post vaporationem cum eis, quę sunt sicut condisi. et staphysagria est melior, et propriè quum incipit ab ablutionibus de genere eius, quod diximus.

c B. aristolochiæ.

† baurach.

d B. arsenico, & realgar, seu toxico muris propriè &

† baurach.
† baurach.

e B. quercus.

† baurach.
f † B. amari.

TRACTATVS QVARTVS.

De dispositionibus, quæ pendent ex corpore, et extremitatibus: & est complementum libri decorationis.

De extenuationis ablatione. *Cap.* I.

EXtenuatio fit aut propter priuationē materiei pinguedinis [a] † [cibi:

] aut fit propter multitudinem vsus cibi subtiliantis, quare non generatur in corpore sanguis plurimus, et ex regimine [b] [contēto de eo quod est præter illud quod non generatur in corpore] sanguis bonus: aut propter debilitatem uirtutis operantis in cibo, aut digestiuę, aut attractiuæ ad membra, propter corruptionem complexionis, cuius plurimum est frigidum: aut propter quietem plurimam, cū qua sopitur virtus attractiua, propriè quando est post exercitia: quorum auxilio cōsueuit natura attrahere cibum. Quum ergo dimittunt, non attrahit neque nutrimentum temperatū etiam: aut propterea quòd sanguis conuertitur ad materiam cholericam [c] [uel melancholicā ex humida aquosa:] aut propterea quòd splen comprimit hepar, quum magnificatur, quare attrahitur ad ipsum plus sanguinis, & debilitatur virtus hepatis per contrarietatem, quę est inter utraque: aut propterea quia vermes coarctant corpus: aut propter cōstrictionem pororum, [d] [aut] propter ipsorum [e] [coarctationē] ab humoribus: aut coopertura eorū [f] [scienter] quam fecit frigus, aut calor, aut nuda siccitas. quorum vnumquodq; cognoscitur suo signo: aut propter ligamenta assidua super ipsū; quare oppilantur pori, & meatus; quamobrē non attrahitur ad ipsum nutrimentum et propriè à [g] [creta comesta:] aut propter multitudinem resolutionis, quare nō figitur quod attrahitur de nutrimento ad membra, imò separatur, sicut accidit in exercitijs velocibus, et tristitia et angustia, et ęgritudinibus resoluentibus. Et corpora quidem, quę extenuantur in tēpore breui, tolerant ut redeat ad ea [h] [teneritas] in tempore breui: et illa quę extenuantur in tempore longo, non tolerant nisi blandimentū debilitati virtutis, ad hoc ut administret nutrimētum plurimum. Corpora igitur susceptibiliora pinguedinis, sunt quę de eis meliorem habent cutem et quę de eis magis susceptibilia sunt tēsionis. Et de eis quę faciunt homini esse necessarium fugere ab extenuatione, sunt debilitas, et vehementia passionum à calore, et frigore, et à verberibus, et à percussionibus, et à passionibus animalibus, et onere, et labore, et īquietudine; et ab euacuatione, et coitu, et retinetur nutrimentum [i] [eius in venis ipsius] et nō penetrat, quare putrefit. et pinguedini iterum in sunt nocumenta, quę ego dicā. Et non est sicut equale. dum ergo perseuerat pinguedo, ita quòd non facit accidere nocumentum, non abhorreas eam,

eam. vita namque in humiditate existit. Verum oportet vt tu caueas, & abhorreas eam in via superfluitatis, licet non appareat eius nocumentum quoniam eius nocumentum repẽte aduenit, & subito, secundum quod dicetur in loco suo, & quando desiccantur corpora k [propter aerem, est] extenuatio.

De cura. *Cap.* 2.

OPortet, vt consideretur, quæ causa sit in extenuatione de causis extenuationis, quas diximus: & curetur, & remoueatur, verbi gratia, si fuerit cibus non generans sanguinẽ grossum, fortem, afferatur ille qui generat ipsum, & non sit contentus eo, qui generat sanguinẽ laudabilem tantum, quoniam fortasse generabit subtilem, & resolutiuum. Quòd si fuerit virtus attractiua ad membra, pigra; moueatur, & confortetur: & consideretur ad malitiam complexionis, si fuerit, & permutetur. et fricatio in hora expergefactionis a somno est ex eis quæ expergefaciunt virtutem attractiuam. et quandoque est necessarium prohibere nutrimentũ a latere altero, & attrahere ipsum ad latus extenuatum, quum diuersificantur duo latera: sicut si sit vna duarum manuum extenuata, & altera pinguis: tunc enim necessariũ est vt ligetur pinguis cum panno, incipiendo ab inferiore, ligatura non vehementi, neque dolorosa a † [ ] cum mensura quæ constringat tãtum, & prohibeat nutrimentum a penetratione, quare redeat ad locum b [diuersionis,] & attrahatur ad latus alterum. et excita attractiuam cum fricatione, & proprie cum oleo aliquo, sicut oleo oliuæ cum pauca cera calefacto, fricatione nõ exsiccante: & quoties inflatur membrum, & calesit, dimittatur, deinde iteretur, quũ quiescit. et si pori fuerint oppilati, tunc oportebit, si corpus fuerit vehementis soliditatis, quapropter oppilentur pori, mollificare cum humectatione, & calefactione, cum calefacientibus ex eis, quę assumuntur, & motibus corporeis, & animalibus, si fuerit frigus illud, quod inspissauit ipsum: et infrigidatione, et humectatione, si fuerit calor inspissans ipsum, & patiens ipsum cõpactum. et melius, quo calefit membrum, quod non recipit c [calefactionẽ] propter frigus suũ, est vt fricetur: deinde ponatur super ipsum rubificatiuum. et si fuerit causa in extenuatione propter splenem, curetur splen. et si fuerit extenuatio propter vermes, interficiantur, & extrahantur cum omnibus quæ dicta sunt in cap. eorum. et adhibeantur ei delitiæ, & amœnitas, & stramenta leuia, & habitet in vmbra, d [& dilatetur] & aromatizetur, & detur in potu e † [ ] frigida: ista enim confortant virtutem naturalem valde: quare bona fit eius administratio in nutriendo, & expellendo superfluitates. et illud quidem est principium causarum pinguedinis. et de impinguantibus est assumptio vini grossi: & cibi boni chymi, fortis, f [exsiccãtis] quum digeritur, sicut frumentum sine cortice coctum vt plus, & g [aliudabet] & rizi cum lacte, & assata de carnibus, propter illud quod retinetur in eis de virtute carnis, & generant carnem duram: decoctum autem ex carnibus

k B. propter aerem fit. Alia litera & aer tunc fit.

a † B. imo.

b B. alchasme.

c B. Alia litera pinguefactionẽ.

d B. letetur & gaudeat.

e † B. aqua.

f B. spissitudinis.

g B. algiudaba.

generat mollitiem, & teneritudinem non firmam. et caro anatis est impinguatiua: & caro gallinæ similiter: & caro alcubegi est vltima in eo. et similiter h [sub zuccari.] Et balneum post cibum est vehementer attrahens nutrimentum ad corpus, impinguatiuum: verum vtens eo exponitur oppilationi accidẽti in hepate suo, ꝑprie quum est cibus eius cibus eorum qui sunt impinguandi: & propter illud multiplicatur lapis in eo, qui quærit hoc: & illi sunt aptiores ad hoc vt in eis multiplicentur istæ oppilationes, & lapis, quorũ venæ sunt in creatione strictæ, & sunt non omnes ita. et isti, quum sentiũt grauitatem, in latere dextro, sumant in potu aperitiua in oppilationibus hepatis nota: & sumant in potu ante cibum suum capparem cum aceto, & melle, & oxymelle cum seminibus, donec auferatur grauitas. et melius quidem balneum est illud quod est post digestionem primam, & quum iam descenderit cibus: licèt comedere cibum post egressionem a balneo absque i [superfluitate] est de causis impinguationis. et balneum quidem est bonum impinguatiuum pluribus hominibus, & proprie illis qui sunt in dispositione, quę est sicut arefactio. et oportet vt sit balneum post primam digestionẽ scilicet quando descenderit cibus a stomacho, nisi in rebus eisdem. et calefactis quidem est k [ad hoc congruum factum ex lacte, de quo extractum est butyrum, non facto] acetoso. et de ingenio impinguandi, est retẽtio sanguinis super membrum, ligando membrum quod ei æque distat in latere altero, sicut diximus ante: & ligetur illud quod est sub membro, ex quo vadit nutrimentum ad ipsum, quum est pingue, aut non quæratur eius impinguatio, sicut cum alseid est extenuatum, & planta manus est sana, & pinguis, tunc ligetur apud rascetam: aut quũ adiutorium est extenuatum, & alseid l [non] ligetur apud cubitum, a superiore parte alseid. et ex impinguãtibus est illud, quod pẽdet ex exercitio: & est omne exercitium leuę, tardum: & totum illud fit æquale post fricationem velocem, bonam, paruam, temperatam in duritie et lenitate; & proprie fricationem, quum incipit ad hoc peruenire, vt rubificet cutem: et post illud exercitetur cum æqualitate, & balneetur balneatione breui: deinde inungatur corpus eius & fricetur fricatione sicca: deinde administrentur linimenta impinguatiua. et permutatio quidem aeris, et aquæ est ex vno eorum, quæ oportet obseruare, quoniam fortasse extenuatio est causa eorum. et de impinguatiuis sunt linimenta, quę administrantur post motionem membrorum, et ipsorum rubificationem, sicut est pix sola, ita ut sit vehementer liquida, aut soluta in oleo cum quantitate, qua faciat eam currere linimentum: et quandoque administratur sola super cutem approximata igni, donec liquefiat; deinde inuiscatur, et eleuatur quando cõgelatur; ipsa enim attrahit nutrimentum ad membrum, et retinet ipsum in eo, et remouet frigus eius, si fuerit causa eius debilitas virtutis, aut oppilatio pororum in cute; et dat ei viscositatem et asperitatẽ, et stringit super ipsum poros, et excitat virtutem attractiuam: quare remanet mora tanta, qua figitur,

h B. lebub cum zuccaro.

i B. Alia litera temporis intermissione.

k B. congruum aldog factũ ex raib non.

l B. sanum pingue.

& fit pars membri, & non resoluitur. et oportet vt administretur in æstate semel in die, in quo administratur, & in hyeme bis. et consideretur in ablatione eius a mēbro, & dimissione ipsius sup ipsum, velocitas rubificationis eius, & inflationis, quas facit ei & tarditas ipsius. Quum ipsa enim festinat in hoc, non sit vltimatio in dimissione eius super ipsum, & domi natione ipsius; imò remoueatur velociter: & fortasse sufficit vt auferatur quando inuiscatur calida, & infrigidatur. et quādoque cōfert vt præcedat super picem fricatio velox, aspera, dura: deinde liniatur: aut percutiatur cum virga brusci ęquali, non nodosa, & proprie inuncta, donec rubeat, & infletur, deinde abstineat: nam additio in fricatione, & percussione resoluit: deinde inuiscetur pix calefacta cū æqualitate apud ignem. Quumque coagulatur, & infrigidatur, auferatur ab eo euellendo subito. et melius quidem est vt effundatur super ipsum ante picem aqua ad caliditatem, & mordicationem quandam decliuis, deinde apponatur pix. et aquæ sulfureæ, & quæ sunt de asphalto, sunt attractiuę iterum nutrimenti ad illud quod apparet. Inquit Gal. iam vidi venditorē animaliū impinguasse hoc regimine adolescentem sine natibus; & factus est lenis, habens pingues anchas in tempore breui. Qui verò abhorret picē vtatur loco eius oleo ex oleis oppilantibus cū caliditate quadam: & si vtatur aqua frigida, & tolerat eam super corpus totum, aut super mēbrum, faciat. et melior horarum ad illud est hora, qua operatur linimētum in attracto: fortasse enim tunc virtus resoluit ipsum in sanguinē & non oportet vt fugias a cura, quum prolongatur, & non confert: imò oportet vt assidues fricationem cum pānis, & effusionem aquæ calidæ: deinde cum fricatione cum manu: deinde adhibeas picem et fortasse est necessarium vt attrahatur sanguis absque fricatione, imò cū medicinis rubificantibus, & cum eis quę sunt sicut pyrethrum, & sulfur, & cum eis quæ sunt sicut gumma rutę agrestis. et de membris sunt quædam, quę egent ad impinguationem sui nutrimento pluri consueto: quoniam resoluitur ex eo iam plus consueto, & indiget impinguatio superfluitate remanente, præcipue quum fricatio iam resoluit. et referamus nunc medicinas quæ assumuntur, & clysteria In eis autem, quæ sumuntur, est intentio, vt medicinæ confortēt digestionem: & retineant cibum in stomacho, & in intestinis parum, propter virtutem retentiuam: & faciūt ipsum penetrare in venis, & ad partes hepatis, & faciunt illud diuretica ęqualia, & proprie quum bibuntur in cibo, & post ipsum spatio paruo. et est necessarium vt coaguletur in membro: & faciunt illud infrigidantia, & stupefacientia, sicut hyusquiamum albū, & ei similia. et de habentibus proprietatem, & quæ sunt nobiliorū virtutum ad temperatos, est illud quod recipit amygdalas, & fisticos excorticatos, & grana viridia, & sisamum, et grana pini maioris conficiantur cum melle, et fiāt inde pilulę similes nucibus, et sumantur de eis omni die quinque nuces vsque ad decem: et bibat super eas vinum: hoc enim impinguat, et bonum facit colorem, et confortat super volūtate coeundi. Medicamen bonum, quod impinguat, et colorem efficit bonum. Recipe [m] [mutuc] farinæ simile et vnc. v. sarcocollæ, et inuoluantur cum butyro vaccino cocto inuolutione forti, et fiant ex eis trochisci; et comedantur mane, et vespere. Aut assumantur amygdalæ, et auellanę excorticatæ, et grana viridia, et sisamū, et papauer cum æqualitate kesile media pars, penidiorum quantū est totum, sumatur in puluere omni mane, et apud somnum vsque ad drac. xx. et AlKindi medicamen, quod recipit quartam Keleiati de kerua excorticato, cuius tritura fiat optima, et fundantur super ipsum lib. ij. lactis dulcis, et conficiatur bene cum farina tritici, quantum ipsum tolerat; et fiant trochisci ex eo, quorum omnis sit vnc. j. s. et fiant vt panis, et siccentur: et sumantur de omni die duo trochisci contriti.

Regimen bonum ad extenuationem factam causa [a] [cretæ,] & oppilationis partium hepatis, & siphac. Cap. 3.

SVmantur passulæ bonæ, et fundantur super eas quatuor pondera ipsarum de aqua, et decoquantur vsque ad medietatem, et proiiciantur super omne Kafitium passularum pondus. ij. lib. scorię ferri, et pugillus j. ammeos, et pugillus j. zuccari, et pugillus j. origani, et quando feruet, dimittatur duobus diebus aut tribus, deinde coletur; et bibat de eo in ieiunio quantitatem lib. j. et post tres horas comedat panem cū Kemich capparis, et pororum: et bibat super ipsum vinum forte quantitate lib. j. deinde quando prætereunt vij. horę, comedat carnem pinguem, et bibat vinum durum vsque ad iij. lib. hoc enim efficit in complexionibus fortibus operationem mirabilem, et colorem facit bonum. Aut sumantur dragacanthi, et seminis papau. et nucis hendem, et amborum been, et capparis et [b] [zedoariæ] et almugath omnium ana dra. iij. s. terantur, et frigātur in butyro, et proiiciantur super pondus duarū minarum sauich tritici, et sumatur omni die de toto vsque ad drac. xxx. et decoquatur de eo sorbitio cum lacte, et butyro cocto, et zuccaro, et sorbeat, et balnectur post ipsum balneatione leui. Aut sumātur almugath. drac. l. ellebori drac. xx. dragacan. drac. xl. [c] [zedoariæ] drac. xxx. cribellentur; et sumatur quantum est tertia totius de pane similæ, et quantum est tertia eius de amygdalis excorticatis, et quantum est tertia eius de zuccaro sulimeni, et sumatur de eo omni die pōdus drac. xx. ī lacte ouino, et expressione vuę de vno quoque quorum sit lib. j. et fiat sorbitio: et sorbeat ipsam. et vtatur de medicinis impinguatiuis temperatis ex medullis; et nux hendem, et al Kesile proprie cum sauich quoniam ipsum [d] † [ ] cum hoc frangit [e] [inflationem] sauich, et genera impinguandi, verum ipsa tardantur in stomacho: et omnia q̄ almugath, et zedoaria, et duo been: et omnia q̄ mouent sperma ex eis quę sunt sicut bulbus, et erui, et fascoli. et ex eis quæ currunt cursu proprietatum est, ut sumatur vermis apis, et exsiccetur, et teratur, et misceatur de eo aliquid cum sauich, et detur de eo in potu aliquid.

De

[m] B. mech…

[a] B. Al… luti.

[b] B. zurum… & charab… Nota quod … in hoc cap… habetur … ria in arab… habetur … bet.

[c] B. zur…

[d] † B. est … le &

[e] B. ven…

De regimine bono ad calefactos est, vt suma-
tur dog lactis dulcis,cuius nõ vehemens sit coa
gulatio,neq; acetositas, imò accepta est,& abla-
ta eius vnctuositas, vt sit magis penetratiuum,
& leuius:& detur de eo in potu extenuato quã
titas mediæ lib. & moretur super ipsum tribus
horis , donec digerat ipsum : deinde sumat de
eo in potu tantundem vice altera , & abstineat
a cibo vsque ad noctem:& sit cibus eius pullus
impinguatus:& si tolerat vt bibat vinum subti-
le,faciat:& si balneetur ante cenam super illud
quum iam biberit cadum vini tenuis [f] [puri,]
deinde egrediatur , & cænet, erit melius.et su-
matur cicer, & infundatur in lacte vaccino die
& nocte: & si renouetur super ipsum lac,& nu
triatur in eo plus illo,licet.et sumatur rizi ablu
ti albi,et seminis papaueris triti,& tritici,& hor
dei tritorum,omnium an.pondus drac.xxx. &
panis de simila exsiccati,& zuccari alb.amborũ
an.põdus drac.xxx. amygdalarum excorticata
rum drac.j. aggregentur omnia:& decoquatur
de eo omni die pondus drac.xxx.cum lacte dul
ci,aut oleo, & butyro cocto: & bibat ipsum: &
balneetur in tina post ipsum quantitate , qua [g]
[resoluatur.]Aut sumatur lib.j.lactis dulcis, &
lib.j aquę,ferueat cum facilitate,donec consu-
matur aqua, & proiiciatur super ipsũ vnc.j.pe-
nidiorum,& vnc.j butyri vaccini cocti,& oleũ
sisaminum,& ferueat bullitione vna,& sorbea
tur. Aut sumantur farinæ ciceris, & fabarũ, &
hordei,& rizi partes æquales, lentium excorti-
catarũ,& papueris albi, & mes excorticati, om-
nium an. pars s.tritici triti, sisami excorticati,
amborum an.pars s.zuccari partes ii.fiat sorbi-
tio cum lacte ouino,& sorbeat in mane. Aut su
matur hyusquiamum album,& decoquatur in
aqua decoctione bona , & coletur ab eo aqua
fortiter,deinde exsiccetur in vmbra,& ponatur
ĩ medio massæ,& fiat panis,& coquatur in fur
no super laterem:quumque massa rubet,ac si es
set [h] [tosta]extrahatur,& teratur,& proiiciãtur
ii.aurei in lib.i.pultis factæ ex sisamo,& papaue
re,& sumantur de eó mane & vespere tres plã-
tæ manus.Medicamen mirabile.sumatur hyus-
quiamum al. & abluatur cum aqua [i] † [
]postquam infusum est in ea die,& no-
cte,exsiccetur. & inuoluatur butyro cocto in-
uolutione facili, & bulliat quãtum meretur,&
proiiciatur sup ipsum quadruplũ sui de amyg
dalis excorticatis, & quantum ipsum est,de nu
cibus, & quantum ipsum est de zuccaro: & su-
mat de eo [k] [ad mansionẽ]pondus drac.v.& isti
quidem impinguantur cum Kekengi, & sola-
tro,& lactuca,& [l] [moris] & carne alcubegi.et
qui ad vltimum peruenerunt in extenuatione,
indigent ad curationem sui humectatiuis,quæ
diximus in capitulo hecticæ,& in cap.siccitatis
stomachi;quare redi ad ea.et isti iterum opor-
tet vt liniantur cum pice , omnibus quatuor
diebus aut tribus secundum modum notum.
et de illo regimine est ad infrigidatos . Recipe
ellebori al. [m] † [
]se-
minis papaueris al.omnium an. pondus drac.
ii.†nitri.& granorum pini amborum an.drac.
iii. granorum impinguandi pondus drac. iiii.
hermodactylorum,seminis hyusquiami,pyre-
thri, galangæ , been albi, omnium an. pondus
drac.i. Kesile pondus drac.v.tritici albi [n] [mu-
tuc,] idest infundatur triticum in lacte donec
turgescat, deinde exsiccetur in vmbra,& torre
fiat , & sumatur de eo in puluere omni mane,
& sero pondus drac.x & super ipsum bibatur
lac. Aliud notum. ellebori albi, farinæ ciceris,
& ammeos, omnium an.pars i.kesile partes ii.
cymini karmeni, & piperis,amborum an.pars
s.terantur,& conficiantur,& coquantur in fur
no vt panis, & exsiccetur, & commisceatur cũ
tanto pane de simila exsiccato,quantum ipsum
est:& fiat de eo omni die sorbitio cum lacte,&
sumatur : aut ponatur in iure pulli pinguis, &
sorbeatur ante cibũ.Vinum ad eos.Recipe kesi
le pondus drac v.& dimittatur super ii lib.vini
boni,cui non sit acetositas omnino,et bibat de
eo tres cados mane, et vespere. [o] [et ad man-
sionem] s.in omni dispositione cadum i.et cõ
fert vt consequenter adhibeatur sauich.et napi
Barbarici in sauich sunt vehementis iuuamen-
ti ad eos,calefaciendo, et humectando eos. ve-
rum ipsi sunt vehementis caliditatis . et de illo
est ad habentes siccitatem, qui curentur cura-
tionibus eorum cum humectantibus notis , et
regimine hecticorum: deinde regatur ille,sicci
tatem cuius attrahit caliditas,regimine calefa-
ctorum.et ille , siccitati cuius associatur frigus,
cum regimine habentium hecticam senectæ.
Clysteria vero sunt,omne clystere impinguans
renes,sicut lac ouinum,et proprie quando sol-
uitur in eo de albezard aliquid:et de eis sunt cõ
posita,quæ iam dicta sunt in capitulo desiderii
coeundi,et dicam de eis vnum.sumatur caput
ouis pinguis,et mũdificetur,deinde teratur val
de,et aggregentur illi s. lib. [p] [illiati]et ii.lib.la-
ctis,et sumatur tritici, et rizi,et ciceris tritorũ,
omnium an. quartam lib.i. postquam fuerit iã
aggregatum totũ illud , et dissolutum in aqua,
et colatum: et fundatur ipsum,et aqua eius ite-
rum super comestionem aliam , et reducatur
totum ad decoquẽdum in furno,donec disco-
ctum sit caput iterum, et coletur totum:et su-
mantur de iure vnc. iii. et de pingui. vnc. ii. et
de [q] [farina] amygdalarum, et nucum amba-
rum an.vnc.i. fiat clystere cum eo, et dormiat
super ipsum.

n B. muchuch.
o B. apud somnum.
p B. Alia litera allic.
q B. oleo.
g B. toleratur.
i B. tepida.

De impinguando membrum aliquod sicut manum, aut pedem , & labium, & nasum , aut præputium, aut virgam. Cap. 4.

POssibile in hoc est illud quod appropriatur
illi membro: et non est illud ex parte eius ꝙ
comeditur, et bibitur:quoniam illud commu-
ne est corpori:imo ex parte attractionis cibi ad
ipsum, et retentionis eius super ipsum:et con-
uersionis eius ad naturam ipsius. et illud quẽ-
admodũ sciuisti sit per fricationẽ rubificantẽ,
cum asperitate : et cum medicinis rubificanti-
bus: deinde cũ fricatione quæ est fortior: et cũ
effusione aquæ calidæ: deinde liniatur pix.et ꝗ-
dam ponũt sanguisugas campestres, et sunt ver
mes rubei in virtute picis . et tu quidem iã sci-
uisti in primis cap.qualiter administretur pix:
et administratur secũdũ modum quem neces-
sarium facit materia veniens ad ipsum,stringẽ
do viam ab eo ad aliud : et appropriatur ei ali-

qua ex operationibus ferri, sicut labio, & naso, & auri. et dictum est in capitulo alio ab isto. Dixerunt: quum labium, & nasus sunt diminuta, oportet tunc vt aperiatur membrum, & discooperiatur cutis ab vtroque latere, & incidatur caro, quæ est in medio: quæ indurata est ex ea, quare prolongabitur, & aufertur ab [a] [ex callositas.]

a B contractio.

a B.nocumento

De [a] [macie] superfluæ pinguedinis. Cap. 5.

b B.operatione

PInguedo superflua est cõpes corporis a motu, & deambulatione, & [b] [conuersione] coarctans venas coarctatione constringente eas, quare oppilat spiritui vias suas, quamobrẽ extinguitur multoties: & similiter non peruenit ad eos spiraculũ aeris, quare corrumpitur propter illud complexio spiritus eorum: & sunt in timore quod expellatur sanguis eorum iterũ ad locum constrictum: quare fortasse findetur vena subito scissione pernitiosa. et in huiusmodi quidem dispositione, quæ est ante eam, accidunt eis constrictio anhelitus, & pulsus cordis: quare succurratur tunc dispositioni eorum cũ phlebotomia. et isti quidẽ penitus expositi sũt morti repentinæ. et ad summum mors super vltimatos in pinguedine festinat, & proprie illos, qui impinguãtur in prima ætate: ipsi enim minutas habent venas, & cõstrictas. et sunt expositi apoplexię, & paralysi, & pulsui cordis & †diarię propter humiditatem ipsorum, & malitiæ anhelitus, & syncopi, & febribus malis: & non tolerant famem, neque sitim causa constrictionis meatuum spiritus, & vehementiæ frigoris complexionis, & paucitas sanguinis, & multitudinis phlegmatis. et homo quidem nõ peruenit ad vltimum magnitudinis impinguationis, nisi quum est frigidæ complexionis. et similiter isti [c] [sunt non generantes, neque in semine suo ad commodum peruenientes,] & sperma ipsorum est paucũ: & similiter quæ de mulieribus sunt pingues non concipiunt, & quum concipiunt, abortiũtur, & earum appetitus iterum est debilis. et quum isti quidem omnes curantur cum medicinis, non fortasse penetrant medicinę in venas eorum vsque ad membra eorum læsa. et quando infirmantur, non sentiunt nocumentum velociter, quoniam sensus eorum sunt debiles. et phlebotomia eorum est difficilis. et in eorum solutione ventris est timor: fortasse enim mouebit humores eorum, et non erit possibile vt penetrent in venas redeundo propter coarctationem earum: quare fortasse ducet ad perditionem illud. Si autẽ faciunt aliquid, infirmat eos: quoniam calor eorum innatus est debilis. quoniam eius locus est strictus. et nos quidem iam diximus, quod laudandus est temperatus: & proprie in adolescentia. et pinguia quamuis laborent, & debilitentur a motu, tamen ipsa per id quod associatur eis de significatione humiditatis, significant longitudinem vitę.

† diarrhœa.

c B.non sunt generantes neque producẽtes embrionem.

De extenuando. Cap. 6.

REgimen extenuandi est contrarium regimini impinguandi: & est minoratio cibi: et post ipsum balneum: & exercitium vehemens, cum penetratione eius: & ponere ipsum de genere qui non nutrit, & de genere eius cuius nutrimentum est siccum, aut [a] [acre] aut salsum, sicut sunt lentes & cauguamich, & [b] [acetosa. et sit panis eorũ panis, de quo non est eiectus furfur, & panis de hordeo. et multiplicent species calidas quæ pro condimẽto ponuntur in cibariis suis. et de eis quæ adiuuant ad minorandum cibum eorum prædictũ cum eo quod narratur, est vt sit pinguis valde, vt satiet velociter: quoniam appetitus eorum debilitantur. et sint cibi, & potus eorum tales, vt adiuuent ad resoluendam materiam, si aggregatur de ea. et adiuuat ad illud vehementia raritatis corporis eorum per exercitia laboriosa, & grossitudinem indumenti, & lecti, & permutationem aquæ frigidę ad calidum, & aeris frigidi ad calidum: & detectio semper ad frigus, vt constringantur pori, & oppilentur, & consolidetur corpus propter horripilationem, quare non recipiat nutrimẽtum, & prohibeat resolutionem æqualem, quę pręcedit attractionem eius, quod est post ipsã. Quòd si fuerit cõstrictum, detegatur calori, donec multiplicetur eius resolutio: quare resoluatur supra illud, quod attrahitur ad membrum. et euacuationes, & vomitus non æqualis: nam vomitus quum est æqualis ante cibum, & post ipsum, impinguat: verum illud quod est plurimum, extenuat. et alteratio cõplexionis ad contrarium complexionis facientis pinguedinẽ, si est frigus, tunc calefactio: & si est caliditas ęqualis, tunc inclinatio eius ad frigus, aut calorem superfluum. et secundum plurimum de rebus magis iuuatiuis pluribus, qui superfluũt in pinguedine, & fit verbi gratia illud a frigore, est administratio medicinarum subtiliantiũ. & hoc iterum ad calorem est iuuatiuum. et oportet vt adhibeantur eis exercitia laboriosa, & euacuationes. ipsa enim efficiunt in humoribus tres operationes: quarum vnaquæque est iuuatiua ad extenuãdum: & de illis est subtiliatio humoris in eo, & elongatio eius a coagulatione: & exponere ipsum ad resolutionem. et de illis est, ꝙ ipsa prouocant, & mouent humores non ad partem venarũ. et de illis est, ꝙ ipsa faciunt sanguinem lucrari qualitatem acutam, non malignam, ad virtutẽ attractiuã. et medicinæ administratæ in doloribus iuncturarum sunt valde fortes in prouocatione vrinæ, non temperatę, quę quum permiscentur vadunt cũ cibo ad venas, & non possunt perducere materias ad sunctionẽ venarum, neq; ad partem vrinæ, sumendo a parte venarũ, nisi in potu sumatur quũ iã secunda aduenit digestio: tunc enim perueniũt ad hepar, et illic incipit prima operatio earum: imò fortes quæ remanent discernentes ualde humores ad non partem venarum, quare famem patiuntur venæ: & faciunt reliquas operationes: et istæ medicinæ iterum prouocant menstrua cum virtute, quamobrem adiuuat ad extenuandum in mulieribus. et istę quidem medicinæ sunt sicut gentiana, et semen rutæ, et aristol. rotun. et petroselinum, et polium, et sandaracæ quidem inest virtus extenuatiua valde, contraria uirtuti Karabæ. Et lacca habet in hoc uirtutem propriam iterum,

a B.acutum

b B.resolu

Et

Et similiter semē apij. et draganthum forte est c † [ ]sed est timorosum. et amaracum similiter. Compositum. Recipe aristol. ro. pondus drac. j. centaureæ minoris ij. tertias drac. j: gentianæ rom. & polij, & petroselini, & salis viperæ, omnium an. drac. iij. & est dosis j. Medicamē forte. sumatur radix cucumeris asinini, & radix altheæ, & radix opopanacis, & sumatur in puluere decoctio drac j. et iterum sumantur seminis ammeos, & sem. rutæ, & cymini æquales partes, & sampsuci, & † nitri amborum ana, quarta partis vnius, & laccæ pars j. cuius dosis omni die sit aureus. et de medicinis subtiliantibus sunt acetum, & almuri, & proprie in ieiunio: veruntamen ille qui habet debilitatem neruorum, & quæ habent nocumentū in matrice, deuitent acetum. et potare vinū in ieiunio quandoque extenuat iterum per hoc quòd resoluit, & per hoc quòd replet venas vapore, quū fuerit illud quod potatur plurimū: quare venæ non recipiunt interius aliud super ipsum ex cibo. et similiter medicinæ lenientes naturam: ipsæ enim conuertunt cibum a venis & quando administrantur multoties, fit virtus attractiua pigra, & consuescunt venę euacuari ab eo quod vadit ad eas apud quemlibet motū humorum ad intestina. et quando apparēt medicinæ lenientes naturam, & subtiliantes, diureticæ, non peruenit ad venas res magna. et de medicinis extenuantibus sunt theriaca & vsus eius, & sal viperę, & diacurcuma, & dyaciminū & diapipereon, & sagzenea, & anacardinum, & medicamen de lacca, & athanasia, & homorusia, & tryphera minor. Epithemata verò eorū oportet vt sint de genere eorum quæ infrigidant, & stupefaciunt virtutem attractiuam, & fit in eis venenositas: sicut hyusquiamum nigrum, & hyusquiamum album. Aut de genere eorum quæ resoluunt resolutione vehementi, sicut sunt olea, & inunctiones fortis resolutionis. et oportet vt sit eorū balneatio in ieiunio: & sit aerea, sudare faciens, non aquosa & humectans. et si fuerit aquosa resolutiua, sit assiduatio in ea, vt non accidat ex ea attractio superflua absque resolutione: deinde nō festinet ad comedendum super ipsam; imò expectet, & dormiat post ipsam, aut moueatur, & exercitetur: deinde quiescat: post comedat rem debilē. et similiter oportet vt sit fricatio eius fricatio resolutiua, continua.

c † B. extenuatiuum.

† baurach.

De extenuatione membri particularis sicut mămillæ, & testiculi, & manus, & pedis, & similium illis. Cap. 7.

Redi in hoc regimine iterum ad dispositiones, & conditiones, quas dixi in extenuatione absoluta, & iuuetur cum iuuantibus quibus appropriantur. et iuuat ad illud, sicut facere ipsum quiescere cum frigore suo, & ligare vias cibi ad ipsum, et stringere cum ligamento, et assiduatio eius super illas vias sub eo, et attractio cibi ad oppositum eius. et de epithematibus, quæ prohibent testiculum fieri magnum, et mammillam a magnificatione, est vt sumatur chymolea, et cerusa plumbi, et misceantur cum expressione hyusquiami albi, et oleo myrtino, et administretur in vnguento: et assiduetur epithematio eius ex fricatione lapidis, in quo phlebotomatores sua acuunt ferramenta, quum vnus fricatur super alium cū aceto, aut cum succo hyusquiami albi. et similiter multitudo epithemādi cum alumine omni die. Aut sumatur cretæ pars j. et gallarum viridium, quę vtræque sint tritæ, et liniantur cum melle in die: deinde abluatur cum aqua frigida: fiat illud in mense iij. vicibus. et appropriatur mammillæ vt ligetur super eam cyminum, contritum confectum cum aceto, ex quo emplastretur mammilla; et dimittatur super eam pannus infusus aceto, tribus diebus, deinde soluatur, et consequenter adhibeatur cæpa lilij albi, et stringatur, et nō soluatur tribus diebus aliis: fiat illud in mense tribus vicibus. Loquamur nunc de ęgritudinibus vnguium.

De panaritio. Cap. 8.

Panaritium est apostema calidum, exiturale, accidens in latere vnguis, et est difficile, vehementis doloris: et quandoque vlceratur, et perducit ad corrosionem. et quandoque currit ex vlceratione eius sanies subtilis, fœtida, et est in hoc timor digiti.

De cura. Cap. 9.

Si necessaria est phlebotomia et ventris solutio, fiat. et est necessarium subtiliare cibum, et infrigidare ipsum. et oportet vt currat in curatione cursu reliquorum apostematum, scilicet in obseruatione dispositionis principij, et augumenti, et status et declinationis, secūdum quod sciuisti. Medicinę autē locales sunt, quoniam in principio oportet vt submergatur in aceto calido. Gal. namque narrauit, quod est vehementis iuuamenti ad panaritium, et non est dubium, quin principio sit magis iuuatiuum, et proprie cum sulfure, aut farina hordei et emplastretur camphoratum factum ex camphora: et quando conficitur opium cum mucillagine psyllij extracta cum aceto, est iuuatiuum valde. et emplastra cum gallis contritis puluerizatis fortasse refrenant ipsum. et similiter sordes auris cū lycio quandoque prohibet ipsum collectionem facere, et lycium iterum iuuatiuum est bonum. et similiter a † [ ] gallę confectæ cum melle: illud enim est ex eis quę prohibēt eius confirmationem: et submergatur semper in aqua frigida, et sedatur dolor eius cū opio, quoniā est mirabile: et mucillago psyllii tūc est iuuatiua. Aut sumantur gallæ, et cortices granatorū acetosorum, et b [lapides calcis, et ficus siccę] cum æquali mensura, conficiatur cum melle, aut cū rob vuæ, aut cum iuleb: et ligetur super ipsum. et nō approximet oleo aliquo, neq; humiditati, quum timetur vlceratio. et radix lilii, et olibanum tritum solum, et cum aliis, et grana myrti decocta cum rob vuę fortasse refrenāt ipsum. Medicamē sanās panaritium. sumantur aloes, et balaustiæ, et olibanū et gallæ, et aggregentur cum melle, et administrentur. et nō oportet, vt stetur super infrigidantia:

a † B sumach & abrasio eboris, & acacia administrata cum ea cum syrupo acetoso emplastrata & similiter.

b B. scoria vel cortices æris & ficus siccæ. Alia litera schoria vel cortices æris & amirberis.

dantia:nã ipſa quando tranſit hora prima principij, inſpiſſant cutem,& obſident materiam,et vehementior fit dolor. et non attendatur tunc illud quod ſentitur de caliditate, quamuis ſit ſicut ignis,imò reſoluatur,& exſiccetur.et fortaſſe confert ſubmerſio in oleo calefacto,& tolerantia ſuper ipſam. et in medio teratur olibanum, & ponatur ſuper ipſum aut [c] [flos ferri, &] nigella iterum trita: & mucillagines iterum lenientes,& adipes,& ſimiliter trochiſci † Andaron,& Muſces.& ſordes auris bona eſt ei ante collectionem et quũ accidit maturatio,tunc pone ſuper ipſum ſemen almaru, & pſyllium cum lacte.et quum eſt prope ſtatũ,& collectionem, tunc perforetur perforatione ſubtili, & parua,vt egrediatur quod eſt in ipſo:& emplaſtretur quum egreſſum fuerit, cum ſtypticis,ſicut ſunt lẽtes,& roſę:& ſicut ſauich de nabach, & ſauich malorum,& ſauich de zarur.et poſt illud ex farina lupinorum cum melle et quando vlceratur,tunc aloes eſt de melioribus curationibus eius. et ſimiliter thus cũ arſenico.et emplaſtrum de flore ęris permiſtum cum emplaſtro de ceruſa, & ſarcocolla, & cooperiatur illud cum panno imbibito in vino. et oportet tunc vt ſeparetur caro ab vngue ab omni parte, & incidatur illud quod pũgit carnem ex vngue. Emplaſtrum bonum quod dixit Paulus. Recipe draganthi vſti,thuris,amborum an.partem j.floris æris partem s.teratur cum melle,& adminiſtretur.et iterum emplaſtrum huiuſmodi.cortices granatorum acetoſorum, & gallæ, & ſcoria ęris, & flos eius miſceatur cum melle, & liniatur, & ligetur.et non tangat locum aqua, neque oleum. Emplaſtrum bonum, draganthi vſti,& thuris,amborum an.pars j. [d] †
[ ]
aggregetur cum melle, & ponatur ſuper ipſũ. et fortaſſe eſt neceſſarium,quum eſt timor corroſionis, adminiſtrare calcadicon ex arſenico, & dragãtho,& flore æris,& calce,quoniam exſiccat ipſum & non eſt melius eo.& quãdo incipit currere ex panaritio vlcerato ſanies, [e] †
[ ]tunc cauterizetur,& incidatur, vt non perambulet malitia eius in digito toto. et nos quaſi,iam locuti fuimus de panaritio vice alia.

c B.aut ærugo ferri aut.
† Andronis & Muſæ.
d †B.viridis æris pars media
e † B.Alia litera fœtida.

Aures muris, & ſciſsura vnguium, & excoriatio earum, & ipſarum ſcabies. Cap. 10.

QVandoque accidunt hęc accidentia cauſa ſiccitatis complexionis melancholicę. et illa fiſſura vnguium,quæ eſt decliuis ad partes acutas pendentes cum carne, & pungentes & quę lædunt,dicitur auris muris.In curatione verò eius eſt neceſſaria mundificatio corporis cum euacuatione humoris melancholici, ſi fuerit dominans. et medicinę locales ſunt,vt liniatur alaſras cum ſale maſſæ, & fœce vini: & emplaſtretur cum cæpa muris aſſata,& proprie cum oleo ſiſamino,aut ſeminis lini:aut naſturtium: & emplaſtrum factum ligetur ſuper ipſum cum melle. et naſturtium,& ſal trita conferunt ad illud, & eradicant fruſta. Aut liniatur [a] † [ ]
cum alaſras,& ſale,& fœce vini: & hoc confert ſcabiei,& excoriationi.et ſimiliter maſtix diſſolutum cum ſale trito.

a B. cum alaſras & aceto,aut

Spaſmus,& curuitas & leproſitas, quæ accidunt vngui. Cap. 11.

IStæ paſſiones iterum accidunt vngui ſecundum plurimum ex melancholia, quare conuertit eam, & ſpaſmat eam, & curuat ipſam, & facit eam leproſam. et multoties quidem eſt cauſa eius aliquod eradicantium accidens vngui;quum ergo vult oriri origine bona,nõ cuſtoditur, & tangitur multoties, & non egreditur:& ſi egreditur, egreditur ſecundum formã malã: & vadit in generatione ſuper illam ſummam: quia illud quod aduenit ei de nutrimento,aduenit ei,& non inuenit in ea penetrationem, & de eo reſolutionẽ ſecundum duos modos naturales:quare componitur in radice vnguis tali compoſitione, quod fit ei difficilis extenſio totius radicis.et multoties quidem curatur curuata cum adipe vij.diebus,deinde fricatur cum vitro:deinde iteratur donec æquatur. et multoties eradicatur vnguis per caſum:quare fit fortis dolor,& facit incurrere febrem.Cura.Illa cuius cauſa eſt melancholia,indiget euacuatione eius, ſi fuerit corpori communis, & fuerint omnes vngues iam factæ ſimiliter.et rectificatio cibi eſt de rebus magis conuenientibus ad illud: & qui bibit oleum ſiſaminum & aſſiduat ipſum,æquantur vngues eius.et ſi fuerit melancholia propria vni vngui,tunc oportet vt curetur curationibus localibus. et de curationibus quidem localibus ad illud, aliæ sũt, quæ leniunt vnguem, & præparant ipſam ad excoriandum & ęquandum,ſicut adminiſtratio calcis, & arſenici ſuper eam: quare fit talis vt radas cum cultello quam quantitatem volueris. et ſimiliter multitudo emplaſtrationis cum fœce alfochaha: quoniam facit eam facilem ad ęquandum. et ſimiliter ſi tolerat manus,calefac eam cum cera, & æqua eam.et gumma cupreſſi eſt emplaſtrum bonum ad liniendum eam: & ſemen lini iterum eſt bonum ad ſpaſmum. et adeps ouis, quando ligatur ſuper ipſam diebus aliquot, & dimittitur, lenit eam: ſi autem non ſufficit,iteretur ſuper ipſam multoties vſquequo leniatur, & præparetur ad æquandum: & confert ad ſcabiem vnguium iterum.

Ingenium in [a] [inciſione] vnguis malæ in forma ſua,& colore ſuo & reliquis maculis,vt naſcatur loco eius vnguis bona. Cap. 12.

SVmatur gũma cupreſſi, & emplaſtretur cũ ea vnguis maligna,doloroſa, diebus aliquot vt leniatur: deinde pungatur radix eius cũ acu, et currat de ea ſanguis plurimus:deinde ligẽtur ſuper eam allia cõtrita die & nocte:deinde renouentur ſuper eã allia in die & nocte bis, quoniam ipſa cadet. et aſſiduatio emplaſtrandi eã iterum cum [b] [oleo,] quandoque præparat eã ad caſum cum quolibet regimine,proprie quã do miſcetur cum eo opopanacũ, & ſulfur fractum,cõtritum cum adipe. et de medicinis fortibus ad eradicandum vnguem,eſt [c] [ſerapinũ, &

& iterum dabag glandis & gumma pigani] & arsenicum, & cantharides aggregentur cum aceto: & assiduetur emplastratio eius cum eis in omnibus x. diebus. et iterum vtrunque arsenicum, & sulfur citrinum, & glutinum albotin: fiat ex eis emplastrum cum aceto, & resolvatur omni hebdomada.

De obseruatione eius, quæ oritur. *Cap.* 13.

Oportet, vt ingenietur, donec magnificetur, & tueatur a tactu cum manu, & aere, & aliis, & [a] [crescat.] et magis conueniens quod scitur ad illud, est vt fiat aliquid super digitum, sicut pileus de argento, & sit in eo connexio re tis, & [b] [ruptura] vt non prohibeatur aer omnino: Quòd si oportuerit prohibere aerem propter calorem, aut frigiditatem, aut aliud, cooperiatur cum re alia: & oportet vt figura huius pilei sit figura, qua fiat securitas ab obuiatione digiti a parte vnguis, quum ligatur super ipsum, & obuiet ex parte ante, & [c] [obliuiscatur] super digitum spatio mensis vnius: tunc enim nascetur vnguis melior, quæ est.

a B. cooperiatur.
b B. perforatio seu apertura.
c B. dimittatur.

De baras, quæ fit super ungues. *Cap.* 14.

Sumatur nux cupressi, & teratur, & misceatur cum aceto, & farina, & proprie farina lupinorum, & emplastretur cum eo: quoniam eradicat albaras. et similiter semen lini, cum nasturtio. et similiter fœx adusta permista cum arsenico rubeo. et gumma pini, & pix humida mirabiles sunt in hoc [a] † [ ] cum arsenico rubeo cum nuce cupressi. et glutinum piscium est mirabile vltimum. et radix acetosæ iterum linita cum aceto.

a B. proprie.

De citrinitate, quæ accidit unguibus. *Cap.* 15.

Sumantur ex gallis, & alumine cum adipe anatis, aut cum felle vaccino, aut cum semine erucæ contrito, bene confecto cum aceto.

De attritione unguium. *Cap.* 16.

Emplastretur in primis cum foliis myrti, aut cum foliis granatorum lenibus, deinde adhibeantur lenientia. et si accidit capitibus neruorum earum venientium ad eas dilatatio, administra super ea adipes notos, & cerataria lenia.

Mortuus sanguis sub vngue ab attritione eueniens. *Cap.* 17.

Curetur cum farina permista cum pice, & emplastretur cum ea: si autem non excusat, imò indiget operatione manus; tunc oportet vt findatur vnguis cum facilitate, scissura obliqua, cum instrumento acuto, ita vt egrediatur sanguis, qui est sub ea. quod si accidit ex hoc vt eradicetur vnguis, fac vt currat sanguis, & inuiscetur vnguis: & super illud quod est sub ea cũ facilitate, vt sit iuuamen eius, & non doleat: deinde consideret post dies aliquot: & si fuerit illic virus, prematur vnguis, [a] [aut] finde eam cum facilitate, & reducatur, & ligetur. et non diuidas carnem, quoniam commouet dolorem magnum, maiorem quam panaritium, imò tege eam cum ipsa. et embrocha super unguem aquam & oleum tepidum. et pone super ipsam post, & in fine eius, emplastrum basilicon.

a B. aut.

Finis Libri Quarti Can. Auicennæ.





LIBER QVINTVS CAN. PRINCIPIS AVICENNAE.

ET EST ANTIDOTARIVM.



OSTQVAM expediti sumus in Libris Quatuor a relatione summæ scientiæ speculatiuæ, & operatiuæ artis medicinæ conseruantis sanitatem, & facientis acquisitionem sanitatis, adest nobis tempus sigillandi librum canonis per librum quintum ; [a variatum] in medicinis compositis, vt sit sicut antidotarium libri. Et hunc quidem librum di nisi mus in tractatum scientialem, in quo innuimus ad radices scientię compositionis, in duas summas. Summa prima est de compositis essentialibus, quæ est xij. tractatus. Primus est de theriacis, & de confectionibus magnis. Secundus de hieris. Tertius est de electuariis nutritiuorū solutiuis, & non solutiuis. Quartus de suffufet, & alchamaia, & muret infantium. Quintus de lochat ad spiritualia. Sextus de syrupis, & rob. Septimus de conditis, & aligibet. Octauus de trochiscis. Nonus de decoctionibus, & pilulis. Decimus de oleis. Vndecimus de vnguentis, & emplastris. Duodecimus de iuuamento dictorum appropriato vnicuique membro. Et summa secunda est de medicinis compositis expertis in vnaquaque ægritudine, quę est octo tractatus. Tractatus primus est de medicinis compositis conferentibus ægritudinibus capitis, & eis quæ sunt in ipso. Secundus de medicinis oculi. Tertius est de medicinis doloris auris, & apostematis eius, & puris ipsius, & grauitate eius. Quartus de medicinis dentium, & dolorum ipsorum. Quintus de medicinis oris, & gutturis, & ventris superioris. Sextus de medicinis ventris inferioris. Septimus de medicinis doloris iuncturarum, & sciaticæ. Octauus de medicinis alopeciæ. Quum ergo attulerimus hos tres modos, sigillabimus librum.

a B editum vel compilatum.

TRACTATVS SCIENTIALIS,

In quo innuimus ad radices scientiæ compositionis.

De necessitate compositarum medicinarum.



Vandoque non inueniemus in omni ægritudine, proprie composita, medicinam oppositam ei de singularibus: & si inueniremus non eligeremus super eam. Imò fortasse non inueniemus de compositis, quam opponamus compositæ. Aut inueniemus eam: veruntamen indigemus virtute addente in vno simplicium eius, quare est nobis necessarium vt adiungamus ei simplicem, confortantem virtutem eius: sicut est chamæmilla: in ea enim est virtus resolutionis plus, & virtus stypticitatis minus; quare confortamus virtutē stypticitatis cū medicina simplici styptica, adiungētes eam ipsi. et quandoque inuenimus medicinam singularem calefacientē, verum nobis est necessarium calefacere minus, quam ipsa: quare est nobis necessarium vt adiungamus ei infrigidātia: aut plus ipsa, quamobrem est necessarium nobis vt adiungamus ei calefacientem aliam. et quandoque indigemus medicina calefaciente quatuor partibus, & non inueniemus nisi quę calefaciat tribus partibus, & aliam calefacientem quinque partibus: quare aggregamus inter eas, confidendo q̄ proueniat ex toto calefaciens quatuor partib. Et quādoque est medicina, quā addimus, iuuatiua in eo quod volumus; sed est nociua in re alia: quare est necessarium vt permisceamus cū ea, quod frāgit partem nocumenti eius. et quādoque est abhominabilis, horribilis quum gustatur, quam abhorret stomachus, & expellit; quare adiungimus ei quod eam bonam faciat. Et quandoque est intentio in ea vt agat in membro

bro lõginquò, quamobrem timemus ꝙ frãgat eius virtutem digestio prima,& digestio secunda: quare associamus eam cum cõseruante,nõ patiente conuertere ab ea audaciam duarum digestionum, ita vt perueniat ad membrum, de quo intenditur sanatio.sicut ponimus opiũ in medicinis theriacæ.Et quandoque est intentio in ea,penetratio, sicut proijcimus crocum in trochiscis cãphorę, vt faciat eos penetrare ad cor: verùm quum ipsi peruenerint ad cor, insurgit virtus discretiua,& denudat ab eis crocũ,& destruit ipsum,& operantur in frigidatiua extinguentia in corde, sicut facit virtus discretiua separando virtutes resolutionis, & stypticitatis, siue medicina sit naturalis,siue facta: quare procedit resolutiua ad ipsum membrũ læsum,a [quare]resoluit materiã:& b [refrenatiua]ad vias materiei ad ipsum,c [quare]prohibet materiam.Et quandoq; volumus medicinã quæ moretur in transitu suo parũ,donec operetur illic actionem nobilem, plurimã:deinde sit medicina illa velocis penetrationis: quamobrem permiscemus eam cũ re tardante sicut sunt plures medicinarum aperitiuarum.ipsę.n. sunt velocis penetrationis ab hepate.& fortasse est necessaria mora earũ in hepate,quare permiscemus cum eis medicinas attractiuas ad cõtrarium hepatis:sicut semen raphani attrahens ad os stomachi:quamobrẽ d [hęsitat] medicina e [in quantitate,qua] perueniat eius iuuamentũ ad hepar,deinde penetrat.Et quandoq; est medicina quam inuenimus,cõmunis duabus vijs: & intentio nostra est in via una:quamobrẽ associamus cum ea quod deferat eam ad illam, sicut cum ponimus cantharides in medicinis aperitiuis,vt conuertant eas à parte uenarum ad partem renum & vesicæ.Et scias,ꝙ plurimis medicinarum insunt operatio,& f [statio.]Et quãdoq; intenditur cum ea operatio longinquior statione eius: quare indiget faciente viam. Et quandoq; intenditur cum ea operatio propinquior statione eius; quare indiget figente, vel tardante.Et scias ꝙ medicina experta melior est non experta. Et parum medicinarũ melius est plurimo earum in intentione una. Causa autẽ in hoc, ꝙ parum medicinarũ est melius plurimo earum, iam exposita est in principio libri secundi. At verò causa in hoc,ꝙ experta melior est non experta,est ꝙ omnis medicina composita habet iudicium ex simplicibus suis,& iudicium ex tota forma sua.Et non experta non iudicatur nisi ex g [enunciatione suorum] simplicium tantùm:& non scimus illud,quod facit ei necessarium complexio eius facta ab eis, an est addens in intentione earum,an non addens,an est contra agens in sua forma.Et expertę quidẽ iam verificatæ sunt vtræque res. Et fortasse est vtilitas in forma complexionali maior, quàm illa, quæ accidit ex simplicibus eius.

a B.&.
b B.repercussiua styptica.
c B.&
d B. quiescit vel tardat.
e B.donec.
f B.Alia litera iuuamentum.
g B. consideratione.

De qualitate compositionis.

SCias, quòd quãdo accidunt tibi quatuor necessitates,& non inuenias ad eas medicinã in natura,nisi artificialem: sicut si indiges euacuatione cum scammonea,& pulpa coloquinthidæ, & aloe, & turbit: & vis aggregare ista ut sit tibi medicina aggregata;tunc cõsidera si necessitas earum, & operationis ipsarum fuerit æqualis,quum ipsæ sint quatuor medicinę: tũc accipe de vnaquaq; earum quartam potionis, & compone.Et si non fuerit necessitas earum æqualis,imò quarundam earum magis,& quarundam ipsarum minus, tunc existima existimatione artificiali, & mensura summam necessitatis, & pone proportionem necessitatis ad necessitatem,canonem:& adde super illã potionem aggregatam quantitatem cuiusdam, & minue quantitatẽ cuiusdam secundum proportionem necessitatis:& compone.Et scias,ꝙ medicinæ compositæ conferenti, ut theriaca, insunt secundum simplicia eius,vestigia & uirtutes;& secundum formam ipsius,quæ nõ fermentatur in spatio,nisi ut faciat accidere complexio eius vestigia,& uirtutes; & fortasse sunt meliora,quàm simplicium.Non ergo respicias ad illud quod dicunt medici,quòd confert theriaca ad hoc propter spicam,& confert ad hoc propter myrrham:imò cõfert ita; uerùm illud cui intendendum est,est forma eius.Et iam aduenit per accidens a [sublimitas iuuatiua, & nõ possumus innuere ad eam.& ad proportionalitatẽ eius ad operationes ipsius innuitione nobili.]Et scias, quòd in compositis sunt medicinæ,quæ sunt quibus est innitendũ,& radix quaquum priuantur destruitur basis, sicut caro viperæ in theriaca,& aloes in hiera picra, & elleborus in hieralogodion; & medicinæ conuenientes ad hoc ut eiiciantur,& permutentur,et vt addatur in eis aut minuatur; & medicinæ, quæ si adduntur,nocerent, nam si ponerentur in theriaca anacardi, corrumperẽt medicinas. & propriè carnem uiperæ.Et medicinę,quę si adderentur,non nocerẽt, sicut si tu adderes in theriaca nucem muschatam, non inuenires b [cum impietate magna.] Et scias,quòd c [plurimum compositionis perducit ad corruptionẽ, & plurimum eius perducit] ad perfectionem, & operationem eius.Et quòd plurimum cõpositionis fit à singularibus, & compositis: sicut theriaca a singularibus suis, & a trochiscis tribus:nã unicuiq; trochisco cã complexionis inest proprietas, q̃ nõ reperitur in singularibus. Et quãdoq; est medicina cõposita ex cõpositis.

a B.iuuamentũ eius sublime uel manifestum & non est possibile vt loquamur de ipsa & de proportionalitate eius ad suas operationes sermone manifesto.
b B. peccatum magnum seu errorem magnũ.
c B plurima ex compositis seu quòd quædam composita perducũtur ad corruptionẽ & quidam ex compositis perducuntur.

SVMMA PRIMA DE COMPOSITIS essentialibus.

TRACTATVS PRIMVS.

De theriacis & confectionibus magnis a † [ ] theriaca alfaroch.

a † B.De.



HAEc theriaca est sublimior medicinarum compositarum,& melior earum,propter multitudinẽ sui iuuamẽti:et propriè in uenenis,quę sunt ex puncturis,sicut serpentum,& scorpionis, & canis rabiosi, & uenenis ebibitis interficientibus. Et ægritudines phlegmaticas,& melancholicas, & febres earum: & ad uentositates malignas, & paralysim,& apoplexiam, & epilepsiã, & torturam, & tremorem, & ad eum qui secum loquitur, & b [maniam] & ad lepram propriè,& albaras:& confortat cor,& acuit sensus, & appetitus, et confortat stomachum, et alleuiat anhelitum,et delet pulsum cordis,et retinet sputum sanguinis,et cõfert ad plures dolores

a B.stoliditatẽ.

res

res renum & vesicæ, ex quacunque causa sint; & frangit lapidem,[c] [propriè in vesica:] & confert ad vlcera intestinorum: & durities intrinsecas in hepate, & splene, & in alijs ab eis [d] [vtrisque;] & ad [e] [periodos amborum.] Et non efficit has operationes nisi propter proprietatem formæ eius, sequentem complexionem simplicium ipsius, ita vt confortet spiritum, & calorẽ innatũ; quare iuuatur natura per illud super [f] [contrarietatem facientia frigida, & calida] & vincit virtutes earum. Et melior descriptionũ huius medicinę est descriptio radicalis Andromachi. Et iam dixi, sunt plures medicorum, sicut Gal. & alij, vt adderent, & minuerent in ea: non propter necessitatem facientem necessarium illud eis, neque propter aliquid forte uocans eos ad illud: sed quærentes vt rememorarentur, & ut remaneret ab eis in ipsa vestigium, sicut remansit Andromacho. Et meum quidẽ cõsilium est, ut non remoueatur aliquid, quod experimentũ iuuatiuum inuenit: fortasse enim illa complexio cum illo pondere est [g] [significans] illud cuius iuuamentum inuenit experimentum: quod quando ipsa mouetur à suo põdere, non consequitur illam proprietatẽ. Quòd si aliquis eorum dicat, quòd scit causam faciẽtem illa pondera facere illam proprietatem, tunc dicet mendacium in eo: cui contradicetur super illud: sicut si dicat aliquis scientiam ponderum elementorum in equis, & homine, & alijs. Et theriacæ quidem adsunt infantia, & pubertas, & adolescentia, & senectus, & mors. Et fit infans post sex menses: deinde incipit in pubertate, & augmento vsq; ad tempus, in quo stat per x. annos in regionibus calidis, & xx. annos in regionibus frigidis: deinde stat aut. x. annis aut viginti: deinde declinat aut post viginti annos, [h] [deinde] post xl. annos: deinde expoliatur virtute theriacæ, aut post xl. annos, aut post lx. & fit vna confectionum declinata à gradu theriacæ. Et oportet ut detur in potu morso de illa, quæ est recens, & fortis: & reliquis quibus in potu datur de alia, quę est debilior, et fortasse est necesse ut in potu detur morso de recenti ex medio aureo vsque ad aure. i. Et ex eis, quibus distinguitur inter illam, quæ est recens, [i] [& fortis] & inter antiquam, [k] † [ ] & debilem, [l] † [ ] & malam: de experimentis quidẽ est, ut in potu sumat homo catharcticum, & cõfidenter tunc si soluerit eum, sumat in potu theriacam: tunc, si retinet eum, est recens bona: & si non, est mala. Et ex experimentis est illud, quod dixit Galen. quoniam oportet vt capiatur gallus syluestris, quoniam ipse est siccioris cõplexionis, quàm ille, qui nutritur in domibus, & existimo ipsum esse phasianum masculum, et mittatur super ipsum animal venenosum, deinde detur ei in potu theriaca: si ergo uixerit, tunc theriaca est bona. Et iterum experitur in illo, qui in potu sumit opium, & [m] [hyusquiamum nigrum,] & alia. In napello autem iuuamentum theriacæ est paruum: & quantitas eius vt expellat mortem, est mora parua. Et forsitan medicamen de muscho, sicut existimant quidam, est magis iuuatiuum in eo, quã omnia. Quantitates autem quæ in potu dantur de theriaca in unaquaque ęgritudine, sunt istę. In tussi quidem antiqua, & dolore pectoris, & lateris datur in potu lupinus vnus in aqua mellis, aut iuleb, si fuerit febris. In rigore autem periodico, & frigore, & vomitu in initio periodi, detur in potu lupinus vnus cum aqua, aut cum vino quod non sit minus tribus. vnc. neq; plus quatuor. vnc. & s. Et sumat in potu ille, qui habet colicam, & inflationem in stomacho, & puncturam, quantitatem lupini cum aqua mellis, aut iuleb sicut scis. Et patiens casum appetitus similiter in aqua aut vino, sicut scis, & de theriaca lupinum in decoctione assari. Et detur in potu in hydropisi ante cibum lupinus vnus de ea, deglutiendo, aut cum quantitate. vnc. j. s. aceti commisti. Et sumat in potu patiẽs sputum sanguinis, si fuerit tempus eius in ægritudine propinquum, vsque ad aure. vnum in aceto commisto. Et si fuerit spatium cum eo antiquum, detur in potu vltimum in decoctione [n] [sumifuton] mane, & sero. Ille verò qui patitur abscisionem uocis, sumat in potu de ea fabam vnam in aqua mellis, aut rob vuæ: aut teneat eam sub lingua. Et detur in potu ad vlcera intestinorum, & solutionem ventris cum sanguine in aqua sumach. Et ad constrictionẽ anhelitus cum oxymelle squillitico, quod sit minus. vnc. i. Et fiat gargarismus ad epilepsiam in primis; deinde detur in potu de ea quantitas quartæ aure. vnius vsque ad medium aure. in aqua, aut oxymelle squillitico. Et similiter in dolore capitis, & hemicranea. Amplius ipsa frangit lapidem in vesica & renibus, quum potatur in decoctione apij. Et prohibet cholericam passionem. Et retinet naturam. Et illi, qui utitur ea in hora sanitatis, non nocent uenena: & non impetunt in eo nocumenra; & fit securus ab ægritudinibus pestilentiæ. Descriptio. Recipe trochiscorum squillæ aure. xlviij. trochiscorum uiperæ aure. xxiiij. trochiscorum allindaracron, & piperis nigri, et opij, omnium an. tantundem, & cinnamomi in descriptione aur. xij. & in descriptione aur. xxiiij. ros. aur. xij. & in descriptione aure. xxiiij. & seminis [o] [napi syluestris rotundi.] & scordei, & radicis lilij cęlestis, & agarici, & succi liquiritiæ, & olei balsami, omnium an. quantum est hoc pondus, & myrrhæ, & croci, & zingiberis, & reubarbari, & [p] [centaureę, & calamenthi montani, & prassij, & petroselini, & stęchados, & costi, & piperis albi, & macropiperis, & [q] [pulegij Indi] & olibani, & floris squinanthi, & gummi albotin, et casiæ ligneæ nigræ, et spicę, et polij, omnium an. aure. vj. et storacis liquidæ, et sem. apij, et [r] [siseleos,] et seminis siseleos, [s] † [ ] et ammeos, et chamædryos, et chamæpityos, et succi hypoquistidos, et spicæ celticæ, et scehæ montanæ, et folii, et gentianæ, et seminis fœniculi, et terræ sigillatę, et colcotar adusti [t] † [ ] et ammi, & acori & nasturtij albi. & carpobalsami, et hypericon, & [u] [phu] & gummi, & cordumeni, & anisi, & acaciæ, omnium an. aure. iiij. dauci, et bdellij subalbidi, omnium an. aur. iiii. bezard, et asphalti, et opopanacis, et centaureę minoris, et aristol. rot. omnium ana aur. ij. et in alia descriptione centaureę, aristol. rotun. loco

longę,

c B. Alia litera.

d —— B

e B. fluxum humorum ex ambobus causa debilitatis ipsorũ. Alia litera prouocãdo uel diureticãdo ex eis.

f B. expulsionẽ contrariantium frigidorum & calidorum.

g B. exigens.

h B. aut.

i —— B.

k † B. & inter fortem.

l † B. & inter bonam.

m B. sucharan.

n B. Alia [...] sumefar[...] Alia litera sufert[...]

o B. rapæ.

p B. pet[...]

q B. mesch[...] melia.

r —— B

s † B. & [...] altelassis.

t † B. Alia [...] non [...]

u B. Alia [...] mu.

longæ, castorei verò in descriptione quadam aur.ij.& in descriptione,aur.iiij.& similiter est sermo in serapino: & mellis lib.x. & vini antiqui odoriferi kist.ij.liquefiant quæ de eis liquescunt,& infundantur quæ infunduntur, & terantur sicca,& cribellentur, & conficiantur cũ melle: & ponatur in vase vitreo, aut plumbeo, aut argenteo, & non impleatur vas,imò sit in eo superfluitas,vt respiret medicina. Et omnes medicinæ præter mel,& vinum,sunt.lxiiij.Descriptio alia. Recipe trochiscorum squillæ aure.[x] [xxviiij.]trochiscorum viperæ, & trochiscorum alindaracaron, & piperis nigri,[y]& opij boni,omnium an. aure. xxiiij. & alij syluestris, & rosarum rubearum siccarum, & seminis [y] [napi]syluestris & ireos, & agarici,& succi liquiritiæ, & olei balsami, & cinnamomi, omnium an.aure.xij.myrrhæ,& prassij,& croci,& macropiperis,& zingiberis, & ozymi montani,& petroselini,& pentaphylon syl'uestris, & [z] [reusini,]& costi amari albi,& stęchados,& piperis albi,& muschi,& pulegij,& [a] [superioris] squinanthi,& glutinis alimbat,& olibani,& casiæ,& spicæ,omnium an.aur.vj.& gentianę,& [b] [almealesfis,]& est nasturtium album,& storacis liquidæ,& siseleos,& spicæ celticæ,& est nereiden,& seminis ammeos,& chamædryos, & chamæpityos, & hypoquistidos, & folij,& epithymi,& phu,& meu,et seminis apij, et seminis fœniculi,et [c] [boli lacunnæ,]et colcotar assati,et amomi,et hypericon,et acori, et carpobalsami,et acaciæ,et gummi arabici, et cordumeni,omnium an.[d] [aur.iiij.et azufera,] et galbani,et opopanacis & serapini, & bituminis iudaici,& centaureæ,& aristolochiæ rotundæ,& castorei,omnium ana pondus aur.ii.Et additę sunt in hac descriptione istæ medicinæ:& sunt firmatæ in descriptionibus aliarum linguarũ: & sunt ozymi fluuialis,& [e] [galbani] & dragacanthi,& ciclaminis,& aristolochiæ longæ, & seminis hyusquiami albi,omnium ana aure.ii, Istę ergo sunt species.lxx.in commistione,excepto melle:& mel sit duplum medicinarũ: quarum fit summa eius,quod est in theriaca,mille, et quadringenti et triginta quatuor aurei: et teratur crocus per se,et infundatur uino,et teratur myrrha,et opium,et olibanum per se,et infundatur illud in vino decocto nocte;et liquefiant glutinum,et galbanum cum oleo balsami, et teratur colcotar solum:deinde terantur reliquæ medicinæ,et cribellentur, et conficiantur summa earum cum melle despumato.Et conteratur,quum fit aggregatio,in mortario,contritione bona,donec commisceantur,deinde ponatur in vase vitri,quod sit sicut urinale,aut testeo vitreato, et administretur post quatuor annos.Et sit dosis integra pondus. drac.i.cũ aqua tepida in ieiunio.Descriptio alia.Recip.trochi. squillæ aur.xlviii.et trochi.tyri.aure.xxiiii. piperis longi aure.xxiiii.troch.alindaracaron põdus aur.xxiiii.ros.rubearum siccarum ablatis capitibus aure.xii,radicis lilii cœlestis aure.xii. et radicis liquiri.aure.xii·seminis [f] [napi] syluestris aure.xii.et scordeon aur.xii.xylobalsami [g] [aur.x.opii,aur.xii. agarici aure. xii, piperis albi aur.vi.reusini sem.apii ana aure.iiii.myrrhę puræ aure.vi.costi amari aure.vi.croci.aure.vi.casiæ aure.vi.]spicæ indæ aure.vi. melanopiperis aure.xxiiii.& thuctaminis & est pulegium, aure.vi.& prassij aurę.vi. [h] † [

]

& stęchados aure.vi.& petroselini & est semen apii montani,[i] [aur.vi.]macedonici aure. vi. [k] † [ ]& quinque folii [l] † [ ] aurę.vi. chamæpityos aure.iiii.& amomi aure,iiii.[m] [& meu]aur.iiii. & nereiden & est spica romana,aur.iiii.& similiter chamædryos aure.iiii. gentianæ romanæ aur.iiii.anisi aur.iiii.gummi aur.iiii.sem fœniculi aure ii i cordumeni aure.iiii.siseleos aure. iiii.ammeos aure.iiii.serapini aure.iiii.castorei aure.ii.aristolochiæ longæ aurę.ii.cẽtauriæ minoris aurę ii.bezard & ęst galbanum,aure.ii.& fiat de ea quod diximus de contritione,cribellatione,& confectione cum melle.

x B. Alia litera xlviij.
y B. rapæ.
z B. reubarbari.
a B. storis.
b B. altalasfis.
c B. loti abayra seu luti abayra.
d B. Alia litera 3.iiij.& dauci.
e B. chile.
f B. rapæ.
g B. Alia litera cinnamomi opij agarici omnium an.aur.xii. olei de balsamo aur.x. rauendseni mirrhæ croci cassiæ ligneæ.
h † B.& sũmitarum squinanthi & calamenthi montani & thuris masculi & polii omnium an.aur. vi.
i ——B.
k † B. masticis & gummi albotin & zingiberis.
l † B. oĩum an.
m B Alia litera terræ sigillatæ aur.iiii.phu.

Ars trochiscorum de viperis.

ACcipiantur viperæ quum est finis ueris, incipit æstas:etsi fuerit uer hyemale, dimittantur usquequo consequatur ęstas.Et uiperę quidem sunt serpentes capita habentes plana,quę sunt lata propriè apud propinquitatem colli minuti,subtilis valde,quorum caudę sunt curtæ [a] [strepitum facientes,& sonitum in incessu.] Et istis quidem trochiscis non conueniunt omnes viperæ,imò flauæ,& de flauis fęminæ. Et eorum signum est quòd masculi in omni latere habent unum dentem:& fœminę plures uno. Et oportet ut alienentur cornutæ, et uarię aspides decliues ad albedinem.Et non capiantur ex [b] [piscinis,& littoribus fluuiorũ, & aquarum,et marium:neque petrosę] quoniã in eis sunt quercinę,facientes sitim imò capiãtur in loco longinquo ab humorositate. Et nõ capiantur illæ,quę sunt debilis motus,imò eligantur illę quę sunt uelocis motus, habentes caput eleuatum . Et oportet ut non morentur, quum capiuntur, si possibile est,et abiiciantur a parte capitis eius quatuor digiti et similiter, à parte caudę ipsius,et ani eius.Quòd si cucurrerit ex ea sanguis plurimus, et fuerit motus eius in illa dispositione plurimus, et mors ipsius tarda,tunc erit electa.Et si fuerit parui motus,et pauci sanguinis,uelocis mortis,tunc erit mala. et de signis eius iterum est, ut sit motus eius uelox,et aspectus eius aspectus audacię, et pręsumptionis:et sit egresio fęcis eius [c] [ex postremo]caudę eius.Quumque mortua est,extrahãtur viscera eius,et propriè fel ipsius: et abluatur cum aqua, et sale ablutione exquisitissime facta:deinde decoquatur in aqua,et sale:et si cũ ea fuerit anethum,non erit malum in eo decoctione discoquente: cũ qua leuis fiat collectio carnis eius ab osse ipsius.Mundificetur ergo caro eius ab osse:& proiiciatur in mortario, et teratur bene:et pręcipiatur illi, qui facit illud, ut odoret oleum balsami,et inungat ipsum super digitos. Quum ergo contrita est, misceatur cũ tortellis secundum descriptiones diuisas;et nõ eligatur supra descriptionem Andromachi;deinde fiant ex ea trochisci minuti,subtiles;et exsiccentur

a B. sufflationẽ cum sonitu vel strepitu facientes.
b B.locis aridis & littoribus fluminum & mariũ neque ex locis nemorosis seu arborosis.
c B. prope postremum.

ſiccentur in umbra,et reponantur in repoſitorio. Et oportet, vt non eadat ſuper eos radius ſolis omnino, neque ante exſiccationem, neque poſt ipſam: ſol namque deſtruit,& expoliat eos à virtute appropriata carnibus viperarum d [interficiente venena,quæ ſunt ex morſione,& ebibita.]

d B. oppoſita venenis quæ ſunt ex morſione & venenis ebibitis.

Ars trochiſcorum ſquillæ.

OPortet vt eligatur de ſquillis humidis illa quæ eſt grauis,& non eſt magna;& nō,linias ipſam cum luto,quoniam illud facit eam rancidam, & corrumpit ipſam:imò line eam cum fermēto,& aſſa eam in olla,donec coquatur:aut in furno iam calefacto,& extracto cinere eius:aut in patella de terra,ſuper quam coquitur panis eius.Quum ergo extrahitur inde, tunc ſumatur interius eius lene,& teratur optimè,& miſceatur cum eo farina orobi recens a [ſecundum virtutem ſquillæ,]& b [exitus]eius. Andromachus verò miſcebat cum parte vna ſquillæ duas partes farinæ,& allij æquali menſura. Quum ergo permiſta eſt ſquilla cum farina orobi,tunc fac ex ea trochiſcos ſubtiles: & inunge manus tuas, quum facis ex ea trochiſſcos,oleo roſ. & exſicca eos, & ſerua eos ſicut conſeruas trochiſcos de viperis.Medici autem noſtri temporis accipiunt ſquillæ partes.ij. & farinæ orobi partem vnam.

a B. Alia litera.

b B. Alia litera retentiam ſeu nouitatem.

Deſcriptio trochiſcorum † alindaracon.

† hedycroi.

REcipe corticum radicis aldarſiſahan aure.vi.ſuperioris ſquinanthi aure.xij. calami aromatici, & coſti, & xylobalſami,& aſſari, & myrrhæ, & amomi, & polij, omnium an.aure.xxiiii.maſticis, & emeruc Kit & eſt alachoen alba,& phu,omnium an.aure.vj. a [poni uteor aure.xx.reubarbari,ſiliquæ,cinnami] an. aure. x.ſpicæ Indæ aur.xvj.folij tantundem,-croci aure.xij.teratur totum,& cribelletur per ſe,& conficiantur cum uino odorifero,antiquo, declinante ad dulcedinem,& fiant trochiſci,& exſiccentur in umbra,& conſeruentur,ſicut conſeruantur trochiſci de viperis.

a B reubarbari caſiæ ligneę cinnamomi oium.

Deſcriptio alia horum trochiſcorum. Recipe ligni aldar ſiſahan, & calami aromatici, & & coſti,& aſſari,& xylobalſami, & amomi & b [myrrhæ[kie,& phu,& alacohen,omnium an. aure.xviii.& croci aure.xii,& ſpicæ Indæ, & folij amborum an.aure.xii.& myrrhæ aur.xxiiii. teratur totū,& fiant trochiſci ſicut diximus in vnaquaq; deſcriptionum, quæ ſunt ante iſtam.

b B. mu.&

Deſcriptio alia horum trochiſcorum.Recipe aſelibet,& eſt darſiſahan aur.vj.floris ſquinā thi aur.xij.calami aromatici aur.vi. c [myrrhę] & aſſari,& xylobalſami,omniū an.aur.vi. cinnamomi aure.xxiiii.amomi aur.xxiiii.caſię aure.vi.& amaracon & eſt alacohen alba, aur. xx. ſpicæ Indæ aure.xvi.polii.aur.vi.in alio mirrhę aure.xxiiii.maſticis aure.vi.croci aur.xii. aggrega has medicinas tritas,& pulucrizatas, & cōfice cum vino puro,& fac trochiſcos ſicut diximus,& conſerua.

c B. mu.

Confectio mithridati nobilis.

ESt cōfectio quam fecit Mithridates rex Pōti,& nominauit ſuo nomine, & cōpoſuit ipſam,& eſt ex medicinis expertis ſuper venena propriè, & ſuper ægritudines alias, ut eſſet aggregatiuum iuuamenti uenenorum diuerſorum,& ægritudinum diuerſarum: fuit ergo ipſum theriaca in illo tempore: deinde poſtquā accidit Andromacho illud,quod expertus fuit ipſum ſuper iuuamentum carnium ſerpētum, & aliorum, & addidit in eo trochiſcos de uiperis,alteratum eſt parum per additionem,& diminutionē. Fuit ergo theriaca magna in multitudine iuuamenti: uerumtamen theriaca magna eſt magis iuuatiua ipſo in re una, & eſt venenum ſerpentum. In reliquis verò rebus non diminuitur mithridatū a theriaca diminutione, de qua ſit curandum: imò eſt magis additi in pluribus earum iuuamenti, & confidentioris vtilitatis. & non prolongemus ſermonem in numero illorum iuuamentorum quoniam ipſa ſunt illa prædicta, quæ ſunt theriacæ,& ſit doſis copioſior parumper.

Confectio mithridati ex deſcriptione communi omnium.

REcipe myrrhæ,& croci, & agarici,& zingiberis,& cinnamomi,& dragacanthi, omnium an.drac.x.ſpicæ,& olibani a [alleis] & eſt naſturtium babylonicum, ſquinanthi, xylobalſami,ſtœchados,& ſiſeleos & coſti,& chamæpityos,& galbani, & b [nebeſcet,] & macropiperis,& ſucci barbæ hircinę,& caſtorei, & c [melakion et eſt opium, et folii Indi] et ſtoracis, et opopanacis omnium an. drac. viij. caſiæ, et leucopiperis,et melanopiperis,et hermodactylorum,et polii,et ſcordeon,et dauci,et meliloti,et gentianæ,et olei balſami, et carpobalſami, et trochiſcorum cokion, et bdelij, omniū an. drac.vij.rutę drac.ij.ammoniaci.et ſpicę romanæ,et maſticis,et gummi,et petroſelini, et cordumeni, et ſem. fœniculi omnium an. drac. v. aniſi,et acori et d [meu]et ſerapini et aſſari,omnium an.drac. iii.opii, et roſarum rubearum, et pulegij, omnium.drac.v.phu,et acacię,et vmbilici ſtinci,et ſem.hyperici,omnium an. drac. iiii.s.uini odoriferi antiqui,in quo infundātur ea, quæ oportet infundi. mellis deſpumati,qđ ſufficit.Miſceatur, et ſeruetur,et adminiſtretur poſt ſex menſes. Et ſit doſis ſicut auellana cum eo quod eſt conueniens de potibus. Et in hac quidem deſcriptione ſunt medicinę, quę non ſunt in deſcriptione Gal.treſdecim:et ſunt agaricum:et hermodactyli, et ruta, et ammoniacum,et e [dicates,] et aſſarum,et dragacanthū, et ſtœchados, et chamæpityos, et melilotū,et xylobalſamum,et melanopiper,et bdellium. Et in deſcriptione Galen.ſunt duę medicinę, quę non ſunt in hac deſcriptione,et ſunt radix lilii, et ſal, et in deſcriptione alia eſt medicina una, q̄ nō eſt in hac deſcriptione:et eſt ſemen rutę.

Ars † coKion adminiſtrati in mithridato.

REcipe paſſularum rubearum enucleatarū pondus.drac.iiii. glutinis albotin pōdus. drec.

drac.xxiiii.ſquinanthi,& myrrhæ, amborũ an. drac.xij.cinnamomi,& bdellii ſubalbidi,et blattæ bizantiæ,& ſpicæ romanæ,& caſiæ, & meliloti,& cyperi, & baccarum lauri, omnium an. drac.iii calami aromatici pondus. drac.ix.croci.drac.i.bituminis iudaici drac.ii.s. Et hæc deſcriptio eſt Sabor filij Sehel,in qua eſt additum bitumen iudaicum. Et in deſcriptione alia a † [ ]eſt additum darſiſhan pondus drac. ii. s. Et in deſcriptione alia ſunt additæ aſſari.drac.ii.s.

a B. Alia litera Serapionis.

Theriaca Eſdrę.

REcipe amomi pondus aure.xii. ſuperioris ſquinanthi aure.viii.pyrethri aure.vi.croci aure.xxxvi.cinnamomi aur.vi.& myrrhæ aure.xii.petroſelini,& eſt ſemen apii montani, & dauci & eſt ſemen bauciæ ſylueſtris montanæ Cretenſis,omnium an.aure. iii.dragacanthi,aure.xxx.ſucci hypoquiſtidos aure. viii.radicis lilii cęleſtis aur.xv.ſem.fœniculi aure.vi.a †[bdellii ſubalbidi aure.viii.] ſem.hyuſquiami albi aure.xxxviii. caſiæ ligneę aure.ix.ſem.papau.al.aure.xxx.ſpicę Indæ aure. xii.ſem. rutę aure.i. granorum citri excorticatorum,ſumach ſemis amborum an. aur.ii.ſem. anethi,& hepatis almeliKi,& aſſari, & cordumeni,& euphorbij,& opij,omnium an.aur.vi. melanopiperis aure.xxx.roſarum rubearum ſiccarum ablatis capitibus aure.ix.folii Indi aure. xii.olei balſa aure.xxiiii. nereiden Cretenſis & eſt ſpica Romana b ameis & eſt ſuperius,]vitis, amborum ana. aure. c [vi.] & roſarum oleandri,& d [ſuperioris] almaru,amborum an. aur. iiii.laccæ mundatæ aure.xii. memithæ, gariophyllorum, amborum an.aure. xii. ſuperioris ſpicæ romanæ aure.iii. e [reuſini aure.xii.ſucci alitiſe,& eſt alfelengeſif] & dicitur f † [ ]abrotanum ſylueſtre, aure.x.& radicũ endiuiæ aure.xx.& coſti, & gentianæ romanę, amborum aure.xii.foliorum citri. aure. xiii. & trochiſcorum alindaracaron aur.vii.aniſi aur. vi.ſquinanthi aure.xii. Aggrega has medicinas terendo,cribellando,infundendo quę de eis infunduntur in vino clarę ſubſtantiæ,& eſt radix, aut g [communi,]aut triplicato,aut vino h [paſſo]aut mellino,& confice cum melle deſpumato ſecundum quantitatem, quæ neceſſaria eſt; & reponatur in vaſe,& adminiſtretur ſicut adminiſtratur theriaca maior. Et de medicinis ſunt quidam,qui ponunt in ea de ammoniaco: & de eis ſunt quibus illud non videtur, quoniam ammoniacum nocet ſtomacho.

a †B.Alia litera bdellii ſubalbidi aur.viij.olibani albi aurei. viij ſulfuris crudi aurei.vi. Alia litera bdellii ſubalbidi aure. viii ſulfuris crudi aurei. vi.

b B. & auianes & eſt flos.
c B.iiii.
d B. floris.
e B.reubarbari ſucci alanthalmiſa & eſt albe rengelet.
f †B.quod eſt.
g B. cum algie muri.
h B.de paſſulis.

Deſcriptio theriacæ Eſdræ.

REcipe amomi, a [myrrhę] amborum ana vnc.v.pyrethri.vnc.ii.s.ſquinãthi.unc.iiii. caſiæ ligneæ.vnc.xii s. ſtoracis liquidę. unc. vi. s. dauci. unc. i. croci. vnc. xii. petroſelini vnc. i. & drach. ii. ireos vnc. ii. s. ſem.fœniculi, & bdellii,amborum an.unc.iiii.s.olibani. unc. ix. dragacanthi. vnc.x. ſucci hypoquiſtidos. unc. iii.granorum citri excorticatorum,aure.i.ſem. anethi,& hepatis almeliKi, & lignorum citrinorum, omnium an.aure. ii. hyuſquiami albi lib.i.ſem.papaueris albi, lib.ii. ſpicæ. unc. ix. & drac. i. rutæ ſiccę. unc. i.& drac.ii.ſumac. unc. iii.aniſi, & aſſari,& cordumeni, omnium ana unc.iiii.opii unc. ii. & drac.i.s. euphorbii. unc. ii.s.piperis.unc.i.s.roſarum.unc.iiii. folii Indi, & carpobalſami,amborum an.vnc.iii. anacardi.unc.ii.s.laccæ mundatæ.unc.v. cinnamomi, vnc.iiii. b meu.]unc.ii. ſpicæ Cretenſis. unc. ix. ſulfuris.unc.iiii.memithę,& reuſini, & coſti amari,omnium an.aur.iiii.foliorum citri.aure. v.trochiſcorum alindaracaron aur.iiii.olei balſami aure.vii. ſucci abrotani lib.i.galangæ, c † [ ] vnc.vii. lilii.vnc.vi.gariophyllorum.unc. v.mellis quantum ſufficit.

a B. Alia litera mu.
b B.myrrhæ.
c † B.& gentianæ omnium.

Confectio trochiſcorum alindararacon adminiſtratorum in ea.

REcipe chamæmil. rub. & chamæmillæ albę,& ſumach a † [ ] & phu,& aniſi,& aſſari,vſneę,& calami aromatici,& xylobalſami, omnium partes ęqualis põderis.aggrega has medicinas contritas, & cribellatas: & confice cum uino puro, bonę ſubſtantiæ,& eſt radix,aut b [communi,]tribus diebus continuis,& moueatur in omni die ſemel: & adde,ſuper illud de uno horum uinorum, ſi indiget illo: & fac trochiſcos ponderis aurei.i. & exſicca in umbra. Hanc theriacam fecit Eſdras, & eſt vicaria theriacę alfaroch in rebus omnibus.

a †B.& mu.
b B. uino ueteri.

Theriaca diateſſeron.

REcipe gentianę romanę, baccarum lauri, ariſtolochiæ longæ,& myrrhæ,omnium partes ęquales, terantur, & conficiantur cum melle deſpumato ſecundum quantitatem ſufficientem:cuius doſis ſit aure.i.cum aqua calida. et dicitur,quòd de medicinis quidam ſunt,qui ponunt loco myrrhę coſtum amarum. Et refert Seruaget quòd inuenit ĩ deſcriptione quadam additionem croci partis.i. Hęc theriaca de quatuor ſpeciebus confert puncturę ſcorpionum:& aranearum, & ægritudinibus frigidis, propriè epipleſiæ,quæ ſubito accidit, & tremori oris ſtomachi.

Sotira liberans magna.

HAec medicina eſt aggregatiua iuuamenti, conferens epilepſię,& vertigini,et dolori capitis antiquo,et tremori, et prohibet materiam attrahi ad oculum,et quandoque fit cũ ea alcohol poſt a [abſtractionem aquæ:] quare prohibet b [ſaniem] et prohibet euentum nocumenti ad oculum,et abſciſſionem uocis, et paralyſim,et alguesgues,et dolorem dentium, et et dolorem oculi,et dolores pulmonis, et lateris,et pectoris,et hypochondriorum, bibita in aqua mellis: et ualet ad expulſionem ſanguinis potata in aqua arnogloſſę, et uirgę paſtoris: et uentoſitatibus in ſtomacho, et doloribus eius,

a B. ulcera uel ſucceſsionem vlcerum.
b B.materiam.

et

c——B. & icteritiæ c[& apud passiones frigidas,]& clarificat colorem,& delet cogitationes,& remouet eructuationem, d † [ ] & sanat e [vesicam,]& ægritudines intestinorum,& f[puncturam]eorum: & clysterizatur cum ea, g [quare eradicantur] apostemata eorum apostemata splenis & prouocat superfluitates renum, & vesicæ, & confortat testiculos,& linitur super eos,& additur desiderium, & confert doloribus iūcturarum, & spasmo & podagræ,& confert ad venena ex morsionibus,& ebibita,& confert febribus antiquis & periodis rigoris,& resoluit apostemata.Cuius permistio.Recipe myrrhæ,& casiæ,& squinanthi,omnium an.vnc.i.s.castorei,& petroselini, & est semen apij syluestris montani, amborum an.aur.xv.seminis apij.vnc.ij.siseleos aure.i.costi amari,& cinnamomi, & trochiscorum aladarmeu , & storacis liquidæ , & assari, omnium an.aure.vi.anisi aure.x. piper al. aure. xij.piper.lon.aure.iij.spicæ,aure.iii. amomi , & croci,amborum an aure.iiii.opii.aur. x. aggrega has medicinas tritas, & cicotrigonizatas,& confice cum melle dispumato,& repone in vase,& utere post sex menses.

d †B acetosam.
e B.ulcera uesicæ.
f B.doloré pun giuuum.
g B ad.

Ars trochiscorum aladarmau administratorum in liberante magna.Recipe amomi,& darsisahan,& costi amari , & calami aromatici, & gariophyllorum,et piperis albi,& ammeos,omnium ana aure.iii.cinnamomi, & masticis , & croci,omnium ana aure.vj.phu aure.j. spicæ romaticæ , & folij . Indi,amborum an. aure. vij. myrrhæ aure. vj. aggrega has medicinas contritas , & cicotrigonizatas , & confice cum vino claro , aut alio , & fac trochiscos paruos ponderantes aureum vnum, & exsicca in umbra,& vtere.

Nedrech Darij.

NEdrech Darij est vna de medicinis Persicis,magnis,electis:qnæ procedit in cessione philonij,& theriacæ,& scelithe: & ipsius iuuamentum est magnum in colica . Cuius hæc est permistio.Accipe croci,& sem.hyusquiami albi,amborum an.sextarium. i. opii & euphorbij amborum an.drac.xx.& spicæ,& storacis liquidæ amborum an.sextaria duo , & folii Indi, & gariophyllorum amborum an. drac. iiii. & piper al.drac.ij.& margaritarum non perforatarum,& salis ammoniaci,& sem. rutæ syluestris, & muschi , & camphoræ,& cardamomi, & cinnamomi, & casiæ,omnium ana pondus. drac i.& costi.drac.viii.& sem.alharmel, & pyrethri , & macropiperis omnium an. drac. iiii. serapini , & castorei, et opopanacis,omnium an.pondus.drac.ii.& a [zedoariæ ,] & doronici,& olei balsami , omnium an.aure. viii.& in descriptione Syra,& Græca,myrrhæ. drac. iiii. & camphoræ.drac.iiii. tere,sicca, & cicotrigoniza, & infunde ea quæ liquescunt in vino decocto:deinde aggrega omnia.confice cum melle, & antiqua sex mensibus. Cuius dosis sit sicut nux cum aqua tepida.

a B. rurumbet.

Confectio philosophorum & est illa quæ nominatur materia vitę . Valet ad superfluitates phlegmatis.confortat animam,lætificat, digerit,facit eructuare,assimilata ut sit sicut viaticum adolescentiæ,& addit in conseruatione,et memoria,& rationem efficit bonam, & absoluit linguam,& destruit frigora, et abscindit fluxum vrinę,& sedat ventositates,et addit in spermate,et confortat memoriam, et detumescere facit carnem gingiuarum,et stringit dentes , et remouet dolores dorsi,et iuncturarum,et iliorum,et emunctoriorum:Cuius permistio. Recipe piperis,et macropiperis et zingib.et cinnamomi emblicorum , et belliricorum et b [casiæ,] et aristol.rot.de sceni, et uenarum citrinarum,et ventris granorum pineæ maioris.Et in descriptione alia,nucis Indi c [sucution] et est testiculus vulpis,omnium an.drac.i.s. chamæmillæ. vnc.s. et plantæ granorum vuæ.unc. iiii. auferatur interius passularum rubearum,deinde terātur bene,et sumatur quantum sunt omnes medicinæ mellis,et coaguletur:deinde cōficiātur cum eo species quas diximus : et sumatur de ea secundum omnē dispositionem, quātum est nux parua d [in olei nucis Indi mensura,cum qua inuoluatur.]

d——B.

Scelithe.

IN hac medicina sub fideiusione affirmant omne iuuamentum existere, et in compositione eius omne mirabile. Nos verò non inuenimus ei impresionem plurimam, nisi in a [asperitate] accidente linguę et mollificatione eius . At uerò medici dicunt , quòd scelithe magnum confert iuuamentum maniæ,et ægritudinibus frigidis melancholicis, et phlegmaticis, et paralysi , et epilepsiæ, et apoplexiæ , et torturæ,et alguesgues ; et locutioni animę , et dolori capitis, et hemicraneę, et obliuioni, et melancholię,et frigori cerebri , et tremori , et pulsui cordis,et conseruat embrionem, et confert abortui,et confert distillationi vrinę,et doloribus matricis,et uentositati eius, et mollificationi linguæ,et uertigini, et tristitiæ , et nocumento fungorum , et uenenis , et lacti,quod coagulatur in stomacho , & alijs , & confert doloribus iuncturarum , & omnibus doloribus antiquis , frigidis . Et datur in potu ad omnem rem ad quam pertinet , sicut ad frigus vehemens in aqua casiæ fistulę:et dicitur quòd in vino est magis iuuatiuū : et ad oppilationes intrinsecas cum aqua radicum : et ad dolores matricis cum aqua anisi:et ad dolores superiores cum aqua sampsuci,aut cum aqua radicum siclæ : et pueris cum oleo violaceo . hæc ergo sunt ea , quæ dicunt medici . Et illud quòd est apud me,est quòd est medicina inordinata,nō ordinatæ compositionis, adurens sanguinem, et humores,deficiens a trochiscis.Cuius commistio.Recipe muschi et camphoræ,et ambrę, omnium an.pondus.drac.ii.margaritarum nō perforatarum,et croci,amborum an.drac.x. auri contriti , et argenti contriti, amborum ana drac.s.amomi, et sem.harmel, et euphorbii , et usnen nabati,et usneę,et sem.apii , et sem.rutæ, et stercoris uaccę montanæ , et sulfuris rubei, et citrini,et ellebori al. et storacis liquidæ, et cyperi,et b [meisulen ,] et sunt ligna asparagi , et uenarum alesfind et est alharmel alba, et c [chelidoniæ,] et granorum almahaleb, et xylobalsami,

mi,& hezerhaſen,& ſinſindar, omnium an.pō dus.drac. ij. & floris ſquinanthi, & folij,& nucis muſchatæ,& caſtorei,& ſem.erucæ, & ſem. bauciæ,omnium an.pōdus.drac.x.& d [elzarub & azkei,& draganthi magiſterij,]& nigellæ, & ſtercoris vulpis , & radicis capparis , omnium an.drac.s.& ſerici crudi,& ſem.anethi,& radicum eius,& e [zedoariæ,] & doronici,& zingiberis,& gentianæ,& linguæ auis,& ſalis Indi,et pyrethri,& corali,& bituminis iudaici,et phu, & pſyllij,omniū an.drac.iiii.gariophyllorum, & ſpicæ,& aſſari,et coſti,& caſiæ , & cardamomi,& capilli veneris , omnium an. drac. viii & macis,& ireos,amborum an.pondus.drac.i. & fructuum mandragoræ ſiccorum numero x x. & caſiæ mundatæ , et lignorum caſiæ, amborū an.pondus.drac.s.& florum ſquinanthi pōdus drac.x.& ſem.fœniculi & hyſſopi ſiccæ, amborum an. drac. x. & origani perſici, & origani f [alinci] amborū an.drac.iiii.& bedoard, & nodorum paleæ veteris in parietibus , & reuſini omnium an.drac.vii.& piperis albi, et nigri,& macropiperis,& opii,et ariſtolochię longæ , & rotundę,et granorum almahaleb.omnium an. drac.xx.& g [auellanæ Indæ]pondus.drac.ii. & duas tertias.drac.i. & h [ſuperioris ſalicis,et uenarum Indarum ſiccarum & eſt almeius]& polii,et ſucci ireos,& darſiſahan,et abrotani,omnium an.pondus.drac.i.& aniuden nigrę pondus.drac.iiii.& quartæ,et meliloti pōdus drac. iiii.& duarum tertiarum.drac.i.& capillorum algol,& digitorum citrinorum,et i [guttæ baracoſt,] et altit boni odoris,& ſerapini, et opopanacis, omnium an. pondus drach. ii. & terræ k [viarum quadratarum,] pondus.drac.iiii.Et illud,quod inuenitur de medicinis,quæ intrant in ſcelithe , in codicibus græcis additum ſupra illud quod eſt in hac deſcriptione,eſt iſtud l [alzurub,& alesfis]albæ an.drac.ii.radicis alkeirei rubei pōdus.drac.iiii.ſuperioris alcannæ.drac. ii.agni caſti.drac.iiii.cordumeni pondus.drac. ii.reuſini,et carpobalſami,et xylobalſami,et granorum myrthi ægyptiæ,et m [ſigillati] regis n † [ ]& aſſæ fœtidę,omniū an.drac.ii.nucis muſchatę. drac.iii. granorum alben excorticatorum. drac iiii. ſpodii. drac.i. cuſcutę, et karabe,& o [mudaſcon,et geſtafrid] & nucis ſauinæ,et mugath,et marmacor, & vtriuſq; been rubei et albi,omnium ana.drac.ii. aniſi.drac.iii.ſceha.drac.iii. ſalis tabarzet , ſalis Indi,& ſalis panis,et dauci,et petroſelini,& ſucci liquiritiæ,& ſucci eupatorij, omnium an.ʒ. ii.et corticum citri ſiccorum,& fuſtium pœoniæ,omniū ana pōdus.ʒ.iiii.churudę.ʒ.v.&magnetis. ʒ.vi.calcanil,& eſt ozymū montanū , & amygdalarum amararū,omnium an. drac. vii. Tere,ſicca,& cicotrigoniza,& infunde ea, quę liquefiunt,in uino bono,et confice cum melle, quod ſit triplum ponderis medicinarum,& repone in vaſe vitreo , quod ſit ſicut vrinale : & antiquetur ſex menſibus. Cuius doſis ſit quantum eſt cicer cum aqua tepida.

Commiſtio eius ſecundum aliam deſcriptionem.Recipe muſchi boni pondus.drac.ii.margaritarum non perforatarum pōdus.drac. x. p [auri fuſi,& argenti fuſi] amborum an. pōdus. drac.s.ambræ pondus.drac.iiii. zarub pondus.

d B. zarumbet & alchię & draganthi pro corijs præparādis ad ſotulares.
e B. zarumbet.
f B.alchuzi.
g B.nucis Indę
h B.Alia litera florum kalef & radicum endiuiæ ſiccarum.
i B & keſtberi keſt.
k B. quæ eſt in loco quadriuio vel habēte qua tuor uias.
l B. Alia litera alzarueb & ceruſæ.
m B.ſigilli.
n † B. lapidis dauid.
o B. merdaſefran & gief aſrid.
p B. limaturæ auri & argenti.

drac.i.ſerici aduſti aut nō aduſti pondus drac. iiii.gariophyllorum,et ſpicę boni odoris, amborum an.ʒ.iiii.croci pondus.ʒ.x.zedoar ię,& doronici,amborū an.ʒ. iiii. radicis lilii cęleſtis pondus.ʒ.i.amomi pondus.ʒ.ii.maſticis pondus.ʒ.s.folii Indi,pondus.ʒ.x.carpobalſami pōdus.ʒ.s.macis pondus.ʒ.i.fructuum mandragoræ numero x.lignorum caſię,et caſię, amborū ana ʒ.v.leucopiperis,et zingiberis, & radicum anethi,omnium an.ʒ.iiii. coſti amari pondus. ʒ.viii.nucis muſchatæ pondus.ʒ.x. caſtorei pōdus.ʒ.x.euphorbii pondus.ʒ.ii. floris ſquinanthi pondus.ʒ.x.ſem.anethi,et gētianę romanę, et ſuperioris linguę auis,omnium ana pōdus. ʒ.iiii. cardamomi pondus. ʒ. viii. ſeminis harmel.ʒ. viii. ſeminis fęnugręci pondus.ʒ.vi. fuſtium capillorum veneris pondus. ʒ. viii. ſalis Indi pondus.ʒ.iiii.nigellę,et eſt granum nigrū, pondus.ʒ.s.origani perſici pondus.ʒ. iiii. phu, pondus ʒ.vi.draganthi q [artificii] pondus.ʒ.s. vſnen nabathi pondus.ʒ.ii.ſem. apii,ſem. rutę, & uſneæ , & ſulfuris citrini, omnium an. ʒ. ii. ſtercoris vaccę montanę , aut caprę montanæ pondus.ʒ.ii.bedeoard pondus ʒ.vii.ſem. erucę pondus.ʒ.x. ſauinę pondus ʒ.iiii. melanopiperis,& macropiperis,et ſeminis hyuſquiami albi, r † [ ]omnium an.ʒ.xx. s † [[terrę t [viarum quadratarum] pondus. ʒ.i. ariſtolochię longę pondus ʒ. x.ariſtolochię rotundę pondus. ʒ. iiii. reuſini pondus.ʒ.vii.ſeminis alzufere pondus. ʒ.x. ſeminis u [endiuiæ pondus.] ʒ.iiii.ſem.alaniuden pondus.ʒ.iiii.& ſexta. ʒ.i.meliloti pōdus.ʒ.iiii. s.pſyllii & x [isfidis,]omnium ana pōdus.ʒ.iiii. granorum cucumeris excorticatorum ʒ.iiii.et tertiam.ʒ.i.bituminis iudaici pondus.ʒ.iiii. cāphoræ & ellebori albi,et nigri,et cyperi, & ſtoracis liquidę , & chelidoniæ . & ſem aſparagi, omnium ana pondus.ʒ ii.et digitorum citrinorum et capillorum algol,et radicis endiuię et y [caſię,et baracoſt,] omnium ana pondus.ʒ.ii. xylobalſami pondus.ʒ.ii aquę nigellæ, et aquę ſpinatę nominatæ alcanna , ana pondus. ʒ.i. et granorum almahaleb pondus. ʒ. i. radicum z [asfidi et eſt ſynapis albi pondus ʒ.ii.nodorum paleæ, quæ eſt in parietibus.ʒ.vii,ſtercoris vulpis pondus ʒ.s.corticum radicis capparis pondus drac s.hezerihaſen,et a [isfindar] amborū ana pondus ʒ.iiii.Aggrega has medicinas contritas,cicotrigonizatas,et infunde quæ infundenda ſunt de eis in vino odorifero,et confice cum melle deſpumato,et repone in uaſis,et adminiſtra poſt ſex menſes . Doſis ſicut cicer cū aqua corticum radicis fœniculi , et apii, et fac caputpurgium ex ea quātitate unius grani frumenti cum aqua cannabis.

Arius Darij.

ET eſt medicina Inda, quæ lętificat, et confortat cor et corpus,et colorem efficit bonum,et aufert a [lumbricos]et facit odorē oris bonum et ſudoris: et iuuamentum eius ad hepar eſt magnum,et non eſt in ea nocumentum apparens,et ſumitur ante cibum et poſt ipſum. Cuius commiſtio. Recipe roſarum rubearum pōdus.ʒ.vi.cyperi pondus. ʒ. v. gariophyllorū, et maſticis,et ſpicę , et aſſari,omnium an ʒ.iii. cinnami,et b [alzarub]et croci,et maris, et cardamo-

q B quod admi niſtratur in corijs pręparādis
r †B.& opii.
ſ † B. & pyrethri.drac. iiii.
t B. loci quadriuij.
u B. Alia litera auellanæ Indę.
x B.aſefid.
y B. keſtberikiſt.
z B.aſefid.
a B.aſefid.
a B citrinitatē.
b B.alzarumb.

momi,& nucis muſchatæ,omnium an. pōdus. ʒ.ii. Sume has ſpecies poſt cicotrigonizationē cum orali, & permiſce permiſtione decenti cō terendo,deinde accipe emblicorum mundato rum bonorum recentium lib.i. & decoquātur in lib.ix.aquæ dulcis,donec remaneat tertia:de inde coletūr, & iteretur illa aqua in olla, ſuper quam proijciātur de penidijs ſacchari lib.ii. de inde bulliat cum facilitate donec ingroſſetur, & fiat in ſpiſſitudine lohoc ad pectus groſsi,de inde auferatur olla ab igne,& puluerizentur in ea medicinæ,& moueatur cū ligno ſalicis,donec permiſceantur commiſtione æquali. Quūque infrigidantur, reponantur in vaſe viridi. Cuius doſis ſit quod eſt ab uno aureo ad duos.

Confectio alia Inda.

c † B. proxima primæ in utilitate bonificat colorem, cōfortat dentes,& uiſum & ſtomachum & mūdificat ea, & lenit naturā, & confert hæmorrhoidibus.

c † [ ]

RECipe piperis,& macropiperis, & myrobalanorum nigrorum,& belliricorū, & emblicorum ablatis nucleis ipſorum, & centaureæ,omnium an.ſextaria iiii.& mellis,& butyri vaccini quantum conficiat ipſam: cuius doſis ſit aure.i.aut plus vnicuique homini ſecundum quantitatem ſuæ uirtutis.

Confectio nominata algere.

a †B.& alme.illorum.

QVæ confert vtrique cholerę, a † [ ]& pruritui,& frigoribus, & confortat ſtomachum:& valet ad colicam, & uentoſitates,& facit appetere cibum, & confortat ad coitum.Cuius permiſtio. Recipe ſcammoneæ,& medullę turbit,& macropiperis,omniū an.ʒ.vi pyrethri,& ſem.apii,& ammeos,& zingiberis, & ſalis Indi, omnium an.pondus.ʒ. i. gariophyllorum,& b [zarub]amborum an. ʒ.s. alflengeti aur.i.mahaleb excorticatæ.ʒ.ii.zuccari tabarzet & croci, amborum an.ʒ.iii. Accipe has medicinas poſt cicotrigonizationem, exceptis ſcammonea,& croco:quoniam c [ipſi ſimul] teruntur deinde permiſce medicinas cōmiſtione decenti,& confice cum melle deſpumato, ſecundum pondus earum bis, & ſemis: cuius doſis ſit ab eo quod eſt inter. ʒ. ii. uſque ad ʒ.ii.s.& uſque ad drac.iii.

b B.zarneb.

c B.ipſa per ſe ſola.

Confectio alia dilatans animam, confortās, & lætificans & confortans corpus,colorem faciens bonum,deſtruens d [lumbricos,]odorem oris faciens odoriferum ; & ſudorem, & confert ſtomacho,& hepati : et non eſt in ea nocumentum : et recipitur ante cibū et poſt ipſum. Cuius commiſtio. Recipe roſarum rubearum partes. vi. cyperi partes.viii.gariophy & maſticis,et ſpicæ, et aſſari, omnium partes.iii.cinnami,& zarub,et croci an.partes. ii. macis, et cardamomi,et e [elbaugue] & nucis muſcha. omnium an.partem.i.Terantur, et cribellentur & ſumatur ad omne pondus.ʒ.xxxiii.de omnibus medicinis lib.i.emblicorum recentium, et decoquatur omnis lib.cum ix.lib.aquę uſquequo remaneant lib.ii.deinde coletur,& proiiciatur ſuper illam aquam pro omni lib.emblicorum, lib.i.penidiorum ſachari, et decoquantur donec fiat in ſpiſsitudine electuarii groſsi:deinde puluerizentur deſuper medicinæ, & conueniē

d B.citrinitatē.

e B. heynsbus.

ter fiat eius pmiſtio, et reponatur ī uaſe vitreo viridi: cuius doſis ſit ab aur.i.uſq; ad aur.i.& s.

Confectio theriacalis magna ex noſtra arte expertorum iuuamentorum, prædictorum in confectionibus,quæ ſunt ante eam.Recipe corticum citri,& gentianæ,& myrrhæ, & carpobalſami, & foliorum f [ozymi citrati] et ſem. eius,et ſem.alfelengemiſch,& zedoariæ, et doronici,omnium an.ʒ. iiii. & muſchi,& ambræ amborum an aur.i.& xyloaloes Indi aure. ii.& camphoræ aure.s.et coſti,et cinnamomi,et acori,et croci,& ſpicæ celticæ,et abſinthii, omniū an.ʒ.iii.et phu,et meu,et petroſelini, omnium ana.ʒ.ii.s.et ſem.erucæ,et ſem. g [napi,] et ſem. porri,et linguę auis, et granorum h [piperis:] omnium an.pondus.drac.ii.et opii pondus. ʒ. iii.conficiatur ſecundum deſcriptionem, et fermentetur ſex menſibus,deinde bibatur.

g B.rapę.

Confectio theriacalis minor ex arte noſtra.

RECipe carpobalſami,et coſti,et myrrhæ, et gentianæ,et cinnamomi, et leucopiperis, et xyloaloes Indi, et petroſelini, omnium ana. partem unam, et muſchi tertiam partis, caſtorei quartam partis. Conficiatur cum melle et adminiſtretur.

Confectio Cæſaris valens ad pulſum cordis, et epilepſiam,et doloreſ ſtomachi frigidi,et inteſtinorum,et oppilationes,et putrefactionem ſanguinis longam,et difficultatem digeſtionis, et difficultatem anhelitus, et ſingultum uehementem. Cuius permiſtio. Recipe caſtorei et ſucci liquiritiæ,et caſiæ, et coſti amari,et melanopiperis, macropiperis, et ſtoracis, et opij, et croci,et ſpicæ aromaticæ,omnium an.pondus ʒ.iii.opopanacis pondus. ʒ.i. muſchi pōdus ſextæ.ʒ.i. b [zedoariæ]doronici,et margaritarum non perforatarum, omnium ana.ʒ.s. myrrhæ pondus. ʒ. ix. aggrega has medicinas tritas, & cribellatas,et confice cum melle deſpumato, et utere quum neceſſe eſt,quantitate ciceris.

Tryphera magna ualens ad malitiam digeſtionis,et frigus ſtomachi propriè,et inteſtinorum:et mollificationem in ſtomacho,et veſica. et addit in deſiderio cocundi.Cuius permiſtio. Recipe myrobalanorum nigrorum excorticatorum pondus.ʒ.vi. belliricorum et emblic. et ſem.apii montani,et b [caſię Indę,]& ammeos, et origani perſici,omnium an.unc. i. ſpicæ, et amomi,et heil,et acori ana pondus. ʒ.iii.cinnamomi pondus.ʒ.iiii.leucopiperis, et melanopiperis, et neremiſch, et ſalis Indi, omnium ana unc.s.ſcoriæ ferri unc.iii.ſynapis.unc.i.s,et ſalis ammoniaci.ʒ.s.tere,et cicotrigoniza et inuolue cum oleo amygdalino,et confice cum melle deſpumato, de quo ſit triplum ponderis ſpecierum,et utere quum neceſſe fuerit.

Deſcriptio alia.

RECipe myrobalanorum Kebulorum, & a [belliricorum] et ſcirembleg b † [ ]et buzeidem,et macis et c [caſiæ Inde]et ſecacul omnium ana partem unam, d [bedarungi]rubei, et e [bedarungi] albi, et linguæ auis,been albi;et been rubei,omnium ana partem

tem mediam. Aggrega has medicinas cōtritas, cribellatas; et confice cum melle despumato, & butyro, & vtere, quum necesse fuerit.

Zehemirem magnum.

EST medicina Inda, conferens malitię complexionis frigidę, & debilitati stomachi, & addit in desiderio coeundi, et confert alguesgues, et melācholiæ: & rectificat motus corporis, & conseruat embryonem, & conseruat renes, & vesicam, et frangit lapidem. Cuius permistio. Recipe acori, & costi amari, & aristolochiæ longę, & aristolochię rotundę, omnium an. sextaria iii. macropiperis, & zingiberis amborum an. pondus sextariorum v. semin. apii, & ammeos, & carui, & sem. fęniculi, & seminis [a] [alrathtai] & seminis portulacę, & sem. erucæ, et bedarungi rubei, et bedarungi albi, & auriculæ muris, & cymini carmeni, et sem. anethi, omnium an. pondus sextariorum vj. gariophyllorum, & usneę, et calami aromatici & xylobalsami, omnium an. sextaria tria, meliloti, et sceha, et zarub, et carpobalsami, omnium ana sextaria tria, et casiæ, & macis, & cardamomi, & cinnami, omnium an. sextaria iiij. myrobalanorum, citrinorum, et seremblegi, et belliricorum ablatis nucleis, omniū an. sextaria viij. pomorum mandragorę siccorum, et ellebori albi, et marmacor, et sem. hyusquiami albi syluestris, & semin. hyusquiami albi hortulani, & asech hortulani, et casię Indę, et [b] [zeresse] et granorum citri excorticatorum, et [c] [venarum, et seritem] Indi, & been rubei & been al. & linguę auis, omnium aure. xiiii. nucis muschatæ. xxx. numero, radicum cucumeris syluestris, & sem. agni casti, omnium an. sextaria iii. sem. baucię, & amomi, amborum an. ʒ. vi. opii, & euphorbii, et castorei, omnium an. ʒ. iii. myrobalanorum nigrorum ablatis nucleis pondere ʒ. iiii. folii Indi, et fęnugręci, et meu, et petroselini, & dauci, et reusini, omnium an. dr. vi. aggregētur medicinæ istę tritę, & cribellatę Et sumantur penidii albi pondere medicinarum dictarum omnium, et butyrum vaccinum pondere medicinarum, & penidiorum simul: & mellis despumati pondere medicinarum, et penidiorum, et butyri simul: & conficiantur secundū hunc modum. Sumantur penidij, & incidātur & proiiciantur super eos tres lib. aquę, & decoquantur donec liquefiant, et ingrossentur, & fiant sicut mel: deinde proiiciatur super eos mel, et fiat tepidum butyrum vaccinum, & inuoluantur cum eo medicinę tritę, et cribellatę, deinde proiiciātur penidii & mel cocta simul in mortario magno, & puluerizentur desuper medicinę inuolutę in butyro, & conficiantur donec ęquentur, & reponantur in uase, in quo fuit mel tempore longo, et reponatur sex mensibus, & administretur post illud. Cuius dosis sit sicut galla in principio [d] [diei] & fine eius, tribus diebus, & tribus noctibus cum aqua calida, aut cum aliquo de vinis.

Permistio eius ex descriptione alia.

RECIPE assari, & costi amari, et aristolochiæ longæ, et rotundæ, omniū an. sextaria tria, macropiperis, & zingiberis an. sextaria v. & in descriptione alia, amborum an sextaria duo loco quinque, sem. apii, & ammeos, & karui, & sem. fęniculi, & sem. alrotab, & sem. portulacę, & sem. erucę, & sem. sampsuci, et tuderi albi, & rubei, et cymini carmeni, et sem. anethi, oīum an. sextaria vi. gariophyllorum, usneæ, calami aromatici, [a] [carpobalsami] omnium an. sextaria iii. meliloti, et sceha, et zarub, et carpobalsami, et casiæ, et macis, & cardamomi, et cinnami, omniū an. sextaria iiii. myrobalanorū citrinorum, et belliricorum, et emblicorū, omniū an. sextaria viii. pomorū mandragorę siccorū, & myrti siccæ, et ellebori albi, et marmacor, et sem. hyusquiami albi syluestris, et sem. hyusq. albi hortulani, et [b]] asech, et casię indæ,] & zerech, et granorum citri excorticatorū, & scires indi, et zaror, et been albi, et rubei, et linguę auis, omniū an. aure. xxiiii. nucis muschatę xxx. numero, radicum cucumeris syluestris, et sem. agni casti, amborum an. sextaria iii. sem. baucię, et amomi, amborū an. ʒ. vi. opii, & euphorbii, et castorei, omniū an. ʒ. iij. myrobalanorum nigrorum pondus ʒ. iiij. folii indi, et petroselini, et dauci, et reusini, omniū an. ʒ. vj. aggrega has medicinas post cicotrigonizationem, et pone cum eis penidios secundum pondus medicirum omnium & inuolue cum butyro, et confice cum melle despumato, & repone in vase. Cuius dosis sit ʒ. ii. s. forti, et debili minus hoc.

Alzhemirem paruum.

IVuamētorum proximorum est ei. Recipe acori, et costi, & aristol. rot. et longę omniū, an. sextaria iij. granorum [a] [arased] & sem harmel, amborū an. sextaria ii. et piperis, & macropiperis, et zingiberis, omnium an. sextaria v. et sem. apij, & [b]] carui] & cyperi et sem [c] [napi] et sem. alrotab. & sem cępę, & sem. erucę & zaror et tuderi rubei et albi & sem. porri, et sem. lini, & sem andacochę, et sem. fœniculi, et ammeos, et sem. citri excorticati, et sem. portulacę, & calamēthi, et bechir, et fęnugræci, et sem. sampsuci, et cymini carmeni d † [ ] et sem. baucię, omniū an. ʒ. x. gariophyllorum, et heil, et usneę, et folij Indi, et cardamomi, et cinnami, et enulæ, et cyperi, et nucis muschatę, et calami aromatici, et zarub, et meliloti, et marmacor, et carpobalsami, omnium an. dr. xx. et casię, et macis, et granorum myrti, et zeresch, et linguę auis, et spicę, omnium an pōdus drac. xxiiij. et rosi. siccarum pondus dr. v. et myrobalanorum nigrorum, et kebulorum, et belliricorum, et emblicorum, omniū an. sextaria iij. sem. hyusquiami albi, et euphorbii, et opij, omnium an. dr. iii. castorei sextarium i. et [e] [casię indę,] et alasech, et zedoarię, et been rubei, et albi, et reusini, et durungi, et sem. portulacę, et galangę, et storacis, omnium an. sextaria iij. & penidiorum cum pondere omnium harum medicinarum, et commisce, et inuolue butyro uaccino, et confice cum melle despumato. Cuius dosis sit aure. j. cum aqua tepida.

Confectio Gal.

HAec confectio calefacit instrumēta vrinę ex renibus, et vesica: aperit oppilationes, et recti-

Marginal notes (left): B. albedal[...]; B. rapę; B. malmi[...]; a B. alrahbę; b B. zeresch; c B. zatur & se[...]das; d B. mensis.

Marginal notes (right): a B. xylobalsami. b B. hascech, et sythragi. a B. rosed. b B. seminis portulacę. c B. rapæ. d † B. seminis anethi. e B. sythragi Indi

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

rectificat corpus. Cuius permiſtio. Recipe leucopiperis,et melanopiperis,& amomi,& coſti amari,& ſpicę aromaticæ, & folii Indi, & croci,& ſem.apii,et aniſi,et pyrethri,& ſemin.vrticæ,& ſem. rutæ montanæ,omnium an. partes ęquales.Aggrega has medicinas tritas,et cõfice cũ melle deſpumato, & utere. Cuius doſis ſit pondus drac.j.cum aqua corticum radicis fęniculi,& corticum radicis apii. Cuius permiſtio ex deſcriptione alia.Recipe piperis nigri,& albi,& amomi,& coſti,& ſpicæ,& calami aromatici,& folii Indi,& ſem.apii,& croci,& aniſi,& ſem.urticæ,& pyrethri,& ſem.rutæ montanę, omnium an.partes ęquales: conficiantur cum melle:& ſit doſis pondus drac.j. cum aqua radicum fœniculi,& apii.

Confectio alia Gal. valens ad dolorem hepatis,& tuſſim,& expulſionem ſanguinis. Cuius permiſtio.Recipe croci, cinnamomi, amborũ an.pondus dr.i.bdellii dra.iiii.[a] [alzaber] duas tertias.[b] [unc.].i. ſquinanthi dr.iii.calami aromatici dra.ii.caſiæ,ſpicę celticę,myrrhę,oĩum ana dr.ii. gummi cupreſſi ſextaria iii. & mellis unc.ii.paſſularum enucleatarum, pondus dra. xl.& uini boni quod ſufficit. terantur, & cicotrigonizentur,& conficiantur cum melle.

a B.aſchelaus.
b B.ʒ.

Confectio Hermetis,conferens podagrę valde,et doloribus iuncturarum, et doloribus renum,et ſtomachi & vẽtoſitatibus,& ulceribus inteſtinorum,et hydropiſi,et icteritię,& uertigini:& eius quidem proprietas eſt in iuncturis & podagra.Et ſit doſis aure.i.aut.drac.ii.Cuius permiſtio. Recipe agarici,& aſſari,& acori,& cordumeni: & ſem.rutę,& euphorbii,& phu, & hyſſopi ſiccę,omnium an.drac.i.ariſtol. longę,& radicum cyclaminis amborum an.dra.ii. ammeos, & gariophyllorum, amborum ana unc.ii.gentianæ Romanę.unc.vi.haſce,& ſem. apii,amborum an.unc ii. c †[ ]centaureę minoris,& eſt d [alhalcil]unc.viii.caſię, & coſti amari,& myrrhę, omnium an.unc.iij. ſpicæ aromaticę,et ſceha montani,et petroſelini,omnium an.unc.ii.polij,& praſſij, amborũ ana unc.viii. chamępityos, & chamędryos, & ſcordeon,omnium an. unc.viii. Aggrega has medicinas tritas, & cicotrigonizatas, & conſice cum melle deſpumato,& repone in uaſe: & bibatur in diebus eius. Commiſtio eius ex deſcriptione alia.Recipe agarici,et acori,& aſſari,& cordumeni,& ſem.rutæ, & euphorbii, & phu,& hyſſopi ſiccæ,omniũ an.unc.i.ammeos, et gariophyllorum,amborum an. unc.ii. gentianę unc.vj.caſię & ſeminis apii, amborũ ana unc.ii.centaureę minoris unc.viii.caſiæ, & coſti,& ariſtoloch.longæ, omnium an.unc.iij. [e] [myrrhæ] & ſpicæ, et calamenthi montani, & petroſelini,omnium an.unc.ii.praſſij,& polii, amborum ana unc.iij.chamædryos,& chamæpithyos, & ſcordeon, omnium ana unc. viij. mellis quantum ſufficit.Cuius doſis ſit drac.ii. aut aure.i.in hora veris.

c † B.ſpicæ aromaticæ,& ſem. hyuſquiami mõtani,& petroſelini omnium uncias ij
d B. alhaziz aliameni.
e B.mu:

Confectio Hermetis valens ad tenaſmonẽ, quum de ea ſumitur in potu pondus f [drac. xxx.] cum aqua frigida, et ad dolorem capitis cum aqua mellis roſ.et ad febrem cum aqua tepida,et ad dolorem ſtomachi cum aceto cõmiſto, et ad dolorem renũ cum uino commiſto, & ad reliquos dolores,et pręfocationem cum aqua tepida,et ſi non fuerit cum eis febris,cum uino commiſto, et ad expulſionem ſanguinis cum aceto commiſto in quantitate fabæ,et ad dolorem ilij ſicut quantitas illa, et ad retentionem inteſtinorum, et uentoſitates cum uino antiquo commiſto,et eſt conueniens ad dolorem capitis,et algueſgues,& maniam,quum in potu ſumitur in nocte, & ad tuſſim ſiccam potata in principio noctis cum uino commiſto, & ad morſum ſerpentum cum aqua alterenia-bin,et liniatur ſuper locum morſum, et cõfert ad venena mortalia, quando in potu ſumitur cum aqua gẽtianę,et ad morſum canis rabioſi, quando in potu datur cum[g] [lacte de indaru. Exiſtimauit]ille,qui ipſum edidit,quod eſt expertum. Cuius permiſtio. Recipe piperis albi, ſem.hyuſquiami albi,amborum an. ſextaria v. croci,et[h] [lumon]amborum an.ſextaria x.[i] [et opii] et ammoniaci,et folii,et pyrethri,et radicum mandragoræ,et k [alhomiati] et caſię, et ſpicæ,et ſem.apii omnium an.ſextaria vi. et xylobalſami ſextaria iii.& mellis deſpumati quãtum ſufficit, conficiantur, et adminiſtrentur ſicut narrauimus.

f B.tertiæ.ʒ.i.
g B.lacte di... ru & affin...
h B.opii.
i B. euphorb...
k B.vrticæ.

Alkeſkinengi eſt confectio plurimorum iuuamentorum valens ad ægritudines infantiũ, et puerorum,et ad epilepſiam ipſorum, et torturam eorum,et ſpaſmum ipſorum, et colicã eorum, et confert præfocationi matricis, et temperat additionem menſtruorum, et ſedat ventoſitates matricis. Cuius permiſtio.Recipe caſiæ,et[l] [geſtafrid,]et radicis mandragorę,et ſem.harmel, et ſem.fęniculi, et carpobalſami, & ariſtol.longæ,et rotundæ,et muſchi, et ambræ,omnium an.ʒ.iiij.heil.ʒ.xxiiij. opij, et coſti,et nucis muſchatę, et myrobalanorũ citrinorum,omniũ an.ʒ.xii.gariophyllorũ ʒ.xxiiij. cinnami,et confectionis alkeſire,et arſenici citrini,et ſem.lilij omnium an. ʒ.ii. acori ʒ.viii. ſerapini,et doronici,et myrrhę, et[m] [olei de ſteragẽ,]omniũ an.ʒ.vj.[n] [legaſt]et macis, et cyperi,et croci,omnium an.ʒ.x.mugath ʒ.xv.ſtoracis liquidæ ʒ.xv. murdaſacron, et foliorum myrti,et nucis cupreſſi,et ſeminis ſauinæ,omnium an.dr.iii.teratur,et cribelletur, et conficiatur cũ melle deſpumato,et adminiſtretur.

l B gieſt... ſeu atre...
m B.azad.
n B.nagaſe...

Confectio alkeſire adminiſtrati in ea. Recipe calami aromatici, et blattæ bizantiæ,et olibani,omnium an. dra.iii.uſneæ,et cinnami, et croci,omnium an.dr.i.ſtoracis ʒ.iiii. muſchi, & xyloales,amborum an.dr.s.conficiatur cum uino antiquo odorifero, et dimittatur donec fermentetur,et adminiſtretur.

Confectio de muſcho, faciẽs ad pulſum cordis,et ad omnes infirmitates melancholiæ, et ad difficultatem anhelitus,et eſt medicina confortans animam.Cuius permiſtio Recipe[o] [zędoariæ] et doronici,et margaritarum non perforatarum,et karabe, et coralli, omniũ an.ʒ.i. ſerici crudi dr.i.s.been rubei,et albi, et folii Indi,et ſpicę,et cardamomi,et gariophyllorũ, et caſtorei omnium an.ʒ.i.s.zingiberis,et macropiperis,amborum an.tertiam dr.i.muſchi octauam dr.i. Terantur omnia,et cõficiantur cum melle

o zurumb...

melle crudo. Cuius dosis sit sicut cicer cum ui no odorifero.

Confectio de muscho alia, quæ ualet ad dolorem hepatis, & stomachi, et debilitatem eorum, et resoluit uentositates, et inflãmationẽ. Cuius permistio. Recipe pondus tertiæ dr.j. de muscho, et spicę aromaticę, et casię, et folii Indi, et laccę mundatę, et reusini, omnium an. põdus dr. ij. gentianę Romanę pondus drach. ij. croci, & ammeos, & seminis apii, & masticis, omnium an. ʒ. iiij. cinnamomi, & piperis, & aristol. rotundæ, omnium ana pondus drac. iii. xyloales Indi, et gariophyllorum, & myrrhæ, omnium an. pondus drac. j. s. confice has medicinas tritas, cicotrigonizatas cum melle despumato, & repone in uase, & vtere. Cuius dosis sit sicut faba cum aqua calida.

Medicina de muscho cum absinthio, quę ualet ad pulsum cordis, & alguesgues, & apostemata epiglottis, & exsiccat humorositatem stomachi. Cuius permistio. Recipe absinthii, & aloes, amborũ dra. viii. reusini dra. viii. ammeos dr. viii. & croci, & sem. apii, amborum an. ʒ. iiii. muschi, & nereiden, & folii, & myrrhę, omniũ an. ʒ. ii. castorei ʒ. i. s. commisce, et confice cum melle. Medicina de muscho alia, conferens ad melancholiam cholericam. Recipe masticis, & croci, amborum an dr. i. s. superioris absinthii, & p [ozymi citrati] & epithymi, omnium ana dr. j. xyloales, & gallæ, amborum an. dr. j. s. muschi dra. s. q [zedoariæ] doronici, amborum an. drac. ij. margaritarum, & Karabe, & coralli, & serici, omnium ana drac. iii. aloes dr. xxiiii. mellis quantum sufficit. Dosis eius integra pondus drac. duarum cum aqua tepida.

p B. melissę.
q B. zurumbet.

Medicina de muscho dulcis, valens ad pulsum cordis, & ęgritudines melancholicas, & difficultates anhelitus, & ad epiplesiam, & paralysim, & torturam, & quartanam. Cuius permistio. Recipe r [zedoarię] & doronici, amborum an. pondus dr. j. margaritarum non perforatarũ, et coralli, & karabe, & serici crudi adusti, omnium an. pondus dr. j. s. been albi, & rubei, & folii indi & spicæ, et gariophyllorum, & castorei, omnium ana pondus duarum tertiarum dr. i. & zingiberis, & macropiperis, amborum an. tertias duas dr. j. muschi pondus sextæ, & s. dr. i. Tere medicinas, & cribella, & confice cum melle, quod est sicut extrahitur de fauis, quod non inuenit ignis, crudum, ad unũ triã: et repone in uase, & vtere.

r B. zurumbet.

Medicina de muscho alia efficiens illa iuuamenta. Recipe s [zedoariæ] & doronici, & margaritarum paruarum, & karabe, & coralli, omnium ana dr. iii. & tertiam dra i & serici crudi põdus dr. ii. & been albi, et rubei & spicæ, & folii, et cardamomi, et gariophyllorum, omniũ ana dr. iiii. & duas tertias dra. i. & usneę, et macropiperis, & zingiberis, omnium an. pondus dr. i. & tertiæ dr. i. castorei pondus tertiæ dr. j. & muschi boni pondus aure. j. incidatur sericum incisione parua donec fiet sicut puluis. deinde aggregetur in mortario cum margaritis, & corallo & karabe: & terãtur optime, et terãtur alię medicinę, et confice cum melle crudo. Cuius dosis sit pondus medii aure. cum aqua tepida.

s B. zurumbet.

Medicina de muscho alia similis illi. Cuius commistio. Recipe absinthii & aloes, & amborum an. dr. viii. spicę, et muschi, et folii, et myrrhę, omnium an. pondus dr. ii. reusini pondus ʒ. vi. ammeos, & croci, et sem. apii, omnium an. pondus dr. iiii. castorei ʒ. i. s. Tere, et confice cũ melle. Cuius dosis integra sit aure. j.

Sagzenea magna. Hęc medicina est experta, valens ad omnes passiones frigidas, & uentositates grossas, et dolorem dentium, et corrosionem eorum, et ad frigus stomachi, et tarditatẽ digestionis, et colicã, et difficultatem urinæ, et ad frigus, & phlegma, et ad mucositatem vrinę. Cuius permistio. Recipe castorei, et opii, & cinnamomi, et assari, et phu, et meu, et dauci, omniũ an. ʒ. j. piperis, et macropiperis, et galbani, & costi t † [ ] omniũ an. ʒ. vi. croci ʒ. s. liquefiant cum aqua mellis, et terãtur sicca, et resoluatur galbanum cum melle, & cõficiatur, et administretur post sex menses. u † [ ] Cuius permistio ex descriptione alia. Recipe castorei, et melanopiperis, et croci, et meu, et phu, & dauci, et assari, et opii, et leucopiperis, et bezard, omnium an. pondus dr. ii. costi pondus dr. i. cinnamomi dr. ii. terantur, et cribellentur, et cõficiatur cum melle despumato.

t † B. myrrhæ.
u † B. alia litera & dosis eius est à danich uno vsque ad aure. ii.

Sagzenea minor, quę est in intentione eius. Recipe castorei, & opii, amborum an. dra. x. piperis, et macropiperis, et galbani, et myrrhę, et costi, omnium an. dr. x. x [lx] et cinnamomi, et meu, et phu, et dauci, et assari, omniũ an. dra. x. et croci pondus quartę unc. i. Et in descriptione alia, zingiberis unc. j. et storacis liquidę unc. iii Et in descriptione alia, castorei, et melanopiperis, et croci, & meu, & phu, et dauci, et assari, & opii, et cinnamomi, et leucopiperis, omniũ an. ʒ. i. costi pondus dr. i. Tere omnia, et cõfice cum melle, et antiquetur sex mensibus. Cuius dosis sit aure. s. cum aqua tepida in ieiunio. Et in descriptione alia, dosis quod est inter sextã dr. j. usque ad duos aure. Et in descriptione alia dosis quantum est granum piperis. Et dicitur, quòd teratur siliqua, et liniatur y [ad uenena.] Et ad ventositates in matricibus, et paucitatem conceptionis, et menstruæ, soluatur de ea, quã tum est faba, cum oleo de lilio, et supponatur cum lana, et liquefiat de ea cum oleo sambacino, et odoret de ea mulier, et suffumigetur cũ ea etiam. Et ad dolorem pectoris, et tussim, et renes, & difficultatẽ urinę ex frigoribus, bibat de ea mulier, quantum est cicer, cũ uino puro: & ad nauseatiuã satietatẽ aure. i. cũ uino puro.

x B. Alia litera decem.
y B. alia litera locus morphææ.

Homorusia, quę confert ad debilitatem hepatis, et splenis, et duritiem eorum, et aperit oppilationem, et prouocat vrinam, et frangit lapidem in renibus: et iuuamentum eius in inceptione hydropisis est magnum. Cuius pmistio. Recipe dauci, et est semen baucię syluestris, & cymini carmeni, xylobalsami, casiæ, cordumeni, floris squinãthi, seminis apii, omnium ana pondus dra. i. macropiperis, et costi amborum ana dr. s. leucopiperis dr. s. z [myrrhę] pondus dra. iii. baccarum lauri x. numero, acori, et croci, amborum an. pondus dr. ii. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas, et confice cum melle despumato. Cuius dosis sit secundum quantitatem auellanæ cum aqua tepida.

z B. Alia litera aloes.

Anacardinum, & est albeladorium, quod est iuuatiuum ad [a] [contractionem,] idest eos, qui se mouere non possunt. Cuius permistio. Reci pe myrobalanorum nigrorum, & belliricorū, & emblicorum omnium an. dra. xxxvj. nigellæ pondus dr. xxiiij. spodij pondus dr. vj heil pon dus dra. vii. cyperi dr. vi. anacardi dr. vj. piperis, & macropiperis, & zingiberis, & [b] [felsemure] & anisi, omnium ana drac. xij. Tere, & cribella, & permisce cum eo penidiorum pondus dra. dc. & resoluantur cum aqua secundum quanti tatem, quæ sufficit, & confice medicinas, & sepe li uas in quo est medicina, in hordeo sex mensi bus: deinde vtere.

a B. alkemone.

b B. fesfelmum

Confectio anacardi, quę confert ad omnes species dolorum stomachi, & confert ad dolo rem capitis antiquum, & ad vertiginem stoma ticam, & ad maniam, & alienationem, & dolo-rem pectoris, & hepatis, & splenis, & renum: & complexionem frigidam, & dolores matricū, & podagrā, & lepram, & ægritudines melan-cholię. Cuius permistio. Recipe spicæ, & meū, & croci, et casiæ & folii & epithymi, & squinā thi, & carpobalsami, & aristol. longę, & gario-phyllorum, & granorum alben, & zingiberis, & aloes, & bdellii, et myrrhæ, & olei balsami, omniū ana vnc. i. masticis, & mellis anacardi, & agarici, omnium an. partes viii. radicis lilii cœ lestis. unc. ii. corticuū radicis fęniculi lib. iii. ace ti [c] [asceri]. iii. Infunde cortices fęniculi in a-ceto tribus diebus, & proiiciantur in ollam, & ferueat bullitione leui, et coletur, & expriman-tur radices, & adiungatur illi aceto mellis lib. j. s. & bulliat ad ignem leuem super carbones, do nec ingrossetur parumper, & permisceātur cū eo medicinæ. Et sit dosis pondus drac. ii. cum eo quod conuenit de potibus.

c B. pōdus kist.

Confectio alia anacardina faciens ad paraly sim, & ei similia. & ad torturam & mollificatio nem. & abstergit cerebrum, & facit ipsum bo-num. Cuius permistio. Recipe spicæ, casiæ, folij indi, myrrhæ. croci, sceha armeni, epithymi, su perioris [d] [aladrion, reusini,] carpobalsami, ga-riophyllorum omniū an. pondus dr. ii. grano-rum alben excorticatorū, & zingiberis, ambo-rum an unc. i. [e] [alkei] & mellis anacardi, et ker bel, omnium an. un. iii. agarici pōdus ʒ. ii. & in descriptione alia, pondus ʒ. viii. aloes Scotrētis vnc. i. ireos unc. ii. corticū venarū fęniculi lib. iii. aceti fortis lib. ix. infundātur cortices in ace to tribus diebus continuis, & proiiciatur tunc in vase. et ferueat tribus ebullitionibus cū igne medio, deinde coletur, & proiiciātur cortices, & iterum reponatur acetum in ollā, & effun-dātur super ipsum de melle lib. x. s. decoquatur cū igne leui, donec īgrossetur, et puluerizētur desup tūc medicinę tritæ ꝑ dictę & ꝑmisceas, & utere hac confectione post vi menses. Cu-ius dosis integra sit pond. dr. j. cū aqua tepida.

d B. squinanthi rauend uni.

e B. alkie.

Ariston magnum. Et eius expositio est, bo-num, conferens ad frigus corporis, & ad phthi sim, & dolorem uētris, et febrem commistam, & ad quartanam, et ad colicam, & dolorem ma tricis. Cuius permistio. Recipe opii, & croci, & casiæ, et amomi, et euphorbii, et acaciæ, et co-sti, et myrrhę & spicæ, & gūmi arabici, et sem. alkerua. et sem. alandarocha, et granorum urti cæ, et bdellii, et olibani, & [f] [adibic] et sumac, et sulfuris citrini, et storacis liquidæ, et leucopi-peris omnium an. ʒ. v. pyrethri, et sem. artani thæ, et est adranoch, et rosarum siccarum, et se-min. raphani, et sem. apii, et seminis citri, om-nium ana dra. iiii. ammeos, et sem. altaraxacon syluestris, omnium an. dr. iiii. seminis synapis dr. j. seminis hyusquiami albi, pondus dr. decē, cartami, et zingiberis amborum ana pond. ʒ. ij. de eis quidā sunt, qui non ponunt in ea piper. Tere, sicca, et infunde reliqua in uino odorife ro tribus diebus, donec resoluantur, & ponan-tur cum melle, et tūc effundatur desuper olei balsami boni unc. j. et ponatur super ignem in vase lapideo et accende sub eo, et ferueat dua-bus ebullitionibus, deinde remoueatur ab igne & antiquetur sex mensibus. Cuius dosis in-tegra sit pondus aure. j. Et quanto plus antiqua tur est melius.

f B. aldebic.

Ariston minus, conferens ad omnia, quibus confert maius. Recipe opii pondus drac. iiii. acaciæ, et piperis, amborum an. unc. i. pyrethri pondus dra. iii. amomi dr. v. casiæ dr. iiii. croci dr. iii. et sulfuris citrini unc. i. & euphorbii dr. iii. spicæ unc. j. Terantur, et cribellentur, & con ficiantur cum melle.

Diamarte, quod est iuuatiuum ad oppilatio nes hepatis, et splenis, et frigus matricum, et tussim humidam, et quartanam, et constrictio-nem anhelitus, et icteritiam oppilatiuā, et mol lificationem. Cuius permistio. Recipe sem. har mel heminam. i. s. olibani dr. x. aristol. longę, et reusini, amborum an. dr. xx. [g] [zedoarię,] & do ronici, amborum ana pondus dr. iiij. masticis, et carpobalsami, et croci, et meliloti, et spicę a-romaticę, omnium an. pondus dr. x. opii, et zin giberis, et costi, et casię, omnium an. sextaria ii. et istarum medicinarum trium in descriptio-ne alia dr. xii. cyperi sextaria x. aloes Scotrensis pondus dr. xiiii. gariophyllorum pondus dr. vi. ellebori albi, rosarum rubearum siccarum, ni-gellę, omnium an. sextaria vi. piperis pondus ʒ. x. aggrega has medicinas cōtritas, et cicotrigo nizatas, et cōfice cū melle despumato, et utere.

g B. z

Bedemeregi. Eius iuuamēta sunt sicut iuua-menta diamarte. Cuius permistio. Recipe [h] [ze doarię] et doronici, et opii, et castorei, et pyre-thri, et piperis, et macropiperis, et casię, et [i] [est ex almasus] et sem. hyusquiami al. et storacis li-quidę, et opopanaci, et croci, [k] †[ ] omnium an. drac. vi. fœnugręci drac. viii. margaritarum pondus ʒ. ii. galbani, et myr rhæ, amborum an. drach. xii. Tere, et cribella, et confice cum melle.

h B. aurum

i B. hen... gius.

k † B. & ...

Confectio algarith. conferens ad dolorem capitis antiquum, et datur in potu cū uino cō-misto cum melle, et aqua tepida. et confert illis, qui epilepsiam patiuntur, quum bibūt de ea et est iuuatiua ad obliuionē, et ad apostema durū. & abscindit superfluitates, quæ attrahuntur ad oculos. Cuius permistio. Recipe myrrhæ, et ca się et macropiperis, et cinnamomi, & siseleos, & amomi, omnium ana pondus drach. iiii. et spice, et floris squinanthi, amborum an. dr. xii. et croci pondus drach. vi. et opii pondus dra. v. et sem. apij montani pondus dr. xv. anisi, et sem. apii hortulani, amborū an. dr. xx. et piperis pon dus

dus dra.xxxviij.ſtoracis liquidę, & coſti, et rubeę,& aſſari omnium an. dr.j. Tere,et cribella, et ſicca, et infunde humoroſa in uino odorifero:deinde confice totum cum melle.Cuius doſis ſit pondus dr.i.cum aqua tepida in ieiunio.

Confectio citrina ſelini, valens ad ægritudines cholerę nigrę,et uentoſitates,et pulſū cordis,et dolores infantium, et dolores matricū. Cuius permiſtio. Recipe piperis albi,zingiberis,et ſalis Indi,omnium ana pondus drac. vi. opii,et euphorbii,et caſtorei,et gariophyllorū, et croci,et maſticis,et pyrethri,omniū an. dra. v.coſti drach. vi. feſire,et feſireſim, et cyperi, et zedoariæ,et doronici,et ariſtolochię lōgę,omnium ana drac.ii.olei balſami, et aquę cāphorę,amborum ana dr.iiii. Tere,ſicca et infunde gummas in uino, et confice cum melle deſpumato. Cuius doſis ſit vnicuique homini ſecundum menſuram ſuę complexionis.

Cōfectio nigra ſelini,quę confert ad[l] [mes] et paralyſim,et ad guale,et ad choleram nigrā, et omnes ęgritudines frigidas.Cuius pmiſtio. Recipe ſem.harmel dr.c. et uiginti, opopanacis dr.lxxx. nigellę,et bezard, et cucumeris ſylueſtris,omnium an.pondus dr.lx.acori et ſerapini,et ammoniaci,et ariſtol.longę,et ſynapis, et bdellii ſubalbidi, et ellebori, et radicis endiuię,et caſtorei,et radicis coloquinthidę,et ſulfuris citrini,et ſem. erucę, et agni caſti, et rutę montanę omniū an.pondus xl.opii,et euphorbii,et hyuſquiami albi,et piperis albi,et cōdiſi, et ſalis Indi rubei,et ſalis naphtici nigri,et radicis[m] [aſſe hebeza,et eſt radix ſebiſech,et eſt] mādragorę,et radicis hyuſquia.albi,et pyrethri et myrrhę,et aloes,et olibani,et [n] [caſię,] omniū an.℥.[o][.xx.]ſpicę,et maſticis,et zedoarię,et doronici,omniū an.ʒ.viii.croci dr.iii.Tere,ſicca, & infunde gūmas in kitran de ſcemi ſecundū quantitatem,quę ſufficit deinde tere, & cōmiſce medicinas oēs, deinde ſepeliatur in cinere duobus menſibus,deinde adminiſtretur poſt illud.De qua dentur forti aur.iii.& medio ii. & debili.i.& infanti quātum eſt granum piperis.

Confectio albumuſeli,& eſt illa,quæ nominata eſt ſuccurrens,& eſt de ſtupefactiuis,ſedatiua dolorum ex omni ventoſitate, & ex omni ęgritudine domināte,ſicut incubo,& ex algueſgues, & ad omnem dolorem eſt iuuatiua,& ſedatiua.Cuius permiſtio. Recipe opii, & hyuſquiami albi,amborum ana aur.x.euphorbii, & croci,& ſpicæ,& pyrethri,& hermodactylorū, & cardamomi, & macropiperis,omnium ana drach.v. Tere,& cribella,& confice cum melle deſpumato.De qua detur aur.s.forti & magno & paruo,& debili pondus ſextę dra.j.

Confectio de alliis,faciens ad morpheam,& frigiditatē & humorē crudum,& phlegma, & addit in uirtute,& clarificat calorem,& cōuertit vtentem ſe quaſi ad formā adoleſcentię,cōferēs omni ęgritudini:potatur in hyeme,calefacit corpus,& alleuiat corpus,& erigit naturā. Cuius permiſtio. Recipe caficios duos ciceris de ſcemi, qui infundātur in nocte in aqua dulci,deinde cum igne leui coquatur donec aqua eius denigretur, & confrangatur cicer, deinde coletur aqua:poſtea ſumantur allia,& fundantur vnumquodq; granum eorū,deinde coquātur cū ea donec diſcocta ſunt allia & fiant ſicut cerebrū.poſtea fundatur deſuper lac vaccinum dulce in tanta quantitate, quæ ſubmergat ipſa quatuor digitis, deinde coquantur lento igne ſicut [p] [candelæ] donec exſiccetur lac,aut quaſi: deinde fundatur deſuper butyrum vaccinū recens cum menſura. poſtea decoquatur cum igne leui,ſicut [q] [candelæ] donec exſiccet ipſū: deinde confice ipſum in vaſe æneo, donec fiat ſicut maſſa: poſtea effunde deſuper mellis albi clari quantitatē,quæ ſupereminеat ei quatuor digitis,& decoque ipſum ſimiliter donec coaguletur, aut quaſi: deinde pone ſuper unamquāque lib. alliorum aur.xii. de tuderi rubeo, & albo,aur.iii.piperis,& aur.x portulacę, & aure.x.cymini carmeni,& aure.x.galangæ,& tantundem cinnamomi. Tere has medicinas, & proiice deſuper,& permiſce ea, & pone in uaſe viridi,& ſumatur de ea quantum eſt nux,ſecundum omnem diſpoſitionem.

[p] B.eſt ignis lāpadis.

[q] B. ignis, vel flāmæ lampadis

Athanaſia magna quæ eſt cū hepate adib, cōferens doloribus hepatis, & ſplenis, et ſtomachi,& ventoſitatibus,et dyſenteriæ, & tuſſi antiquæ, & de eis qui euomunt ſanguinem,& eſt ſedatiua dolorū,ſicut confectio philonis ſ.philonium Romanum,& ad ſtuporē,& fluxū ventris,& ſanguinis expulſionem,et dolorē renū, & veſicæ,& aſthma,& tuſſim,& mundificat pectus,& confert ſicut emplaſtrum ſuper hęmorrhoidas poſita:& eius doſis eſt quarta aurei vſque ad aur.s.Cuius permiſtio. Recipe croci,& myrrhę,& opii,et caſtorei,& ſem.hyuſquiami albi,et coſti,& cordumeni & papaueris,et ſpicæ,& eupatorii,et hepatis adib,& cornu dextri de cornibus caprę aduſti, omniū partes ęquales.Tere quę de eis teruntur,& liquefac quę liqueſcunt cum vino, & confice cum melle deſpumato,& utere poſt ſex menſes.

Athanaſia minor, iuuamenta cuius ſunt illa eadem.Cuius permiſtio.Recipe ſtoracis,& croci, & coſti,et ſpicę,et opii, et caſiæ, omnium an.drac.iiii. ſucci eupatorii dr.viii. radicis lilii dr.xii.mellis quantum ſufficit: doſis eius ſicut auellana cum eo,quod conuenit de potibus.et in deſcriptione alia additę ſunt duę medicinę,quę ſunt myrrha,& xylobalſamum,de vnaquaque quarum ponuntur drac.iiii.

Diacurcuma minus:conferens ad debilitatē hepatis, et ſplenis, et ſtomachi et ad duritiem eorum,et ad inceptionē hydropiſis, prohibēs eius generationem,et colorē efficit bonum valde,et cōfert ad plurimas ęgritudines antiquas. Cuius permiſtio. Recipe ſpicę aromaticę, et myrrhę,et caſię,et coſti,et floris ſquinanthi,& cinnamomi,et croci,omnium partes ęquales. Terantur, & cribellentur,et infundatur myrrha die & nocte in triplicato,et permiſceantur omnia, et conficiatur cum melle deſpumato, et reponatur in uaſe,et adminiſtretur. Et in deſcriptione alia loco ſpicæ,nereiden.

Ars diacurcume maioris ex arte Gal. quod confert ad dolores antiquos exiſtētes in hepate,et ſplene ex frigore,et groſſitudine:et aperit oppilationes accidentes in omnibus inſtrumētis nutrimenti, et fugat ventoſitates groſſas ab eis,et prouocat urinam,et confert omnib. doloribus renum, ueſicæ, et matricis accidētibus

ex materijs groſſis, & duritie quæ eſt in eis, & hydropicis. Cuius cõmiſtio eſt hęc. Croci pondur dr.xii.& meu,& phu, amborũ ana,pondus drac.iij.& ſpicæ pondus dr.vj.& aniſi,& dauci, & aſſari,& reuſini, & petroſelini, omniũ ana pondus dr.iiij.coſti,& caſiæ, & floris ſquinanthi [r] †[[omnium ana pondus dr.i.& rubeę põdus dr.ij. & ſucci lilij,& eupatorij,& polij,& ſcolopendriæ,omniũ ana pondus dr.iij.& olei balſami unc.s. & myrrhę dr.iiij.& in deſcriptiõe alia,loco [ſ] [ſpicæ,]carpobalſami dr.j.capparis Romanæ dr.iij. Tere & cribella,& confice cum melle poſtquã inuoluũtur cum oleo balſami. Cuius doſis ſit pondus drach.j.cum ſyrupo,de melle.

r † B & carpobalſami.

ſ B. Alia litera balſami.

Dialacca magna conferens iuuamenta diacurcumæ,et frangit lapidem. Cuius permiſtio. Recipe laccę dr.viij. amygdalæ excorticatæ, & cinnamomi,& folij.et gariophyllorum, oĩum an.dr.v.chamępityos, & meu, et phu, & myrrhę,& hyſſopi ſiccę,omniũ an.ʒ.iiij. ſpicę dra. xij dauci,& ſem.apij,et bdellij,omnium an dr. vij.s.croci drac.iiij.aſſari dra.vij.carpobalſami, et caſię,& maſticis,et calami aromatici, omniũ an.dra.iiii.gentianę,& ariſtol.rotundę,omniũ ana drac.vii.& ſucci liquiritię drach.xii.s.reubarbari dr.xv.s.polij,& ſquinanthi, omniũ ana drac.iij piperis nigri,& coſti,amborum an. dr. x.s.ſiſeleos,& olei balſami amborum an.dr.iii. s.Tere,ſicca,et cribella,et ſolue quę liquefiunt, cum uino odorifero: & confice cum melle quantum ſufficit. Et doſis eis ſit ſicut auellana cum eo quod conuenit ei de potibus, & additur in ea vnc.i aloes,& piperis nigri, & ariſtol. longę,& coriandri,omnium ana drac.iii.

Dialacca minor,quę confert ad debilitatem hepatis,& ſtomachi,& frigus amborum, & duritiem eorum, & ad duritiem ſplenis, et aperit oppilationes. Cuius permiſtio. Recipe laccę,& coſti,& baccarum lauri,& lupinorum,et fęnu græci,et piperis,omnium ana dra.ij. reuſini. ʒ. iij.mellis quantum ſufficit. Cuius doſis ſit pondus dra.i.cum aqua decoctionis abſinthii. Et in deſcriptione alia loco baccarum lauri, ponitur flos ſquinanthi.

Ars alkokin, quod confert ad tuſſim, et duritiem hepatis,& pleureſim. Cuius permiſtio. Recipe myrrhæ,et [t] [meiſſit,]amborum an.dr. iiij.ſpicæ,et croci,& cinnamomi,et caſiæ, omnium ana pondus dr.j.floris ſquinanthi, et calami aromatici,et bdellii ſubalbidi, omnium ana pondus dr.ii.s.et in quibuſdam deſcriptionibus loco bdellii mucalibus paſſularum magnarum enucleatarum et ablatis corticibus dr. xv.mellis quantum ſufficit. Cuius doſis ſit pondus dra.i.cum decoctione hyſſopi. Infundantur,quæ infundenda ſunt de medicinis cũ paſſulis in uino odorifero: & terantur ſicca,et cribellentur, & reſoluantur ſicca cum melle, & miſceantur omnia,et conquaſſentur.

B.tenaſeb.

Philonium Romanum Tarſenſe,quod facit ad ęgritudines plurimas,& propriè ad dolores colicæ: & ipſum eſt ſedatiuum dolorũ. Inquit Gal.in lib.decem tractatuum, in quo narrauit narrationẽ Philonis: inquit enim verba medicinæ. ego ſum de expoſitione Philonis medici Tarſenſis: & meum quidẽ iuuamentum ad eũ cui dimiſſa eſt mors,eſt iuuamẽtum maximũ. Et rectifico dolores accidentes in ęgritudinibus pluribus,& illud eſt: quoniam ſi accidat in teſtino nominato colon, et eſt dolor colicæ,& ſumat in potu patiens dolorẽ de me uice vna, ſedo dolorẽ eius.et ſi data fuero in potu ei qui patiatur difficultatẽ urinę, aut ei qui patitur lapidem lędẽtem ipſum,confero ei,et ſano ſplenem etiam, et anhelitum præparationis lædentem,& phthiſim,& ſpaſmum, & dolorẽ amborum laterum timoroſum. Et ſi data fuero in potu ei,qui ſpuit ſanguinem,aut euomit ſanguinem,ſeparo inter ipſum et mortem, et ſeparo eam ab eo, & ſedo omnem dolorẽ accidentẽ in inteſtinis,et viſceribus,et tuſſim & præfocationes,et ſingultum, et catarrhos deſcendẽtes à capite. Cuius permiſtio. Recipe leucopiperis, & ſem.hyuſquiami albi,amborum ana aur.xx. opii aure.x. croci aure.v. euphorbii, & ſpicę, & pyrethri, omnium ana aure. i. caſtorei,& zedoariæ, et doronici, et margaritarum non perforatarum, et fel, omnium ana dr.j.mellis deſpumati quantum ſufficit. Doſis eius ſicut cicer cum aqua tepida.

Philonium perſicum valens ad fluxum menſtruorum,& hęmorrhoidarum,et ſolutionem nature,& proceſſionem ſanguinis,et illas quæ de prægnantibus menſtruantur,& ad ventoſitates accidentes in matricibus,et cõſeruat embryones. [u] †[

]Cuius permiſtio. Recipe piperis albi,& ſeminis hyuſquiami albi,amborum an. drac.xx. opii,et terræ ſigillatę amborum an.pondus dr. x.croci dr.v.euphorbii,& ſpicę,& pyretri, omnium an.pondus dr.ii.caſtorei pondus dra.i. [x] [zedoariæ,] et doronici,et margaritarum non perforatarum,et muſchi omnium an.dra.s.cãphorę ſextam & ſemis dra.i.mellis deſpumati, & colati quantum ſufficit. Doſis eius pondus drac.i.cum eo quod conuenit de potu.

u † B & ... git os matric... & prohibet ... xum, & ... bet, ne ... cetur ... vehem... toſitatis ... trice, & ... mate, & ... cat intellec... & excitat ... ritum.

x B. zurumbet

Confectio alkekengi conferens ad ulcera in veſica,& renibus, & ad eos qui mingũt ſanguinem,experta. Cuius ꝑmiſtio. Recipe ſem.hyuſquiami albi,& ſem.apii,& ſem. fęniculi, oĩum an.dr.vii.granorum cucumeris dr.v. Et in deſcriptione alia,granorũ cucumeris ʒ.ii.[y] [hyuſquiami nigri]& ſem.acetoſę,et opii, et granorum pinee frixorum,et croci, & auellanarũ aſſatarum,et amygdalarum amararum frixarũ, omnium an. dra.iii. grana alkekengi numero xxv.dragacãthi.ʒ.iiii. Tere,et cribella,et cõfice cum vino cocto. Cuius doſis ſit põdus dr.j.cũ candicon,aut cum aqua mellis poſt ſex mẽſes.

y B.ſuccharum

Diahirundinis,valens ad dolorem gutturis, & ſquinantiam,et dolores, qui ſunt ſupra hypocondria. Cuius permiſtio. Recipe aniſi,et ſem.apii,et ammeos, et floris ſquinanthi,et radicis lilii,et cinnamomi,et amomi,et ariſtol.lõgę,et aluminis iameni,et ſem.harmel, et myrrhę,et radicis [z] [lilii,]et caſſię, et croci, omniũ an.vnc.i.cõfectionis crocomagmatis,et ſem.roſarũ ſicci,et roſarum ſiccarũ,omniũ an.vnc.ii. coſti,et cineris hyrundinũ recẽtis,omniũ an.[a] [ʒ.]iii. ſpicæ,et amyli de tritico,omnium ana unc.s.gallæ immaturę medię,in quantitate numero 8.tere,et cribella, et confice cũ melle deſpumato

z B.liquiritiæ

a B.unc.

ſpumato, & vtere: & ſumatur de eo quantitas gallæ.j. & diſſoluatur cum aqua mellis, aut cũ aqua hordei, aut cum decoctione roſarum, & lentium, & radicis liquiritiæ: & gargarizet cũ ea: & adminiſtretur iterum cum vino, tribus aut quatuor vicibus in die.

Ars crocomagnetis adminiſtrati in diahirũdinc. Recipe croci, et cinnamomi amborũ an. drach.ij. roſarum ſiccarum, amomi, coſti, omnium an. drac.j. myrrhæ drac. iiij. radicis liquiritiæ, & folii indi, amborum an. drac. iii.s. Terãtur, & conficiantur cum vino, & fiant trochiſci, & exſiccentur in vmbra.

Diaſulfur. fortaſſe medicina hæc ęquatur theriacæ: quare confert ad febres periodicas frigidas. & ad febrem quartanam, & febrẽ phlegmatis, & tuſſim propriè antiquã, & ſputũ saniei, & conſtrictionem anhelitus, & cõfert ſpaſmo & valet ad hydropiſim, & ſplenẽ, et prouocat vrinam, et extrahit lapidem. Amplius confert ad puncturam ſerpentum, & ſcorpionum iuuamentum manifeſtum: & liberat ex nocumẽto medicinarum perimentium. Cuius permiſtio. Recipe ſulfuris citrini, & ſem. hyuſquiami albi, & cordumeni, & ſtoracis, myrrhæ, omniũ an. drac. viii. rutæ, & coſti, amborum an. dr. x. opii, & croci, amborũ an. drac. ii. caſiæ. ʒ. xii. leucopiperis drac. xxii. Tere medicinas, et confice cum melle, et vtere poſt ſex menſes: & ſumat in potu æger de eo ante periodum febris ſecundum menſuram ſuæ ętatis.

Confectio de aſſa, quæ confert ad periodos febrium, et aufert febrem quartanam apud digeſtionem, & expellit nocumentum puncturę, propriè ſcorpionis, et rutelæ, & quę ſunt ſicut illa duo. Cuius permiſtio. Recipe aſſę, & piperis, & myrrhę, & foliorum rutæ partes æquales, conficiantur cum melle. Cuius doſis ſit põdus drac. i. in pũctura ſcorpionum cũ vino, & in febre cũ oxymelle ante periodorũ horã vnã.

Cõfectio ſalis indi, mundificans ſtomachũ, & retinens vomitum phlegmaticum & melãcholicum, & ſanat vertiginem factam ex phlegmate, & melancholia. Cuius permiſtio. Recipe myrobalanorum nigrorum, & belliricorum, & emblicorum, & myrobalanorum kebulorũ, & ſtęchados omnium an. ʒ. iii. epithimi dr. iiii. ſalis indi drac. ii. hierę picrę dr. x agarici ʒ. iiii. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum ſyrupo acetoſo. Doſis eius pondus drac. iii. in mane, in ieiunio cum aqua tepida.

Diacoſtum valens ad dolores hepatis, & ſtomachi. Cuius permiſtio. Recipe cinnamomi, caſię, coſti, omnium an. pondus dr xxx. aniſi, & ſem. apii, amborum an. põdus dra. x. aſſari dra. xxix. croci põdus dra. viii. reuſini pondus dr. x. floris ſquinanthi, & myrrhę, amborum an. dr. 24. Infundatur myrrha in uino, & coletur, & proiiciantur deſuper medicinę, & conficiantur cum melle deſpumato. Cuius doſis ſit triplum vnius, & adminiſtretur.

Confectio Kabith regis faciens ad dolorem iuncturarum, & podagram, ſedãs dolorẽ eius, & prohibens eam accidere, & ad febrem antiquã, & dolorẽ ſplenis, & uentoſitatẽ groſſam, & difficultatẽ anhelitus, & tuſſim, et ulcera inteſtinorũ, & ſyncopim, et dolores oculi, et gutturis, quũ bibitur duobus diebus: & conſeruat corpus quum eam ſumit homo, a paſſionibus, & ęgritudinibus. Cuius permiſtio. Recipe ſem. rutę, & praſſij, & ſcordeon, & chamępityos, & opopanacis, et gẽtianæ Romanæ, et ſtęchados, et cordumeni, et ſtoracis liquidæ, omniũ ana. pondus aure. v. myrrhæ, & croci, & coſti amari, et piperis albi, & ſquinanthi, et ſpicæ nardi, & euphorbii, & corticum radicis mãdragoræ, & ammoniaci, et calamenthi, et ſem. fęniculi, & ſem. baucię ſylueſtris Cretice, roſ. rub. ſiccarum ablatis capitibus & carpobalſami, omniũ an. aure. iii. cinnamomi aur. viii. caſiæ unc. i ſucci eupatorii, & keiſim, et ſem. andacochæ, et gũmi amygdalę, omnium an. aur. iiii. opii, et ſeminis hyuſquiami albi, amborũ an. aure. vi. aggrega has medicinas tritas, et cribellatas, & infunde ex eis illas, quæ infunduntur, aut in uino bono claro, & eſt radix: aut alio. et confice cũ melle deſpumato, et repone in uaſe, et utere.

Alchalchatarahan magnũ, quod confert ad abortum embryonũ, et dolores mulierũ, et ad oẽs ęgritudines: & eſt medicina Indica. Cuius permiſtio. Recipe opii pondus ſextariorũ iiii. et duarum tertiarũ dr. i. euphorbii. ʒ. vi. acacię pondus ſextariorum v. et pondus ʒ. ii. et duarũ tertiarũ dra. i. amomi pondus ſextariorũ iii. et duas tertias ʒ. i. coſti amari ſextaria ii. pipis ſextaria ii, et duas tertias ʒ. i. pyrethri põdus dr. vi. et alfeſira, et eſt [b] [hazaraſẽ et feſireſetara et eſt meſedar] amborũ, an. pondus ʒ. iiii. ſerici crudi ſextaria ii. argenti combuſti pondus dr. vi. roſarum rub. ſiccarum ablatis capitibus dr. vi. [c] †[ ]ammeos põdus dr. iiii. ſem. hyuſquia. al. pondus ſextariorum ix. et ʒ. ii. ſuperioris uitis pondus dr. iiii. corticũ radicis apii. põdus ſextariorũ iii et dr. ii. ſem. portulacæ ſextaria x. granorũ alkerua excorticatorũ ſextaria viii. ſulfuris citrini ſextaria v. gũmi põdus ſextariorum iii. et põdus dr. ii. ſtoracis liquidę põdus ſextariorũ iii. & põdus ʒ. ij. et duarũ tertiarum dr. i. bdellii ſubalbidi ſextaria ii. thuris maſculi ſextaria v. et dr ii. galbani ſextaria ix et dr. ii. et duas tertias dr. i. [d] [dibic] mundati ſextaria v. et duas tertias dr. i. myrti ſextaria ii. maſticis ſextaria iii. et duas tertias dr. i. ariſtol. rot. ſextaria iii. et duas tertias dr. i. radicis lilii cęleſtis ſextaria iii. et dr. ii. cordumeni ſextaria vi. radicũ alkekengi dr. vi. folii Indi ſextaria iii. et duas tertias dr. i. carpobalſami, et calami aromatici, et caſię, et zedoarię, et doronici, omnium an. ſextaria duo, ſem. mandragorę pondus dr. iiii. cinnamomi pondus dr. vi. aſſari põdus dr. iiii. cardamomi grana integra, [e] [l.] gariophyllorũ maſculorũ ſextaria v. gariophyllorũ fęminarũ ſextaria iii. [f] [berodoam] ſextaria ii. et dr. ii. cinnamomi ſextaria duo, galangę põd. dr. iiii. margaritarũ non perforatarum põdus dr. v. coralli ſextaria duo, et dr. i. ariſtol. longę pondus ſextariorum ix. zufere pondus dr. ii. acori albi ſextaria duo, et dr. ii. [g] [caſię Indę] põdus ſextariorũ ii. [h] [zingiberis, et piperis albi, amborum an. ſextaria v. atmot, et tuzerit] amborũ an. ʒ. xii. ſureni d ſextaria duo, et ʒ. ii. et duas tertias ʒ. i. beẽ albi, et rub. amborum an. ſextaria duo, et duas tertias ʒ. i. fellis uaccini põdus ʒ. ii. fellis adib, et fellis urſi, et fellis corui, omniũ ana pondus ʒ. i. ag-

b B. hezargieſã & faſeraſtin, & eſt ſendar.

c † B. ſeminis apii, ſextaria duo muſchi. dra. vj.

d B. debach.

e B. numero ccccc.

f B. Florum baſiliconis.

g B. ſythragi Indi.

h B. athiut buzeiden.

grega has medicinas tritas, & cribellatas, infusis, quę ex eis infunduntur, in vino, septem diebus; & post illud proijce super eas medicinas contritas, & cōfice cum melle despumato olei balsami sextaria. iij. & sit quantitas vini in quo infusę sunt medicinę, quantitas in qua soluantur medicinæ, & fiant sicut [i] [electuarium,] & ponatur in vase figuli, aut lapidis mūdo, & ferueat. v. aut sex ebullitionibus, & auferatur ab igne, & infrigidetur, & reponatur in vase vitri. Et post illud sumat [k] [debohaton claudam] fœminam, & decrepitam, et ligentur manus, & pedes eius adinuicem, et ponatur in vase æris, & proijciatur desuper lupinorum alborū, & anethi, amborum an. pugillus. i. & proijciatur desuper aquæ dulcis quantum necesse est, & cooperiatur os vasis, & decoquatur cum leui igne, donec discoquatur, & post illud auferatur ab igne, & coletur ius, & sumatur, & mundificetur cutis eius, & ossa ipsius, & pili eius, & reducatur cutis eius, & ossa ipsius, & pili eius, & reducatur ius ad vas mundum, & proijciatur super ipsum olei balsami, et olei nardini quantitas sacraiati vnius de vnoquoque: & decoquatur lento igne, donec remaneat eius tertia: deinde proijciatur super ipsum mel secundum quantitatē iuris, & decoquatur donec ingrossetur, & conuertatur in spissitudinem mellis grossi. deinde proiiciantur desuper medicinæ confectę prædictæ in principio confectionis, & infrigidetur, & reponatur in vase vitri, & dimittatur sex mensibus: & administretur post illud: & nō administretur ante illud, quoniam interficiet.

i B. loch.
k B. dabha.

Alchalchatarahan minus. Recipe carpobalsami pondus. ʒ. ij. croci pondus. ʒ. x. muschi pōdus tertiæ dra. j. ellebori albi. drac. iiii. opii pondus drac. xv. condisi pondus drac. ij. piperis pōdus drac. x. serici crudi pondus drac. ij. seminis hyusquiami. al. pondus drach. x. euphorbii pondus drac. vij amomi, & corticū radicis mādragoræ, omnium an. pondus drac. ii. usneę, & casiæ, & ammoniaci, et olibani, et radicis lilii, xylobalsami, & pulpę coloquinthidæ, & zingiberis, et serapini, et opopanaci, et cinnamomi, & castorei, & [l] [hezerihasen, & mesesdar, & casiæ. Indę, omnium an. ʒ. ij. seminis alha[illegible]mel, & gariophyllorum, et folij Indi, et adipi[illegible] [illegible]ais] & fellis elephantis, omnium an. ʒ. iiij auri, et argēti, amborum ana pondus sextæ. ʒ. i. [m] [tritorum & cribellatorum] & [n] [zedoarię] et doronici, & camphorę, omnium an. ʒ. iij. spicæ aromaticæ pondus. ʒ. iii. costi amari pondus. ʒ. iiii. carui pondus drac. ii. aristolochiæ rotundæ pondus dr. i ammeos, & origani persici, & radicis alzufere, & granorum capparis, omnium an, pōdus drac. i. interfectoris patris sui, & zuccari, & baccarum lauri, & sanguinis draconis, omniū an. pōdus ʒ. ii. salis indi, et vsnen masculi amborū an. pondus ʒ. ij. sulfuris marini pondus drac. i. burungi, et piperis, amborum ana pondus. ʒ. ij. casiæ fistulæ mundatæ à canna, & granis suis, & [o] [chir & vananeul] & radicum [p] [cannabis] & rizi, omnium ana pondus. drach. i. aggrega has medicinas tritas, & cribellatas, & infunde quę ex eis infunduntur, in uino: & confice cū melle despumato, & utere post sex menses.

l B. hezeriasen, & rutæ, & sytragi Indi, & pulpæ alcherchedē
m —— B.
n B. zurumbet.
o B. thalisfar.
p capparis.

Alkelkelēgi magnum, quod confert ad mollificationē stomachi, et frigus eius, & ad febres antiquas, & syncopim, & difficultatē urinę, & albaras, & morpheā, & uigilias, et fracturā ossium, et tussim humidā, et phthisicos quando non adest febris et ad illū cuius iā infrigidatū est corpus, & ad hæmorrhoidas, & spleneticos, & ad dubellati, et colicā, et hydropicos, & ad mulierē quę ęgrotat in pręgnatione sua, & ad pręfocationem matricis, & uentositates q̄ sunt in iuncturis, et inflāmationē, et ad dolores genu, et dorsi, et lacerti. Cuius permistio. Recipe myrobalanorum nigrorū, et belliricorū scirēblegi, et piperis, et macropiperis, et zingiberis fini, et spicæ, et [q] [casiæ, et fulfulminue,] et salis Indi et salis rubei, et salis naphtici, et salis [r] [massæ] et linguę auis, et cyperi, et heil, et cinnami, & borungi, et origani persici, et nigellæ, et granorum nil, et cymini, et folij Indi, et sem. apii, et coriandri sicci. Et inuenimus in quibusdam descriptionibus has medicinas, iterū [s] [fausel, et est iafel, et almamuth, et encostbaracost] omniū an. ʒ. iiii. opopanacis. ʒ. viii. turbit li. i. et sextaria iiij. et passularum enucleatarū aure. c. emblicorum aur. cc. penidiorū lib. vi. s. olei sisami lib. iii. et in descriptione alia lib. i. Tere medicinas, et cicotrigoniza, et cribella, et decoque passulas per se cum aqua, et cola, et infunde casiā fistulam in ea, et infunde emblicos in aquę libris 4. die, et nocte: et decoq; usquequo remaneāt lib. viii. et proiice emblicos, et reduc aquā emblicorum ad uas secundo, et confrica in ea casiā fistulā in aqua passularum fricatione bona, aut adiunge ad aquā emblicorum, quæ est in vase, et proiice desuper penidios, et decoque cum leui igne vsquequo resoluantur penidii, et conuertatur aqua in spissitudine mellis, et post illud proiice super eam oleum sisaminū, et cōmoue usquequo commisceatur cū aqua, et non adhęreat manui, aut panno: et remoue ab igne, et pulueriza desuper medicinas contritas: et vtere. Cuius dosis sit aur. iii. aut. iiii. vnicuique homini secundū mensurā suę virtutis.

q B. sythragi & sulfumum.
r B. panis
s B. hes[illegible] est alfe[illegible] & keltber[illegible]

Alkelkelengi minus, valens ad hydropicos, et dolores hepatis, et splenis, et icteritiā, et oppilationem, et carbunculos: et est sanum, et expertum Cuius permistio. Recipe myrobalanorum citrinorum. ʒ. xx. myrobalanorū nigrorū et belliricorum, omnium ana. ʒ. xv. emblicorū lib. iij. tamarindorum. ʒ. l. passularum enucleatarū lib. j. aggrega has medicinas, et proijce super eas aquę lib. xxx. et bulliat usquequo remaneant de ea lib. viij. et coletur, et accipe casię fistulæ mūdatę à cāna, et granis suis lib. j. et proijce super eam aquā colatam, et ferueat ebullitione vna et confrica bene, et cola per colatoriū, et accipe lib. iiij penidiorū, et proijce super eā cum aqua, et bulliat usquequo resoluātur penidij, et fiat eis spissitudo mellis: deinde proiice desup olei sisamini recētis lib. j. s. et cōmisce cū eis bene, et ferueat duabus ebullitionibus, et remoueatur ab igne: et accipe laccę ablutę, et spicæ, et rosarum, et petroselini, et dauci, et phu, et reusini, et salis Indi, et radicis lilii cęlestis, et agarici, omniū ana. drach. vj. chamędreos, et siseleos, et aristolochię lōgę, et assari, et masticis, et xylobalsami, et gentianę, et [t] [torongi] excorticati, et casię, omnium ana drach. iiij. succi

t B. bren[illegible]

eupatorii, et succi absinthii, et cyperi, et floris squinanthi, omnium an. dr. v. seminis cuscutæ, & seminis attriplicis, & radicis liquiritię, & succi liquiritiæ, & scammoneæ, omnium ana. dr. x. seminis apij, & costi, & acori, & seminis fęniculi, et anisi, omnium ana. dr. iij. turbit albi, dr. cl. cymini carmeni nigri. drach. iiij. Tere, & cribella has medicinas, & accipe mezerion. drach. xx. & funde super ipsum aquæ libr. j. & olei sisamini. vnc. iij. ferueat donec cõsumatur aqua, & cola oleum, deinde inuolue cũ eo medicinas, & proijce super eas penidios decoctos, & commisce bene, & pone in vase vitreato. sit dosis. drac. iiij. cum lacte camelæ, aut cum aqua casei, aut cũ aqua vuæ vulpis, & alkekẽgi. Et ego dicam in descriptione alia in summa secunda.

Confectio candorius, valens ad ventositates grossas, & puncturam, & colicam, & obliuionem, & datur in potu mulieribus prægnantib. pp illud quod accidit eis de ægritudinibus frigidis. Cuius permistio. Recipe seminis hyusquiami albi, & opij amborũ. an. dr. xx. euphorbij, & pyrethri, & spicæ, & croci, omnium ana dr. vij. Terantur, & cribellentur, & conficiãtur cum melle, & administretur post sex menses.

Confectio cognominata condari, preciosa valde. Recip. croci aure. ij. myrrhæ, & assari, & phu, & reusini, & dauci, & petroselini, & meu, omniũ an. aur. iiij. spicæ Indæ, & Romanæ, amborum an. aur. vj. costi, & cassiæ, & floris squinã thi, omnium an. aur j. carpobalsami aure. dra. s. rubeæ aure. viij. succi liquiritię, & scolopẽdrię, & polij, & succi eupatorij, omnium an. aur. iij. olei balsami aur. vj. permistionis andaracon aure. v. mellis quantum sufficit. Cuius dosis sit sicut auellana cum geleniabin de melle. vnc. j.

Confectio de calamentho, quæ confert doloribus stomachi, & hepatis, frigidis, & horripilationi vehementi, & febribus habẽtibus periodos. Cuius permistio. Recipe calamenti fluuialis, & montani, & petroselini, & sileris, omniũ ana dr. xx. seminis apij, & chamęmillę, & hasce, omnium ana dr. iiij. [u] [reusini, dr. xv. piperis. dr. 44. Et in descriptione alia, dra. 24. conficiantur cum melle, & administretur.

u B. chaisum.

Confectio de seminibus, faciens ad dolores hepatis, & splenis, & stomachi, & ventositates generatas in ventre. Cuius permistio. Recip. casiæ, & amomi, & spicæ, & ammeos, & seminis fœniculi, & sem. apii & anisi, & siseleos, et castorei, & sem. anethi, & aristolochiæ longæ, & galbani, & assari, & carui, omnium partes ęquales, & mellis dispumati quãtum sufficit, & permisceatur, & administretur.

Confectio de hiacyntho, nostra. Hæc est cõfectio nostra, quam experti sumus in regibus, & eorum similibus, & cognouimus in ea iuuamentum maximum, propriè in ægritudinibus alguesgues, & alguesset, & pulsu cordis, & debilitate cordis. & iam eradicauit de eis ægritudines antiquas, in quibus non cõferunt curationes. & inuenimus in ea iuuamentum maximũ in ægritudinibus cerebri, & stomachi, & hepatis, & propriè splenis, & colica, & valet ad dolores iuncturarum, & febres antiquas. Cuius descriptio. Recipe fracturæ hiacynthi, & propriè [x] [rubeæ granatæ,] & ei similium, põdus aur. i. quæ ponantur in instrumento terendi, & incipiatur eius contritio cum facilitate subtiliter, vt teratur, deinde ponatur in tabula, & præparetur super eam ad terendum, & sumatur [y] [lapidis aluminis] pondus dr. j. [z] [alhakic] pondus, drac. i. & auri liquati in crucibulo suo linito cum lithargyrio, donec aurũ fiat, sicut vitrum, et teratur, pondus tertię, drach. i. et argenti vitreati cum odore stanni. pondus sexte. dra. i. & fiat cum vnoquoque eorum de contritione puluerizatione illud, quod fit in hiacintho: deinde sumatur summa eorum, & proiiciatur in tabulam vitreã, & inuoluatur in vino odorifero, & teratur donec exsiccetur, & teratur donec fiat puluis subtilissimus, deinde sumatur, & reponatur. Sit ergo summa pars i. deinde sumatur agarici, & epithymi, & piperis, et zingiberis, et gariophyllorum, & sampsuci, omnium an pars s. & sumatur lapidis armeni, et lapidis azuli, et salis naphtici, et zedoariæ, et doronici, et been, et linguæ bouis omnium an. tertia partis. i. deinde sumatur spicę, celticæ, et est nereidẽ, et amomi, et acori, et folii, et cinnamomi, et origani, et hasce, et hyssopi, et cymini, omnium an. quarta partis i. deinde sumatur pulegii, et petroselini, et lapidis iudaici, et sem. apii, & myrrhæ, et olibani, et croci, et piperis albi, omnium an. sexta partis i. et sumatur ossiũ elephantis tertia partis i. Tere ergo omnes has medicinas, et proiice super eas calcem lapidum, et tere, et confice cum melle emblicorum, quod sit pondus dupli eorum: & fac trochiscos aure. i. & da in potu.

x B. rubei similis colori granorum granatorum.

y B. iaspidis.
z B. & alhachich.

Confectio alia de medicinis Gal quæ confert ęgritudinibus cannæ pulmonis, et vlcerib. pulmonis, et sputo sanguinis, et puris, et saniei attractæ ad pectus, et difficultati sputi. Cuius permistio. Rec: gummi albotin aure. iiii. croci aure iiii. olibani aur. iiii. myrrhę aur. iiii. radicum lilii excorticatarum, aur. iiii. granorum pini magni aure. iiii. spicæ scemi aur. ii. s. casiæ nigræ aure. ii. dragacanthi aur. iii. carnis dactylorum scemi aur. iii. cretæ scemius, quæ dicitur stella aur. iiii. Galbani clari mundi aure. xxx. costi aure. iiii. et inuenimus in descriptione alia aure. i. mellis boni cotylas iiii. decoquãtur mel, et gummi albotin in vase duplici: quumq; peruenit ad terminum spissitudinis, tũc permisce cum eo galbanum, et decoque ipsum, donec perueniat ad terminũ, valet vt quum de eo distillatur stilla vna, non dilatetur. deinde infrigida ipsum, & proiice super ipsum medicinas reliquas tritas, et permisce ipsum: et vtere.

Confectio, quæ pertinet arostomacis, mirabilis ad tussim, et sputũ sanguinis, et vlcus pulmonis, et saniem eius collectã. et apostema ipsius, et corruptionem lacerti, et uomitum cibi, et cholericam passionem, et fluxum ventris, et lacertum vesicæ, et præfocationem matricis, et febres habentes paroxysmos data in potu ante horam per horam vnam, et extenuationem, et malitiam complexionis, et venena ebibita, et ex percussione euenientia. Cuius permistio. Recipe nereiden, costi, galbani, castorei, opij, melanopiperis et macropiperis, et storacis, omniũ ana vnc. i. mellis Kist. i. Tere medicinas siccas, et cribella: galbanum verò decoq; cum melle donec

nec liquefiat, et quum liquescit, tunc cola ipsũ et funde super ipsum medicinas, et pone in vase vitri, aut vase argenti: et de ea da in potu quantum est faba ægyptiaca cum aqua mellis, quantitate duorum cadorum: et distilla super ipsam digitis tuis de oleo sisamino guttas tres.

Cõtectio, quæ comparatur ad canabitis, extrahẽs arenam in vrina, et reliquas materias vlcerum. Cuius permistio. Recipe radicum lilii aure.iiii. sifeleos, chamædreos, fenichia, hypericon, et est folium alckemeleon, hayf et est semen alkanabotis, omnium ana aure.iiij. amomi aure.viij. cinnamomi aure.xii. sileris montani, spicæ Indæ, croci, fanalasin, seminis apii montani, polii, sem. rutæ syluestris, pulegii Cretensis, omnium ana põdus illud idem, radicis liquiritiæ, lapidis fœmi masculi, et fœminæ, omnium ana aur. 16. nasturtii babylonici aur. 24. sem. agni casti, faradie amborũ ana aure. 24. cordumeni aure. 48. conficiantur cũ melle decocto: et detur de ea in potu quantitas auellanę cum syrupo mellino commisto quantitate quatuor cadorum.

Ats medicinæ de gentiana: valens ad duritiem, et oppilationem, et dolorem hepatis, et splenis, et febrẽ antiquam Cuius permistio est, vt sumatur gentianæ, et piperis, amborum ana pondus. dra.x. et dactylorum alborũ siccorum, folii, et spicę, et aristol. omnium ana vnc.i. Tere et pulueriza ipsa, et cõfice ea cum melle dispumato, ita vt fiat in loco mellis spissi Cuius dosis sit pondus. dr.i. cum aqua rutę decoctæ.

Ars medicinæ, quę nominatur donum Dei, et fuit inuenta in thesauro Regis, et dixerunt, ꝙ confert podagræ, et hæmorrhoidibus, et corruptioni ani, et frigoribus, et facit appetere cibũ et coitum, et prouocat, et conseruat sanitatem quando bibitur in tempore veris, aut hyemis tribus mẽsibus in omni die ventris omnis mẽsis. Cuius permistio est. Vt sumatur myrobolanorum nigrorum, & belliricorum, & emblicorum, & acori, & aristol. longæ, & rotundæ, & secacul, & heil, & cardamomi, et gariophyllorum, & chamæmillę, & zingiberis, & sisami nõ excorticati, omnium an. pondus. vnc.vj. & nucis muschatæ, & spicæ, & turbit albi, ĩ alio myrrhæ, & meu, & phu, & dauci, & assari, & se. apij montani, & euphorbij, omnium an. pondus, vnc.ij. & almene, & est ammeos, & medullæ tritici, & se. porri, & tuderi al. & papaueris, & zedoariæ, & doronici, & [a] [venarum liquiritiæ] & amomi, et pyrethri, & spodij, & sileleos, et assæ fœtidę, et cymini, & cinnamomi, et [b] [casiæ Indæ, & cassiæ persicæ, et alcatamon] & vsneæ, & cyperi, & radicis nenupharis, et macropiperis, et calami aromatici, et castorei, omniũ ana vnc.iiij. & corticum radicis apij. vnc.viii. & scoriæ ferri mundatæ, tritæ nutritæ tribus hebdomadis, s. hebdomada vna cum zuccaro, & hebdomada cum aqua & melle. et hebdomada cum aceto deinde incipe & infunde eam vno die in aceto, deinde conuerte eam in mane ad zuccarum, & tertia die cõuerte eam ad aquam mellis, fac illud de ea tribus hebdomadis secundum hunc modũ: deinde sicca eam in vmbra, & tere eam, donec fiat sicut alcohol, et tere reliquas medicinas, et pulueriza eas, et cribella ipsas: deinde põdera de medicinis partes.iii. et de scoria partem vnam: deinde inuolue eas ex butyro vaccino bono, & confice cum melle bono, & pone cum eo de penidijs pondus scorię: deinde liquefac penidios, & funde eos desuper cum melle, donec fiat in loco mellis spissi: dein de pone eam in vase viridi nouo mundo, et liga caput eius, & da ipsum in potu. Cuius dosis sit sicut galla in mane ieiuno, & non comedat aliquid donec tres horæ diei prætereant: deinde comedat, & rege ipsum regimine æquali: et fugiat ab eo nauseatiua satietas et præparatio, et reliqua ex quibus timetur ei nocumentum. Quidam autem medicorum existimauerunt, ꝙ hæc medicina effugat malitiam veneni perniciosi, et facit possidere sanitatem.

a B. Alia litera radicum amirabaris.

b B. sythragi Indi, & persici, & alfelfelmum.

Medicina confecta, quæ confert debilitati hepatis, et torsioni, et sputo sanguinis. Rec. balaustiarum, et sanguinis draconis, et foliorum alasif, et aluminis iameni, an. partem vnam, tere ea, & pulueriza, et decoque ipsa, et cola aquã eius, et da ipsam ad potandum tepidam, quoniam bona est.

Confectio kiume medici, quæ facit ad corruptionem complexionis, et apostemata hepatis et confortat stomachum, et clarificat colorem. Cuius permistio est. Vt sumatur myrobalanorum, et [c] [alkegin] amborum ana pondus. drach. 35. zingiberis, cinnamomi ana. drach.x. piperis al pondus, drach. 24. et [d] [altalasfir] põdus. drac.iii. et galangæ pondus, drach.x. et nemisch pondus, drach.vj. et succi absinthij. dr. v. et vini cocti, et almeisus quantitas, qua conficiantur medicinę. Tere medicinas, et pulueriza eas, et cõfice eas cum vino, et almeisus: et fac de eis pilulas similes piperi, et sit dosis eius, dr. v. cum aqua tepida.

c B. alke...

d B. altalasfir.

Confectio cognominata imperialis: quæ cõfert ad difficultatem vrinę, et dolorem dorsi, et debilitatem renum, et frangit lapidem. Cuius permistio. Recipe seminis papaueris, et seminis porri, et seminis anethi, et seminis apij, et sem. lilii, et seminis lactucæ, et sem. endiuiæ, et semin. portulacæ, et been albi, et rubei, et linguæ auis, et seminis alkerua, et Kesile, et sem. [e] [alschesabrem,] et seminis sampsuci, et [f] [seminis KeKilie] et piperis, et turbit, et granorum nasturtij, et seminis maru, et vsneæ, et ammoniaci, et floris squinanthi, et seminis napi, et dragacanthi, et seminis hyusquiami albi, et origani, et zarub, et feleniati, et granorum nil, et costi, et carui. et psyllii, et sauinæ, et enulæ, et olibani, et seminis mersulen, et casiæ, et semin. lini, et salis Indi, et semin rutæ, et sem. alKeiri rubei, et albi, et cymini carmeni, et cinnamomi, et sem. felengemisk, et mugat, et sene de Mecha, et hermodactylorum, et epithymi, et anisi, et semin. sullæ, et sirach granorum solis, omnium ana drac.iiii. tuderi albi, et rubei, et ammeos, et [g] [zedoariæ, et kinau] et seminis fœniculi, et cinnamomi, et myrobalanorum, et citrinorum, et kebulorum, et seminis harmel, et granorum myrtl, et sinapis, et cannabis, et sisami excorticati, et fœnugræci, et seminis bauciæ, omnium ana drach. v. secacul, et zingiberis, amborum ana drach.iiii. Kie, et piperis albi, et gariophyli, et spicæ, et florum alcannæ, et pyrethri, omnium

e B. alschab...

f B. carmo... kebulorum.

g B. ... & galbani... Alia litera rumbe... num citri...

nium drach.i.s. scammoneæ pondus tertiæ, drac.j.seminis melonis, & seminis melonis lōgi, amborum ana drach.x. olei sisamini drach. xl. mellis libr.ij. dosis integra, drach.ij.cū aqua tepida.

Confectio quam narrauit Asaimeri, & dixit quòd est experta, quæ est conueniens paralysi, & torturæ, & mollificationi, & reliquis ægritudinibus, quarum radix est phlegma: de qua sumatur secundum quātitatem quam tolerat æger. & si liniatur ex ea membrum mollificatū, iuuat. Cuius permistio. Recipe opij, & euphorbij, & castorei, & cinnamomi, & macropiperis, & hyusquiami albi, & spicæ, & zingiberis, & croci, omnium ana partes æquales. Tere, & cribella, & confice cum melle dispumato. & pone in vase vitreo, & vtere quum necesse fuerit.

Confectio impinguatiua nostra experta. Recipe mugath, & nucis endem, & been, & [h] [zedoariæ,] & dragacanthi, & seminis papaueris, & karabe, omnium ana pondus, drach.iij. Tere, & pulueriza, & frige cum butyro frixione leui: & permisce cum duabus heminis paruis sanicriti, & hemina.i.zuccari, mensurata cū hemina parua: deinde sumatur omni die pondus dr.xx. et decoquatur cum duabus libris lactis: et proijciatur desuper de butyro, quātum necesse est: & sorbeatur, quoniam bonum est.

Explicit tractatus primus.

INCIPIT SECVNDVS.

De hieris.



HIERA est nomen solutiui rectificātis: & huius quidem interpretatio, et expositio est medicina diuina. Et primum quidem solutiuum de cognitis fuit hiera Rufi: & antiquitus nō cadebat nomen hieræ, nisi super hanc: deinde nominatæ sunt aliæ eo. Et non dicitur medicina diuina, nisi quia actio solutiui est res diuina, saluās ex virtutibus suæ naturæ. Et antiquitus quidem non fuerunt datæ in potu hieræ, nisi quoniam medici timebant ex malitiis solutiuorum simplicium, sicut pulpæ coloquinthidæ, & ellebori, et aliorum. Et quum volebant vti eis, permiscebant ea cum facientibus penetrare, & rectificantibus, & bezahard, donec ausi facti sunt in vsu eorum. Postea edomiti sunt in eis, & acceperunt succum eorum, deinde ausi sunt in eis adeò, donec acceperunt ea sicut sunt in pilulis. Sciat ergo medicus, quòd hierę magis sunt saluæ, quàm decoctiones, et pilulæ. Et non dimittuntur propter malitiam suam: imò propter ea quæ excusant ab eis propter consuetudinē ma lam. Et quoniam ipsæ non trahunt ex longinquo, sicut decoctiones, & pilulæ. Et dosis de hieris est vsque ad iiij. aureos. Et quandoq; proiiciunt super eas salem massæ. Et magis conueniens cum quo in potu dantur, est aqua epithymi cum passulis mundatis, propriè secundum descriptionem quorundam eorum, quæ recipit epithymi, drach.iiij. passularum mundatarum, drac.x. myrobalanorum nigrorum mundatorū, dr.j. stechados, dr.iij. aquæ lib.iiij. aniu-den mundati lib.s. detur ad potandum in ieiuno. & consequenter detur seminis altheę, dr.j. seminis citrini, drach.s. cum pauco oleo nucis, & aqua tepida. Et cibus tribus diebus sit zibrabegi cum aqua commista.

Hiera picra, scilicet amara. Hæc est hiera de aloe, & associatur ei cinnamomū propter subtilitatem suam, & iuuamentum quod facit visceribus, & stomacho. Et mastix similiter, & vt conseruet. Et similiter casia. Et crocus propter digestionem, & confortationem cordis, et stomachi. Et fortasse crocus facit incurrere in ea dolorem capitis: quare oportet, vt minoretur pondus eius, aut expellatur. Et assarum quoniā inest ei adiutorium ad solutionem faciendam, & præcipitationem humiditatum. Et quandoque ponūtur loco eius cubebe, et sunt subtiles. Et carpobalsamum, & xylobalsamum propter confortationem stomachi, et resolutionem, et albezarati. & de hominibus sunt quidam, qui ponunt in ea florem squinanthi, quoniā prohibet rasuram, quæ timetur ex aloe; & sosas, vt expellant malitiā caliditatis aloes à stomacho, & capite. Et quandoque fermentatur cum tanto melle, quātum ipsa est. Et quandoque est sicca non fermentata. Ego verò informo de ipsa puluerizata trochiscos cum aqua bdellij, et exsicco eos in vmbra, & vtor eis: nam inuenio illud magis vltimū, quàm aliud; & fortasse bdellium est ferè pars j. Et antiqui quidem diuersificati sunt in quantitate rectificationis aloes. Sunt enim de eis quidam, qui ponunt pondus medicinarum sexcuplum ponderis aloes: et de eis sunt qui octuplum, & addunt, & minuunt. Et iterum quādoque accipiunt ipsum ex abluto, quod est debilius soluens, & magis conueniens calefacto, et febrienti. & non dant ipsum in potu omni febrienti: imò ei cuius febris est leuis. Et de eis sunt, qui accipiunt de aloe non abluto, & est fortius soluens: sed est magis nociuum febrientibus: quamuis de eo sumant in potu quidem, & non noceat eis. Et hiera quidē non est res festinans in solutione: imò eius solutio fit cum facilitate, & paulatim, & cum tarditate: & fortasse efficit operationem suam in die secundo. & non est iterum eius solutio cū attractione ex longinquo: imò nō soluit nisi illud cui obuiat, & cui commiscetur, ex stomacho, & intestinis. Et longinquior terminus suę attractionis est pars hepatis absq; venis. Descriptio autem cognita vniuersitatis est hæc descriptio, quæ confert ad humiditates generatas in capite, & stomacho, & dolores iuncturarum, et colicam, & torturam, et grauitatem linguæ, & mollificationem membrorum. Cuius hæc est permistio. Recipe masticis, & cinnamomi, & assari, & spicę, & carpobalsami, & croci, & xylobalsami, & casiæ, omnium ana pondus, drac.j. aloes sublimis duplum medicinarum. Tere, & cribella: & sit dosis integra, drach.j. cum melle, & aqua tepida.

Hieralogodion: Hæc cōfectio est benedicta, plurimi iuuamenti, mundificans corpus ab vltimis extremitatibus suis cū solutione, in qua non est labor, omnium humorū, & superfluitatum: & confert ad ægritudines capitis, & dolorem, & hemicraneam, & cephalæam, & vertiginem, & alguesgues, & maniam, et epilepsiam,

&

& timorem & paralysim, & mollificationem, imò ad apoplexiam. Et totum illud accepta in puluere, sicut dictũ est de scelithe, & est melior illo plurimũ. Et cõfert ad dolores auris, & oculi, & confortat stomachum, & aperit oppilationes hepatis, & prouocat menstrua, & remouet difficultatem anhelitus, & cõfert ad quartanã, et omnes passiones phlegmaticas crudas, et febres antiquas, et ualet ad dolores iuncturarũ, et podagram, et uenam sciaticã: et utilis ad tyriã, et alopeciam et ulcera antiqua in capite, et alia, et ad baras, et morpheã, et impetiginẽ, et excoriationem, et lepram, et ad scrophulas, et apostemata frigida, et cãcros. Cuius hęc est permistio. Recipe pulpę coloquintidæ. ℥.v cepæ squillæ assatæ, et agarici, et scammoneæ, et ellebori ni. et ammoniaci, et scordeon omniũ an. ℥.iiii.s. et in descriptione alia omniũ an. ℥.ii.s. epithymi, et chamędryos, et bdellij, et aloes omnium an. ℥.iii. hasce, hypericõ, et folij Indi, et prassij, et polij, et casię, et melanopiperis, et leucopiperis, et macropiperis, et croci, et cinnamomi, et opopanaci, et polypodij, et serapini, et castorei, et myrrhæ, et petroselini, et aristol. longæ, et succi absinthii, et euphorbii, et spicę, et amomi, et zingiberis, omniũ an. põdus ℥.ii. gẽtianę, et stœchados an. ℥.i.s. mellis quantũ sufficit: et dosis integra aur.iiii. cum aqua tepida, et melle: aut cum decoctione epithymi, et passularum enucleatarũ.

Hieralogodion secundum descriptionem Philagrii. Recipe pulpæ coloquintidę, et [a] [croci] et ammoniaci, et corticũ ellebori albi, et scãmonec, et hypericon, omnium an aur.x. epithymi, et polypodij, et bdelii, et aloes, et chamædryos, et prassii, et casiæ omniũ an. aure.viij. macropiperis, et leucopiperis, et melanopiperis, et cinnamo. et croci, et opopanac. et serapini, et castorei, et petroselini, et aristol. longæ omnium an. aure.4. conficiatur cum melle dispumato: et sit dosis aur.iiij. aur.iii. secũdum uirtutem cuiusque hominis cum aqua mellis, et sale.

[a] B. agarici.

Hieralogodion secundum descriptionem Pauli. Recip. pulpæ coloquinthidæ aure.xx. cępę muris assatę, & agarici, & ammoniaci, & corticum ellebori ni. & scammonecę, & hypericõ, omnium ana aur.x. polypodii, & epithymi, & bdellii, & aloes, & chamædryos, & prassij, & casiæ, omnium an. aur.viij. myrrhæ, & opoponaci, & serapini, & petroselini, & trium piperum, & cinnamomi, et croci, & castorei, & aristolochiæ longæ, omnium an aure. iiij. mellis quantum sufficit.

Hiera Rufi, faciens ad choleram nigram, & phlegma, & alopeciam Reci. pulpæ coloquinthidæ aur.xx. chamædryos aureos x serapini, & opopanaci, amborum an. aur. viii. seminis apij montani, aur.v. aristol. rotundæ aur.v. piperis albi, & nigri. amborum an. aur.v. cinnamomi, aure.iiii. casiæ, aur.viii. stæchados, & croci, et polii, & myrrhæ, omniũ an. aur.iiii. infunde myrrham cum vino, & tere medicinas, & confice cum melle dispumato, & pone in vase, & vtere quum necesse fuerit. Et in descriptione alia pulpæ coloquinthidæ, drach.xx. aloes Scotrensis pondus, dr.v. galangę, dr.x. chamædryos, dr.xx. serapini, et opopanaci, amborum an. drac viii. aristol. rotũdæ, et petroselini, et piperis al. & nigri, omnium an. dr.v. spicæ, & casiæ, & cinnamomi, & croci, & zingiberis, & myrrhæ, et polii omnium an. aure.ii. et inuenimus additum in descriptione alia relatum ad hoc, quod est in [b] [suriamati] de medicinis, chamępithyos, & agarici, et prassij, omnium an. drac.x. & conficiantur cum melle. et sit dosis eius pondus. drach.iiii. cum aqua calida, & melle, et sale in ieiunio post abstinentiam.

[b] B. lingua ...

Descriptio vniuersitatis hieræ Archigenis, q̃ confert omni ægritudini generatæ ex phlegmate crudo, & non crudo, & melancholia, & [c] [vitio] aquæ in oculo, & dolori capitis, & facit ad vertiginẽ, & epilepsiã, et valet ad inceptionẽ ægritudinum visus, et raucedinem humidã, & dolores gutturis, et difficultatem anhelitus, et spasmum, et exituras ex materiis grossis, et confert ad aquam citrinam, et scabiẽ. Et quandoq; datur in potu pa rũper propter dolores stomachi, et ventris, et matricis, [d] † [ ] cum decoctione rutæ. Et quandoq; ponitur in ea castorei parum, s. vsque ad siliquas iii. & ad dolorẽ dorsi, et [e] [metron, et ad venam] sciaticam, et ei similia cum aqua centaureæ, & permiscentur cum ea etiam succus cucumeris asinini, et coloquinthidę siliquæ, iii. in aqua abrotani, et datur in potu ad morsum canis rabiosi, & facit securitatem à timore aquæ præcipuè cum pondere, drach.i. de adustione cancri fluuialis. Cuius hæc est permistio. Recipe pulpæ coloquinthidæ, drach.xxii. prassij, & stęchados, et ellebori, ni. & chamædryos, et scammoneæ, et leucopiperis, et macropiperis, omniũ an. dr.ii. cæpę muris assatę, et euphorbij, & aloes, et croci, et gẽtianæ, et petroselini, et ammoniaci, et opopanaci, omnium an. vnc.j. polij, et cinnamomi, et serapini, et myrrhę, et spicę, et squinãthi, et calamẽthi mõtani, et aristolochiæ rotundę, omnium an. dr.ii. mellis quantum sufficit: & sit dosis aur.iiii. cũ decoctione epithymi, et passularũ mundatarum.

[c] B. princip...

[d] † B. &... ex eis.

[e] B. renum ... emunctoria ... aqua apii & ...

Hiera Archigenis ex descriptione Pauli. Rec. prassij, et agarici, et chamædryos, & pulpę coloquinthidæ, & stæchados, omnium an. pondus aure.xx. opopanaci, et serapini, et petroselini, et aristol. rotundæ, et piperis al. omnium an aure. v. cinnamomi et spicę, et polii, et croci, omniũ an aure.iiii. Tere ex medicinis, quæ sicca sunt. Et conquassa gummas, et infunde in melle, et permisce: et sit dosis aure.iii. cum salis triti põdere, drach.i. cum aqua mellis.

Theodoricon magnum, quod valet ad corruptionem complexionis frigidæ, et repletionẽ et superfluitates viscosas grossas, et obliuionem, et tenebrositatem visus, et difficultatẽ anhelitus, et stuporem, et dolores hepatis, et stomachi, et splenis, et renum, et matricũ, et prohibitionem menstruorum, et colicam, et est solutiuum absq; labore: cuius dosis sit põdus aur. iiii. cum decoctione epithymi, et agarici, aut cũ aqua calida. Cuius hęc est permistio. Recipe aloes Scotrensis pondus, drac.x. agarici albi põdus, drach.xx. croci, et cinnamomi, et acori, et masticis, et olei balsami, omnium an. pondus, drac.iii. reusini, dr.i.s. xylobalsami, et carpobalsami, et euphorbii, et macropiperis albi, et nigri, et gentianæ ro. et floris squinanthi, omniũ an.

àn.pondus dr.ii.coſti amari,chamædryos, epithymi, omniũ an.dr.iiii.aſſari,et caſię,& ſcammoneæ omniũ an.pondus,dr.vj.ſpicæ odoriferæ pōdus,dra.iii.s.meu,& amomi amborũ ana pondus,dra.j. Aggrega has medicinas tritas,& cribellatas,& confice cum melle diſpumato,et repone in vaſe, & vtere poſt ſex menſes.

Theodoricon aliud,quod confert omnibus ægritudinibus excitatis ex frigore,& phlegmate.Recipe aloes pondus,dr.xxx. agarici pōdus, dr.xii.acori,et croci,& cinnamomi, & f[alkeia] & hermodactylorum, & caſiæ omnium an. drac.iii.chamædryos, & leucopiperis, & aſſari,& xylobalſami,omnium an.pondus, drac.ii. melanopiperis,& caſtorei, amborum an.drac. iiii.reuſini,& g[myrrhæ]& ſpicæ omnium ana pondus,dra.i.mellis quãtum ſufficit:doſis eius pondus,drach.iii. cum aqua calida:&.antiquetur.vj.menſibus.

Theodoricon aliud faciẽs ad illas paſſiones. Cuius hæc eſt permiſtio.Recipe h[acori pondus,drac.viii.nucis muſchatæ dr.xii. aloes Scotrenſis.dr.lx.agarici pondus.drac xliiii.reuſini] dra.iii.piperis albi,& gentianæ, amborum ana pondus,dr.iiii.croci, & gariophyllorũ, et acori, i[in alio galbani , et keiati] et cinnamomi oĩum an.dr.vi.aſſari,et xylobalſami,amborum an.pōdus.dra.iiii caſię et ſcãmonęę omniũ an. pondus,dr.xii.ſpicę,dr.viii. ſcordeon pondus, dra.ix.amomi, et rubeę,et piperis ni. et piperis lõgi,et ſquinãthi,omniũ an.pondus,dr.ii.ireos pondus,dr.viii. Tere,et cribella, et cum melle quantum ſufficit,confice,et antiquetur.vi.mẽ. & ſit doſis pondus,dr.iiii. cum aqua calida.

Theodoricon cum nuce muſchata,faciẽs ad omnes ægritudines antiquas capitis, & ad maniam,& algueſgues, et dolorẽ capitis,et vertiginem,et ad epilepſiam,et ad debilitatem viſus,et ad dolorem hepatis et ſplenis,& renum,et colicam,et prouocat mẽſtrua retenta, et ad leprã, et baras.et ad dolorem podagræ,et iuncturarũ, & ancharum.et ad febres chronicas antecedentes: & eius ſolutio eſt ſine nocumento. Cuius hæc eſt permiſtio.Recipe aloes,drac.lx.agarici, drach.xxiiii. ſcordeos, et xylobalſami amborũ ana dra.iiii coſti,drach.viii.acori,et maſticis,et cinnamomi, et gariophyllorum omnium ana drac.vi.caſiæ,et nucis muſchatæ amborum an. drach.xii.epithymi,drach.xviii ſpicæ dr.vi.chamedryos,dr.viii. k[myrrhæ]dr.ii.triũ piperũ,et euphorbii ana,dr.iiii.floris ſquinãthi,dr.ii.gentianæ,dr iiii.amomi, dr.ii.ſcãmoneæ, dr.xviii. mellis diſpumati quantum ſufficit.Cuius doſis ſit.dr.iiii. cum decoctione epithymi.

Theodoricon aliud vſitatũ.Recipe aloes,dr. lx.agarici,dr.xxiiii.maſticis,et croci,et acori,et cinnamomi,et ſpicę,omnium an.dr.vi.ariſtol. & carpobalſami,et euphorbii,et trium piperũ, & gentianæ,omniũ an.dra.iiii.chamędryos, et coſti amborum ana dr.v.caſię,et epithymi amborum ana dr.xii.myrrhæ, et floris ſquinãthi, et amomi,omnium ana dr.ii.ſcãmoneæ dr.xx. mellis quantum ſufficit.Cuius doſis,et adminiſtratio,et iuuamenta ſunt ſicut primi.

Hiera Gal. deſcriptione vniuerſitatis. & de iuuamentis eius eſt,ꝙ ipſa eſt ſubtilior,& efficacior q̃ theodoricon,et logodion:faciens ad paralyſim,et torturã,et ſpaſmum,et mollificationẽ et purgat à corpore ſuperfluitates viſcoſas, groſſas,& diuerſas,& ſtringit mollificationem veſicæ, & exitum vrinæ abſq; voluntate. Cuius hæc eſt permiſtio. Reci. pulpæ coloquinthidæ, & agarici,et cæpæ muris aſſatę,& ammoniaci, & ſcammoneæ,& ellebori nigri, et hypericon, & euphorbii,omnium ana dr.xvj.polypodij,et epithymi, et bdellij ſubalbidi, et chamædryos, & praſſij,& caſiæ,omnium ana pondus dra.vij. myrrhæ, & ſerapini, & ariſtol.longæ, & trium piperum,& cinnamom.& opopanaci,& caſtorei,& petroſelini omnium ana drach.iiii.Et de hominibus ſunt quidam, qui ponũt in ea croci pōdus, dr.iiii. Aggrega has medicinas tritas, & cribellatas infuſis eis,quæ ex ipſis infunduntur in triplicato, & cõfice cum melle diſpumato, & vtere quum neceſſe fuerit poſt ſex mẽſes.

Hiera Gal.deſcriptione Pauli.Recipe chamędryos, & leucopiperis,et macropiperis, et agarici, & ſtæchados, & ellebori nigri, & ſcammoneæ, & ſpicæ, et epithymi, & cæpæ muris aſſatæ,omnium an.aure.vi. myrrhæ,& croci,& ammoniaci , & hypericon, omnium an.aure.viij. mellis quantum ſufficit.

Hiera Gal.Recipe pulpæ coloquinthidæ,dr. iiij.chamędryos,& cæpæ muris aſſatæ,& croci, & agarici,ſcammoneæ,et ellebori nigri, & ſtæchados,& ammoniaci,& hypericon, omnium ana,drach.iii.& ſextam,drac.j. epithymi, & polij,& bdellij,& chamæpithyos, & praſſij,et aloes,& caſiæ,& polypodij omnium an.dra.i.s. & trium piperum, & myrrhæ, & cinnamomi, & croci,& opopanaci,et ſerapini,et caſtorei,et petroſelini,& ariſtolochiæ rotũdæ, et euphorbij, omnium ana medietatem,et tertiam, drac.j. & mellis quantum ſufficit. Doſis ſicut logodion, & iuuamenta eius ſicut illius.

Hiera euſacaratis,& eſt Hipp.medici, conferens ad humiditatem ſtomachi , & ad dolores capitis generatos ex vaporib corruptis,et ex triſtitia timere faciente. Cuius hæc eſt permiſtio. Rec.gentianę,et ſpicę,& ariſtol.rotundæ,et caſię,et cinnamomi,omnium ana pondus,drac.j. petroſelini,& chamędryos,et ſtęchados,et l[fulfulimon.et eſt ozymum montanum, et Keiati] omnium an.dr.i myrrhę pondus, drac.iiii granorum alben,et croci,amborum ana drach.j.s. aloes ru.pondus, dr.viii. pulpæ coloquinthidæ pōdus.drac.vi.conficiãtur cũ melle,et adminiſtretur poſt ſex mẽſes. Doſis eius pōdus dr.iiii.

Hiera alia Hipp.quę facit ad maniã,et algueſgues,et vertiginẽ in capite,& dolorẽ capitis vehemẽtem,et ſpaſmum, et ſciſſuram manuum, et dolorem iuncturarũ,et ad permiſtionem rationis, et corruptionẽ intellectus, et dilatationẽ pupillę, et inceptionem,quæ in oculo, et ad lepram, et albaras,et ad paralyſim,et torturam. Cuius hęc eſt permiſtio. Recipe cucumeris aſinini,et trium piperum,et chamędryos,omniũ ana pondus aur.v.croci,et myrrhę, et ſcammoneę,omnium ana pondus,drach.ii ammoniaci pondus drach.i.mellis quantum ſufficit.Doſis eius medietas vnc.i.cum aqua calida.

Hiera Andromachi, quę confert ad dolorẽ ſtomachi,et ventris. Cuius hęc eſt permiſtio. Rec cinnamomi, et caſię nigrę, et calami aromatici,

f B. alkie.

g B. mu.

h B. achoen dr. xvj. nucis muſchatæ rauendu

i B. & chie.

k B. Alia litera mu.

m B. ſpecies.

n B. chie.

l B. fulfulmum & ozymum mõtanum & kie.

matici,& xylobalsami,& floris squinanthi,omnium ana vnc.iij.s. Tere medicinas, & proiice in vase figuli nouo,& funde super eas aquę pluuialis danich.vj. & decoq; ad medietatē, & cola: deinde accipe aloes rubei lib.j s.& pone sup ipsum aquæ pluuialis quantum sufficit, & tere in meridie, & ablue donec abstergatur, & funde super ipsum[m] [aquam specierum] & tere in sole donec exsiccetur deinde tere,& proiice in ipso croci,& myrrhę,et[n] [alkeiati] omniū ana vnc.iiii.et in descriptione antiqua,omniū ana vnc.j. deinde tere oīa, et pone in vase vitri, aut vitreato,& vtere:est.n.iuuatiua ad spasmum,& ad repercussionē,quæ fit obuiando, & percussionē,& fracturam,& ad dolorē lateris, & aperit stomachum,& dolores eius,& sputū sanguinis,& dolorem ilii. Dosis eius integra pondus, drach.j.cum aqua tepida,& omni homini secūdum quantitatem suæ virtutis:& ad apostemata dura cum syrupo acetoso, & fit ex ea emplastrum ad apostemata oculi cum succo mentæ, aut vuæ vulpis,& apostemata ani cum oleo rosaceo,& vino bono,et confert ad vlcera,quę accidunt vnguibus, quando liquefit cum aceto vini, & ad adustionem oris gargarizata.

m a. species.

n B. chie.

Hiera Andromachi faciens ad retentionem menstruorum,& ad lepram,& tumorem. Cuius hæc est permistio.Rec.stæchados,& chamędryos,& agarici,& ellebori nigri,& piperis nigri,& albi,& mezerion,& scammoneę,et squillæ assatæ,omnium ana pondus drach.viij.croci, & euphorbij, & ammoniaci, omnium ana drach.viii.myrrhæ, drach.iiii. interioris cucumeris asinini,drac.iii.mellis lib.v.dosis eius pōdus drach.ii. cum melle,& aqua & sale.

Hiera Faneligoris faciens ad melancholiam, & mundificat velamina cerebri, & aufert chymos grossos,viscosos,terrestres: Cuius hæc est permistio.Rec.prassij,& stæchados, et ellebori nigri, & chamæpityos, & chamædryos, et petroselini,& polij,et aristol.rotundæ,et croci,et gentianæ,& [o] [keiati,] & dragacanthi, & foiij, & assari,et amomi, & costi, et cinnamomi, & phu,& meu,et piperis,et carpobalsami, et allij syluestris,et casię,& hypericon,et floris squināthi,et spicæ,omnium ana pondus, drach.ii.epithymi, & agarici, & polypodii, et pulpæ coloquinthidæ, omnium ana, drach.iii. aloes Scotrēsis,vnc.vj.Tere,et confice,& antiqua sex mēsibus.Dosis eius tertia,drac.i. cum aqua calida.

o B. chie.

Hiera Busitus,conferens ad visum et confortans eum,et sedat dolorem capitis assiduum,& confert ad dolores stomachi, et splenis, et hepatis,et ad dolores melancholicos,et phlegmaticos, et ad vertiginem,et dolorem, qui nominatur corona.Cuius hæc est permistio.Recipe chamædryos, pondus, vnc.xii. agarici pondus, vnc.xvi. & in descriptione alia, agarici, vnc. x. pulpæ coloquinthidæ,vnc.ii.stæchados,& piperis albi,et nigri, omniū ana.vnc.xii.meu. vnc. iii.croci,vnc.xxviii.ellebori nigri, et scammoneæ,et aloes Scotrēsis oīum ana vnc.xvi. Tere, & cribella,et confice cum melle:dosis eius,dra. iiii.post sex men.et in descriptione alia, spicæ, et casiæ, amborum ana, vnc.xii. bibatur cū infusione epithymi post abstinentiam.

Hiera Catagini Anthiochenii,quę cōfert ad spasmum, et dolorem capitis antiquū,et ad timorem accidentem ex melancholia, et ad tremorem iuncturarum.Cuius hæc est permistio. Rec.pulpæ coloquinthidæ pondus, dr.xx.chamędryos,et prassij,et agarici,omnium an.dr.x. aristolochiæ longæ,et petroselini,et piperis albi,et serapini, et opopanaci, omnium an.dr.v. myrrhæ,et spicæ,et polii,tt croci, et cinnamomi,oīum an dra.iii. Infundantur humida cum melle deinde coquantur super ignē parūper,et terantur sicca, et proiiciantur super ea, et misceatur, et administretur post sex menses.

Descriptio alia hieræ, quæ addit in visu, & confortat ipsum, et cōfortat ad dolorē capitis et [p] † [passiones] stomachi,& hepatis,et splenis.Cuius hæc est permistio.Rec.pulpæ coloquinthidæ,drach.x.chamædryos,& casię.et trium piperū,oīum an.dr.ii.aloes,et myrrhę,et thuris masculi,et croci,oīum an.dr.j.scāmoncę,dr.vi.succi absinthij pondus dr.ii. mellis quantum sufficit. Dosis pondus, dr.iiij. cum aqua calida.

p † a. percu... nem capitis, & ægritudin...

Hiera nostra experta.Recip.ellebori pondus dr.i.pulpæ coloquinthidæ aur.i.et aloes aure.ii. et salis Indi.dr.i.et tertiam,et agarici pōdus aure.ii.et lapidis armeni aur.s. et rosarum pōdus, dra.i.et piperis albi pondus aure.i.et zingiberis pondus aur.ii.et acori,et ammomi, et assari,et carpobalsami, et alhasce,et origani, et seminis apii et dauci, et est semen bauciæ, omnium an. drach.iii.& buglossę pondus dr.x seminis alsahesebram,et semin. alfelengemisch, et seminis [q] [ozymi citrati] et seminis citri,et mentæ siccæ,omniū an.dra.ii. et epithymi pondus,dr.ii. s. conficiantur omnia cum duplo sui mellis,et reponatur sex mensib. deinde administretur.

q B. ...

TRACTATVS TERTIVS.

De electuarijs solutiuis, et non solutiuis.

NOS dicere volumus in hac summa de electuariis famosis,et quæ sunt similia vniuersalibus. Illorum verò, quorum iuuamenta sunt particularia, digniora loca dicēdi sūt in summa secūda.

Electuarium dyaciminū faciens ad dolores viscerum,quos generauit frigiditas,et ad ægritudinem phlegmatis senum, et cōfortat stomachum,et digerit cibum,et aufert appetitum caninū,et eructuationē acetosam.et sit dosis magnitudo gallę cū aqua calida.et cōfert iterū ad febres frigidas melancholicas,et phlegmaticas. Cuius hęc est pmistio.Rec.cymini carmeni infusi in aceto vini die, et nocte,exsiccati, torrefacti,et foliorū rutę exsiccatorū in vmbra,et piperis,et zingiberis oīum an sextaria.v.baurach armeni pondus, dr.x. Aggrega has medicinas, tritas,cribellatas: et confice cū melle dispumato,et reponatur in vase, et administretur.

Diacyminum Gal. quod facit ad ventositates frigidas,et satietatem nauseatiuā,et resoluit ventositates,et confert ei,qui non digerit cibū. Cuius hæc est permistio. Rec.baurach medietatem partis, cymini carmeni infusi in aceto,torrefacti,piperis albi,et piperis longi,foliorū rutæ, omnium ana partem vnā. Et hoc quidē fit secun-

secundum duas descriptiones. quandoque.n. fit ex partibus æqualibus in omnibus suis com mistionibus s.cymini,piperis,& tritę baurach: & iste modus resoluit naturam valde.Et quan doque permiscetur de speciebus reliquis quan titas æqualis,et de baurach medietas huius quã titatis.Et eligitur de cymino,carmenum:& infunditur in aceto forti,deinde torrefit.Et sit piper album: & illud ideo, quoniã ipsum cõfortat stomachum plusquam duæ aliæ species,s.piper longum,& piper nigrum: & hoc est illud, quod non est paruũ,neq; contractum, & neq; est cortex eius grossus,imò est ex illo, quod dicitur grauis ponderis:& eligatur de eo magnũ, & sanum; Et baurach. Fiat ergo medicina ad illum, cuius natura retinetur cũ baurach dicto, nitrum naurnacon,& est rubeum.Et quum feceris ipsam ad illũ, cuius natura est soluta, administrabis baurach aliud. Et sit illud, quod de eo proiicies, medietas quantitatis vniuscuiusque medicinarum quas diximus.Et folia rutæ iterum. Sint ergo sicca cum mensura: & illud ideo, quoniam si exsiccentur vehementer,quũ sint calidæ complexionis, est calefactio eorum vltra mensuram, & si non exsiccantur vehemẽter, remanet in eis humiditas superflua,quę nõ cõsequitur vltimationem digestionis;quapropter non destruitur eius inflatio in aliquo. Et istæ quatuor species quandoque permiscentur cum melle dispumato,& quandoque non permiscentur cũ aliquo,& reseruantur per se absque melle. Quũ ergo ipsæ sunt necessariæ,proijciuntur in aqua hordei, aut in cibo alio conueniente. Et hęc medicina sumitur sola ante cibum,& post cibum. Et illa,quæ permiscetur cũ melle dispumato,est magis cõueniens in hac dispositione:& illud ideo,quoniam ipsa destruit inflammationẽ omnino. Et oportet iterum,vt sit mel bonum,quum nõ sit necessarium,vt sit hæc medicina nisi fortis in resoluendo uẽtositatẽ,& euacuet cum fortitudine. Et oportet, vt scias iterum,ꝙ quãdo uis, vt sit eius euacuatio plus,sit contritio medicinarũ non subtilis, sed grossa: & illud ideo,quoniã scio hominẽ, qui contriuit hanc medicinam contritione vltima,quoniam nõ sciuit illud, quod ego dixi; quare non resoluit naturã omnino, imò prouocauit fortiter,& venit ad nos mirans,& quærens de causa in hoc:& illud ideo;quoniam ipse existimabat,ꝙ in corpore illius viri esset proprietas, quæ esset causa in hoc, quòd accidit. Postquã ergo feci scire eũ, ꝙ causa in illo esset dispositio cõpositionis eis,tũc composuit eam secundo,sicut pręcepi ei,& cõpleta est eius ope ratio. Et oportet, vt seruetur hic determinatio in compositione reliquarum medicinarum.

Electuariũ ad subulitis. & est aggregationis, qđ est conueniens ad frigiditatẽ stomachi vehemẽtis frigoris:& eructuationem acetosam, & appetitum caninum et singultũ,qui fit ex repletione chymorũ grossorum, et phlegmaticorum,& febres antiquas, quæ sunt ꝑꝑ frigus, & malitiam digestionis. Cuius permistio hæc est. Recip.cymini infusi in aceto exsiccati sextaria. xv. piperis, & zingiberis, & rutæ siccæ, & baurach,omniũ an.dr.xx. Terantur,& conficiãtur cum melle dispumato,& administretur.

Electuariũ de calamẽtho fluuiali descriptione Gal.Rec.calamẽti fluuialis, & campestris, et petroselini,omnium an. dra.xij.zingiberis aur. vj.sem.apij,& capitum alhasce amborũ an.aur. iiij keisim aur.xvj piperis aure.xlviii.siseleos aure.v.Tere,& confice cum melle dispumato.

Electuarium de myrto, conferens ad solutionem naturæ,& vomitum phlegmatis, & humiditatis,& malitiã digestionis,quæ est ex stomacho.Cuius permistio hæc est.Recip.granorum myrti bonorũ siccorum heminã.j. mirobalanorum nigrorum,& bellicorum,& emblicorum,& talasfir omnium an.dr.xx. leucopiperis,& macropiperis,et zingiberis,omnium ana drac.x.masticis,& cordumeni & carui,& anisi, & cymini, & spicæ, & casiæ, & cardamomi, & costi, omnium ana dr.vj. nucis muscatæ,& se. apij,& ammeos omnium an.dr.v.folij Indi,et amomi, amborum an.dra.iiii. Tere,& confice cum melle dispumato & dosis sit,drach.j.

Electuarium sicut alcanzi est bonum. Cuius hæc est permistio.Recipe granorum myrti keiliati,drac.s.spicæ vnc.iii.nucis muschatæ cum cortice suo lib.s.gariophyllorum,& cardamomi, & anisi torrefacti, & sem. apij torrefacti,& vsneæ,omnium ana,vnc.ii.macis, vnc.j.s.casiæ, vnc.iiii.myrobalanorum kebulorum, & belliricorum,& emblicorum, omnium an. vnc.iii. macis.dr.j.s.bulliant medicinæ cum vino odorifero feruore vno, deinde exsiccentur, & bulliant ebullitionę cum aqua cydoniorum,& exsiccentur super frixorium calidum,& terãtur, et inuoluantur miua.Et sit dosis aure.ii. aut dr. iii.cum syrupo cydoniorum.

Electuarium Almutaguachil relatum Salomoni, quod confortat stomachum, et confert ad malitiã digestionis. Et est illud,quod in potu dabat Israhelita Mutaguachil, quoniam est bonum & expertum Cuius hæc est permistio. Recipe spicæ,& gariophyllorum,& cinnamomi,& nucis muschatæ,& cardamomi, & galiæ bonæ,omnium an.aure.i.piperis albi, & zingiberis,et castorei,omnium an.drac.ii.thuris albi masculi, aur.iiii. zuccari tabarzet quantũ sunt medicinæ:commisceantur medicinæ cum zuccaro, et conficiantur cum melle dispumato. Et dosis eius,aure.iii.

Diacyminum aliud, cõferens ad dolores vẽtris commotos à frigiditate,& ad febrem quartanã,& ad appetitum caninum,& febres phlegmaticas,et melancholicas, et ad phlegma plurimum,quod accidit senibus, et ad vehemẽtiam frigoris,qđ accidit in stomacho,& ad eructuationẽ acetosam,& ad sputum quod fit ex multitudine superfluitatum phlegmaticarũ. Cuius ꝑmistio. Rec.cymini infusi in aceto die,& nocte,torrefacti,& rutę siccę,et zingiberis,et piperis,omnium ana sextaria decem. et baurach armeni, dr.x.conficiãtur cum melle dispumato.

Electuarium diacyminum aliud.Recipe cymini recentis boni, vnc.vii. infundatur in aceto vini die & nocte: deinde extrahatur, & pijciatur super corium rubeum, & moueatur: & quando exsiccatur,torrefiat torrefactione leui cum igne, et piperis,vnc.iii.zingiberis fini.dr. iiii. baurach armeni.drach.ii. commisceantur, et conficiantur cum melle.

Diapereon faciẽs ad frigora,& humorẽ crudum, & dolorem ſtomachi, & malitiam digeſtionis,& ventoſitates groſſas,& eructationẽ acetoſam et appetitũ caninũ. Cuius permiſtio eſt.Vt ſumantur leucopiperis,& melanopiperis,& macropiperis,omnium ana.vnc.iii.Et in deſcriptione alia.vnc.ii.& xylobalſami,vnc.i.et amomi, & ſpicæ,amborũ an.dr.iiii.& zingiberis, & ſemin.apij,& ſiſeleos, & caſiæ,& aſſari,& enulæ,omnium an.dr.i.Tere,& cribella, & cõfice cum melle diſpumato. Doſis eius pondus. dr.iii.cum aqua tepida in ieiunio.

Electuarium alſendedicon valens ad dolorẽ ſtomachi, & hepatis frigidi,& debilis,generantis ventoſitates groſſas. Cuius permiſtio. Reci. zingiberis, & piperis , & ſpicæ odoriferæ, omnium an dr vj. maſticis,& ammeos, amborum an.pondus dr iiii. ſem.apii,& meu,& phu,omniũ an dr.v.cymini carmeni & caſię, & carpobalſami,& pyrethri.omniũ an.põdus.dr.ii.folij Indi põdus.dra.i. Aggrega has medicinas tritas,& cribellatas, & cõfice cũ melle diſpumato, & repone in vaſe,& vtere quum neceſſe fuerit.

Electuarium Alcanzi faciens ad ſolutionem ventris.& ad malitiam digeſtionis, & debilitatẽ ſtomachi,& frigus eius.Cuius hæc eſt permiſtio.Sumantur coſti,& cinnami,& ſpicę odoriferæ,& carpobalſami,& caſiæ, omniũ an.dra.x. nucis muſchatę v.numero, cardamomi, & gariophyllorum,& aniſi,& meliloti,&[a][caſię Indæ]oĩum an.põdus, dr.iiii.[b] † [ ]ariſtolochiæ,& vſneæ, amborũ an.dr.ii.cyperi,& zingiberis,amborum an. põdus ſextariorũ.x.calami aromatici,& piperis,et macropiperis, omnium an.pondus.dr.v.myrobalanorum nigrorum, enucleatorũ ſextaria.ii. bellirici enucleati.x.numero, granorum myrti katicius ſemis bonorum ſeburi. Aggrega has medicinas tritas, & cribellatas, & confice cum melle de arundinibus zuccari,& repone in vaſe,& vtere quũ neceſſe fuerit, poſt duos mẽſes.

a n.ſythragi Indi.
b † B. macis.dr. iii Beengi drac. viij.nagaſet. dr. iiii.

Deſcriptio electuarij alcanzi alia, conferens ad debilitatẽ hepatis,& ſtomachi, & frigus amborum, & ad ſolutionem ventris, & malitiam digeſtionis:& confert illis,ſuper quos timetur aqua citrina:& eſt bonũ ſpleni,prouocans vrinam . Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe coſti, & cinnamomi,& ſpicæ,& carpobalſami,& caſię, omnium an.dr.x. & de nucibus muſchatis nuces.v. et cardamomi, & gariophyll. & aniſi, et meliloti,et[c] [caſiæ,] & neremiſch, omniũ ana, vnc.iiii.macis,pondus,dr.iii.& burungi kebuli drac.viii.& reuſini,et ariſtolochiæ longę,et vſneæ, omnium an.pondus, drac.v.myrobalanorum,nigrorũ,et kebulorum an.ſextaria.ii.& de belliricis bellirici.x et granorũ myrti, quãtum eſt pondus medicinarum omnium. Terantur ſicut alcohol,& conficiantur cum melle tabarzet.Doſis eius ſicut galla cũ aqua frigida. Et in deſcriptione alia,zingiberis ſextaria decem.

c n. ſythragi.

Electuarium alkeſin dictum electuariũ ambræ.Et hoc electuario vſi fuerũt Reges Gręcię. Et hoc confert ad ægritudines frigoris,et propriè renum.et addit in deſiderio coitus: et valet ad paralyſim,et torturam,et tremorẽ,et pulſum cordis,et addit in recordatione et ſenſu,et exſiccat humiditatẽ ſtomachi,et facit digeſtionem eſſe bonam. et eſt ex eis, quæ conueniunt ſenibus.Cuius permiſtio hæc eſt.Rec.cardamomi maioris,et minoris.et macis,omnium ana põdus, drac.iiii.zingiberis,et macropiperis,amborũ ana ſextaria.ii. cinnamomi.dr.iiii. vſneæ pondus.dr.ii.cinnami pondus.dr.i.gariophyllorum,et croci omniũ an pondus.dra.x. nucis muſchatę pondus.dr.v.Et in quibuſdam deſcriptionibus nuces.v.ſpicæ odoriferę,& maſticis, et ambræ,omnium ana pondus. dr.ii.muſchi, pondus ,dr.i.ſem.hyuſquiami albi et opii, amborum,ana pondus, drac.i.olei balſami,põdus drac.vj.Aggrega has medicinas tritas,et cribellatas, et infunde opium in menſura ſacraiati.i. de vino bono, et confice cum melle diſpumato,et vtere poſt ſex menſes, et liquefac ambram cum oleo balſami, et adhibeatur de oleo alben quantitas , qua omnia inuoluantur.

Electuarium alſcehereben conferens ad frigus hepatis,et ſtomachi, et aquam citrinam, et choleram nigram,et eſt ſoluens vẽtrem. Cuius hæc eſt permiſtio.Sumãtur[d][caſiæ Indæ]et zingiberis, et piperis , et cinnami , et cardamomi minoris,et gariophyllorum,et pyrethri, et folij Indi, et amyli de tritico,et maſticis,et cardamomi maioris,et cinnamomi,et ſpicę, et caſię, et ſem.apij,et anethi,et ãmeos,et ſem.fœniculi, et aniſi omnium,an.dr.vj. epithymi Cretenſis, et turbit,amborum ana.dr.xii.ſcammoneæ,dr. x.zuccari tabarzet pondus,dr.xx.Aggrega has medicinas tritas , et cicotrigonitas , et confice cum melle tabarzet diſpumato, et vtere quum neceſſe fuerit .

d B.ſythragi Indi.

Electuarium diaphęnicon eſt electuariũ proprij iuuamenti in colica , et reſoluens eam, et confert ad humorem crudum,et frigora,et ad difficultatem vrinæ.Cuius hæc eſt permiſtio. Sumatur baurach armeni,cymini carmeni, et petroſelini,et zingiberis,et piperis albi,omniũ ana pondus.dr.xxii. ſcammoneæ pondus.dr.v. dactylorum heyron mundatorum ex nucleis, et amygdalarum excorticatarũ ex duabus corticibus,et foliorum rutæ, omnium an.pondus drac.x.Aggrega has medicinas omnes tritas, et cicotrigonizatas , et infunde dactylos in aceto vini die,et nocte, et tere bene,et permiſce cum medicinis, et confice cum melle diſpumato,et vtere quum neceſſe fuerit .

Diaphœnicon aliud. Rec. dactylorum heyron ablatis nucleis. c. numero , et infunde eos in aceto die,et nocte,et cõfrica manibus, et cola, et rutæ ſiccæ, et zingiberis, amborum an.dr. xiii. et piperis albi. xiij. numero,et baurach armeni pondus.dr.v.et de amygdalis excorticatis ex duobus corticibus.cl.numero, et ſcãmoneæ pondus drac.xv.et turbit pondus.dra.xx.Tere, et cribella , et commiſce cum melle.

Diaphœnicon aliud,quod cõfert ad febres, et alia , et potatur in æſtate, et hyeme, et ſoluit ſine inquietudine.Cuius hęc eſt pmiſtio.Reci. zingiberis, et piperis albi, amborum ana.vnc.i. ſcammoneę.vnc.ii.s.tamarindi heyrõ mundatorum ex nucleis,aut ſiren,et amygdalarũ dulcium excorticatarũ à duobus corticibus et foliorũ rutæ,omniũ ana vnc.iiij. Tere medicinas ſecundum ſingularitatem ſuã,et infunde dactylos in aceto vini,et terantur per ſe,et colentur, &

& terantur amygdalæ iterum per ſe,& miſceãtur omnia poſt illud,& conficiantur cum melle deſpumato & ſit doſis.drac. ii.

Electuarium cabroſius muſchatum, faciens ad ventoſitates,& hæmorrhoidas, & humorẽ crudum,& confortat ſtomachum, & adiuuat ad deſiderium coitus,& clarificat colorem, & calefacit renes,& confert ad ventoſitates matricis,& fluxum [e] † [ ] qui fit ex hæmorrhoidibus. Cuius hęc eſt permiſtio. Recipe myrobalanorum citrinorum, myrobala. Kebulorum,& [f] [caſiæ,]& ſeminis apij, omniũ ana. ʒ.vi.belliricorum, & emblicorum,& ammeos,& tuderi rubei,& albi,& macropiperis,& ſiſami excorticati,omnium ana pondus. ʒ.iiii. cinnami,& nucis muſchatæ, & zingiberis, & [g] [alfulfulimon.]omnium an. ʒ.viii.girbue,& coſti,& caſiæ,& gariophyllorum,& macis, & galangæ,& neremiſch,omnium ana. ʒ.vi. cyperi, pondus drac.x.& muſchi,pondus aur.ii.& ambræ aure.i.& ſcoriæ ferri nutritæ quantum eſt pondus medicinarum omnium, & butyri ſextaria.x.Conficiatur cum melle deſpumato. Et ſit doſis pondus. ʒ. ii. cum lacte vaccino concuſſo,ſublato butyro,aut cum vino paſſo bono duabus hebdomadis.

[e B.ſanguinis.]
[f B.ſythragi.]
[g B.alfulfulmũ]
[d B.ſythr... Indi.]

Electuarium de thure. Recipe thuris pondus ʒ.lx.piperis,& macropiperis,amborum an. ʒ.x. zuccari ʒ.lx.zingiberis,& galangę, amborum an. ʒ.xii.nucis muſchatæ,& gariophyl.& [h] [girbue,] omnium ana ʒ. v. muſchi boni ʒ.s. Teratur vnumquodq; eorum per ſe, & cribelletur, & conficiantur cum melle.

[h B.cardamomi minoris.]

Electuarium altaliſafar faciens ad frigus ſtomachi & ventoſitates groſſas in ſtomacho, & hepate.Cuius permiſtio.Recipe taliſafar pondus ʒ.v.zingiberis pondus.ʒ.xx. piperis põdus. ʒ.xii.heil,& cinnamomi, amborum ana pondus ʒ. vii. zuccari tabarzet lib. v. Aggrega has medicinas tritas,& cribellatas, repone in uaſe, & utere.

Electuarium Epiſcopi. Recipe ſcammoneæ Antiochenæ,& turbit concaui,albi, amborum ana aur.v.piperis,& cardamomi,amborum an. aure. iii.zingiberis,& cinnamomi,& emblicorũ,& gariophy. & polypodii,& nucis muſchatæ,omnium an.aure. ii.s. Et in deſcriptione alia,ſcammoneæ,& turbit, amborum an.aur.iii. Tere,& cicotrigoniza,& proiice ſuper ea lib.i. zuccari contriti, & confice cum melle. Cuius doſis integra ſit aure.iiii.

Tryphera de ſcoria ferri magna, faciens ad uentoſitates hęmorrhoidarum,& mollificationem veſicæ, & ſtomachi, & addit in deſiderio coitus,& calefacit ſtomachum. Cuius hæc eſt permiſtio. Sumantur myrobalanorum nigrorum,& bellıricorũ, & ſciremblegi ablatis, nucleis,& [i] [caſiæ Indę]et ſem.apii,& ammeos, & origani perſici,omnium an.vnc.i.ſpicæ odoriferæ,& amomi, & heil,et acori,omniũ an. vnc. iii.cinnamomi pondus ʒ.iiii.piperis,& macropiperis, & pyrethri, & ſalis Indi,omnium ana. unc.s ſalis ammoniaci,pondus ʒ.s.ſcoriæ ferri pondus. ʒ.iii. Aggrega has medicinas tritas, & cicotrigonizatas:& confice cũ melle deſpumato,et butyro vaccino quãtum ſufficit, et utere.

[i B.ſythragi Indi.]

Tryphera minor faciens ad mollificationẽ ſtomachi,& humiditatem eius, & uentoſitates hæmorrhoidarum,& colorem efficit bonum. Cuius hęc eſt permiſtio. Sumantur myrobalanorum Kebulorum,& ſciremblegi,et bellıricorum ablatis nucleis,omnium partes æquales,in uolue cum butyro vaccino,et confice cũ melle deſpumato,et repone in vaſe; & utere.

Electuarium anacardinũ, conueniens ad dolorẽ ſtomachi antiquũ et frigus, et obliuionẽ, & facit bonũ eſſe colorẽ, & ſubtiliat cogitationem,& ſenſum,et eſt electuariũ ſapientũ:et dicitur ꝙ eſt Salomonis.Cuius hęc eſt pmiſtio Recipe piperis,et macropiperis,myrobalanorũ nigrorũ,et belliricorũ et emblicorũ, et caſtorei, oĩum an.ʒ. iiii. coſti,et anacardi,et burungi,et zuccari tabarzet,et baccarũ lauri,oĩum an.ʒ.xii cyperi.ʒ.viii. Tere anacardos ſolos bene,et tere medicinas, & cribella,et bulli butyrũ uaccinũ, & mel cũ æqualitate, et proiice ſup ea medicinas,et coagula,et utere poſt ſex mẽſes. Doſis eius.ʒ.ii.cũ aqua decoctionis apii,et fęniculi. Et ſeruet ſe a labore,et anguſtia,et ira,et uino plurimo,et coitu,et comedat ius isfidabegi ſubtile.

Electuarium alfangus, quod eſt iuuatiuũ ad mollificationem ſtomachi, et uentoſitates hæmorrhoidarum,et corruptionem complexionis,& fœditatem coloris,et addit in coitu. Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe myrobalanorum belliricorum,& ſciremblegi ablatis nucleis, & piperis,& macropiperis, et zingiberis, et cyperi [k] [caſiæ Indæ,]& ſpicæ,omnium an.ʒ.x.ſeminis anethi,et ſem.porri,amborum, an.pondus ʒ.iii.ſcoriæ ferri tritæ infuſæ ĩ aceto vini.xiiii. diebus, exſiccatæ, torrefactæ.ʒ.c. Aggrega has medicinas tritas,et cicotrigonizatas, & cõfice cũ melle deſpumato,et butyro uaccino, quantum neceſſe eſt,& repone in uaſe, & utere poſt ſex menſes. Et ſit doſis eius pondus.ʒ.ii.& ponantur in eo iterum de muſcho. ʒ.ii.

[k B.ſythragi Indi.]

Fangius aliud cum muſcho etiam,quod confortat ſtomachum,et calefacit ipſum,et cõfert ad hæmorrhoidas,et addit in coitu,et eſt expertum.Cuius hęc eſt permiſtio. Recipe myrobalanorũ kebulorum,et belliricorum,et emblicorũ,et piperis,et macropiperis,et zingib.et cymini,et ſem.anethi, et ſem.apii,et ſeminis porri, & ſem.erucæ, et ſem.[l] [napi] & ſem. bauciæ,& affeniati,& roſarum rubearum,et caſiæ,et cyperi,& cinnamomi,et gariophyllorum, et nucis muſchatæ,omnium an.ʒ.i.macis,et heil,et cardamomi,& galię,et xyloaloes crudi,et muſchi, omnium an.ʒ.ii.granorum naſturtii albi. unc. iii. ſcoriæ ferri quantum ſunt medicinæ,teratur,et conficiatur cum melle deſpumato.

[l B.rapæ.]

Fangius aliud Recipe [m] [caſię Indę,et zarub, et taliſafar]et heil,et myrobalanorũ nigrorũ,et bellıricorum,et myrobalanorũ citrinorũ,et gariophyllorũ,et carpobalſami, et granorũ almahaleb,oĩum an.aur.vi.mentæ,et [n] [teleniati,]zedoariæ,et doronici,et piperis longi,et emblicorũ,oĩum an.aur.iiii.cinnamomi,et cinnami,et ſpicę, et nucis muſchatę,et coſti,et zingiberis, et ſulfulimon,omniũ an.aur.viii. cyperi aur.x. zuccari aur.xvi.ſcoriæ ferri [o] [heminam.i.]muſchi. ʒ.i.conficiatur cum melle deſpumato.

[m B. ſytkragi Indi & zarneb & thaliſeſar.]
[n B.alfelangie.]
[o B.aure.iii.]

Ars ſcoriæ decoctæ,quæ confert ad frigora, & dolorem dorſi,et corruptionem menſtruorum,

rum,& hæmorrhoidarum,& clarificat colorē,
& facit appetere cibum,& destruit humorē cru
dū, & infrigidationes, & confortat stomachū
& matrices, & vesicam. Cuius hæc est permi-
stio. Recipe seminis apij,& seminis fęniculi,&
anisi,& petroselini,& dauci,& seminis baucię,
& seminis porri, & seminis cępę, & seminis p
[napi,] et seminis raphani,et seminis q[alratab,]
& ammeos, & seminis urticæ,& granorū uiri-
diū,& aniuden,& seminis anethi, et piperis,&
seminis lini,& cymini,& coriādri oīum an.pō
dus.ʒ.iii.& zedoariæ,& doronici, & been albi,
& rubei, & tuderi rubei, & albi, & nucis mu-
schatæ, & macis,& cinnamomi,& galangæ,&
zingiberis,& piperis,& cyperi,& spicæ,et sisim
brij,omnium an.ʒ.iiii.et myrobalanorum belli
ricorum,& emblicorum,& r [gest]glandiū, &
corticū radicis capparis,omnium an. ʒ. decē s
[casiæ[& usnçæ,et assari,& blattæ bizantiæ,et ca
lami aromatici,et lingue auis et neremiscK p-
sici,t † [ ]& cardamomi, et u [gir
boe,]& sandali,et cinnami,et nucis muschatę,
omnium an.ʒ.v.& nucis enden,& nasturtij & x
[Keiati,]& rosarum siccarum,& marmacor, et
corticum thuris,& mentæ,et calamenthi, om-
niū an.ʒ.vij. & scoriæ alhassari calefactæ et ex-
tinctæ in uino odorifero multoties secundū
mensuram medicinarum omnium. Decoqua-
tur cum vino pontico,donec ingrossetur,et au
feratur ab igne,& coletur.Et detur de eo in po-
tu quantitas. ʒ.i in ieiunio dum est tepidum, et
comedat post medium diem isfidabegiati cum
carne caprina,& bibat uinum purum, hebdo-
mada una,aut duabus hebdomadis.

p B. rapæ.
q B. alrathbe.
r B. gief.
s B. sythargia.
t †B & cymini
u B. chayrbue,
x B Kie.

Descriptio alia de scoria ferri, & conueniēs
ad frigus stomachi, & hæmorrhoidas. Cuius
permistio.Recipe myrobalanorum Kebulorū,
& belliricorum,et emblicorum, et radicum li-
lij,et zingiberis,et xyloaloes crudi, et nucis mu
schatæ,& galiæ,et rosarum,et spicæ,et squinan
thi,et masticis,omnium ana.ʒ.x.muschi.ʒ.i. li-
maturæ acuum infusæ in uino odorifero septē
diebus,et sumatur,et teratur,& torrefiat super
frixorium ferri,& misceatur cum medicinis,et
inuoluatur oleo de amygdalis dulcibus,et con
ficiatur cum melle despumato. Cuius dosis sit
aureorum duorum cum vino odorifero.

Descriptio alia de scoria ferri,conueniēs ad
debilitatē stomachi calidi. Quæ recipit myro-
balanorum Kebulorum,et belliricorum, et em
blicorum,& radicum lilii,et rosarum rubearū,
et squinanthi,omnium an.ʒ.x.scoriæ ferri quā
tum omnes medicinæ. Infundatur scoria se-
ptē diebus in aceto,et coletur ab eo,et frigatur
super frixorium, et conficiatur cum melle ta-
barzet. Et sit dosis.ii.ʒ.s.cum syrupo de malis.

Scoria ferri decocta, conueniens ad debili-
tatem stomachi, et caliditatem complexionis.
Cuius commistio hæc est. Recipe scoriæ ferri
de bassari,& myrobalanorum nigrorum,et bel
liricorum,et emblicorum,et rosarum et balau
stiarum,et squinanthi, omnium partes æqua-
les:bulliant cum uino,et dentur in potu de eo.
unc.iii.

Electuarium dyacitoniten, retinens naturā
ex solutione uentris et debilitate stomachi, &
uomitu,& malitia digestionis,& facit colorem
esse bonum.Cuius hęc est permistio.Sumantur
cydoniorum excorticatorum mundatis inte-
rioribus,et mellis despumati,amborum an.lib.
ij.piperis, et macropiperis, et zingiberis,om-
nium an. ʒ.v.heil pondus.ʒ.viii.cardamomi,et
gariophyllorū,et spicæ odoriferæ, et cinnamo
mi,et croci,omnium an.pondus ʒ. ii. Aggrega
has medicinas tritas, et cribellatas: & sume cy-
donia, et decoque cum aceto uini boni. Et de
medicinis sunt quidam qui decoquunt ea cū
uino:& ipsū est radix: deinde remoue ab igne,
et cola,et dimitte donec currat ab eis aquositas
humiditatis,et tere bene,et sume mel, et cōmi-
sce cum eis,et decoque cum igne leui,et moue
paulatim donec ferè coaguletur:& cōmoue do
nec æquentur,et destruatur aquositas cydonio
rum ab eis:deinde remoue ab igne,& pulueri-
za super ea medicinas, et concute donec æquē
tur:& proijce super tabulam marmoris,aut mē
sam planam inunctam oleo rosaceo, aut oleo
sisamino,et dilata super eam dilatatione æqua
li,et dimitte duobus diebus,aut tribus,donec ex
siccetur,et induretur:et incide cum cultello in
frusta quadrata, et sit frustum pondus aur.iiii.
et ponatur gradatim in foliis citri, et ligetur,
et reponatur, et administretur quum necesse
fuerit.Et de medicinis sunt quidam,qui ponūt
in ipso pondus drach.ii.muschi.

Electuarium diacytoniten solutiuum uen-
tris,quod confert ad colicam,et exsiccat super
fluitates corporis. Recipe cydoniorum excor-
ticatorum mundatis interioribus,lib.i.& mel-
lis despumati lib.ii.zingiberis,& macropiperis,
amborum an.ʒ. iiii. cinnamomi pondus ʒ.iii.
heil, et cardamomi, et croci, omnium ana. ʒ.
iii. masticis pondus drac.v.scammoneæ pōdus
drac.x. turbit albi pondus drach. xxx. Aggrega
has medicinas tritas, et cribellatas, et decoque
cydonia cum vino,& fac de eo sicut factum est
de diacytoniten retentiuo: & præparetur sicut
est illius præparatio,et reponatur in uase,& ad
ministretur.Cuius dosis sit aure.iiii. cum aqua
calida.

Descriptio alia diacytoniten laxatiui. Suma
tur cydonium boni odoris, & induatur super
ipsum deforis fermentum, et assetur: et suma-
tur de carne eius. ʒ. iiii.piperis, & zingiberis.
Amborum an.ʒ.ii.scammoneæ pondus.ʒ.i te-
ratur & conficiatur cum melle. Cuius dosis sit
pondus drac.i.cum uino.

Electuarium diacytoniten factum cum suc-
co cydoniorum,quod confert ad destructionē
appetitus, & ad eum qui non digerit cibū suū,
faciens ad illum,cuius hepar est debile, & strin
git stomachum. Sumantur cydonia magna mū
data intus & foris,et terantur, et exprimantur,
et sumantur de aqua eorum kist. ii. romani, et
misceatur cum ea mellis despumati, quantum
ipsa est,et aceti de uino Kist. i. s. & decoquatur
super ignē leuem,et auferatur spuma eius,et su
mātur zingiberis vnc.iii.piperis albi unc.ii. te-
rātur,et proijciātur desuper,et coaguletur sicut
conueniens est electuario. Hoc namque cōfert
ei,cuius hepar est debile. & oportet ut sumatur
secundum plurimum ante cibum duabus ho-
ris,aut tribus.Et non nocet si accipiatur post ci
bū.Quòd si tu feceris hanc medicinam ei, in cu
ius

ius stomacho est caliditas, aut in cuius stomacho est cholera, aut quocunque modo sit, oportet ut proijcias ab ea piper, & zingiber, & administres aquam cydoniorum & mel, & acetum tantum, secundum quantitatem mensuræ quã diximus. Et si feceris eam illis, quorum complexiones sunt mediæ, ita vt nõ aggregetur in eis superfluitas choleræ, neque superfluitas phlegmatis, proijce in eam medietatem quantitatis quam diximus de zingibere, & pipere. s. ut proijcias in ea piperis unc. i. & zingiberis. unc. i. s. Et si feceris eam illis, in quorum stomachis aggregatur phlegma, pone duplum quantitatis, quã diximus, pones. n. in ea zingiberis. unc. vi. et piperis. unc. iiii. Cuius dosis sit. unc. i. s.

Electuarium dyacitoniten, quod facit appetere cibum, & confortat stomachum. Sumantur succi cydoniorum lib. iii. mellis lib. iij. decoquantur super prunas, & auferatur spuma eius, & sumantur zingiberis. drac. v. piperis albi, & nigri, & macropiperis an. drac. iii. cinnamomi. drac. ii. xyloaloes crudi. drac. iii. Terantur & cõmisceantur cum melle, & aqua cydoniorum, et aceto: & coquatur donec coaguletur. Cuius dosis sit cochlearium vnum ante cibum, & expectet super ipsum duabus horis.

Electuarium Indum faciens ad colicam, & dolorem iuncturarum, & podagram, & dolorem dorsi. Cuius hæc est permistio. Recipe scãmoneæ aure. x. [y] [girboe,] & cardamomi, & zingiberis, & cinnamomi, et cinnami, & neremisch, & gariophyllorum, & piperis, omnium an. aure. v. & turbit aure. c. zuccari, aure. c. Tere has medicinas simul, & cribella, & confice cum melle.

Electuarium Regum & est medicina anni quæ sumitur anno integro omni die. Eius igitur acceptio rectificat suscipientem se usque ad finem uitæ suæ præcepto dei, & qui assiduat ipsam, non videt ægritudinem in corpore suo quę non sanetur, & neque canescit, nisi quantum factus est canus ante eius acceptionẽ. Et est medicina regum, qui secundum quod narratur, cum ea medicati fuerunt, valens ad [z] [fistulas] nigras, & albas, & rubeas, & ad cursum cholericum & frigora, & pulsationem cordis, & iuncturarum. & abstergit uisum, & colorem, & multiplicat coitum, & non est ei malitia, & non abstinet super eam utens ea. Cuius permistio est hæc. Sumantur myrobalanorum nigrorum, & belliricorum, & emblicorum, omniũ ana aure. vj. nigellæ aure. xxxiiii. leucopiperis, et ammoniaci, et macropiperis, & zingiberis, & [a] [fulfulminue,] omnium ana aure ii. cubebe, et anacardi, amborum ana aure. vj. Tere unumquodque per se, & cribella, ita ut nihil remaneat, & proueniat secundum suam diuisionem, & qđ narrauimus de ponderibus. per misce ergo ea, deinde accipe. aur. dc. penidiorũ [b] [sahaKir,] & pone in patella, aut uase mundo æreo, & accende sub eo ignem leuem, et aspergе super ipsas aliquid aquæ, ita ut liquefiant penidij. Quum ergo liquefacti sunt & bulliunt, tunc proijce super eos hæc commista, & moue ea tandiu, donec optime commisceantur, & aufer ea ab igne, et dimitte ea donec tepescant, deinde fac de eis formas auellanis simi-

y b. uncis mustarg.

z B.allacas.

a B.sulfulmum.

b B.sacchari.

les, quarum unaquæquæ sit aure. ii. & quarta: et inunge manum tuam oleo, aut butyro vaccino. Deinde bibe de eo omni die formam unã similem auellanæ cum aqua frigida. Et ipsum est dominus medicinarum.

Electuarium musuachoien, faciens ad podagram, et dolorem dorsi, et omnes ęgritudines frigidas. Cuius hæc est permistio. Recipe scammoneæ, et cinnamomi, et casiæ, et 10 zingiberis, omnium ana. drach. viii. piperis. drach. vi. cardamomi, et gariophyllorum, et seminis apii, et ammeos, omnium ana. drach. ii. s. musuachoien. drach. iii. Tere et confice cum melle. Cuius dosis sit. drac. iiii. aut. drac. ii. cum aqua tepida.

Electuarium de sisamo. Recipe sisami excorticati, et cymini carmeni, et zingiberis, omniũ ana. drac. x. macropiperis, et piperis, amborum ana pondus. drac. v. cinnamomi pondus. drac. 20 ii. cardamomi, et heil, amborum an. drac. iii. et zuccari tabarzet. drac. lx. Aggrega has medicinas tritas et repone in uase, et utere.

Electuarium de granis uiridibus, quod facit ad hæmorrhoidas, et frigus stomachi, et malitiam digestionis, et solutionem uẽtris. Cuius permistio. Recipe granorum viridium, et mellis anacardi, et sisami excorticati, omnium ana. sextaria. vi. zuccari tabarzet sextaria. xxiiii. myrobalanorum Kebulorum, et belliricorum, et 30 emblicorum ablatis nucleis, et zingiberis, et macropiperis, et burungi, et folii Indi, et [c] [casiæ,] omnium ana. pondus. drach. iiii. piperis, et sampsuci, et casiæ, ana pondus. drach ii. confice has medicinas cum melle despumato, et butyro vaccino, et utere post sex menses. Dosis eius pondus. drach ii. cum lacte vaccino concusso. In cibo autem sit rizi decoctum cum lacte, dum perseuerat accipiens ipsum.

40 Electuarium de aniuden, faciens ad inflationem uentris, et stomachi, et rugitum, et uentositatem grossam. Cuius hęc est permistio. Sumantur piperis, et sem. apii, amborum ana. drach. xii. aniuden nigri pondus. drach. xiiii. petroselini, et chelidoniæ, et calamenthi, et hasce, et siseleos, omnium ana. drach viii Keisim. drach. xiii. Aggrega has medicinas tritas, et cicotrigonizatas, et confice cum melle despumato, et repone in uase, et utere quum ne- 50 cesse fuerit.

Descriptio alia de aniuden, faciens ad [d] [magnitudinem] hepatis, et frigus eius, et aquam citrinam, et frigus stomachi, et renum. Recipe aniuden nigri pondus. drac. x. seminis erucæ, et sem. porri, omnium an. pondus. drac. vi. zingiberis, et belliricorum, et emblicorum ablatis nucleis, omnium an. põdus. drac. vij. ammeos, et seminis apij, et anisi, et cardamomi minoris, et cymini carmeni, et cinnamomi, omnium 60 ana pondus. drac. v. myrobalanorum nigrorũ sublatis nucleis pondus. drach. vii. cinnamomi pondus. drac. i. piperis, et macropiperis, amborum an. pondus. drac. iii. spicæ odoriferæ pondus. drac. ii. penidiorum alborum pondus. ʒ. xx. Aggrega has medicinas tritas, et confice cũ melle despumato, et repone in uase, et utere quum necesse fuerit. Dosis eius pondus drach. ii. cum aqua anisi, et masticis, et spicę.

c B.sythragi.

d B.duritiem.

Electuarium de camphora, valens ad debilitatem ſtomachi,& hepatis, & fugat uentoſitates groſſas, & adiuuat ad digeſtionem. Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe camphoræ,& croci, & xyloaloes,& cardamomi,& [e] [girboe,]& cubebe,& keſim,& cinnami,& gariophyllorum, & vſnee,& ſpicæ,& macis,& ſandali albi,& macropiperis,& cinnamomi, & [f] [caſiæ,]& neremiſch,& ſecacul,& galangæ, & nucis muſchatæ,& zingiberis,& cyperi,& [g][fulfulmina,]omnium partes æquales zuccari quantum eſt pondus medicinarum omnium.

e B.chairbue.
f B.ſythragi.
g B.fulfulmum

Electuarium de camphora deſcriptione alia, faciens ad malitiam digeſtionis,& debilitatem ſtomachi, & phlegma groſſum. Cuius hęc eſt permiſtio. Recipe piperis,& nucis muſchatæ,& zingiberis, & gariophyllorum, & macis, & cinnamomi, & cinnami, & pyrethri, & [h] [fulfulminue,] & gariophyllorum hortulanorum, & camphoræ, & croci, omnium ana pondus. drach. ii. Tere has medicinas tritas & cribellatas, & confice cum melle deſpumato, & repone in vaſe, & utere quum neceſſe fuerit.

h B.fulfulmum.

Electuarium de cāphora fortius primo. Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe zingiberis,& piperis,& macropiperis,& cinnamomi,& cinnami, & folij Indi, & ſpicæ odoriferæ, & [i] [caſiæ Indæ,] & nucis muſchatæ, & ſandali citrini,& carpobalſami, & cardamomi,& macis,& gariophyllorum, & pyrethri & taliſafar,& cyperi,& ſpodii,& xyloaloes Indi,puri,omnium ana pondus.vnc.s.camphoræ, & muſchi,amborum ana drac.ii. zuccari tabarzet.unc.x.s. Conficiantur cum melle deſpumato, & reponatur in vaſe, & adminiſtretur quum neceſſe fuerit.

i B. ſythragi Indi.

Electuarium de xyloaloe quod cōfortat ſtomachum, & calefacit eum abſque ſuperfluitate,& digerit cibum, & exſiccat phlegma. Cuius permiſtio hæc eſt. Recipe ſpicæ odoriferę, & ſpicæ romanæ,& ſem.apii,& aniſi, & maſticis,omnium an.drac.i.xyloaloes.drac.iii.gariophyllorum.drac.ii.macis.drac.ii.s.cinnami, & galiæ,amborum an.drach.ii. myrobalanorum Kebulorum infuſorum in vino & torrefactorum,& felenginisK amborum an.drac.ii.s.nucis muſchatæ.drac.i.s marmacor.drac.iii.roſarum,& calami aromatici amborum an.ʒ.ii.cōficiantur cum miua. Doſis eius. aure.ii.

Electuarium de cinnamomo ualens ad debilitatem hepatis,& ſtomachi,et renum,& mūdificat humores groſſos,& fugat uentoſitates. Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe cinnamomi,et xyloaloes,& enulæ,omnium an.ʒ.vi.gariophyllorum,& piperis nigri,& macropiperis,& ſpicę, & aſſari,omnium an.pōdus.ʒ.v.zingiberis vnc. i.mentæ.ʒ.viii. [k] [girboe,& cinnami,]amborū an.ʒ.ii. [l] [Keiati]& aniſi,& ſem.fęniculi, et caſiæ,omnium an.pondus. drac. iii.conficiantur cum melle deſpumato,et adminiſtretur.

K B. nucis muſchatæ & cinnamomi.
l B.chie.

Electuarium Indum faciens ad colicam & frigus ſtomachi, & dolorem iuncturarum, et podagram. Cuius permiſtio hæc eſt. Recipe [m] [caſię,]& folij Indi,amborum an.pondus drac. iiii. [n] [nucis muſchatæ,]& ammeos,amborum, ana ſextaria.ii.piperis,& macropiperis, amborum,ana ſextaria.v.zingiberis ſextaria.v.myrobalanorum nigrorum ſextaria.xxx. neremiſch ſextaria.ii.gariophyllorum. ʒ.v.nucis muſchatæ,ſextaria.ii.macis.ʒ.iiii.penidiorū ſextaria. x. Sumantur de puluere eius quum neceſſe fuerit,drac.ii.cum uino antiquo.

m B.ſythragi Indi.
n B. chayrbue.

Electuarium de zingibere conferens ad debilitatem ſtomachi & inteſtinorum, & digerit cibum,& fugat uentoſitates, & ualet ad cholericam paſſionem,& retinet uentrem. Cuius permiſtio hæc eſt. Recipe zingiberis.ʒ.xx.gummi arabici,& [o] [girboe,]amborum an.pondus.ʒ.x. gariophyllorum,& cinnamomi, omnium an. ʒ.v.de nucibus muſchatis nux.ʒ.i.croci pōdus. ʒ.i.amyli.ʒ.xlij.zuccari tabarzet.lib.i.

o B. chay...

Electuarium de muſcho, conferens ad debilitatem ſtomachi,& inflationem eius, & uentoſitates hæmorrhoidarum, et pulſum oris ſtomachi. Cuius hęc eſt permiſtio. Recipe muſchi aure.i.s. [p] [girboc,]& cardamomi,et gariophyllorum,et zingiberis,et macropiperis,omnium an.pondus.drac.x.cinnamomi,pondus. drach. iii.xyloaloes Indi.unc.i.croci.drach. ii.zuccari quantum pondus medicinarum omnium: deinde conficiantur cum melle.

p B.nu... chatæ.

Electuarium de citro, quod fugat uentoſitates,et digerit cibum, et odorem oris efficit bonum. Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe corticū citri,citrinorum ſiccorum pondus.dra.xxx.gariophyllorum,et nucis,muſchatæ,et macropiperis,et piperis,et [q] [girboc,]et cinnamomi, et galangę,et zingiberis, omnium ana pondus.ʒ. i.et muſchi pondus ſextæ et s.drac. i. conficiatur cum melle,et adminiſtretur.

q B.chayrbue.

Electuarium Cæſaris conferens ad colicam, et frigora,et humorem crudum, et extrahit ſuperfluitates groſſas uiſcoſas, et ualet ad podagram. Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe macropiperis,zingiberis,et myrobalanorum citrinorum,et ſcammoneæ,et turbit, omnium ana.ʒ. xii.ſeminis apii,et ammeos,et pyrethri, et ſalis tabarzet,omnium an.drac.vi.zuccari. drac.xvi. conficiantur cum melle,et adminiſtretur.

Electuarium de ſtinco addens in coitu: Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe ſem aſparagi, et ſem.cæpę,et ſem. [r] [napi] et ſem. [s] [alrotab,]et ſeminis porri,et ſeminis baucię, et ſeminis erucæ,et ſem.urticæ,et granorum uiridium,et linguæ auis,et ſiſami excorticati,et ſeminis raphani,et tuderi utriuſque,et amygdalarum, et pineæ,et granorum naſturtii,omnium ana. ʒ.iii. zingiberis,et ſecacul,et galangæ, et macropiperis,omnium an.pondus.ʒ.v.cinnamomi,et nucis muſchatæ,et been utriuſque, omnium ana. ʒ.ii.ſeminis ſtinci.ʒ.v.ſquillę aſſatę pondus. ʒ. iii.penidiorum quantum pondus harum omnium medicinarum. Tere et cribella et confice cum melle deſpumato. Doſis eius pondus. ʒ. ii.cum triplicato,aut cum lacte dulci, aut cum aqua mellis in ieiunio.

r B.rapæ.
s B. alraub...

Electuarium aliud conferens ad pulſum cordis,et confortat ſtomachum,et digerit cibum, et ſoluit uentrem. Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe myrobalanorum Kebulorum.drac. xv.taliſafar.drach.v.zedoariæ, et doronici,et caſiæ, omnium an.drac.iii. turbit.drach.xx.ſcammoneæ.drac iii.penidiorum. drac. xx. conficiatur cum melle. Doſis eius.drac.iii.

Electuarium expertum nostrum. Recipe xyloaloes.drac.iij camphorę quartam drac.i.muschi.drac.iij.macis,neremisch, cyperi,felengemisK,zurumbet,zedoariæ, omnium ana aure. i.cinnamomi,& masticis,zingiberis,piperis, & gariophyllorum,omnium an·drac.ii.buglossę. drac.quinque,seminis fęniculi,& seminis apij & acori,& spicæ,omnium ana.drac.iii.Aggregetur cum melle.

Tryphera maior, quæ facit ad mollificationem stomachi, & ventositates hæmorrhoidarum intrinsecarum, & addit in coitu. Cuius hæc est permistio.Recipe myrobalanorum nigrorum,& belliricorũ,& emblicorum, & macropiperis,& piperis, omnium ana partes tres, zingiberis,& buzeiden,& [t] [scirembleg, & casiæ Indæ.] Et in descriptione alia, macis,omnium ana pars i.tuderi albi, & tuderi rubei, & linguæ auis,& seminis granati syluestris, & est assechedenegi,& granorum alKilKil, & est persici darsisahan,& sisami excorticati, & zuccari tabarzet,omnium ana partes duas,been albi,& rubei amborum ana pars,s.Tere sicca per se,& sisamum per se,& inuolue cum butyro,& confice cum melle despumato.

t B. sirambleg & sythragi Indi

Electuarium de xyloaloe nostrum. Recipe heil,& zingiberis,& cinnami,& casiæ,& croci, & piperis,& felengenisch,et zedoariæ, omniũ an.drac.v. cyperi [u] [zarub,] folij Indi,& gariophyllorum,omnium an. drac.iii.xyloaloes crudi pondus.drac.vii.ambræ aur.i. lapidis lazuli, & camphoræ an.tertia.drac.i.turbit drach.iiii. salis Indi pōdus.ʒ.i.conterantur omnia, & fiat ex eis electuarium cum melle aut zuccaro.

u B.& zarneb.

TRACTATVS IIII.

De suffufet,& alchamaia, & muret infantium.

NOS non afferemus de suffufet nisi simile illi, quod attulimus de electuarijs,& postponemus reliquum usque ad locum suum.

Miclete cònferens ad tenasmonem & punctionem,& solutionem ventris,& hæmorrhoidas.Cujus hæc est permistio.Recipe granorum nasturtij torrefactorum lib.i.s. cymini carmeni infusi in aceto die & nocte,& sem.porri torrefacti,amborum an.sextaria.x.seminis lini torrefacti unc.iiii.[a] [Keiat i.] unc.i.myrobalanorum kebulorum molitorum cum butyro uaccino.unc. iii. Dosis eius.drac.i. cum rob de cydoniis,& aqua frigida.

SVffuf conferens ad uẽtositates hæmorrhoidarum,& solutionem uentris,& tenasmonem,& puncturam, Recipe granorum nasturtij torrefactorũ lib. i.seminis lini torrefacti, et psyllii,oĩum an.pōdus.ʒ.iii sem.apii torrefacti, & boli armeni & seminum maru, omniũ ana pondus.drac.ii.s.gummi arabici drac. i.

SVffuf,quod nominatur Kesile,[b] [retinens uentrem.] Cuius hæc est permistio. Recipe Kesilæ, & [c] [granorum] ellebori albi, & zedoariæ, & nucis endem, & dragacāthi,& mugath, & lycij ; & auellanarum , & fisticorum , omnium ana partem i. & amygdalarum dulcium excorticatarum ex cortice suo,pondus. drac.x.

b B.bobificans colorem.
c —— B.

& farinæ adarmachæ.unc.xx. permisceatur,& administretur.

SVffuf hobede,quod confert pręgnantibus, & fugat uentositates,& confortat hepar,& stomachum. Recipe margaritarum paruarum, & pyrethri,omnium an.drac.i.zingiberis, & [d] [visci] romani,amborum an.pondus. drac. iiii. zedoariæ,& doronici,& seminis apii:& acori [e] [& girboe,] & nucis muschatæ, & piperis, & cinnamomi,omnium ana aure.ii. & tuderungi, & seminis fœniculi, omnium an. aure. i. zuccari quantum pondus medicinarum omnium.

d B. glutinis.
e —— B.

SVffuf hobede,quod confert ad extenuationem & hepatis & mollificationem stomachi,& humiditatem eius.Recipe laccæ [f] [lignorum,] & granorum myrti ,& glandium siccarum,& zuccari tabarzet, & masticis,& corticũ granatorum,et gallarum,omnium an. partem unam,olibani,& zingiberis, amborũ an. quartam partis, misceantur post cicotrigonizationem,et sumatur puluis eius mane, et quum est hora dormiendi, ab aure.i.usque ad ii.hebdomada una:et non gustet carnem.

f B. Alia litera absque lignis.

SVffuf,quod facit ad caliditatem in corpore et febrem,et erysipelam,et alsahara,et sternutationem, et retentionem linguæ, et birsen, et fricatur cũ eo lingua. Cuius hæc est permistio. Recipe muschi pondus tertiæ.ʒ.i.galię et lycii, amborum an.ʒ.i.camphoræ ʒ.i. et tertiam.ʒ.i. croci pondus.ʒ.ii.cardamomi,et gariophyllorum.et nucis muschatæ, omnium an. pondus aur.iiii.rosarum rubearum, et balaustiarum, et spodii,omnium an.aure.vi.zuccari tabarzet albi.ʒ.lx.commisceantur medicinæ, istæ post cicotrigonizationem. Et si dominans fuerit super ipsum caliditas, extrahatur ex eo quo medicatur,nux muschata,et est iuuatiuum. Dosis eius magno sit medietas aurei, et paruo quod est a duobus granis vsque ad siliquam unam.

KAmiati melonis longi,quod est ad stomachum mollem,et retinet uẽtrem ex dominio mollificationis stomachi,et confortat animã debilem.Cuius hęc est permistio. Sumatur melon longus, et extrahatur quod est in cõcauitate eius de granis,et aliis, deinde impleatur sauich de nabac, et sauich de bdellio, et hypoquistidos,et glutino medenio trito,et rizi torrefacto, acceptis æquali mensura:et dimittatur donec melonis humiditas exsiccetur.deinde extrahatur quod intus est,et exsiccetur,et teratur, et sumatur de eo uola magna i.quantitas, quæ sit.drac.iiii.est enim bonum et expertum.

SVffuf, quod fit pueris, quibus dominatur humiditas.Sumantur myrobal. nigrorum, et cymini carmeni, amborum an.ʒ.v.masticis. ʒ.xx.zingiberis.ʒ.ii. Teratur unumquodq; eorum per se,et cribelletur:deinde fiat eorum permistio,et inuoluatur in æstate cum oleo sisamino,et in hyeme oleo oliuę,et zuccarum eius in æstate tabarzet,et extrahatur ex eo zingiber. Et hoc quidem non conuenit nisi illis pueris, in quibus dominatur humiditas.

SVffuf,Aristotelis,quod ipse scripsit Alexandro,ad † diariam,et corruptionem stomachi,et citrinitatem coloris,et fœtorem oris, et obliuionem, et digerit, et lætificat. Cuius hæc

† diarrhœam.

est permistio. Sumatur cinnami, & folij Indi, & heil,& xyloaloes Indi,& asari, & g [Keiati] & myrobalanorum Kebulorum enucleatorũ, & meliloti & h existimo ipsum esse] telegenisK, & neremisch,& narkeisar,& cymini,& cinnamomi,& vsneæ,& piperis,& macropiperis, & zingiberis & gariophyllorum,& granorũ granatorum, & nucis muschatæ, & cardamomi, omnium an.partes.ii.muschi,& ambræ,& camphoræ,omnium an.pars.i.zuccari tabarzet sexcuplum medicinæ totius. Dosis eius, quod est inter pondus.drac.i.usque ad drac. iii.cũ aqua frigida in ieiunio, & post cibum est magni iuuamenti in eo quod narraui.

g B. kie.

h—B.

SVffuf albarmak quod est iuuatiuum ad uermes,& debilitatem stomachi.Cuius hæc est permistio. Recipe myrobal.Kebulorum,& emblicorum,& citrinorum, omnium an.partem unam, & medullæ turbit quantum illud totũ, & penidiorum tabarzet duplum illius totius. Dosis eius.drac.x.

SVffuf de squilla,quod est i [viur]puerorum, expertum,faciens ambulare,& facit currere ventrem, & abscindit ab eis nocumentum choleræ,& phlegmatis.Recipe myrobalanorũ bellliricorum,& emblicorum,& pyrethri, & rosarum rubearum,& balaustiarum,& sumach, & Keimuradat,& uenarum,& nucis uomicæ, & granorum myrti,& gallarum,et ozymi,& cardamomi,& gariophyllorum,omnium an.partes æquales.Tere,& cribella, et utere.est enim iuuatiuum.

i B.ugior,

VIur ad pueros; mundificans corpora eorum à phlegmate,& cholera. Cuius permistio.Recipe k [hadebe] & spodii, et ambræ l [et asseidenem]et chelidoniæ, et ozymi, et balaustiarum, et myrobalanorum citrinorum. v. et lycii,et galiæ,et croci,et cardamomi, et gallarum et zuccari tabarzet, omnium ana quantũ est pondus myrobalanorum,& sumat de eo secundum quantitatem suæ magnitudinis,et paruitatis.

K B.habde.
l B.seudiane.

VIur aliud ad pueros. Recipe ros.& balaustiarum,& climiæ,& pyrethri, et sumac, et succi liquiritiæ m [hadebe,] & myrobalanorum,et belliricorum et gallarum, et macis, et granorum myrti,et spodij,et cubebe, et cardamomi,et lycii, et croci,et galiæ,et uenarum,et casiæ,et ambræ,et asseiden,et ozymi, et corticum rizi,omnium partes æquales, commisceã tur post cribellationem.

m B.habde.

VIur aliud ad pueros.Recipe zuccari tabarzet,et rosarum rub.siccarum et lycii, et croci,et sumach,et spodii,et chelidoniæ,et ozymi,et balaustiæ, et acaciæ, et haldati,omnium ana partem vnam.Dosis Kirat vnum paruo, et magno secundum quantitatem illius.

KAmiari, ad rasuram et solutionem uẽtris superfluum,et corruptionem stomachi, et debilitatem eius.Recipe cort. et hypoquistidos,amborum ana partes.v.galiæ partem i.Teratur vnumquodque per se,et misceatur,et sumatur de eo omni mane pondus.drac. ii. et in sero tantumdem:est enim iuuatiuum.

†cortic. granatorum.

SVffuf ad splenem et malitiam digestionis, et coloris. Recipe ellebori albi quartã Keleiati,super quem sunstatur quod submergat ipsum de oleo sisamino, et accendatur sub eo ignis leuis, donec coaguletur: deinde proijce super ipsum almugath contriti pondus. drac. lxxiiij.cymini carmeni. drach. iiii. ammeos de Scemi pondus.drac.ii.sumat de eo in mane volam unam cum aqua frigida: et abstineat super ipsum ab aceto, et piscibus salitis, et recentibus,et ab omni quod est ex lacte,et oleribus, et fructibus.

SVffuf conueniens ei,qui habet icteritiam,et dolorem hepatis, et uomitum choleræ citrinæ. Recipe laccæ ablutæ aure.i.spodii.drac. ii.croci. drach.i.reusini sextam et medietatem sextæ. drach. i. camphoræ sextam. drach.i.Dosis eius drach.ii.cum decoctione prunorum, et aquæ tamarindorum quantitate lib.s.

SVffuf conueniens illi,qui habet dolorem hepatis et splenis, et solutionem uentris propter choleram.Cuius hæc est permistio. Recipe fęcis uini,et reubarbari, et spicæ,et laccæ ablutæ,omnium ana aure.i scoriæ ferri bassari.3. vii.Tere.Dosis eius aure.i.cum aqua coriandri sicci,quantitate.unc. i.

SVffuf, quod confert ad hepar et icteritiam, et oppilationes,et sputum sanguinis. Recipe granorum cydoniorum excorticatorum,et amyli, et seminis citruli excorticati, omnium ana drach. iiii. boli armeni, et laccæ,et rosarũ, et spicæ,et liquiritiæ,omnium ana drac.i. spodii.drach.s.masticis.drach.i.tertiam.Dosis eius. drach.i.cum aqua frigida.

SAl conueniens calefactis, ad resolutionem vtriusque choleræ,et facit appetere cibum. Sumatur sal gemma, et disrumpatur in frusta parua,et torrefiat super sartaginem ferri,aut super lapidem,aut vas figuli: deinde aspergatur super ipsum acetum uini forte multoties:deinde teratur,et cicotrigonizetur, et misceatur cũ eo de granis granatorum torrefactorum parũper,et sumach mundati ex granis suis quãtum est tertia salis, et coriandri sicci torrefacti, et succi amirberis contriti;commisceatur, administretur.

SAl alius faciẽs stomacho et hepati, et ad dolorem iuncturarũ, et ad omnes passiones, quæ fiunt propter superfluitates. Recipe salis cibi pondus lib.i.salis ammoniaci põdus vnc. ii.et piperis albi pondus unc.iii.et zingiberis,et piperis nigri, amborum ana pondus unc.ii. et anisi,et granorum pini,et granorum erucæ, et ammeos,et spicæ, omnium ana unc.i.et ozymi unc. ii. et granorum apii syluestris unc.i.s. Tere,et pulueriza. Et fit dosis pondus aure. ii. cum aqua tepidã.

TRACTATVS V.

De allohocat ad spiritualia.

SERMO noster in allohocat est secundum modum nostri sermonis in capitulis,quæ sunt ante ipsum.Et allohocat quidem non sumuntur secundum plurimum nisi ut teneantur in ore, & currat ex eis aliquid post aliquid ad pulmone, & non impellantur subito ad stomachum:quia prolon-

prolongatur spatium eorum ex stomacho ad pulmonem.

LOhoc ad tussim siccam. Sumatur semen lini torrefactum, & conficiatur cum melle, & reponatur in vase, & administretur quum necesse fuerit.

LOhoc aliud ad tussim ex caliditate, & siccitate. Recipe sem. citruli excorticati. drach. v. amygdalarum dulcium excorticatarum. ʒ. vi. sem. altheæ, & seminis maluæ amborum an. ʒ. v. gummi, & dragacanthi, & amyli, & granorũ cydoniorum excorticatorum, omnium an. ʒ. iiii. succi liquiritiæ, & penidiorum, amborum an. drac. iiii. s. Terantur, & cicotrigonizentur, & sumantur radices liquiritiæ mundatæ, & sebesten, & passulæ dulces mundatæ, & decoquãtur cum aqua donec aqua ingrossetur: deinde proijciatur cum ea rob, & coagulentur cum ea medicinæ. Et detur in potu cum pultibus factis ex aqua furfuris, & farina fabarum, & penidijs, & oleo amygdalino dulci, & potetur post ipsum aqua hordei.

LOhoc ad tussim ex caliditate. Recipe sebesten pugillos tres, iuiubas magnas numero. l. radicum liquiritiæ excorticatarum, contritarum. drac. xx. & tertiam, keismen dulcium mundatarum. drac. xl casiæ fistulæ mundatæ ex arundine sua. drac. xx. decoquantur cum lib. vij. aquæ donec remaneat lib. i. deinde coletur, & proijciatur desuper rob. lib. s. penidiorum tertia lib. i. & decoquatur donec ingrossetur sicut mel: deinde misceatur cum ea farinæ fabarum cicotrigonizatæ, cum orali quantum sufficit.

LOhoc de papauere, conferens ad expulsionem sanguinis per vomitum, & febrem calidam, & tussim, & dolorem pectoris, & pleuresim. Cuius hæc est permistio. Recipe rosarum rubearum ablatis capitibus, & gummi arabici, amborum ana. drac. s. amyli de frumento, & dragacanthi, & granorum papaueris, omnium ana pondus. drac. ii. spodij, & croci, amborum an. drac. s. succi liquiritiæ pondus. drac. ii. Aggrega has medicinas, tritas & cribellatas, quæ ex eis cribellantur, & confice cum triplicato, & repone in uase, & utere quum necesse fuerit, & bibatur cum tereniabin, aut decoctione hyssopi.

LOhoc de spodio, conferens ad tussim, & [a] [vomitũ] sanguinis, & superfluitates grossas, & dolorem pectoris, & vlcera pulmonis. Recipe cardamomi pondus. drac. iiii. gummi põdus. drac. viii. amyli de tritico, & granorum papaueris albi, & zingiberis, omnium ana. drac. decem, spodii pondus. drac. iiii. zuccari tabarzet pondus. drac. xl. granorum cucumeris excorticatorum, [b] [amygdalarum excorticatarum,] omnium an. pondus. drac. viii. [c] [amygdalarũ amararum excorticatarum ex duobus corticibus suis] & succi liquiritiæ, & dragacanthi, omnium ana pondus. ʒ. v. seminis fęniculi ʒ. ii. granorum papaueris nigri põdus. ʒ. ii. Terantur, & aggregentur medicinę istæ tritæ, & cicotrigonizatæ de eis, quæ cribellantur, & conficiantur cum melle despumato, & butyro vaccino confectione leui, & ponatur in uase, & administretur quum necesse fuerit.

[a] a. sputum.

[b] b. B. & granorũ pini.

[c] c — B.

LOhoc aliud de spodio, conferens ad febres phthisicas, & ulcera pulmonis. Recipe gũmi, & cardamomi, amborum an. pondus. drac. vi. zingiberis, & amyli ex tritico, amborum an. pondus. drac. xii. spodii pondus. drac. iiii. zuccari pondus. drac. xl. granorum cucumeris excorticatorum, & granorum pini excorticatorum, amborum an. drac vii. Aggrega has medicinas tritas & cicotrigonizatas, quæ cicotrigonizantur de eis, & confice cum butyro, & melle despumato confectione leui, & repone in uase uitri, & lambat de eo, & bibat cum aqua calida, aut cum lacte asinæ.

LOhoc de squilla, conferens ad difficultatem anhelitus & sputi, & dolorem laterum, & pectoris. Sumantur succus squillæ, & mel despumatum, & coagulentur simul, & lambat de eo ante cibum, & post ipsum.

LOhoc de alliis faciens ad tussim excitatam a phlegmate: & mundificat pectus & digerit materias subtiles. Sumatur alliorum mundatorum lib. i. & decoquantur cum lib. i. butyri, donec dissoluta sint in decoctione, & coletur & terantur allia optime, & fundatur super ea mellis despumati lib. ii. & decoquatur lento igne, donec ingrossetur, et remoueatur ab igne.

LOhoc aliud. Recipe granorum cydoniorum, & psyllii, amborum an. drac. v. seminis papaueris pondus. drach. x. radicum liquiritiæ, & sebesten, amborum ana. drach. vii. decoquatur cum aquæ libræ iii. et decoquantur cum lento igne, donec ingrossetur, & fundatur desuper de rob pondus. drac. xii. & dragacanthi, & gummi arabici, amborum an. pondus. drac. vii. & penidiorum sextarius unus.

LOhoc albotin, ad raucedinem uocis, & ulcus pectoris, & ad illum qui spuit sanguinem, & aperit oppilationes: Cuius hæc est permistio. Recipe seminis lini torrefacti, & passul. mundatarum, amborum an. lib. i. amygdalarũ pini, & amygdalarum dulcium, & amygdalarũ amararum mundatarum, omnium an drac. vi. auellanarum torrefactarũ, & glutinis albotin, [d] † [ ] & radicum lilii cœlestis, omnium an. unc. i. myrrhæ, & croci, & thuris masculi, omnium an. drac. s. Terantur, & cribellentur, & inuoluantur cum lacte asinæ, & cõficiantur cum eo, & fiant trochisci, & exsiccentur in umbra, deinde terantur, & conficiantur cum melle: & sumatur de eo cochlearium unũ in mane, & cochlearium unum in sero: deinde fiant ex eo collyria, & pilulæ, & ponatur de eis in nocte sub ligna.

[d] d † B. liquiritiæ & gummi omnium an. ʒ xxx. piperis albi & farinæ fabarum & ciceris & aristolochiæ & amyli & ammeos & nasturtij & storacis liquidę.

TRACTATVS VI.

De syrupis, & robub.

NOSTRA narratio in syrupis, & robub est secundum modum, ad quẽ innuimus in eis, quæ sunt ante. Et differentia quidem inter syrupos & robub est, quod robub sunt succi inspissati per se ipsos: et syrupi sunt decoctiones, et succi inspissati cum dulcedine.

SYrupus acetosus communitatis cũ seminibus, qui extinguit febres & inflationem stomachi, & incidit phlegma & abstergit ipsum, & vincit choleram, & aperit oppilationes in hepate, & splene & prouocat vrinam. Cuius hæc est permistio. Sumantur aceti antiqui boni lib. x. & proijciãtur super ipsum aquæ dulcis claræ lib. xx. aut plus, aut minus secũdum quantitatẽ acetositatis aceti, & bonitatis eius: & ponantur in eo cortium radicum fęniculi, & corticũ radicum apij, omnium an. vnc. iii. sem. fęniculi, et sem. apij, amborũ an. vnc. i. & dimittatur die & nocte. & post hoc decoquatur lẽto igne, donec cõsumatur eius sexta, deinde auferatur ab igne, & dimittatur donec infrigidetur. postea coletur: & proijciatur super ipsum pro oĩbus duabus partibus huius aquæ & aceti decoctorũ cũ radicibus & seminibus, pars. i. zuccari tabarzet, aut mellis pro omnibus duabus partibus & s. aceti & aquæ decoctorum cum radicibus & seminibus, pars. i. & decoquatur lento igne donec remaneat medietas eius, & remoueatur ab igne, & infrigidetur, & coletur, & administretur, spuma eius iam collecta in hora ebullitionis eius. Et qui vult, ponat in eo post ablationem spumæ eius, & postquam bullierit ebullitione una, aut duabus, croci non moliti pondus. drac. iii. in panno, & suspendat in vase, & fricet manibus, aut instrumento aliquo hora post horam, donec egrediatur virtus eius in eo. Et est de hominibus qui fricant in eo post expletionem eius croci moliti pondus. drac. ii. & non coquunt ipsum.

MOdus syrupi acetosi Gal. mel bonum pone super leues prunas, & aufer spumam eius, & proijce super ipsum acetum, quod non sit apparentis acetositatis, neque debilis: & bulliant ad ignem paulatim, donec commisceantur bene, & non sit acetum crudum. deinde remoueantur ab igne, & serua ipsum. Si ergo volueris vti eo, commisce ipsum aqua tanta, quantus est syrupus. Et si ille, qui bibit ipsum, abhorret ipsum propter acetositatem eius, aut dulcedinem ipsius, tunc [a] † [ ]utatur eo asidue. Quòd si voluerit bibere ipsum ita, ut sit manifestæ acetositatis, tunc addatur in aceto eius: [b] † [ ]& illud est, quoniam non est laudabile vt fiat secundum quantitatem vnam. Et videtur mihi, quòd hoc simile sit ei, quod facit homo quando præcipit hominibus, qui bibũt vinum, vt commisceant ipsum cum aqua præter quòd sciat ꝙ in eis sunt quidam qui cõsueuerunt bibere ipsum [c] [sic:] quum ergo bibunt ipsum [d] [forte,] purum, [e] † [ ]læduntur statim: & illi qui consueti sunt bibere ipsum [f] [forte] quum bibunt ipsum plurimę commistionis, patiuntur nauseã. Quũ ergo huiusmodi accidens contingat in potu vini, & sit de consuetudine hominum ut bibant ipsum plurimum, quomodo non contingit in potu syrupi acetosi plus? quum sit consuetudo nostra vt bibamus ipsum minus, quã bibamus vinum valde, & sit eo fortior? quare oportet ut eius ęqualitatem præparemus secundũ eũ, qui ipsum bibit, & non secundum nos. Et ego quidẽ diligo, vt scias ꝙ magis cõueniens ei qui ipsum sumit, est ille qui apud eum est magis delectabilis, & propter hoc ipse plus confert ei, & qui ab eo lęditur est ille qui abhorret ipsum: & æquatio harum specierum est, ut fiat secũdum ꝙ conuenit pluribus hominum; & ita oportet ut fiat secũdum omnem dispositionem. Sumatur aceti pars. i. & misceantur cum ea mellis despumati partes. ii. & decoquantur super ignẽ leuem, donec commisceantur sapores eorum. similiter sapor aceti iterum non remaneat crudus a principio sui. Et similiter oportet ut fiat in melle de quo fit syrupus acetosus. s. ponãtur super omnem partem mellis quatuor partes aquæ puræ, deinde decoquatur lento igne cum æqualitate, donec eleuetur spuma mellis [g] [mali, quoniam malo melli] spuma eleuatur: [h] † [ ]quapropter non est necessarium ut decoquatur plurimũ, sicut eget illud quod est ante ipsum. Et plurimum quidem quod remanet de primo, qui permiscetur hac quantitate, est medietas eius: & iteratur eius decoctio, donec commisceatur bene, & non remaneat acetum crudum. Et fit syrupus acetosus, quãdo permiscentur species tres à principio. [i] † [ ]Funduntur aceti pars una, & mellis partes duæ, & aquæ partes quatuor, & decoquuntur donec remaneat quarta, & aufertur spuma eis. Quum ergo uis ipsum facere fortiorem, pone tantum aceti quantũ mellis, & bibatur sicut bibitur vinum cõmistum; & nõ bibat ipsum asidue, imò die, & die, quoniam ipse submergitur in iuncturis, & attrahit chymum ex intestinis inferioribus, & resoluit humiditatem corporis. Et de hominibus sunt qui bibunt ipsum sine aqua, quæ sit quantum est syrupus acetosus, sicut bibunt unc. i. & post ipsum illud quo vult habens ægritudinem ut extrahatur humiditas ex ore stomachi, & trahat ipsam ad inferiora. Et qui bibit ipsum, expectet super ipsum usque ad medium diem, deinde vtatur pullis, & alzirabegi.

SYrupus acetosus noster. Accipe zuccarũ bonum, & assa ipsum in patella, & infunde super ipsum aceti fortis. s. aceti uini tantum, ꝙ appareat submersio eius sub zuccaro, & non cooperiat zuccarum. Et si vis ne acetet, minue de hac quãtitate, deinde pone ipsum super prunas aut ignem leuem, donec liquefiat, & aufer spumam eius cum [k] [radicibus sitularum, & accipe eam cum panno: & non expumes ipsum nisi cum eleuatione, & positione absque collectione:] quum ergo mundificatum fuerit, fundes super ipsum aquam donec subtilietur, deinde decoque ipsum, & inspissabis eum.

SYrupus acetosus solutione educens cholerã. Sumat mel despumatũ, aut zuccarũ, & acetũ forte sicut narrauimus prius, & decoque lẽto igne, & accipe succi cucumeris asinini, & scãmoneę, amborum an. unc. i. aut plus, aut minus secundũ quantitatẽ necessitatis, & secundũ mẽsuram quam uis: & tere ipsa, & pone in panno lini, & suspẽde ipsum in uase, & confrica omni hora, donec consumatur, & nõ remaneat in pãno aliquid. Quum ergo coagulatur, remoue ipsum ab igne. Et quidam proijciunt loco scammoneæ, radicem scãmoneæ cum radice apii, & radicibus fœniculi in principio decoctionis.

Syrupus

a † B. non.

b B. & si uoluerit bibere ipsũ paucę acetositatis, tunc minuatur de aceto eius.

c B. permistum

d —— B.

e † B. etiam si sit modice quãtitatis.

f B. purum.

SYrupus acetosus alius educens phlegma: Sumantur mel, & acetum squillę cū radicibus prædictis, et decoquantur, et accipe medullæ cartami, quod scis esse cōueniens virtuti hominis, et tere ipsam, et pone in panno, et suspende in vase sicut primum, et vtere ipso.

SYrupus acetosus alius expellēs melancholiā: Sumatur mel aut zuccarum, & acetum, & decoquatur sicut decoquitur primus. deinde epithymi quantumuis, et polypodij, et ellebo. nigri, et tere ipsa, et pone in panno, et suspende in vase, et coque ipsum sicut primum

OPeratio aceti squillitici. Accipe squillā albā mundatā, et incide ipsā cum cultello de ligno, et infila ipsam cū filo, ita vt frusta ad inuicem non adhæreant, et munda ea, et pone in filo, et nō sit vnū, vbi est aliud, et exsicca in umbra xl. diebus: deinde accipe de ea heminam i, et proiice super eam aceti boni lib. xviij. & pone ipsum in sole lx. diebus, & oppila vas bene, deinde extrahe ex eo squillam, & exprime ipsam, & cola ipsam cum panno. Quidam verò accipiūt ad vnamquamque heminam squillæ, aceti lib. vij.s. & alii nō exsiccant squillam in vmbra, sed mundant eam, & ponunt de ea illud idem pondus, & dimittunr eam sex [diebus:] quare est illud quod fit secundum hunc modum, magis soluens. et confert, quando colluitur cū eo os, ori & carni gingiuarum, & sanguinem currentem ex eis abscindit, quoniam constringit ipsum, & exsiccat humiditatem carnis gingiuarum, & dentium, & indurat dentes, qui mouētur, & facit os odoriferum, & odorem oris, & valet ad fœtorem oris. Nā si de eo detur in potu, abstergit cannam pulmonis, & indurat eā, & clarificat vocem, & confortat eam; & est cōueniens iterum ei, qui habet dolorē stomachi, & ei qui non digerit cibū, & ei qui patitur epilepsiam, & ad scotomiam, & ei cui dominatur cholera nigra, & almatuine, & alguesgues, et iterum ei qui habet pręfocationem matricis, & ei qui habet splenē grossum, et ad uenā sciaticā, et confortat corpus mollificatum arefactū, et colorem corporis efficit bonum, et acuit uisū, et confert ad stricturā pectoris et anhelitus. et si administretur in dolore auris, quū funditur in eam, sedat ipsum: et cōuenit ad omne quod dixi, si non fuerit intus in aure vlcus. et sumatur in potu omni die de eo in ieiunio parumper, et gradatim, donec perueniat ad vnc. j.s.

SYrupus acetosus squilliticus solutiuus, cōferens ad difficultatem vrinæ, et dolorem laterum, et stomachi, et malitiam digestionis, et eructuationem acetosam. Recipe interioris cępę squillę lib. ij. zingiberis vnc. j. sem. apij vnc. ij. seminis bauciæ syluestris vnc. s. sem. fœniculi, et anisi, amborum an vnc j. ammeos drac. s cymini carmeni vnc. i. radicum aniudē, et pyrethri, amborum an. vnc. i. superioris hyssopi vnc. i. calamenthi, et mentæ, amborum an. vnc. i. Keisim vnc. s. cordumeni pondus drac. ii myrrhæ vnc. s. sem. rutæ vnc. s. folii Indi. vnc s. trita contritione grossa infundantur in aceti squillitici Kist. vi. et mellis dispumati kist. ii. et ponatur in vase vitri, et administretur, et bibatur ante cibum et post cibum.

Modus faciendi iuleb. Sumatur hemina vna zuccari, et fundantur super ipsum aquæ vnc. iiij. et decoquatur lento igne, et fundantur desuper aquæ rosaceæ vnc. ii. et auferatur ab igne, et coletur, et administretur.

AQuę mellis et zuccari faciens ad ægritudines frigidas, et dolorem hepatis, et pectoris. Mellis pars i. aquę partes ii. sumantur, et decoquātur lento igne, et auferatur spuma eius, et ferueat donec remaneat tertia eius, et auferatur ab igne, et coletur. et similiter aqua zuccari etiam, quum ergo volumus calefacere ipsam, et fortiorem facere, ponimus in ipsa post ablationē spumæ, masticis, et croci, et aliarum specierum, sicut cinnamomi, et galangę, et aliarum aliquid.

DEscriptio aquæ mellis alia, quæ confert ad febrem, et inflationem, et multitudinē sitis in stomacho, et tussim ex caliditate, et confert ad pleuresim. Sume rosarum rubearū mundatarum lib. iiii. et pone eas in vase vitri die et nocte, et proiice super eas aquæ calidæ lib. x. et stringe caput vasis super eas oppilando bene, et dimitte eas die et nocte, deinde extrahe eas, et exprime valde, et cola ipsam, et proiice super eam zuccari lib. x. et coque ipsam lēto igne donec ingrossetur, et cola, et vtere.

IVleb cum aqua rosacea Sumatur zuccarum tabarzet tritum, et mensuretur, et proiiciantur super omnem mensuram zuccari, tres mensurę aquæ rosa. clare, bonę substantię: et decoquatur lento igne, donec remaneat eius tertia, et auferatur spuma. et qui vult ponere in ipso crocum dum coquitur, tunc quum sublata est spuma eius, proiiciat in ipso de croco non trito in panno, et exprimat hora post horam vsque ad complementum ipsius. et qui vult ponere in ipso crocum post decoctionem, tunc quum deponit ipsum ab igne, confricet in eo crocum tritum antequam infrigidetur: et reponatur in vase vitri, et administretur.

SYrupus de cydoniis, et est miua qui confortat stomachum, et stringit ventrem, et cōfert ad dolorem hepatis, et vomitum, et nauseam, et singultum. Cuius hęc est permistio. Recipe succi cydoniorum acetosorum lib. xxx. vini boni antiqui lib. xxv. decoquatur leui igne donec consumatur medietas: deinde tollatur spuma eius, et coletur, et auferatur ab igne donec clarificetur, et reducatur ad vas secundo: et proiiciantur super ipsum mellis clari dispumati lib. x et bulli ipsum lento igne: deinde sumantur zingiberis, et masticis, amborum an drac. ii. cardamomi maioris, et minoris, et cinnamomi, et heil, omnium an. drac. iiii. gariophyllorum drac. iii. croci non triti drac. iiii. Tere cōtritione grossa, et pone in panno lini, et proiice in vase, et confrica omni hora, et bulliat super ignē donec inspissetur: deinde depone ab igne, et cola ipsum. deinde accipe muschi drac. s. et pone ipsum in vino antiquo, et proiice ipsum desuper, et permisce ipsum bene, et repone eum vsque ad horam administrationis. Quod si volueris facere ipsum sine speciebus, tunc fac ipsum cum succo cydoniorū muzorum, et decoque ipsum vsque ad medium, et cola eum, et accipe de eo lib. ii. et succi malorum montanorū muzorū decocti vsque ad medium, et colati, lib. i.

vini

vini antiqui boni lib. j. mellis boni aut zuccari lib. j. decoquatur leui igne donec ingrossetur, & aufer spumam eius, deinde accipe xyloales crudi drac.ij.masticis, & galię,& croci capillorum,omnium an. drac.j. macis drac.j.s spicæ, & gariophyllorum,& nucis muschatæ,& heil, &[m] [cardamomi,] & cinnamomi, & zingiberis,omnium ana.drac.j. muschi tertiam drac.j. Tere omnia præter muschum, & galiam:& liga in panno lini, & proiice in vase in quo est succus: & tere muschum, & galiam per se: & permisce ipsa cum vino, & permisce cum medicinis,& vtere.

m B. chachole.

n [Conditum] conueniens ad frigus stomachi,& diminutionem digestionis,& debilitatem hepatis ex frigore, & quartanam, & ad senes. Recipe vini veteris lib.v.mellis clari libræ j.s.zingiberis drac.v.[o] [cardamomi,& heil, amborum an. drac.s.] gariophyllorum sextam drac.j.croci sextam drac j.cinnamomi sextam & medietatem sextæ drac.j.piperis nigri,& muschi,amborum an.sextam & medietatem sextę drac.i. Terantur medicinæ contritione grossa præter muschum,& crocum,& ligentur in pāno lini cū croco,& decoquatur donec ingrossetur,& antequam deponatur ab igne,proiiciatur in eo muschus,& deponatur ab igne & reponatur in vase,& administretur.

n B. chandicun
o —— B.

p [Conditum] aliud Recipe spicæ,& gariophyllorum,& cardamomi, & xyloaloes crudi, omnium an.aure ii. croci aure.i cinnamomi,& zingiberis,& piperis,omnium an.aure iii.galię aure s.muschi quartam aure.i. Tere medicinas contritione grossa,& liga in panno lini pręter muschum, & galiam, & proiice super eas vini odoriferi antiqui lib.xii. & dimitte duobus diebus & duabus noctibus. deinde redi ad vas, & proiice desuper mellis clari lib. iii.& zuccari tabarzet lib.ii.decoquatur donec fiat ei spissitudo, & auferatur ab igne,& proiiciatur super ipsum muschus, & alia, & reponatur, & administretur.

p B. claudicun.

Syrupus salmuniu, qui confortat stomachū, & facit appetere cibū,& destruit pulsum cordis.Recipe lib.i. corticū citri vnc i.marmacor, aure.ii.gariophyllorum,aure.i.xyloaloes crudi: conterantur,& proiiciantur super ea lib.v.vini & dimittantur tribus diebus cū noctibus suis, deinde proiiciantur super ea lib iii. zuccari albi tabarzet,& aure i.masticis,& drac.s croci,& tertia drac. i. galiæ bonæ: & decoquatur lento igne donec cōpleantur,& colentur. et recondatur in vase: & administretur sicut iuleb.

Syrupus de granis myrti,conferens ad debilitatem stomachi,& solutionem ventris superfluam, & retinet menstrua,& cōfortat viscera. Cuius hæc est permistio. Recipe succi granorū myrti decocti colati,dauich x.mellis colati dauich x.permisceantur ambo,decoquantur donec ingrossentur,& administretur.

Rob de myrto. deoquatur succus myrti solus donec ingrossetur, & administretur.

Syrupus de menta faciens ad vomitum, & q [satietatem nauseatiuam] & nauseam, & singultum,& fluxum ventris. Cuius hæc est permistio. Terantur granata dulcia & acetosa cū pulpis suis,& decoquatur succus donec medietur, deinde sumantur de eo lib.ii. & succi mentæ libræ i.mellis lib.i. aut zuccari lib.i. & decoquatur donec ingrossetur,& coletur.

q B. submersionem stomachi.

Syrupus de pyris faciens ad fluxum ventris, & confortat stomachum. Sumātur pyra nō matura,& decoquātur donec dissoluta sint,& colentur:& reducatur ad vas secundo:& decoquatur donec ingrossetur,& administretur.

Syrupus de malis,faciens ad debilitatem stomachi, & pulsum oris stomachi ex caliditate,& abscindit vomitum cholericum, & sitim. Sumatur malorum montanorum hemina, terantur: & exprimantur, & decoquatur succus donec medietur,& coletur & dimittatur in nocte, & reducatur ad vas, & decoquatur lento igne donec ingrossetur, & coletur,& ponatur in vase vitri. Si autem fuerit æstas, tunc dimitte ipsum in sole diebus aliquot, donec consumatur eius aquositas, & seruetur, & administretur. Quod si volueris ipsum dulcorare,pone ad omnem heminam succi lib.i.zuccari,& coque ipsum & vtere.

Syrupus de agresta faciens ad caliditatem stomachi,& solutionem ventris cholericam,et dolores caliditatis,& venena,& abscindit sitim & confortat stomachos pręgnantium vt non recipiant humores malos. Sumatur succus agrestę, et decoquatur donec remaneat medietas,et coletur, et dimittatur in nocte,deinde reducatur ad vas, et proiiciantur super ipsum drac.ii.gariophyllorum, et decoquatur donec auferatur ab eo odor,et ingrossetur,et coletur, et administretur. Si autem volueris ipsum dulcorare,proiice super ipsum zuccarum post decoctionem cum lento igne,donec ingrossetur secundum quantitatem subtilitatis succi, et inspissa ipsum,et vtere.

Syrupus de fructibus,confortans stomachū, et viscera,et abscindit vomitum, et solutionem ventris,et choleram, et confert pręgnantibus, quum vomitus aduenit eis. Cuius hæc est permistio. Sumatur succus cydoniorum, et malorum,et pyrorum,et granatorum muzorum, et sumac, et zarur: et decoquatur leui igne donec ingrossetur. Si autem vis dulcorare ipsum, proiice super ipsum zuccari quantum vis, et bulli ipsum et cola,et utere.

Syrupus delectabilis, confortans stomachū. Cuius hęc est permistio. Sume de corticibus citri recentibus lib.i.et decoque eos cum aquę Kist.i.s.donec remaneat tertia,et cola ipsam,et proiice super eam mel, et decoque ipsum lēto igne donec ingrossetur, et utere sicut iuleb.

Syrupus de papauere. Oportet vt sumantur cētum papauera media in quantitate, postquā exsiccantur super arborem suam:non ergo habeant succum,et neque sint multum immatura,et non exprimatur ab eis nisi subtile: et nō sit subtile eius currēs subtilis expressionis,multarum superfluitatum:deinde proiiciantur super ea kist. x.aquæ pluuialis, si inuenitur propter eius elongationem a putrefactione, aut aquæ fontium:et infundantur in ea die et nocte,donec leniantur. Si autem non leniuntur dimittantur plus hoc, deinde decoquātur vsquequo dissoluantur cum facilitate, deinde exprimantur: deinde inspissentur cum medicate

r B. mundificandum.

te suæ mensuræ de dulcedine. Quod si fuerit ad [r] [mollificandum] illud quod est in pectore,& subtiliandum ipsum,ponatur mel:& rob vuæ est magis aggregans iuuamentum.

s B. choleræ.

DEscriptio syrupi de papauere alia, conferens ad eos,quibus [s] [materię] descendũt; & prohibet illos qui euomunt sanguinem. Sumantur de papaueribus mundatis ducenta,numero, & aquæ pluuialis lib. xv. & infundantur in ea tribus diebus & decoquantur donec dissoluantur, & consumatur eius medietas, & exprimantur papauera,et proiiciantur,& coletur aqua bene,& mẽsurentur de ea lib.iiij.s.& mellis,& decoctionis,amborum an. lib.i.s.& decoquantur, donec fiat ei spissitudo,deinde terantur acaciæ rubeæ, & croci & myrrhę,& balaustiarum , & succi barbæ hircinæ omnium an. drac.i.Inspissetur bene, & reponatur in vase,& administretur.

DEscriptio syrupi, qui confert ad tussim,& pleuresim,& confortat stomachum,Recipe aquę granatorum dulcium lib.iiii.aquę malorum de scemi lib. i. aquę cannarum zuccari tabarzet,aut penidiorum lib.i,decoquatur donec habeat spissitudinem.& administretur.

SYrupus de fauis mellis ex sermone Gal.& ipse bibitur iterum sicut bibuntur res infrigidantes: quoniam ipse destruit sitim in æstate, quum miscetur cum aqua frigida, & confert ei in quo sunt humores viscosi, qui non digeruntur , & proprie quando acesserint, & illud est quoniam læditur ex istis qui suscipit ipsum propter multitudinem eius, & paucitatem: & quandoque fit cum quacunque aqua præsenti, & non fit cum aqua pluuiali, sicut fit syrupus de melle.et hic est modus eius.Extrahatur mel bonum de fauis, deinde fundatur in patella in aqua,& est aqua fontium clara,dulcis;& decoquatur cum ea donec consumatur reliqua aquositas in eo;deinde reponatur aqua,& serue tur,& administretur.

SYrupus de fauis mellis alius. Proiiciantur super partem i.mellis partes ii.aquæ pluuialis antiquæ,& ponatur in sole, & quidam fundunt super ipsum aquã fontiũ, & decoquunt ipsum donec remaneat tertia, & seruant ipsũ.

SYrupus de absinthio,conferẽs ad casum appetitus,& debilitatem stomachi. Sumantur vini antiqui kist. iiii. mellis dispumati Kist. ii. proiiciãtur super ipsum masticis drac.iiii.squinanthi,& folii Indi, & spicæ,et rosarum rubearum siccarum,et aloes Scotrensis,omnium an. drac.ii. costi drac .iiii. herbæ absinthii romani drac.vii:agarici drac.ii.croci drac.i.Tere medicinas grosse , et liga eas in panno lini, et infunde in vino septem diebus in sole in æstate,et cõfrica pannum omni die multoties, deinde vtere.Sitque dosis eius vnc.i. in ieiunio.

SYrupus de absinthio ex compositione nostra,et experti sumus ipsum , et confert plus illo.Sumantur absinthii romani pondus drac. c.et coquantur in tribus heminis aquæ paruis, donec remaneat quarta, et illud cum igne leui valde,et confricetur manibus, et coletur,et sumatur de succo eius tertia illius aquę, et mellis quarta eius, et uini medietas eius , et decoquatur totum,et inspissetur.

SYrupus extinguens,et conferens ad sitim.Sumatur aquæ granatorum acetosorum lib. i. et aquæ acetositatis citri lib. s. et aquę [t] [pyrorum]lib.i.et aquæ tamarindorũ lib.i. decoquatur lẽto igne donec ingrossetur, et detur de eo in potu cum aqua frigida,aut cum aqua niuis.

t B. prunorum.

SYrupus de fructibus conferens ad vomitũ, qui accidit ex cholera citrina et facit calefactos appetere cibum,et confortat stomachum. Cuius hęc est permistio. Sumantur cydonia,et mala,et acetositas citri,et pyra,et granata,et agresta, et exprimatur aqua eorum omnium: et infundatur in ea aliquid de sumach , et zarur, et alnabach,et granis myrti,et almirberis,et dimittatur die et nocte:et exprimatur,et coletur; et proiiciatur desuper mel, et decoquatur donec fiat ei spissitudo,et administretur.

SYrupus de prunis, conferens ad sitim, et resoluit naturam.Sumatur de prunis dulcibus quantum necesse est , et extrahantur nuclei eorum,et ponantur in vase lapidis mundi:et fundatur super ea de aqua quod cooperiat ipsa: et decoquantur bene donec resoluantur.deinde coletur, et reducatur ad ignem secundo:et ponatur super ipsam zuccari tabarzet, quantũ necesse est,et decoquatur donec inspissetur,et cõuertatur ad spissitudinem mellis.

SYrupus Democriti , qui conseruauit eum ab infirmitatibus omnibus diebus vitæ suæ , et est conferens ad debilitatem stomachi et splenis,et corruptionem complexionis. Cuius hęc est permistio.Recipe ireos,et sem.fœniculi, et piperis albi,omnium an. pondus drac. i. et casiæ drac.iiii.et myrrhæ,et sem.absinthii,amborum ana pondus drac.ii.Terantur,et ponãtur in uase vitri, et fundatur super ea vini albi quãtitas quę submergat ea additione digitorum iiii.et stringatur ex capite suo,et administretur post sex menses,et in quibusdam descriptionibus [u] [danich] vnum.

u B. daruch.

SYrupus de vua, conferens ad dolores gutturis,et apostema quod fit in eo ex vlceribus factis in stomacho. Cuius hæc est permistio. Sumantur succi vuæ ponticæ stypticæ lib.vi.et decoquatur vsque ad tertiam , et fundatur super ipsum mellis lib i. et sumac , et radicis liquiritię,et gallarum, et balaustiarũ, et superioris rosarum, omnium ana sextarium i.et croci pondus drac.ii.et myrrhę, et aluminis iameni,amborum ana drac. i. et decoquatur , et coletur , et potetur.

RAsaton. sumitur de eo in hyeme senibus. Sumantur succi vuę bonæ [x] [substantiæ daugua in x. et daurac lib. iiii.] et decoquatur lento igne donec auferatur spuma eius : deinde proiiciatur super ipsum mellis boni spissi ad omnes iiii. lib.i. et bulliat lento igne,donec auferatur spuma eius iterum , et consumatur eius medietas deinde sumatur heil,et cardamomi,et cinnamomi , et gariophyllorum, et macropiperis, omnium ana pondus drac.i. terantur contritione subtili , et ponantur in panno lini subtili,et proiiciantur cum eo in decoctione post ablationem spumæ. Quumque completur eius decoctio, et possibile est intromittere manum in eo, confricetur pannus in eo vehemẽter,donec egrediatur,et ponatur in eo cro-

x B. daruc.x & daruch est pondus lib.iiij.

ci

ci pōdus drac iij. ponatur in ampullis,& ſtringatur ex capitibus ſuis. et ſi fuerit in eo ſubtilitas, ponatur in ſole, deinde tollatur ab eo. & quanto plus antiquatur, eſt melius.

SYrupus de abſinthio, qui confortat ſtomachum,& aperit oppilationes, & ſolutione educit choleram. Recipe y [pondus] drach.viij. agarici drac.iiij. aloes drac. ij. maſticis, & ſem. apij,& ſquinanthi, & aniſi, omnium an.drac.j. mentæ drach.iij.calamenthi drac.j.s.croci dra. ij.radicum amborum,an.drac.ii.abſinthii dra. iii.radicis liquiritiæ drac.iii. aſſæ tantumdē ſpicę,& aſſari,& folii,omniū an.drac.i.decoquantur cum viii. lib. vini, donec remaneat medietas,& coletur,& coaguletur cum lib.i.s. mellis.

y B.roſarum.

ROb de cydoniis & granatis & malis,& aliis. iſta omnia ſunt ſicut ſyrupi eorum, niſi quia ipſi ſucci eorum inſpiſſantur cum facilitate abſque dulcedine.

SYrupus z [alKedre] ex compoſitione noſtra, Sumantur de ſucco alKedre partes ii. & ſi non eſt præſens, ſumatur ipſummet alkedre,& ſerretur,& ſumatur eius ſerratura,& tere,& accipe contritum eius, & adiunge cum medietate ſui de ſandalis in aceto diſtillato,aut in aqua agreſtæ purę aliquot diebus, deinde decoquatur in eo decoctione facili cum longitudine, donec diſſoluatur,deinde exprimatur:& ſumatur de expreſſione. & quanto eſt acetum plus, aut aqua agreſtæ, eſt melius:deinde ſumatur aqua adog acetoſi, ablati ex caſeo adog, aut dimittendo reſidere vltime, & mutando de vaſe in vas,aut cum decoctione, ſicut eſt decoctio aquæ caſei, donec auferatur aquoſitas: deinde ſumatur farina hordei,& fiat ex ea & ex aqua alraib focha,& fiat acetoſum illud focha,deinde reſideat, poſtea renouetur acceptio alfocha eius ex farina hordei: & quanto plus iteratur, eſt melius. et ſumantur de eo partes v.& ſumatur aquę pyrorum de ſcemi, & aquæ cydoniorum acetoſorum plurimæ aquę, et aquę alzarur,et aquæ prunorum acetoſorum,et aquę at tala, et aquæ alcondiſi recentis, et aquæ merorum de ſcemi, quæ non integra ſunt natura: et aquę chryſomilorum immaturorum acetoſorum et ſucci agreſtæ, et ſucci ribes,et ſucci præputiorum vitis,et ſucci roſarum perſicarum,et ſucci nenufaris, et ſucci violarum, omniū an. tertia partis i.et ſucci acetoſitatis citri, et ſucci acetoſitatis citrāguli,amborum an.tertia i.partis. et ſucci coriandri,et lactucę,et foliorum papaueris humidi, et endiuię, et portulacę, omnium an quarta partis i. et ſucci foliorum ſalicis,et foliorum malorum, et foliorum pinorum,et foliorum alzarur,et foliorum roſarū, et foliorum virgæ paſtoris, omnium an. quarta partis i. et ſucci barbæ hirci, et roſarum ſiccarum, et nenufaris, et ſem. almirberis, et ſem. endiuiæ,et ſem.lactucæ,et balauſtię,omniū an. medietas partis i.et ſucci mentæ humidæ ſexta partis vnius,et ſucci almirberis humidi medietas partis. Aggrega medicinas iſtas et ſuccos et compone ſuper ignem, et proiice in eo lentiū partes iiii. hordei excorticati partes ii. et ſumach partes iii. et decoquantur omnia ſuper ignem,donec remaneat medietas:deinde deponatur ab igne,et dimittatur donec infrigidetur et confricetur fortiter, et coletur, et ſumatur camphorę ad omne pondus drac. xxx.aure.i.et teratur camphora,et puluerizetur ſuper a [radicem] cucurbitæ aut b [Kinuiene:] et fundantur ſuper eam medicamina cum facilitate,deinde obſtruatur caput eius cum re vehementis virtutis,deinde ponatur ſuper prunas, donec ſciatur quod forſitan bullit,poſtea ſumatur,et concutiatur,et ponatur in c [buſtuca,] et ſtringatur caput eius vt non euaporet camphora,et euolet. Doſis eius vſque ad drach.x.et de hominibus ſunt qui ponunt in eo ſpicę, et zingiberis,et ſeminis fœniculi, et aniſi,et cyperi, et piperis partes ęquales, ſecundum quod videtur.

z B.alkeder.

a B.fundum

b B.uaſis uitrei

c B.uaſe

DEſcriptio focha noſtra, quod eſt iuuatiuū, et addit in coitu.Recipe piperis,et zingiberis, et ſpicę, et nucis muſchatæ,omnium an. drac.v.ſcoriæ ferri tritæ drac.x.ſem.porri dra. xv.ſem.erucæ,et ſeminis napi, et ſem.vrticæ,et ſynapis,omniū an.drac.iiii. linguæ auis,et granorum alkilkil,et granorum d [alkelem,] et granorum viridium omnium an.drac.iii. Terantur,et ponantur in panno ſicut ſcis, deinde ponatur hoc in dog.xi.diebus,et moueatur in eo, et miſceatur illud adog cum focha panis, et fiat focha.

d B. alkelem

DEſcriptio ſyrupi de abſinthio noſtra. Recipe abſinthii pondera c.et uini ccc.et ſucci cydoniorum ccc.infundantur in eis tribus diebus,et ponantur ſuper ipſum mellis c.et inſpiſſetur ſuper ignem.

MEdicina noſtra conueniens ad vlcus veſicæ,et ulcus viæ virgę,iniecta in foramen virgæ.Recipe plumbi vſti,et medullæ ſeminis melonis, omnium ana drach.v.ſpodii drac. ii. gummi arabici,et ſem.papaueris,et cornu ceruini aduſti, omnium ana drac. iii. opii drac. s. hyuſquiami albi tertiam drac.ii. myrrhę drac. ii.Terantur omnia bene, et fiat ex eis collyriū cum aqua endiuiæ, ſicut collyria oculi. et adminiſtretur cum iniectorio reſolutum in lacte, aut in oleo degranis melonis.

TRACTATVS SEPTIMVS.

De conditis,et alingibet.

GEleniabin iuuatiuum ad febrem,et dolorem ſtomachi. Sumantur roſæ rubeæ ablatis capitibus, inciſæ,mundatæ ex venis ſuis albis,duris et expandantur:exſiccetur humiditas earum, et proiiciatur in liurello,et fricetur donec a [diſſolutę] ſint; et proiiciatur ſuper eas mellis diſpumati quantitas, qua conficiantur, confectione leui, et ponantur in vaſe vitri,aut vitreato, et ponatur in ſole xl diebus, et moueatur in mane, et veſperis.et ſi indiget melle, addatur in eo,et reponatur, et adminiſtretur poſt ſex menſes: et ſimiliter fit cum uiol. Quod ſi fiat cum zuccaro geleniabin, aut uiolę, ſoluatur zuccarum cum modico aquæ dulcis, donec fiat ſicut fit algeleniabin.

a B. bene fricatæ.

CItrum conditum, conueniens ad debilitatem ſtomachi,et digerit cibū.Sumatur citrum recens, et incidatur ſecundum longitudinem in quatuor partes totum citrum, et mūdetur

detur interius totum acetosum,& proiiciatur in liurello testeo, & infundatur ex aqua dulci clara cum sale grosso albo septem diebus, donec stringatur:deinde septem diebus aliis sine sale,imò cum aqua,donec alteretur color eius, & sit album illud quod est exterius,sicut quod est interius;& gustetur aqua tam diu donec nō sit in ea salsedo.et sumantur mellis boni pars j. aquæ partes ij.secūdum quantitatem,quę cooperiat citrū, & proiiciatur in vase;& decoquatur leni igne duabus horis: deinde tollatur ab aqua & melle, & in mane sumatur mel, & ferueat, & tollatur spuma eius, & proiiciatur in eo citrum,& ferueat bullitione vna,& tollatur & reducatur citrum in liurello, & puluerizentur super ipsum istæ medicinæ ad omnes duas heminas citri. Croci, & heil, & cardamomi, omnium ana aure j. gariophyllorum,& cinnamomi,amborum an.aur.s. muschi sexta & medietas sextæ drac.j. Tere has medicinas, & pulueriza super citrum ex vtroque latere eius, & proiiciatur in vase, & proiiciatur super ipsum mel,& administretur.

DEscriptio alia. Sumantur de citris media matura,æqualis superficiei,longa: & scindantur in longū, & fiant de vnoquoque citro iiij.frusta, & infundantur in liurello testeo nouo,& illud sit in[b] [Kenini]primo quum sol ingreditur Capricornum et melius quod fit de eis, est in anno vehementis frigoris: quoniam quanto plus congelatur super ea aqua, est magis indurans ea, & sunt magis remanentia:deinde abluantur in omni die bis, postquam fricata sunt cum sale grosso,& mundificentur,& reducantur ad aquam frigidam vsquequo trāseant super ea tres hebdomadæ,deinde extrahātur ex aqua, & fundantur super planū aliquod vt tabula,& mundificentur cum cultello si iam aliquid computruit ex eis, & reducantur ad aquam dulcem, & abluantur in extremitatibus diei cum facilitate, donec prętereant super ea. xl.dies: deinde extrahantur ab aqua, & abluantur ab omnibus quæ adueniunt eis ex putrefactione,& corrosione:& dimittantur die & nocte,donec auferatur ab eis humorositas, deinde ponantur quasi in mane in vase habente latum caput,aut patella munda: & effundatur super ea tātum aquæ quòd ipsa cooperiat, & puluerizetur super ea de zuccaro contrito, quantum est tertia ponderis citrorum, & decoquātur igne leui, & misceantur cum spatula, deinde extrahantur,& abstergantur & mundificentur,& ponantur super planum vt est tabula, & dimittantur duobus diebus continuis: deinde reducantur ad patellam, & proiiciatur super ea de zuccaro quantum est medietas ponderis citrorum, & aquę quæ cooperiat ea: & superfluat iiij.digitis coniunctis,& decoquantur lēto igne sicut coxisti ea prius, & caue in hoc ne corrumpantur in igne, quoniam sunt debiliora eorum quę condiuntur. et sit mens tua, & intellectus tuus totus ad ea,quum ignem accēdis sub eis, vt sit ignis leuis, & quietus: deinde extrahantur,& expandantur super tabulam, & dimittantur tribus diebus continuis, & noctibus suis:& a die quarto mundentur, & mundificentur cum capite cultelli, & reducantur ad vas,& fundatur super ea mellis colati quātitas, quæ cooperiat ea,& superfluat iiij.digitis,& decoquantur leui igne quinque horis,aut sex, donec videatur mel egredi super illud quod apparet de citro, sicut similitudo margaritarum, & ingrossetur mel ingrossatione aliqua: deinde auferantur ab igne, & infrigidentur. & sumantur spicę,& gariophylli,& cinnamomi,& zingiberis, & cardamomi,& macropiperis,&[c] [girboe,]omnium an pars j. & sit pondus omnium quantitas medietatis decimæ ponderis citrorum.et est vt sint duo sextaria pro vnaquaque hemina citrorum, & terantur grosse: & ponantur in vase viridi, & puluerizetur in eo res parua de medicina, & fundantur desuper citra quantitatem tunicæ vnius,deinde puluerizentur super ea medicinæ, & fiat cum eis ita, donec compleantur ambo simul: deinde fundantur super ea in patella de reliquiis mellis donec cooperiat ea,et superfluat iiij. digitis,& stringatur caput vasis, & ponatur in loco, in quo non adueniat ei frigus,neque humorositas.et scias quod signum maturitatis citri, est eius submersio in liurello sub aqua.

CIdonia condita, quæ conueniunt ad cōfortandum stomachum, & stringunt naturā, & ad malitiā digestionis, & vomitum propter causam oris stomachi. Sumantur cydonia bona magna, & mundentur interius, & excorticentur, & incidantur in frusta, & decoquātur cum aqua,& melle.et sint aquæ partes ij.& mellis pars j. Quidam verò decoquunt ea cum vino, & melle, & est melior operatio, & infrigidentur, & in die secundo decoquantur cū melle solo:deinde expandantur in liurello, & puluerizentur super ea medicinæ prędictę in citris.et fundatur super ea mel, & seruentur.

DEscriptio alia cydoniorum conditorum, quæ conferunt ad debilitatem stomachi, & solutionem ventris. Sumantur de cydoniis matura,et incidantur in iiii frusta, & mundetur quod est in interiore parte eorum ex granis,& abstergantur interiora eorum cum mantili de lino,& fundantur super ea mellis pars i. et aquæ partes iiii.cum quantitate quæ cooperiat cydonia,et ferueāt duabus ebullitionibus, aut tribus:deinde colētur,et reducantur ad vas, et fundantur super ea mellis dispumati pars i. et aquæ pars i. et bulliant ebullitionibus duabus,aut tribus: deinde colentur et expandātur super planum aliquod vt est tabula,et dimittentur donec exsiccetur quod in eis est de humorositate:deinde abstergantur, et reducantur ad vas:et fundatur super ea mellis quantitas,quæ submergat ea, et emineat iiii. digitis cōiunctis, et ebulliant ebullitione vna, et puluerizentur super ea species, quas diximus in operatione citrorum, et ponantur in vase vitreato viridi, et oppiletur stricte caput eius. Quidam vero medici non proiiciunt super ea de speciebus nisi cardamomum, et gariophyllos, et crocū.

[d] [BAucię] conditæ, quæ conferunt ad frigora,et debilitatem renum, et dolorem dorsi, et adiuuant ad voluntatem coeundi. Sumantur de[e] [bauciis duræ,] clari coloris, mundę, et abscindantur duæ earum extremitates, deinde proiiciantur super eas penidiorum,aut

zuccari

b B.chanun.

c B. nucis muschatæ.

d B. Alia litera nuces.

e B.nucibus duris.

zuccari pondus ipſarum,et fundatur ſuper eas de aqua,quod cooperiat eas, et decoquantur leui igne donec leniantur,et auferātur ab igne, et expandantur ſuper planum aliquod vt tabula,donec exſiccētur, et abſtergatur ex eis quod ſupereminet eis ex [f] [malo] et reducantur ad vas,et fundatur ſuper eas mellis diſpumati quātitas cooperiens eas, et ſupereminens eis quatuor digitis, et decoquantur lento igne, donec videatur mel penetrare ex omnibus partibus earum, et auferatur ab igne, et ponatur tunica vna ex eis in vaſe vitreato,et puluerizentur ſuper eas ſpecies: et fiat de eis ita uſque ad finem ipſarum.

f B. ſorditiæ.

MYrobalani conditi fiunt ex recentibus in Sini,& India, & qui afferuntur inde ſunt boni valde, & fiunt apud nos hic ſecundū hūc modum. Sumuntur myrobalani Kebuli, & fit fouea in terra in loco humoroſo, arenæ dulcis,non ſalſæ,& ponitur de myrobalanis tunica vna, & ſupra eos de arena humida tunica vna, & ſub eis de arena tunica vna & aſpergitur ſuper eos de aqua: & poſt duos dies accipiūtur myrobalani,& proiicitur ſuper eos arena alia recens,non prima, & dimittuntur duobus diebus donec humectantur. Fit illud decē diebus donec intumeſcant myrobalani, & humectentur & inflentur:tunc ergo ablue eos cū aqua dulci ter,aut quater, & accipe dactylos,& cyperum, decoque eos cum aqua plurima, & proiice myrobalanos in illam aquam decoctā, & decoque eos paulatim ſuper ignem leuem. Quum ergo decocti ſunt, ablue eos ablutione mundante, deinde accipe mel, & bulli ipſum, & aufer ſpumam eius, & coque eos cum eo,et accipe medicinas quas diximus in citris conditis,& pone eas in panno lini,mundo,ſubtili,& ſuſpende ipſum in vaſe,& confrica ipſum omni hora donec egrediatur virtus ſpecierum cū myrobal. Quum ergo decocti ſunt,tunc proiice eos in catino vitreato,& dimitte eos duobus diebus,aut tribus,donec recipiant myrobalani virtutem medicinarum, & proiice eos in vaſe vitri,& proiice in eo mel diſpumatū, & proiice ſuper eos muſchi,& croci,& parum ambræ quantitatē quamuis,& ſtringe os vaſis,& vtere eis. et quanto plus antiquantur, ſunt meliores.

DEſcriptio alia myrobalanorum conditorum. Sumantur de myrobalanis magnis kebulis centum numero, & infundantur in aqua,& ponantur ad ſolem v.diebus,deinde extrahantur ex aqua,& ponantur infimo humido v.diebus,in omni die extrahantur,& abluātur ablutione mundante, & reducantur ad fimum humidum,& ſepeliātur in eo:ita fiat tribus vicibus:deinde extrahantur,& lauētur ablutione mundante, & proiiciantur in aquam rizi,& zuccari drac.xxx.et dactylorum quantitate cooperiente ipſos, et decoquantur leui igne donec conſumatur aqua,et extrahantur, et abſtergantur cum panno lini, et pungantur cum acubus: et fundatur ſuper eos mellis arundinum quantitas cooperiens eos, et ſupereminens iiii.digitis,et decoquantur donec ingroſſentur,et adminiſtrentur.

SPecies eorum alia. Sumantur ex myrobalanis Kebulis bonis c. myrobala. et lauentur ablutione mundante, et dimittantur nocte donec exſiccētur paulatim, et fundatur ſuper eos aqua aut aqua alKiſch hordei cum quantitate, quæ cooperiat eos,et ſuperemineat iiii.digitis, et decoquantur leui igne donec conſumatur aqua,et ponantur in furno,et quaſi mane extrahantur,et expandantur ſuper vas planum vt tabula,et abſtergantur cum panno, et pungantur cum acubus: deinde fundantur ſuper eos de rob, et decoquantur donec leniantur, et deponantur ab igne,et puluerizentur ſuper eos ſpecies,et reponantur et adminiſtrentur.

SEcacul conditum. Secacul eſt venę ſicut zingiber, et adfertur ex India,et fit de eo cum teneritudine ſua conditum in loco ſuo, et eſt nobile valde. Apud nos autem fit ſecundum hūc modum. Humectatur in primis cum aqua calida,donec mollificetur cortex eius exterior,deinde excorticatur cum cultello, poſtea infunditur in aqua frigida vij.diebus:et omni die alteratur aqua, et fit illud de eo donec humectatur interius eius,et ipſius exterius,et leniatur:deinde decoquitur cum aqua,et melle poſtquā humectatur, et ſint aquæ partes ii. et mellis pars i. deinde ponitur mel ſolum, et bullit ebullitione vna,et proiicitur in vaſe vitri: et quum ſubtiliatur mel ex humiditate eius extrahitur ab illo melle, et ponitur in vaſe alio diſpumato cum ſpeciebus quas diximus.

ZIngiber conditum. Zingiber eſt vena de vētre terræ, ſicut venæ tinctorum, et fit de eo conditum in Sini cum teneritudine ſua. Apud nos autem affertur conditum cum melle, aut cum aqua rizi,et fit apud nos cum melle,et ſpeciebus cum ſiccitate ſua poſtquam infunditur menſe vno abſque ſale. Quidam verò alii ſepeliunt ipſum in arena ſicut myrobal. deinde decoquatur, et fit ſecundum modum quem diximus in myrobal.

PRuna condita: ſi ſunt humida decoquātur poſtquam tolluntur interiora eorum cum melle,et aqua:deinde cum melle ſolo, et proiiciuntur ſuper ea ſpecies,ſecundum quod diximus ante:et ſi ſunt ſicca, tunc infundantur in aqua tribus diebus, deinde decoquantur.

[g] [NApi conditi. Sumantur napi boni]et incidantur in quatuor partes,et ſecundū quantitatem magnitudinis, et paruitatis eorum excorticentur ex cortice ſuo exteriore, et infundantur in aqua et ſale iiii. diebus: deinde tribus diebus cum aqua calida; et decoquantur cum aqua, et melle: deinde cum melle ſolo, et fiant odoriferi.

g B. rapæ ... dite. Sumantur rapæ bonæ

AMygdalæ conditæ. Eligantur de eis dulces cum teneritate ſua, et corticibus ſuis: et coquantur ita vt non infundantur,et perforentur,et ponentur in ſpeciebus boni odoris.

LIgna balſami condita. et fit ex lignis balſami recentibus, quando decoquuntur duabus uicibus, et proiiciuntur ſuper ea ſpecies ſicut diximus.

EMblici conditi. Eligantur ex emblicis meliores,qui non ſunt fracti, et infundantur vii.diebus in aqua frigida, donec leniantur, et inflentur, et humectentur:deinde decoquātur bis ſecundum quod diximus, et proiiciantur ſuper eos ſpecies,deinde ferueant duabus ebullitionibus

litionibus cũ aqua:et proiiciatur super eos mel dispumatum, et species.et administrentur.

MAla condita conuenientia ad vomitum: decoquantur poma dulcia de scemi cum duabus partibus aquæ, et parte vna mellis:deinde decoquantur secundo cum melle solo. et ponantur in vase vitri, et proiiciatur super ea mel dispumatum, et proiiciantur super ea species prædictæ in operatione citrorum.

TRACTATVS OCTAVVS.

De trochiscis.

Sermo noster in hac summa est sicut sermo præteritus.

TRochisci stellæ: Iam consecutum est ex magnificatione antiquorum medicorum, quod nominauerunt trochiscos stellæ almardacanec. s trochiscos stellę, qui non permittunt vitam recedere. et isti quidem trochisci conueniunt stomacho recipienti superfluitates expulsas ex reliquis membris, et auferunt eructuationē acetosam, et liniuntur super frontem, et sedāt dolorem capitis, et conferunt ad catarrhos, et dolorem dentium positi cum galbano in corroso ex eis, et conferunt ad dolorem auris, et cōferunt ad sputum sanguinis et cursum eius ex omni membro, et ad tussim chronicam, et cōferunt ad febres periodicas sumpti in potu cũ aqua sampsuci, & ad venena ex percussione ebibita cũ aqua rutæ, & ponitur in eis stella terræ. et dixerunt plurimi eorum, ꝙ est talk: & quidā eorum ꝙ est lutum scemium, & fortasse talK lenit [a] [asperitatē] stomachi, [b] [& insidet] ei, & nō patitur a calore innato donec agat ipsũ in alio. Et nos dicemus eorũ permistionē sicut ipsi dixerunt. Quorũ hæc est permistio. Myrrhę, et castorei, & spicæ, & casię, & terræ sigillatæ, & corticum mādragoræ, omnium an. drac.iiii. opii, & croci, & costi, & stellæ terræ & est talK, omnium an. drac.v. papaueris albi drac.vj. dauci, & anisi, et siseleos, et sem. hyusquiami albi, et storacis liquidæ, & seminis apij, omnium drac.viij. infunde gũmas in vino odorifero, & tere medicinas, & confice cum eo: & fac trochiscos pōderantes drac.s. & exsiccentur in vmbra.

a B. superficiem
b B. intrinsecā & adhæret.

TRochisci de rosis vniuersitatis, qui cōferũt ad dolorem stomachi, & abstergunt humiditates stomachi, & auferunt febres phlegmaticas, & chronicas. Quorũ hæc est permistio. Sumantur rosarum ru. ablatis capitibus drac.xx. spicæ odoriferę, & radicum liquiritię, omniũ, an. pondus drac.x. & sunt quidam medicorum qui ponunt loco radicum liquiritiæ succum liquiritiæ. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas: & confice cum triplicato, et fac trochiscos, et exsicca in vmbra.

DEscriptio trochiscorum de rosis Asclepiadis, qui extinguunt et conferunt ad dolorem stomachi, et confortant ipsum, et ad dyspnœam et caliditatem, et inflammationem, et humiditatem, et subuersionē stomachi, et adustionem. Quorum hęc est permistio. Recipe rosarum recentium aure vj. radicum liquiritiæ aure iiij. spicæ Indæ aure ij. conficiantur cum rob et informentur trochisci ponderis drac.i. et exsiccentur in vmbra

TRochisci de ros. cum scammonea qui cōferunt ad febres, et ad difficultatē. Recipe rosarum rubearũ ablatis capitibus drac.xij spicæ odoriferæ, et radicum liquiritię, omniũ an. drac.viij scammoneę pondus drac.iij. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas: et confice, et fac trochiscos, et exsicca in vmbra, et bibantur cum aqua frigida, et iuleb et syrupo acetoso.

TRochisci de ros. cum spodio qui conferũt ad febres cōmistas ex phlegmate et cholera antiquas. Recipe rosarum rubearum ablatis capitibus pondus drac. v. spicæ odoriferę pōdus drac.ii. spodii pondus drac.i. succi eupatorii, pondus drac. viii. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas, et fac trochiscos, et exsicca, et vtere quum necesse fuerit.

TRochisci de rosis, nominati diarhodon, qui conferunt ad oppilationes splenis, et hepatis, et febres melācholicas, et phlegmaticas. Quorum hæc est permistio. Recipe rosarum drac.x. et succi liquiritiæ drac.v. et spicæ, et casię, et floris squinanthi, et croci, et myrrhæ, et masticis, omnium an pondus drac ii. Terantur et cribellentur, et infundantur myrrha, et crocus in aceto: et conficiantur cum eo, et fiāt trochisci: et si vis, confice cum melle.

TRochisci de rosis conferentes ad febrē tertianam. Recipe rosarum rub. partes v. spicę et croci, et masticis, et anisi, et laccæ absque lignis, omniũ ana partes x succi eupatorii, et absinthii, amborũ ana partes ii. floris squinanthi, et myrobala. citrinorum, amborum an. partē i. et in descriptione alia rosarũ quantũ spicæ, et masticis. Tere, et confice cum aqua apii, et fac trochiscos quorum vnusquisque sit aure.s.

TRochisci de rosis cũ spica, facientes ad dolorem hepatis. Recipe spicæ, et laccæ ablutę, et radicum liquiritiæ, omnium an. drac.iiii. absinthii, et [c] [keia] et croci, et succi eupatorii, et reusini, omnium an. pondus drac.iii. rosarum drach.vii. Tere, et cribella, et confice cum aqua, et fac trochiscos.

c B. Kle.

TRochisci de camphora extinguentes inflāmationem febriũ, conferentes ad hecticā, et phthisim, et auferunt sitim, et angustiam, et vomitum sanguinis. Quorũ hęc est permistio. Recipe spodii drac.iiii. ros. drac.vii. sem. maluę et sem. portulacæ, et sem. dulcis cucurbitę, et dragacanthi et nereiden, et gummi, et liquiritię, et xyloaloes crudi: et cardamomi omnium an. drac.iii. croci drac.ii. zuccari tabarzet, et tereniabin, omniũ an. drach. vii. camphorę drac. i.s. Terantur, et conficiantur cum mucillagine psyllii, et informentur trochisci.

DEscriptio alia trochiscorum de camphora, qui conferunt ad inflammationē, quæ fit in stomacho et hepate, et vomitum sanguinis, et sitim, et febres acutas, quorum hæc est permistio. Sumantur spodii pondus drac. iiii. rosarũ rubearum ablatis capitibus pondus drac.x. xyloaloes puri boni, et cardamomi, et succi liquiritiæ, omnium an pondus drac.iii. zuccari tabarzet, et tereniabin, et granorum cucumeris excorticatorum, omnium an. pondus drac.ii croci, et camphoræ, amborum an. pondus drac.i.

Aggrega

Aggrega has medicinas tritas, & cribellatas,&
confice cum mucillagine psylij , & informa
trochiscos d [drachmeos,] & exsicca in vm-
bra, & vtere.

TRochisci de camphora secundum descri-
ptionem aliã, qui conferunt ad febres acu
tas,& aperiunt oppilationem hepatis vehemẽ-
tem. Quorum permistio hæc est. Recipe viola-
rum siccarum,& nenufaris,amborũ ana drac.
iij.& seminis cucumeris,& spodij,& croci,om
nium ana pondus drac.ij.& rosarum drac.v.&
reusini,& laccæ,amborum ana pondus drac.j.
& dragacanthi,& gummi arabici,& succi liqui
ritiæ,omnium ana pondus drac.ij. camphoræ
aure s.et in descriptione alia,camphorę aure j.
tereniabin, & zuccari, amborum ana pondus
drac.x,Terantur,& fiant trochisci.

DEscriptio alia cãphoræ,& xyloaloes crudi,
amborum ana põdus drac.s.croci, & spo-
dij,amborũ ana põdus aure ij.seminis cucume
ris,& seminis alcond, & dragacanthi,& laccæ,
& succi liquiritiæ, & cardamomi, omniũ ana
drac.ij.& rosarum drac.vii. & zuccari,& tere-
niabin,amborum ana pondus drac. x. Terãtur,
& conficiantur, & informentur trochisci.

TRochisci cãphorę,nostri. Recipe sem.endi
uię,& lactucę, & portulacæ omnium ana
drac.ii.& granorum cucurbitæ excorticatorũ,
omniũ ana pondus drac.ii.& tertiam,& semi-
nis alKedre si inuenitur,& si non,sandali drac
iii.& cancri combusti,& croci,& succi liquiri-
tię,& camphoræ, omnium ana pondus drac.i.
rosarum drac.iiii.& informentur trochisci.

TRochisci de spodio cũ tereniabin,qui pro
sunt ad febrem acutã, & extinguunt. Reci
pe rosarum drac. vi. tereniabin drac.iiii.amyli
drac.iii.gummi arabici,& dragacanthi, & spo-
dii,& croci,omniũ ana drac.ii.conficiantur cũ
aqua tereniabin , & mucillagine psyllii. Quidã
aũt addunt.in eis seminis citruli, & seminis cu
cumeris, & seminis portulacæ , & seminis cu-
curbitę dulcis omnium ana drac ii. terantur,
& conficiantur & informentur trochisci.

TRochisci de spodio cum semine acetosæ
faciẽtes ad febres cholericas, & tertianam,
& præcipue quãdo est illic solutio naturæ. Cu-
ius hæc est pmistio. Recipe rosarũ drac.viii.gũ
mi,& seminis acetosę excorticati. & amyli tor
refacti parũ, omnium ana drac.iiii.spodii dra.
iii.croci drac.ii.Tere,& confice cum aqua gra-
nati acetosi, aut cum aqua agrestæ, & informa
trochiscos, & dentur in potu cũ rob de agresta
puro,aut cũ syrupo de ribes. Quidam verò ad-
dũt in eis boli armeni,& succi berberis,ambo-
rũ ana drac.ii. castanearũ torrefactarũ drac.iii.

TRochisci de berberis, facientes ad febrem
acutã,& apostemata in hepate, & sitim ve-
hementem. Recipe succi berberis drac.iiii. se-
minis citruli,& masticis, & spodii,omniũ ana
drac.ii.laccæ,& reusini,amborum ana drac.i.ro
sarum drac.xii.croci drac.i.spicę,& succi eupa-
torii,& radicum liquiritiæ, & tereniabin, om-
nium ana drac ii. informentur trochisci pon-
dere drac.i.& dentur in potu cum eo quod cõ-
uenit ex potibus. Quidã aũt addunt in eis succi
absinthii ʒ.ii.assari,& semini apii,& seminis fę
niculi oĩum ana drac.i.rubeę tinctorũ drac.i.s.

TRochisci de berberis descriptione alia,qui
conferunt ad febres inflammatas , & apo-
stemata hepatis & apostemata stomachi. Reci-
pe berberis,& succi liquiritiæ, & rosarum,& se
minis cucumeris, & seminis melonis excorti-
cati,contriti. & cribellati,omnium ana põdus
drac.iii.masticis, & spicę odoriferę,& succi eu-
patorii,omnium ana pondus drac.ii. rubeæ,et
reusini, & croci, omnium ana pondus drac.i.
seminis cuscutę,& seminis endiuiæ , omnium
ana pondus drac.iii.spodii pondus drac.i. s.te-
reniabin pondus drac.vi. Tere,& confice cum
aqua tereniabin , & informa trochiscos, quo-
rum vnusquisque sit aure i. & potentur.

TRochisci de berberi,qui conueniunt ad do
lores hepatis cũ febre,& siti,& icteritia. Re-
cipe rosarum recentium drac. vii. succi berbe-
ris,& tereniabin,amborum ana drac.iii.cuscu-
tæ sicci, aut seminis eius drac.i. s nereiden, et
spodii,amborum ana drac.i.s.croci,& laccæ,et
reubarbari, omnium ana drac.i. succi liquiri-
tiæ drac ii.s.Tere,& confice cum aqua terenia-
bin,aut cum aqua endiuiæ.

DEscriptio alia trochiscorum de berberis,
qui conueniunt ad febres inflammatas,et
sitim & angustiam, & extinguunt valde. Reci-
cipe berberis aut succi eius, et succi liquiritiæ,
aut spodii,omnium ana drac.iii spicæ drach.i.
seminis citruli põdus drac.iii.s. ros.drac.vi.s.se
minis portulacę, & croci , amyli dragacanthi,
oĩum ana drac.ii. cãphorę drac.s.cõficiãtur cũ
aqua tereniabin , & informentur trochisci.

DEscriptio alia trochiscorũ de berberis, qui
faciunt ad febrem,& tussim,& dolorẽ he-
patis, & sedant sitim . Recipe berberis pondus
drac.xii.& seminis cucumeris,et alcõdi,et ma-
sticis, & spodii, omnium ana pondus drac.vi.
laccæ,et reusini,amborum ana drac.iii et rosa-
rum drac.xl. croci, et spicę, et succi eupatorii,
et succi liquiritiæ , et tereniabin, omnium ana
drac.vi. Tere, et fac trochiscos.

TRochisci de berberis descriptione alia. Re-
cipe berberis,et spicæ,et seminis portulacę
et liquiritiæ,et dragacanthi,et gummi arabici,
et amyli,omnium ana drac.iii.s.spodii,et cam-
phorę,et croci,omniũ ana pondus drac.i. Te-
re,et confice cum aqua,et informa trochiscos.

TRochisci de berberis. Recipe succi berberis
drac.v. eupatorii, et spodii amborum ana
drac.ii.laccę ablutæ,et croci, et Keder et spicæ,
et succi absinthii,et reubarbari,et buglossæ,om
nium ana drac.ii.s. seminis endiuiæ,et sem.cu-
scutę,omnium an pondus drac.iii.seminis por
tulacæ drac. i. s, croci pondus drac. i. informa
trochiscos cum aqua endiuiæ.

TRochiscus de absinthio, cõferens ad febres
antiquas,aperitiuus valde, prouocatiuus,fa
ciens appetere. Recipe anisi,et absinthii,et assa-
ri,et seminis apii , et amygdalarum excortica-
tarum, omnium partes æquales : conficiantur
cum aqua frigida, et fiant trochisci, et dentur
in potu.

TRochisci de absinthio alii, facientes ad he-
par et splenem, et stomachum, et febrẽ ter-
tianam d [et triangulam.] Recipe anisi aure ii.
assari , et absinthii romani, et seminis apii, et
amygdalarum excorticatarum ex cortice suo,
&

d B. triang. tam.

& masticis, & spicæ, omnium ana aure.j. aloes Scotrensis, & folij Indi, amborum ana aure.j. s. succi euparorii aure.j. Terantur & conficiantur, informentur trochisci.

TRochisci de eupatorio, qui conferunt ad febres inflammatas, antiquas: & ad sitim, & oppilationes: & apostemata hepatis, & splenis, & ictericiam. Recipe succi eupatorij sextaria. vj. rosarum rubearum ablatis capitibus, & spicę odoriferæ, omnium an. sextaria.ij. terenia bin mundatæ sextaria. vj. spodij pondus drach. iiij. Aggrega has medicinas tritas & cribellatas, & confice, & fac trochiscos.

TRochisci de cappare: qui conferunt ad dolores splenis. Recipe corticum radicis capparis sextaria.iiij. ammoniaci sextaria.iiij. reubarbari sextaria.ij. seminis agni casti, & piperis, omnium an. pondus sextariorum. vj. Aggrega has medicinas tritas, & confice ammoniacum cum aceto vini, & aggrega cum eo medicinas, & fac trochiscos.

TRochisci de lacca. Recipe laccæ lignorũ, & rubeæ, & anisi, & sem. apij, & absinthij, & assari, & amygdalarum amararum mundatarum, & costi, & cinnamomi, & aristolochiæ lõgæ, & succi eupatorij, omnium an. drac. v. Tere, & confice trochiscos.

TRochisci alkekengi, conferentes ad dolores renum, & vesicæ, & mictum sanguinis, & saniei, & ad vrinam mucosam, & conferunt ad scabiem vesicæ: quorum hæc est permistio. Recipe seminis melonis aure. xxxvj. opij aure. vj. seminis hyusquiami albi, & sem apij, & sem. acetosæ omnium an. aure. vj seminis hyusquiami nigri, & sem. coriandri, amborum an. aure. xviij. seminis fœniculi, & granorum pini torrefactorum, & croci, & amygdalarum amararũ, omnium ana. aure. ix. & granorum alkekengi montani grana. lxxv. Tere, & confice cum coagulato vuæ, & fac trochiscos. Dosis sit a duobus aure. vsque ad iij.

TRochisci alkekengi, descriptione alia, qui conferunt ad vlcus renum, & vesicę, & ad distillationem vrinæ. Recipe seminis apij, & seminis hyusquiami albi, & scehedenigi, omnium an. pondus dra. vj. seminis fœniculi dra. ij. croci & seminis acetosæ syluestris, & amygdalarum pini, & opij, & amygdalarum amararum excorticatarum, omnium an. dra. iij. & granorum alKeKengi magnorum numero xxv. & sem. cucumeris drac. xij. Tere, & confice, & fac trochiscos.

TRochisci de reubarbaro conferentes ad ægritudines antiquas, & duritiem hepatis, & grauitatem eius, & apostemata ipsius, & dolores splenis, & percussionem euenientem in corpore. Recipe reusini pondus dra viij. rubeę, lignorum, laccæ mundatæ, omnium ana pondus dra. iiij. seminis apij, & eupatorij, & anisi, omnium ana pondus dra. iij. Aggrega has medicinas tritas, & cribellatas, & fac trochiscos secundum descriptionem.

TRochisci, quos composuit Aminullus, qui conferunt ad caliditatem, & solutionem ventris, & dolorem hepatis, quorum hæc est permistio. Recipe spodij, & berberis, & xyloaloes, & seminis acetosæ, & masticis, & galiæ, & spicæ, omnium ana aur. j. gummi aure. iij. rosarum aure. v. conficiantur cum aqua rosa. & informentur trochisci.

TRochisci alii. Anisi, & seminis apii, amborum ana pondus drac i. amyli, & amygdalarum amararum, & masticis, & spicæ & folii Indi, omnium ana pondus drac. i. & succi eupatorii, & aloes, amborum ana drac. ii. assari. drach. i. Tere & confice, & fac trochiscos.

TRochisci alii amygdalarum amararum, & anisi, & absinthii, omnium ana drac. ii. assari. drac. i. Tere, & confice, & fac trochiscos.

TRochisci meron: & sunt cogniti betricon. Recipe croci, & opii, & myrrhæ, & seminis hyusquiami albi, & corticum radicis mandragoræ partes æquales: conficiantur cum succo lactucæ, & fiant trochisci, & quum necesse fuerit, tere, & dissolue cum aqua, & line super tempora.

PErmistio trochiscorum. Recipe calami aromatici, & meliloti, amborum an. dra. iii. cardamomi vnc. i. s. foliorum anefrin vnc. i. rosarum rubearum vnc. s. muschi aure. i. Tere, & cribella & fac trochiscos.

TRochisci valentes ad vlcus intestinorum, & expulsionem sanguinis vndecunque sit. Recipe superioris de rosis, & opii, & acaciæ, & gummi, omnium an. vnc. i. galla um. vnc. s. fellu zaharagi vnc. i. s. conficiãtur cum succo [e] [alcarcos] & fiant trochisci.

e s. alharcus.

TRochisci Andromachi conferentes ad expulsionem sanguinis. Recipe arsenici, & corain, omnium an. drac. iiii. olibani. dra. viii. stellę terræ, & amyli, & boli armeni, omnium an. drac. iii. seminis papaueris drac. ii. balaustię. drach. s. Tere, & confice, & fac trochiscos.

TRochisci Andromachi descriptione alia, facientes ad dolorem stomachi, & ad [f] [difficultatem uentris,] & difficultatem urinæ. Recipe seminis apii drach. vi. anisi. drach. iii. reusini, & piperis albi, & floris squinanthi, & castorei, & spicæ, & cinnamomi, & opii, omnium ana drach. i. s. absinthii drach. iii. aloes Scotrensis, & masticis, & croci, omnium ana pondus drac. i. Tere, & cribella, & confice, & in forma trochiscos.

f s. frigus.

TRochisci Alkindi, qui conferunt hepati, quod debilitatum est in generando sanguinem, adeo quod debilitatus est appetitus cibi, & appetitus coitus. Recipe laccæ lignorum partes v. berberis partes iii. reusini, rosarum rubearum, & xyloaloes Indi, omnium ana tertiam partis i. stechados, & venarum lilii sub albidi, amborum ana partem s. croci, & anisi, & seminis apii, & Keisim romani, & petroselini, omnium ana quartam partis vnius. Tere, & fac trochiscos.

TRochisci Andromachi abstersiui conferẽtes ad humorem crudum, & choleram, fortes valde. Recipe myrobala. belliricorum, & emblicorum, & burungi, omniũ partem i. post cicotrigonizationem, & medullæ turbith albi & quantum est illud totum, & penidiorũ quãtum omnia. ponantur penidii in patella & fundatur super eos aliquid aquæ. Quum ergo bullierint, auferãtur: & puluerizentur sup eos medicinę post cõmistionem, & permisceantur cõ

mistione decenti, deinde fiant trochisci ; & sic vnusquisque trochiscus ponderis dra. v. Dosis sit trochiscus vnus cum aqua, in qua infusum est coriandrum siccum a principio noctis: deinde coletur hora qua potatur medicina ĩ mane. ipsi enim faciunt ascellare a decem sellis vsque ad xx. & sit cibus eius super ipsos quum fuerit vespere, micę [g] [in] aqua ciceris cum oleo abluto. et si est necessarium, vt educatur phlegma vitreum viscosum, addatur in eis quantum quarta pars myrobal. de pulpa coloquinthidę.

g B. panis cum.

TRochisci almezerion, conferentes ad nauseam, & singultū, & tenasmon. Recipe anisi, & seminis apij, & calamenthi hortulani, & mẽtę, & petroselini, & ammeos, omniū an. dra. vi. & opii, & castorei, & piperis albi & macropiperis, & sisimbrii, & myrrhæ, & absinthii, omniū an. pondus dra. iiii. & corticum casię. dra. xii. cōficiantur cum melle, & fiant trochisci.

TRochisci mezerion alii. Recipe seminis apii, & anisi, & cinnamomi, omniū an. dra. vi. absinthii romani dra. iiii. myrrhę, & piperis, & opii, & castorei, omniū an. drac. ii. Aggrega has medicinas tritas, & cribellatas, & fac trochiscum cum triplicato, & vtere ad debilitatē stomachi, & fluxum ventris, & vomitum.

TRochisci alKondinon, conferentes ad febres inflammatas, & apostemata hepatis, et febres compositas ex cholera & phlegmate, & sanguine, & humiditate. Recipe rosarū rubearum ablatis capitibus pondus dra. vi. spicæ odoriferæ, & croci, amborum an. dra. ii. succi liquiritię, & radicū liquiritiæ, & granorū cucumeris excorticatorum, & tereniabin mundati, omnium an. dra. iii. dragacanthi, & gummi, amborum an. pondus dra. i. Aggrega has medicinas tritas, & cribellatas, & confice cum aqua dulci, & fac trochiscos.

TRochisci alkondinon descriptione alia. Recipe granorum melonis, & granorum citruli & granorum cucumeris, & cucurbitæ dulcis excorticatorum, omnium ana pondus drac. x. succi liquiritię pondus dra. vi. dragacāthi pōdus dra. iiii. seminis fœniculi, & rosarū, amborū, an. dra. ij. croci pōdus dra. i. tere, & cōfice cum aqua psyllii, et fac trochiscos, et vtere.

TRochisci marini, conferentes quum approximat æger ileos, valentes ad inflammationem, et conferentes ad vomitum. Quorum permistio. Recipe seminis apii, et anisi, amborum an. pondus drac. vi. absinthii romani, masticis, an. pondus drac. iiii. piperis, et myrrhę ana. pondus dra. i. cinnamomi pondus dra vi. opii. dra. ii. castorei pondus dra. ii, Tere, et cribella, et cōfice, et fac trochiscos.

TRochisci de papauere, conferentes ad fluxum sanguinis, et tussim, et febrem, et dolorem pectoris. Recipe rosarum, gummi arabici, amborum, ana pondus dra. iiii. amyli, et dragacanthi, amborum ana pondus drac. ii. papaueris albi, et nigri, amborum ana pondus drach. iii. spodii pondus drach. i. succi liquiritiæ pondus drac. ii. croci pondus tertiæ drac. i. Tere, aggrega, et fac trochiscos.

TRochisci de balaustiis, conuenientes eis qui habent fluxū ventris, et egestionem emittūt sanguineam et saniem, et habent tenasmon. Recipe balaustiarū, et sumach, et corticum glādiū torrefactarum, et sauich nabath, et granorum myrti, oīum an. drac. viii. et gallarū torrefactarū extinctarum cum aceto, cymini infusi in acetum, torrefacti, omnium an. dra. iiii. Tere et confice cum aqua ros. aut succo malorum, et informa trochiscos drachmeos.

TRochisci dissulidis, cōferentes ad vlcera renū, et vesicæ, et mictū sanguinis, et difficultatem vrinę. Quorum hæc est permistio. Recipe seminis apii, et seminis hyusquiami albi, et scehedenigi, omnium an. pondus, drac. v. seminis fęniculi pondus dra. ii. croci, et granorum pini, et seminis acetosæ, et opii, et amygdalarum amararum excorticatarum, omnium an. drac. iii. granorum alKekengi montani xv. numero, seminis cucumeris excorticati. dra. xii. Tere, et confice, et informa trochiscos.

TRochisci alādarō descriptione ascelenidis. Recipe capitū granatorū dra. s. aluminis iameni. dra. iiii. calcadis. dr. xii. dragacāthi dr. xii. myrrhę drac. iiii. olibani. dra. viii. aristolochiæ. dr. xii. confice cū aqua mellis, et fac trochiscos.

DEscriptio alia. Recipe aristol. et gallarum viridium, omnium an. dra. viii. et reliquæ medicinę sint secundum quantitatem zuccari, et informentur trochisci.

TRochiscus alius: q̃ cōfert ad vlcera ĩtestinorū, & sputū sanguinis ex pectore, et cōseruat fœtū. Recipe antimonii, et scehedenigi, et sanguinis draconis, oīum ana sextaria. iii. sedaran sextariū. i. laudani, et zuccari et croci, omniū an. dra. iiii. balaustiarū, et gallarū, omnium an. dra. xx. lycii, et cornu cerui adusti, et acaciæ, omniū an. dra x. conficiantur cum aqua arnoglossæ, aut cū aqua virgæ pastoris, et administretur secundum tres modos. Ad cursum [h] † [ ] ex inferioribus cum clysteri in receptrice. et modo secundo supponatur cum lana. et modo tertio detur in potu cum succo citri, et cum aqua virgę pastoris. et ad sputū sanguinis ex pectore, cum aqua portulacæ: et dysenteriæ cum rob cydoniorum puro.

h ꝑ. sang

TRochisci de aniso, aperientes oppilationes, rectificantes hepar, lenificantes naturā, auferentes febres antiquas. Quorū hæc est permistio. Recipe anisi dra. iii. absinthii, et assari, et seminis apii, et amygdalarum amararum excorticatarum, et spicę, et masticis, et folii, et seminis anethi, omnium an. dra. i. eupatorii. dra. iii. aloes. drac. iiii. s. conficiantur cum aqua absinthii, et fiant trochisci drachmei, et dentur in potu cum syrupo acetoso.

TRochisci lenientes naturā, auferentes angustiam, conferentes ad stricturam anhelitus, prohibentes vomitum. Quorum hęc est, permistio. Recipe turbith. drac. v. violarum siccarum drac. x. succi liquiritiæ. drac. ii. s. conficiantur cum aqua, et fiant trochisci. Dosis eorum drac. iii. aut iiii. et bibantur cum drac. x. zuccari.

TRochisci de seminibus: qui conferunt ad resolutionem naturę, et vlcera quæ sunt in intestinis, et ad illum qui non digerit cibos et punctionem vehementem, et tenasmon, et fluxum sanguinis mulierum frequentem. Quorum hęc est permistio. Recipe granorum myrthi. dr. ii. et seminis fęniculi, anisi, ammeos

seminis

seminis apij, seminis hyusquiami, & dauci, omnium ana vnc.j. opij dra. vj. conficiantur cum vino, & fiant trochisci ponderantes drac. s. & administrentur post sex menses.

TRochisci ad inceptionem aquę & ad duritiem hepatis. Recipe rosſ. drac. iiij. berberis. drac ij. ſpicę tantundem, masticis, & ſucci eupatorij, & absinthij, & ſquinanthi, & aſſari, & aniſi, & ſeminis apij, & ſeminis fœniculi, & ſcolopendriæ, & fructus tamariſci, & radicum capparis, omnium ana dra.i. reubarbari, & laccæ, & ſucci liquiritiæ, omnium an. dra.i.s. croci. dra.s. informentur trochiſci.

TRochiſci de roſis: qui conferunt ad dolorē ſtomachi, & febrē phlegmaticā. Recipe roſarum ſiccarum dra.ii. ſpicæ, & radicis liquiritiæ, omnium an. dra.i. karabe & maſticis, amborum an. dra.vii. carpobalſami. dra.v. Tere, & confice cum rob, & fac trochiſcos.

TRochiſci de roſis lenitiui: qui in æſtate in potu ſumuntur. Recipe roſ. pondus dra.x. ſpicæ, radicum liquiritię, omnium an. drac.v. ſcammoneę dra. iij. Terantur & conficiantur cum aqua frigida, & informentur trochiſci.

TRochiſci de roſis & eupatorio, conuenientes ad febres antiquas, & dolorem hepatis, & ictericiam. Recipe roſ. dra.v. ſpicę dra.ii. ſpodii drac.i. ſucci eupatorii. dra. viii. Tere, & confice cum aqua tereniabin, & fac trochiſcos, & da in potu cum aliquo ſyruporum.

TRochiſci de lacca conuenientes ad oppilationes hepatis, & ſplenis, & febrē aſſiduā, & prouocant vrinam. Quorum hæc eſt permiſtio. Recipe laccæ, & rubeę, & aniſi, & ſeminis apii, & abſinthii romani, & aſſari, & amygdalarum amararum excorticatarum, & coſti, & ariſtol. longæ, & ſucci eupatorii, & ſucci liquiritiæ, & ſucci berberis, omnium an. pars i. informentur trochiſci drachmei, & dentur in potu cum eo quod conuenit de ſyrupis.

TRochiſci, de rubea: qui conueniunt ad grauedinem ſplenis, & dolorem hepatis, & febrem chronicam. Quorum hæc eſt permiſtio. Recipe rubeæ drach. xii. corticum radicum capparis, & ariſtol. longæ, & radicum liquiritiæ, omnium ana drach.i. conficiantur cum ſyrupo acetoſo, & informentur trochiſci ponderantes drac. i. Doſis ſit vnius cum decoctione abſinthii.

TRochiſci de cuſcute conuenientes ad febres chronicas, & extinguunt. Quorū hæc eſt permiſtio. Recipe ſeminis citruli, & ſeminis alſchefabrem, omnium ana dra. iii. ſucaha, & bedoard, & fumiterræ, omnium ana drac. iiii. dragacanthi, & amyli, & gummi, omnium an. drach.i.s. ſpodii, & turbit, & ſeminis cuſcutæ, omnium ana dra.iiii. tereniabin. drac.xxx. zuccari alhaſir drac. xxx. croci. drac.iii. conficiantur cum aqua, et melle, et fiant trochiſci, et administrentur.

TRochiſci de decem medicinis: qui conueniunt ad quartanam antiquam, & dolorē hepatis, & mollitiem. Recipe aniſi dra.iiii. aſſari, & folii Indi, & abſinthii, & ſeminis apii, & ſpicę, & amygdalarum amararum excorticatarū, & maſticis, omniū an. pondus drac.i. aloes dra.ii. ſucci eupatorii dra.iiii. Tere, & cōfice cū decoctione abſinthii, & informa trochiſcos drachmeos, et da in potu cum aqua tepida.

TRochiſci cōferentes ad febres antiquas, & inflāmationē, & vomitum, & leniunt naturam. Recipe roſarū rubearum ablatis capitibus pondus dra.vi. granorum cucumeris excorticatorū, & maſticis, & reuſini, & ſucci eupatorii, omnium an. pondus dra.iii. croci pondus dra. ii. aloes Scotrēſis pōdus dra.i. Aggrega has medicinas tritas et cicotrigonizatas, & confice cū aqua dulci, & fac trochiſcos, & vtere cum aqua frigida, aut citruli, aut cum ſyrupo acetoſo.

TRACTATVS NONVS.

De decoctionibus, et pilulis.

NOs poſtponemus ſermonē de catharcticis: quorum quædam ſunt apozemata, & quędam pilulæ: & ſermonē de gargariſmis, & obtarmicis, & emplaſtris, & epithematibus, & medicinis oculi, et dentis, & aliorum, vſque ad ſummam ſecundam: & ſigillabimus hanc ſummam loquendo de oleis, & vnguentis: & ante illud afferemus deſcriptiones apozematum, & pilularum, quorum narrationem vidimus eſſe ante hanc ſummam ſecundam.

DEcoctio aquę de radicibus conferēs ad oppilationes, & difficultatē vrinæ, et dolorē hepatis, & ſtomachi, & adminiſtratur cū oleis, & aliis. Recipe corticum radicum fœniculi, & corticum radicum apii, & radicum ſquināthi, & ſeminis fęniculi, & apii, & aniſi, & ſpicę odoriferę, & capilli veneris, & maſticis, & paſſularū enucleatarum quantum neceſſe eſt: decoquantur, & dentur in potu quantum eſt neceſſe.

DEcoctio aquę de radicibus ad dolorē hepatis Alkindi. Recipe corticū radicis fęniculi, & apii, amborū an. pondus dra.i. ſeminis fœniculi, & ſeminis apii amborū an. pondus dra. s. roſ. rubearū mollitarū, & calamēthi, & ſquinanthi, omniū an. dra.s. & paſſularū enucleatarū pondus dra.ii. & aſſari pōdus tertiæ dra.i. & ſpicæ pondus tertiæ drac.i. fundantur ſuper ea aquæ tertiæ duæ lib. vnius, et decoquātur donec remaneant. vnc.ii. et plus parū, deinde coletur, et fundatur ſuper eam ex oleo amygdalino dulci pondus drac. vnius, deinde potetur.

APozema de abſinthio, conferens ad dolorē hepatis et ſtomachi, et febres cōmiſtas frigidas phlegmaticas, et melancholicas. Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe aniſi, et ſeminis apii, et abſinthii romani, et aſſari, et ſeminis fœniculi, et radicum ſquinanthi, omnium quantum neceſſe eſt: decoquantur, et extrahatur aqua eorum, et detur in potu.

DEcoctio eupatorii, conueniens ei, qui habet febrem quartanam, et febrem phlegmaticam, et febrem diuerſam, et lenit naturā. Recipe myrobalanorum nigrorum, et paſſularum mundatarum, et fumiterrę, et bedoard, et eupatorii, et ſucaha, omnium æqualiter, decoquantur, et colentur.

Capitulum de pilulis.

PIlulę quę conueniunt illi, qui habet ventoſitatem groſſam, & inflationem, & ſpaſmum neruorum, & inflationem teſticulorum. Reci-

pe seminis apij , & seminis harmel ,& anisi, & masticis, & croci,oīum an. dra.ii.myrobal.nigrorum,& belliricorū,et emblicorū,oīum an. dra.ii.serapini, & bdellij subalbi,omnium ana. dra.i.s.calamenthi,& petroselini, & floris squinãthi,& assari, & costi,& zedoariç,et ligni acori,omnium ana.drac. s.informentur pilulç.

Pilulç fœtidç magnç:quç expellunt humores grossos, & aperiunt oppilationes, & conferunt ad dolores iuncturarum et iliorum,et albaras,et morpheam, et lepram,et elephantiam. et sunt pilulç cognitç almeheru Recipe ammoniaci,et serapini, et opopanaci, et bdellij, et aloes,et harmel, et myrobal. et pulpç coloquinthidç,oīum an.drac.viii.et alsabram, et epithymi,et euphorbij, et casiç,et hermodactylorum, omniū ana pondus drac.iiii.et turbit.drac.x.et castorei pondus drac. ii. et scammoneç pōdus dra.iii.agarici.drac.ii.et croci,et spicç,et cardamomi, et radicis altheæ albç, et alkeia,et cinnamomi,et galangç, omnium ana pondus drac.i.

Pilulç fçtidæ maiores conferentes ad dolorē colicæ,et podagræ,et dorsi,et genuum:et resoluunt humorē grossum viscosum in corpore,quarum hçc est permistio. Recipe bdellij,serapini , ammoniaci , opopanaci , seminis harmel,et pilulæ coloquinthidæ, et aloes Scotrensis,et epithymi, omniū an. drac.x. scammoneæ dra.vi.cinnamomi,spicæ,croci, et castorei,omniū an.drac.ii. euphorbii drac.i.infundãtur gūme in aqua porri,et fiant pilulæ.Dosis drac.ii.

Pilulæ fœtidç minores,mundificantes humorē grossum, viscosum, ex dorso , et genibus. Recipe serapini de spahani , et ammoniaci , et opopanaci,et bdellij, omnium ana drac.x. turbit.dra.xx.pulpç coloquinthidæ drac.xii.infundantur gummi;et conficiantur cum eis medicinæ. Dosis drac.ii. cum aqua tepida.

Pilulç fœtidç Alkindi. conferunt ad dolorē iuncturarum et podagræ, et omnem dolorem ex humore crudo,et cholera,et melancholia,et paralysim:quarum permistio hæc est. Recipe aloes , et myrobal. citrinorum enucleatorum, et harmel, et epithymi Cretensis, et medullæ turbit,et ammoniaci, et opopanaci,et serapini, et bdellii iudaici , omnium ana partes iiii.pulpç coloquinthidç partes iii.scammoneç partes ii.euphorbii, et castorei, et cinnamomi, et croci, omnium ana partem j. infunde gummas in aqua porri,aut caulis die et nocte:deinde tere medicinas,et tere gummas,donec fiant sicut vnguentum:deinde pulueriza medicinas super eas,et tere donec permisceantur,et fac pilulas similes piperi, et exsicca in vmbra . Dosis earum pondus drach.ii. in principio noctis cū aqua tepida, et sit cibus super eas pullus conditus in zibrabegi , et vinum eius sit vinum mellis, aut de passis.

Pilulæ de [a] [capsia] maiores: quæ sunt conferentes ad dolores humerorum , et ancharū, et venæ sciaticæ:et solutione educunt humorē grossum viscosum. Recipe serapini, et ammoniaci,et bdellii,et euphorbii,et opopanaci,omnium ana drach.i.aloes,et epithymi,et agarici, omnium an.drach.i.s.aristolochiæ rotundç,et centaureç,et castorei, omnium an.drac.ii.macropiperis,et zingiberis,et cymini,et ammeos, et seminis apii,et anisi,et myrrhæ, et croci,omnium ana tertias.ii.drac.i. myrobal.citrinorū, et hermodactylorum , et radicis almeheizaheregi,omniū an.drac.ii.s.synapis,et [b] [casiç,] et pulpæ coloquinthidæ, et ligni acori,et salis Indi,omnium ana tertias ii. drach.i.confice cum aqua alkekengi, et fiant inde pilulç. Dosis pondus drach.ii.

Pilulæ [c] [de casia,] minores , conferentes ad mollificationem partis,et paralysim , et dolorem ancharum et genuum et iūcturarum , et podagram frigidam et solutione educunt humorem crudum grossum. Recipe myrobalanorum citrinorum drac.x.aloes drac.xx.zingiberis dra.ii.piperis,et macropiperis,omnium an. drac.i.synapis drac.iii. [d] [casiæ Indç,]et salis Indi, et pulpç coloquinthidç omnium an.dra.ii. penidiarum drac.iiii. conficiantur cum aqua [e] [porri,]et informentur pilulæ.Dosis drachmæ duç cum aqua tepida.

Pilulç de casia descriptione alia.Recipe aloes, et turbit,et hermodactylorum,omnium an. drac.x. [f] casiç]et acori, et salis naphtici, et pulpç coloquinthidç,et agarici,et granorum harmel,et bdellii,et serapini,omniū an.drac.ii.zingiberis, et macropiperis,et piperis, et masticis, et synapis,et anisi,et costi,et ammeos,omnium an drac.ii.epithymi, et myrobalanorum nigrorum amborum an drac.v.conficiantur cum aqua caulis,et alkeKengi, quorum dosis sit.dra. ii.aut.iii.cum aqua calida.

Pilulæ de eupatorio,facientes ad dolorem hepatis,et icteritiam,et ad febres. Recipe aloes, et succi eupatorii, et myrobal.citrinorum,omnium çqualiter.Tere,et cribella,et confice cum aqua apii, et fac pilulas . Dosis pondus drachmarum duarum.

Pilulç proficui, conferentes ad paralysim, et torturam , et dolorem genuum, et dolores iuncturarum ex phlegmate . Recipe albredumaru,et est medicina Inda, et satil,et afrang;et est medicina alia Inda : et turbit , et granorum alnil Indi,et herbç eupatorij,omnium an.aure. xx. decoquantur cum lib.l. aquç , donec remaneat medietas:deinde colentur,et reducatur aqua eorum ad ignem, et bulliat donec coaguletur,et proiiciatur super eam [g] [dende] de scemi mundati a cortice suo exteriore,et est simile linguç auis positæ in medio sui.et sumantur cinnami,et agarici,et masticis,et aloes Scotrensis , et albrengi excorticati , et succi liquiritiç, omnium an.aure.xx.Tere et cribella cum orali prçter [h] [dende] deinde tere [i] [dende] solum, et misceatur cum medicinis,quoniam non cribellatur propter vnctuositatem suam , deinde proiiciantur super illam aquam decoctã coagulatam,et facta est ei spissitudo mellis, et conficiantur cum ea istç medicinç, et informentur pilulç , et sumatur de eis pondus tertiç drach. i. vsque ad drach. s. et quando multiplicas , da duas tertias. drach.i.cum aqua calida in nocte.

Pilulç aliathelic : et sunt pilulç abstergentes phlegma,et melãcholiã,et educentes ea ambo,et frangunt vētositatem debilitatis digestionis, et dantur in potu hyeme et çstate, quarum hçc est permistio . Recipe cinnamomi, et costi

&

a B. scythragi.
b B. scythragi
c B. scythragi
d B. scythragi Indi.
e B. cauli
f B. scythragi
g B. dende
h B dende
i B. dende

& ſpicę,& amomi,& chamędryos, & granorũ alben , & mahaleb , & cinnamomi, & agarici, omnium an.pondus dra.ij. & myrrhæ, & croci, & gariophyllorũ, omnium an. dra.iii.aloes drac.xvi.fiant pilulę in æſtate cum ſucco roſarum,& in hyeme cum ſucco caulis. Doſis earum pondus drac.ii. cum vino ante cibum,& cibetur in hora ſua cum aqua ciceris.

PIlulę aldurie ex libro Alcalamet:quę odoriferum efficiunt oris odorem , & abſtergunt viſum,& conſumunt phlegma.& faciunt appetere cibum, & confortant dentes maſticantes. Recipe cinnami,& piperis, & rubeæ,& coriandri & heilbace,& cõdeiati,& fauſel,& cabreus, omnium ana pondus drach. ii. & Kirat.i. muſchi. Tere, & cribella,& confice cũ aqua gummi ſoluti.

PIlulę,quæ conferunt ad ventoſitatem,& debilitatem ſtomachi , & ad hęmorrhoidas: quarum hæc eſt permiſtio . Recipe ſcorię ferri aure c. quæ infund ntur in aqua porri ſeptem diebus continuis,& renouetur aqua in ea omni die ſemel,& granorum naſturtii drac. cc.ſeminis pori & ſeminis erucæ,& ſeminis alfeſul, & ſeminis apii,& ſeminis bauciæ,& ſeminis raphani,& fœnugræci & ſeminis cępæ,omnium ana drac. xxv. Tere, & confice cum aqua pori, & ſit forma pilulę ſicut ciceris.

PIlulæ de[k] [dende]conferentes ad torturam, & colicam,& dolores dorſi,& genuũ,& omnem dolorem,cuius cauſa eſt phlegma groſsũ viſcoſum & omnem vẽtoſitatem groſſam. Recipe[l] [cinnamomi]excorticati a cortice ſuo ſuperiore,de quo proiiciantur linguæ repertæ inter duo fruſta & granorum dende , et ſucci liquiritiæ,et agarici albi,et[m] [alKeiati] et herbæ eupatorii,et abſinthii,aloes, partes æquales. Tere,et confice cum aqua apii, et informentur pilulæ paruæ. et ille,qui de eis facit pilulas, inungat manum ſuam oleo balſami odorifero. Doſis earum eſt quod eſt a drac. i. vſque ad drach. ii.Et cibus ſuper eas zibrabegi.

SAl ſolutiuus, conferens ad torturam , et abſtergit viſum , et acuit auditum, et ad dolores ſplenis, et ad podagram, et dolores iuncturarum,et mollificationem lacerti,et nocumenta frigoris,et humiditatis.Cuius hęc eſt permiſtio.Salis gemmę drac.vi.piperis drac. xii. zingiberis,et ſeminis apij,et hyſſopi, et aniuden,et petroſelini,et ſeminis fœniculi,et aniſi,et folii Indi,et agarici et ſcammoneę,et naſturtii,et gariophyllorum, omnium ana drac.iiii. Aggregentur poſt cribellationem ,et reponantur in vaſe,et adminiſtrentur.

PIlulę ſtomaticæ Alkindi:quæ cõfortant ſtomachum, et faciunt appetere cibum, et ſunt valentes ad ſtomachum, et hepar,et ſplenem,et mundificant ſenſus, et inteſtina, et educunt ſuperfluitates ex toto corpore, et phlegma. Recipe myrobalanorum Kebulorum partes vi.ſalis Indi et abſinthii romani, et agarici leuis,et ſcãmoneæ ſubalbidę, omnium ana partes iii.aſſari,et aniſi,et ſeminis apii,omnium ana partes i. medullæ turbit albi partes xvii. epithymi Cretenſis rubei,mundi,recentis,partes v.hyeræ picræ partes vii. gariophyllorum partem i. commiſceantur medicinæ iſtæ poſt cribellationẽ, deinde ponatur ſuper eas paulatim et ipſæ conterantur aqua in qua bullitæ ſunt partes iiii. penidiorũ ſacchari, donec conuerſa ſit in ſubſtãtia ſucci dactylorum, deinde informentur pilulę ſimiles piperi.Doſis ſit pondus.aure.ii.

PIlulæ albaromaki mundificantes caput,et extremitates , et conferunt ad apoſtemata . bibantur,et dormiatur ſuper eas propterea quod ſunt vltimæ in attractione: quarum permiſtio hęc eſt. Recipe aloes Scotrenſis,et pulpæ coloquinthidæ,amborum aure.vii.croci,et ſpicę,et cinnamomi, et granorum balſami, et aſſari , et maſticis, et abſinthii romani,et ſcammoneę,et turbit,omnium an.aure.ii.caſię aure.s. Tere bene,et cribella,et confice cum aqua tepida,et fac pilulas, et inungat manum ſuam oleo amygdalino dulci,et ſumatur de eis ſecundum quantitatem lenitatis naturæ, et ſiccitatis eius,minus pilulis iii.et plus de eis pilulæ ix. Doſis integra drac.ii. quum vadit ad lectum ſuum.

PIlulę filii Alharith expertæ ad morpheam tędam,auferunt enim eam in tribus diebus, et conferunt ad febrem,et ventoſitatem,et dolores iuncturarũ, et omnem paſſionem phlegmaticam et melancholicam.Recipe myrobalanorum nigrorum,et citrinorum,et aloes Scotrenſis et ſarcocollę et bdellii rubei , et ſerapini de ſaphani, et pulpę coloquinthidæ,omniũ an.partes v. naſturtii albi,et origani perſici , et nigellæ , et cinnami carmeni , et ſalis gemmæ, et viſci romani omnium an. partem i. Accipe has medicinas poſt contritionem , et cribellationem,et commiſce perfecte, et infunde gummas in aqua pori in vaſe ęris tantę quantitatis qua conficiantur medicinę, et ponatur in ſole donec reſoluantur gummę, deinde proiiciantur medicinę cribellatę deſuper , et conficiantur bene vehementer conterendo , donec ſit poſſibile vt fiant pilulę ſimiles piperi, et exſiccẽtur in vmbra. Doſis earũ aure.i.cum aqua tepida. et abſtineat ante ipſas duobus diebus ab omnibus rebus niſi pane,et alzibrabegi.

PIlulę filii Hubeire, ſuper quibus eſt conuenientia manifeſti iuuamenti in ventoſitatibus, et cholera, et ventoſitatibus hęmorrhoidarum, et humore crudo , et morphea,et pruritu . et bibuntur in omni die,et nocte, hyeme, et ęſtate, quarum permiſtio hęc eſt.Recipe myrobalanorum citrinorum,et nigrorum,et belliricorum , ablatis nucleis, omnium an. aure. xii.emblicorum aure. vi.[n] [caſię Indę,] et macropiperis , amborum ana aure. v. nucis muſchatę, et ſalis gemmę, omnium an.aure.ii.turbit albi,et aloes, amborum ana aure.iii.Tere et cribella omnia , et fac confectionem cum oleo uiolaceo , et fac pilulas , et exſicca in umbra . Doſis earum aure. vi. apud mediam noctem cum aqua calida, videbis enim mirabilia ex iuuamento.

PIlulę aggregatiuę filii ilgeben:quæ cõferunt ad ſuperfluitatem exiſtentem in corpore ex phlegmate,et cholera rubea,et cholera nigra.et ſimiliter conferunt capiti quum in ipſo eſt ſuperfluitas ex iſtis humoribus, aut ex vno eorũ, et reſoluunt ſurditatẽ accidentem inde. et cõferunt ſtomacho. et hepati,et confortant ea,et conferunt ad omnẽ febrem antiquam,et ſedãt

[n] B. ſythragi Indi.

humores omnes, & sedant sanguinem,& sanāt species vlcerum, & pruritū,et ille qui habet hæmorrhoidas, & indiget potu earum,tangat indicem & pollicem suum cum aliquanto oleo amygdalino, deinde tangat illas pilulas digitis suis quantitate qua fluant cum oleo,deinde bibat eas:non enim nocebunt ei quum fecerit illud quarum permistio est hæc.Recipe hieræ picræ drac.xxiiij.mirobalanorum nigrorum, & citrinorum, amborum ana drac.vj. masticis,& anisi,& succi eupatorij, & succi absinthij,omnium ana dra.ii.rosarum rubearum dra.iiij.Terantur,& cribellentur,& conficiantur cū aqua, & informentur pilulę similes piperi.Dosis dra.ij.vsque ad dra.ij. s. & bibantur post duas horas a principio noctis,antequam dormiat vtēs eis, deinde surgat,& facient ascellare a duabus scellis vsque ad iiij.& erit earum operatio in die.

Pilulæ factæ cum euphorbio conferentes ad aquam citrinam,& ad dolorem dorsi,& anchę,& podagram, & mollificationem mēbrorum:Quarū permistio hæc est.Recipe euphorbij,& masticis,eorum amborum an.drach.iiii. scammoneæ,et agarici, amborum an. drach.v. pulpæ coloquinthidæ dra. iii. aloes, & epithymi,amborum ana pondus drac.xx.succi absinthii pondus dra.v.salis Indi pondus dra.i.s.macropiperis pondus dra.ii.anisi pondus dra.iiii. spicę pondus dra.x.Tere medicinas & cribella, & confice cum aqua caulis, & informa pilulas sicut piperis.Dosis huius medicinæ,est xi.pilulæ vsque ad quantitatem drac.s. ante cibum, & post ipsum. et bibatur super eis aqua calida.

Pilulæ aliæ conferentes ad febrem chronicā, & debilitatē splenis, & hepatis,& inceptionē aquę.Recipe chamępityos , et chamędryos & radicū liquiritiæ, & croci,& laccæ,& absinthii,omniū an.dra.x.seminis apii, & anisi,et seminis fęniculi,omniū an.dra.v.succi eupatorii, & reusini,& rosarū omniū an.dra.viii.seminis cuscutæ dra.xv.polii, & si habuerit splenem,adde in eis scolopendrię drac.x.radicis capparis, & fructus tamarisci, amborum an. drac.viii.

Pilulæ alię ad febrem chronicam ex humoribus commistis,& dolorem hepatis,& inceptionem aquę.Recipe absinthii,& succi eupatorii,& myrobalanorum citrinorum, & aloes,& masticis,& croci, & aristol.& laccæ,& anisi, & casiæ,& hierę,omnium ana partem i.Terantur & informentur pilulę.

Pilulæ conferentes ad febrē chronicā accidētē ab humoribus cōmistis,& ad dolorē hepatis,& inceptionem hydropisis.Recipe absinthii aut succi eius, & succi eupatorii, & myrobal.citrinorū, & aloes, & masticis, & croci, & reubarbari,& laccæ ablutæ,& anisi,&°[folii sicci] & hierę picræ oīum an.partē i. Terantur & conficiantur cū succo solatri , & informentur pilulæ. Dosis pondus aure. i. cū aqua tepida in nocte. Quòd si fuerit tussis, permisce cum medicinis succi liquiritiæ quantum est medietas ponderis omnium medicinarum.

° B.fumiterræ siccæ.

Pilulæ quę aperiunt oppilationes:& subtiliāt humores grossos,& faciunt descendere humores,& humiditates viscosas,& mucillaginosas.Quarū hæc est permistio.Recipe folii Indi, & myrrhę, & floris squinanthi,& floris absinthii romani,& masticis,& croci,oīum an. dr.s. seminis apii,& anisi,& bdellii,& serapini,& opopanaci, oīum an. dra.i.aloes dra.vii.turbith, & agarici, amborū an.drac.iii.et s.fiant pilulæ.

Pilulę de serapino;quæ conueniunt ad dolorē genuum,& ancharū,et laterum.Quarum hæc est permistio.Recipe seminis apii,& seminis harmel,amborū an.dra.i.serapini,& bdellii amborū an. dra.ii.hierę.dra.ii.pulpæ coloquinthidæ,& agarici, amborū an.dra i.turbit.drac. vi. fiant pilulæ. Dosis dra.ii.cum aqua tepida.

Pilulæ de opopanaco Salomon.conuenięētes ad dolorē genuum,& dorsi,& paralysim,et torturam. Recipe zingiberis, & piperis,& macropiperis, & capsię Indæ,& myrobalanorum citrinorum,& belliricorum,& emblicorum,& myrrhæ, & turbit, & scammoneę, & croci, & castorei,omnium an.dra.ii opopanaci,& hermodactylorum,& serapini,& bdellii,et ammoniaci,& pulpæ coloquinthidę,omnium an.dr. x. aloes drac. xx. infundantur gummæ in aqua caulis,et conficiantur cum eis medicinæ,et informentur pilulę.Dosis drac.ii.

Pilulæ de euforbio conferentes ad paralysim, et mollificationem, et humores crudos descendentes ad neruos. Recipe agarici,pulpę coloquinthidę, euphorbii,serapini,bdellii,oīum an.drac.i. aloes drac.ii. Terantur et conficiantur cum aqua caulis, et fiant pilulæ.

Pilulæ Indæ factæ cum muscho conferentes ad dolorem stomachi,et auferunt fœtorem oris,et malum odorem potus vini,et exsiccant humiditates eorum.Recipe^p [remisk] et capparis, amborum ana lib.i.conterātur,et abluātur, cum aqua et proiiciantur in vase,et proiiciantur super ea aquę lib.xl.et decoquatur donec remaneant lib.v. et coletur:deinde reducatur ad vas mundum , et decoquantur cum aqua secundo sola, donec coaguletur : et tu remouebis eā cū cochleario ita, vt nō adhæreat,et aduratur:deinde proiiciatur in catino viridi,et exsiccetur sicut exsiccatur aloes ablutū.Quū ergo volueris facere ex eis pilulas , sume de eis aure. xx,et tere,et cribella:deinde accipe heil,et gariophyl.et nucis muschatę, et macis, et xyloaloes Indi,et folii,et centaureæ, et sandali albi,et girbaugue,et cubebe, omniū an.aure.i.muschi aure.v.camphorę, aure.x. Tere vnumquodq; per se,et cribella, deinde permisce: postea accipe^q [remisk] secundo aure. v. et proiice super eam aquæ vnc. vi. decoque eam donec remaneant vnc.ii.et cola eam, et confice cū ea medicinas, et informa pilulas sicut cicer, et exsicca eas, et vtere eis,quum necesse fuerit.

TRACTATVS DECIMVS.

De oleis.

SErmo noster in hac summa de oleis est secundum nostram conditionē.

OLeum nardinum . Eius quidē iuuamenta sunt multa,& est de nobilioribus oleis ad omnem dolorem,qui fit ex frigiditate in ventre,& ventositatē intrinsecā, & sedat dolores auris frigidos,& remouet eos, & aufert dolorem capitis, & hemicraneam factō caput purgio ex eo , & colorem efficit bonum,& aufert colicam, & punctionem ventosam,

sam, & confert ad dolores earum & sedat dolorem hepatis, & ventris, & calefacit matricē, & iniicitur in foramen virgæ, & confert renibus,& vesicæ,& ad mollificationem vesicæ. Cuius hæc est permistio. Sumantur calami aromatici, & cyperi, & foliorū lauri, & xylobalsami, & folij Indi,& enulę, & sauinæ,& squinanthi, & myrti,et cordumeni,et sampsuci, omniū an. vnc ii. Terantur contritione grossa,et proiiciātur in vase, et proiiciantur super ea vinum et aqua, et infundantur sup ea olei sisamini Kist. v. et decoquantur lento igne in vase duplici sex horis,et moueantur omni hora: deinde auferātur ab igne, et dimittatur donec infrigidetur, et coletur oleum. Decoctio secunda. Cuius hæc est permistio. Recipe rof. rub. et casiæ,et succi myrti humidi et myrrhæ omnium an. drac. ii. Terantur grosse: et proiiciatur super ea aqua, aut vinum donec humectentur,et oleum decoctum: et decoquantur leui igne tribus horis, et infrigidetur,et coletur. Decoctio tertia. Cuius hæc est permistio. Spicæ et gariophyllorum, et storacis, omnium an. vnc. iij. nucis muschatæ. vnc. v. olei balsami. vnc. vj Tere medicinas grossè,et proiice super eas aquam quum ergo calefit, proiice desuper oleum quod decoctum est, et oleum balsami,et storacem liquidam,et moue donec misceantur, et ferueant donec consumetur aqua et remaneat oleum.

Oleum de storace conueniens iuncturis, ad quas effunditur materia, et calefacit lacertos,et apostemata frigida, et matricem frigidā, et calefacit renes, et vesicam ex frigiditate. Recipe olei sisamini kist. j. storacis siccæ. vnc iij. decoquatur lento igne donec sumat oleum virtutem storacis,et reponatur.

Oleum de chamæmilla. Recipe olei sisamini Kist. j. fœnugręci, superioris chamæmillæ abluti, et exsiccati in vmbra, amborum ana. vnc. ij. et reponatur in vase vitri, et ponatur in sole. xl. diebus,et administra.

Oleum de mastice, conueniens ad debilitatem stomachi et apostemata eius, et lenit duritiem. Recipe olei sisamini Kist. ij. masticis. vnc. vj. Teratur mastix, et proiiciatur super oleum in vase duplici.

Oleum de absinthio, factum in sole, calefaciens et confortans membra frigida. Recipe olei sisamini [a] [danic.] i. proiice ipsum in vase vitri,et absinthii. vnc ii. et ponatur in sole. xl. diebus, et administretur.

Oleū de anetho. Recipe olei sisamini Kist. i. seminis anethi exsiccati in vmbra. vnc. i. proiiciantur in vase vitri, et ponantur in sole xx. diebus,et administretur.

Oleum de lilio: quod confert ad frigus matricis,et præfocationem matricis, et ad colicam,et calefacit renes, et vesicam. Recipe casiæ ligneæ,et costi,et carpobalsami,et masticis, omnium an. vnc. i. gariophyllorum, et cinnamomi, amborum an. drac. s. croci. vnc. i. Tere et proiice in vase vitri cum lib. i s. olei sisamini, et lilii, xxx. numero, postquam proieceris illud quod est in eis de citrinitate, et radices foliorum eorum, et ponatur in vmbra in loco temperato, vsquequo sumat oleum virtutem eius, et administretur.

Oleum de [b] [hasce,] quod confert ad difficultatem vrinæ. Recipe olei sisamini. vnc. i. aquę lib. i. et quartam, zingiberis. drac. iiii. [c] [hasce] drac. x. Tere medicinas grosse, et proiice in vase cum aqua, et oleo sisamino, et decoquatur donec consumetur aqua, et remaneat oleum: et distilletur de eo in foramen virgę.

Oleum de [d] [hasce] aliud, ad iuncturas, et colorem efficit bonum, et addit in desiderio coeundi, et commouet super coitum et rectificat renes, et vesicam, et dorsum, quum de eo bibitur quantitas. vnc. i. omni die cum rob, aut cū vino, et administratur etiam in clysteribus. Cuius hæc est permistio. Recipe olei sisamini, et lactis vaccini dulcis, et succi [e] [hasce] humidi, omnium an. lib. x. penidiorum alborum lib. v. zingiberis lib. ii. s. Terantur penidii, et cribellentur et proiiciantur omnia in vase figuli, et accendatur sub eo ignis leuis donec cōsumētur aquæ [f] [hasce] et lac, et remaneat oleum solum, et bibatur de eo sicut diximus: est enim iuuatiuum ad debilitatem renum, et addit in desiderio coeūdi, et spermate.

Oleum de [g] [hasce] aliud, conueniens ad difficultatem [h] [ventris] et dolorem iliorum, et renum, et vesicę. Cuius hæc est permistio. Recipe aquę dulcis sacraiati xv. zingiberis pōdus drac. iiii, contriti [i] [hasce] pondus drac. x. olei sisamini sacraiati. i. decoquantur in vase mundo, igne leui, donec consumetur aqua, et remaneat oleum: et auferatur, et dimittatur donec infrigidetur; et coletur, et fiat clystere ex eo posterius, et ante, effundendo in foramen virgæ.

Oleum de serpentibus, conferens ad impetiginem et mollificationem [k] [stomachi.] Sumatur olei sisamini kist. iii. et ponantur in vase figuli, et ponantur in eo de serpentibus nigris a v. vsque ad x. et stringatur caput vasis, et decoquatur lento igne, donec in decoctioné dissoluantur, et auferantur ab igne, et dimittantur donec infrigidentur, et aperiatur caput eius, et caueatur a vapore eius: quare dimittatur, donec infrigidetur, et respiret, et auferatur ab eo vapor, et ponatur in vase, et administretur in epithemate quum ipsum est necessarium cum penna inunctum.

Oleum regis Dauid; quod est iuuatiuum ad paralysim, et torturam, et podagram, et tremorem, et dolores iuncturarum, et dorsi, et ad fistulas, et hæmorrhoidas, et ad colicam, et elephantiam. Cuius hæc est permistio. Recipe bdellii drach. x. ammoniaci, et serapini, et opopanaci, et carpobalsami, et opii, et polypodii, et ellebori albi, et zarur, et [l] [felieniati, et casię,] et amygdalarum amararum excorticatarum, omnium ana drach. vi. gariophyllorum, et nucis muschatæ, et zingiberis, et galangæ, et cinnamomi, et laudani, et castorei, omnium an. drach. iii. kesile, et seminis hyusquiami albi, et siseleos, et olibani, et nigellæ, et seminis erucę, et seminis porri, et ammeos, et costi, omnium an drac. v. cyperi, et granorum harmel, et myrthi et granorum viridiū, et granorum alkerua, et sampsuci, omniū an. dra. iiii. foliorū eupatorii, et vsnee amborū an. ʒ. v. Terātur medicinę istę cōtritione grossa, et proiiciantur in vase, et fundantur super

a danuth.
b B. hascech.
c B. hascech.
d B. hascech.
e B. hascech.
f B. hascech.
g B. hascech.
h B. urinæ.
i B. hascech.
k B. aui.
l B. felange, & sychragi.

eas lib.vi. ſucci caulis, et decoquatur igne leui, donec redeat ad lib.ii.et remoueatur ab igne,et coletur, et exprimatur ita vt non remaneat in eo aliquid de virtutibus harum medicinarũ, & reducatur ad vas, & fundantur ſuper ipſum de oleo oliuæ lib.vj. & butyri vaccini,& olei [m] [arazaki,[& olei de Kerua,& olei aldemeſt decocti cũ ſpeciebus,& affertur hoc oleũ ex Aegypto,omnium ana dra. x. & farinæ amygdalarũ amararum drac.ii.granorum lauri,& pini,amborum ana drac.vi.olei de lilio,& olei de eruca,amborum an.drac.v.granorum viridiũ põdus drac.x.olei ſiſamini aut arazaKi,in quo decocte ſunt rutæ dra.iii. vſneæ drac.iii.olei de alkanna drac.v.mellis anacardi dra.iii.& addantur ſuper olea in vaſe,& diſſoluatur cum pauco illius aquæ de ſagzenea pondus dra.x. decoquantur lento igne ſecundum facilitatem donec remaneat aquæ quantitas ſacraiati.i. & auferatur ab igne, & coletur cum mantili ſpiſſo, & reducatur ad vas & proiiciantur ammoniaci dra.x.mellis drac.x. & ponatur ſuper prunas donec liquefiat, & miſceantur cũ eo de ſtorace liquida, & naphta alba, & olei balſami, omnium an.dra.x. & ponatur in ampulla, & claudatur ſtricte caput eius. Doſis eius a quarta dr. i.vſque ad aure i.cum aqua ciceris tepida.

m a. alrazachi.

OLeum de coſto datur in potu & cõfert ad frigus lacertorũ & proprie hepatis,& ſtomachi,& aperit oppilationes lacertorũ,cõfortans eos,faciens colorem eſſe bonum cõſeruãs nigredinẽ capillorũ.Recipe coſti amari dra.x. caſiæ dra. vi. foliorum almarmacor ſextaria.x. Terantur groſſe,& infundantur in vino in nocte,& proiiciantur ſuper eas olei ſiſamini lib.i. s.& decoquatur in vaſe duplici, donec conſumetur vinum, & remaneat oleum.

OLeum de coſto aliud,ad dolorem hepatis, & ſtomachi, & dolorem iuncturarum ex frigiditate,& mollificatione lateris.Recipe gariophyllorum vnc i.calami aromatici,& ſpicæ & folii Indi,& ſtoracis,& radicis lilii cœleſtis, & cinnamomi, & vſneæ, & coſti,omnium an. vnc.ii.enulę,et caſię an.vnc.i.myrrhæ vnc.s.Tere medicinas groſſe, et infunde in aceto in nocte,et effunde ſuper eas olei et aquæ,amborum ana lib.v.et decoquantur lento igne donec cõſumetur aqua,et remaneat oleum,et coletur,et miſceatur cum primo.

OLeum ierbuet. et eſt medicina Inda,faciẽs ad ventoſitates groſſas,et ad dolorem matricis frigidũ.Recipe ſerapini, et galbani,et cyperi,et ſynapis,et ellebori,omniũ an.dra.xv.glutinis alimbat dra.viii.opopanaci,dra.iiii.cinnami,et coſti,et ariſtolochiæ lõgæ et rotũdæ, omnium an.pondus dra.ii.acori,et ammoniaci,et ſir,et eſt medicina Inda,et fel,et pyrethri,oĩum an.dra.ii.s.zedoariæ,et doronici, et caſtorei,et rutæ,et haſce,et abrotani,et radicis liquiritię,et rutæ montanę,et maruas de ſirem, et caulis et ſampſuci,et ſiſimbrii, et gariophyllorũ hortulanorum,omnium an.dra.s. myrrhæ,et aſſæ odoriferę, et fętidæ, et alaniudẽ,omniũ,an.dra. quartam i.olei oliuæ lib.ix. et aquæ lib.xviii.decoquãtur lento igne donec conſumetur aqua, et remaneat oleum. Doſis eius a media dra.vſque ad duas cum aqua anethi.

OLeum ſindin,ꝙ nominatur abruſemed,cõferens ad tuſſim,et ventoſitates groſſas, et attrahit humores groſſos,et cõfert ad hæmorrhoidas.Cuius hęc eſt ꝑmiſtio. Recipe ſauinæ, et piperis, et macropiperis,et Keſim,et zingiberis,et [n] [caſię Indæ] et ſalis rubei,et cymini,omnium an.dra.vi.ſauic nabac Kaficius.i. in aqua et coletur ſuper medicinas.

n B. [illegible]
Indi.

OLeum de Kerua:ꝙ confert ad mollificationẽ,et paralyſim,et torturã,et aperit oppilationes hepatis et ſplenis:et confert ad colicam. Cuius hæc eſt ꝑmiſtio. Recipe ammeos, et origani,et calamenthi montani,et myrrhę,et marmacor, et ſeminis apii,et ſeminis fœniculi, et aniſi,et ſeminis alandacocha,et maſticis,et aſſari,et fœnugręci,omniũ an.dra.vii.et alſel,et albel, et alfel, et acori, et [o] [caſiæ Indæ] et bdelli, omnium an. dra. v. ſerapini, et ammoniaci, et opopanaci,omniũ an.drac.iii.et radicum apii, et corticum radicum: fœniculi, et ſquinanthi, et radicum liquiritię, et enulę ſiccę,et [p] [haſſe,] omnium an.dra.x.hezerihaſen,et ſinſider,amborum an.dra. iii. zingiberis,et cinnamomi,et gariophyllorũ et cardamomi, et [q] [girbauge]et cubebe et macropiperis, et piperis,et nucis muſchatę,et macis et nigellæ,et coſti, et carui,omniũ an.dra.iiii.zedoariæ ęt doronici, amborũ an.dra.v. Tere medicinas groſſe,et funde ſuper eas de aqua ꝙ ſubmergat eas,et decoquãtur donec diſſoluãtur,et colẽtur:et fundãtur ſuper ea olei de kerua recentis lib.vii.et decoquãtur lento igne,donec conſumetur aqua, et remaneat oleum: et adminiſtrentur cum neceſſe fuerit pondus aure.ii. aut iii.cum aqua de radicibus.

o B. [illegible]
Indi.

p B. haſech.

q B. chay[illegible]

OLeum de kerua ſimplex.Decoquitur cum aqua ſola, et minoratur a caliditate ſua, quũ decoquitur cum aqua ſola, et eſt in loco olei arazaKi,quum abluitur cum aqua ſola.

OLeum de cucurbita:qđ confert ad oẽm caliditatem,et ad acuitatẽ in toto corpore,ſi fuerit mẽbrum inunctum cum eo, et ſi fuerit in veſica aut renibus,inungatur cum eo:et olfaciat ex eo,et inungat cum eo. et ſi fuerit in capite,fiat caput purgium ex eo.et ſi fuerit in inteſtinis acuitas cholerica ſumere ĩ potu ex eo eſt iuuatiuum ad omnia illa. Cuius hæc eſt permiſtio. Sumatur cucurbita magna integra, et ex corticetur,et teratur,et exprimatur,et ſumãtur de aqua eius partes quatuor,et olei ſiſamini recentis pars i.decoquatur lento igne.donec conſumatur aqua,et remaneat oleum:deinde coletur in vaſe vitreato, et adminiſtretur.

OLeũ [r] [aſcheſabren:] ꝙ confert ad vẽtoſitatẽ ĩ genibus, et iuncturis, et toto corpore. Sumatur [s] [aqua aſcheſabren]pars i.et olei ſiſamini pars i. et decoquatur donec conſumetur aqua tota, et remaneat oleum: coletur ergo et reponatur in uaſe uitri et claudatur ſtricte os eius.Doſis ſit ab aure.i.vſq; ad unc.s.ſicut diximus:et bibatur ſuper menſurã vnc.ii aquę ciceris, in qua quum cicere decoctum ſit aliquid cymini: et ſit cibus ſuper ipſum zibrabegi.et ſi fiat ex eo inunctio ſuper membra, confert.

r B. alſe[illegible]
fram.
ſ B.de alſe[illegible]
fram.

OLeum auris.Recipe olei ſiſamini lib.ii.origani drac.xv rubeę unc.ii.opopanaci,et ſerapini, & myrrhæ, & bdellii, & ammoniaci,& aloes,& olibani,omniũ ana drac.ii. Tere medi

cinas

cinas, & proiice ſuper eas parum aquæ, & confricentur cum manu bene, & proijciatur ſuper eas oleum, & decoquatur lẽto igne donec inſpiſsetur: & coletur, & adminiſtretur.

OLeum auris deſcriptione alia. Recipe ſceha. vnc. ii. quæ confricetur cum olei lib i. & aquæ ſampſuci lib. s. decoque omnia lento igne in cochleario ferreo, & cola ipſum, & diſtilla de ipſo in aurem.

OLeum alfelfelud conueniens ad dolorem iuncturarum, & ſpaſmum, & mollificationem membrorum. Recipe ſel, & bel, &. fel, et acori, & caſiæ, & enulæ, & macropiperis, et nucis vomicæ, et radicis lilii, & ſeminis fœniculi, & coſti, & myrrhæ, et zedoariæ, et doronici, omnium an. ℥. v. Terantur groſsè, & proiiciantur in ollam, & proiiciantur ſuper ea olei ſiſamini, & lactis, et aquæ, omnium ana heminę. ii. decoquantur in vaſe duplici, donec conſumentur aqua, & lac, & remaneat oleum, & coletur, & adminiſtretur.

DEſcriptio alia, quæ confert ad dolores ueſicæ, & matricis frigidarum, & ad venam ſciaticam, & frigus renum, & mollificationem membrorum, & colicam, et torturam, & paralyſim, & ad ventoſitates frigidas groſſas, quæ accidunt in neruis, & dolorem dorſi, & omnẽ dolorem qui fit ex frigore, & groſſitudine, & eſt oleum Indum. Recipe ſel, et bel, et fel, et acori, & caſię, et radicis lilii cęleſtis, et enulæ, & macropiperis, et nucis uomicæ, et nucis cupreſſi, & pini, et coſti et ſeminis fęniculi, et zedoariæ, & buzed, et doronici, omnium an. ℥. x. Terãtur omnia groſsè, & ſumãtur lactis dulcis: et aquę, amborum an. lib. x. et olei ſiſamini lib. v. decoquantur in vaſe duplici, donec conſumetur aqua, & remaneat oleum.

OLeum de ouis fit aut molendo uitellos elixatorum, aut diſtillando in vaſe vitreo cõpoſito: aut cum diſtillatione ſublimata.

OLeum alKeKengi: quod eſt conueniens ad epilepſiam, & paralyſim, et mollificationẽ, et frigiditatem, et ſpaſmum, et debilitatem ſtomachi, & uenam ſciaticam, et dolores iuncturarum, et dorſi, et confert ad colicam, & prouocat menſtrua, et calefacit matricem, et frangit lapidem & ſedat dolorem ani, & aperit oppilationes corporis. Recipe myrobalanorum Kebulorum, et belliricorum, et myrobalanorum nigrorum, & emblicorum, omnium an. ℥. x. radicis apii, et radicis fœniculi, amborum ana. ℥. vii. macropiperis, et piperis, et zingiberis, omnium an. ℥. v. opopanacis, hyuſquiami, & ſecundapini, omnium an. ℥. v. turbit ſextaria. iiii. caulis recentis, et rutæ recentis et [t] [halce] humidi, omnium an. m. j. Terantur ſicca groſsè, & incidantur olera, & proiiciantur in uas, et proiiciãtur ſuper ea aquæ lib. xxxiiii. & decoquãtur donec remaneat medietas, et proiiciantur ſuper ea olei de Kerua heminæ. iiii. et decoquantur donec conſumetur aqua, et remaneat oleum. Quidam verò addunt in eo radicum lilii ſextaria. ii. et [u] [caſiæ] ℥. iiii. et aniſi, et edebes, et afid, et cordumeni, omnium an. ℥. ii.

OLeum de croco: quod lenit neruos, et aufert ſpaſmum, et confert ad duritiem matricis, et colorem efficit bonum. Recipe croci. ℥. vi. calami aromatici ℥. v. myrrhæ ℥. s. cordumeni. ℥. vi. infundantur medicinę per ſe, et myrrha per ſe in aceto, præter cordumeni: et dimittantur diebus. v. in ſexto die infundantur cordumeni in aceto, et dimittatur die uno, et infundantur ſuper ea in die ſeptimo olei ſextaria. v. et decoquatur lento igne donec cõſumetur aqua, et remaneat oleum.

OLeum de vſnee. Recipe vſnee ſextaria. v. coſti ℥. x. caſię, et calami aromatici, amborũ ana ℥. iii. marmacor. ℥. ii. ſtoracis ℥. v. olei myrti lib. s. Terantur medicinę, et infundantur in aceto. & dimittãtur tribus diebus continuis, et coquantur cum oleo, donec conſumatur acetũ, et remaneat oleum, et coletur, et recondatur.

OLeum de euforbio noſtrum, confereris ad dolores frigidos, et propriè in neruis, et ad uenam ſciaticam, et dolorem dorſi, et pedũ. Cuius hæc eſt permiſtio. Recipe coſti amari põdus ℥. x. caſtorei pondus. ℥. v. et calamenthi ſicci põdus. ℥ xii. et pyrethri pondus ℥. vii. et condiſi pondus. ℥. iiii. et ſtaphiſagriæ pondus. ℥. iii. Terantur omnia, et decoquantur, in uaſe cum. xl. ℥. uini odoriferi poſtquam infuſa ſunt in eo die et nocte, uſquequo perueniat ad id, quod eſt minus tertia, deinde infrigidentur, et confricentur uehementer, et coletur et fundatur ſuper ipſum quantum eſt medietas ponderis eius ſiſamini, aut olei ſambacini, aut olei alKeiri, et decoquantur vſquequo conſumetur uinum, et remaneat oleum deinde ſumantur ad omnia. x. pondera olei, euphorbii albi recentis. ℥. ii. et teratur ſicut puluis, et miſceatur cum oleo, et ponatur ſuper ignem donec bulliat, et recondatur.

OLeum, quod romanè dicitur demanum, et eius expoſitio eſt medicina. x. ſpecierũ, conferens ad frigus neruorum et ſtomachi, confortans membra, repellens ſuperfluitates, lenificãs neruos. Recipe ſtoracis. unc. iiii. et maſticis põdus unc. xii. et folii Indi, et ſpicæ, amborum an. vnc. iiii. et euphorbii unc. iii. cinnamomi unc. vi. ceræ albæ unc. xii. olei de ben. unc. xlviii. olei balſami unc. xii. piperis unc. i. Terantur ſicca, et ſoluantur quę ſunt pręter illa, et reponatur.

OLeũ de floribus papaueris Rufi, calefaciẽs ſtomachum frigidum: reſoluit commotionem, et apoſtemationẽ quando cõmiſcetur cũ adipe anſeris, aut gallinę. Sumantur olei boni lib. i. et roſ. papaueris Rufi unc. ii. ponatur illud in uaſe, et ponatur in ſole. x. diebus, et reponatur: ueruntamen nõ hẽt illud oleum odorẽ.

OLea pura de lilio, et cydoniis, et malis, et ſynapi, et cucumere aſinino, fiũt ita ut ſint olei ſiſamini pars. i. et aquæ partes. iiii. et ſtent ſole quadraginta diebus, et reponatur.

TRACTATVS XI.

De unguentis, & emplaſtris.



VNGVENTVM de ceruſſa, quod confert ad aduſtionem ignis, et excoriationem. Recipe lithargyrii. ℥. i. v. ceræ albæ. ℥. vii. olei roſ. unc. ii. liquefiant cera, et oleum, proiiciantur ſuper ea ea ceruſſa, et lithargyrium in mortarium, et miſceantur

ſceantur ſimul antequã infrigidẽtur,& miſcea tur cum eo albugo oui vnius,et adminiſtretur.

VNguentum aliud. Recipe ceruſæ.ʒ.iiii.lithargyrij. ʒ.ii ſcoriæ argenti aur.i.dragacanthi ʒ.i.Terantur, & cribellentur cum orali, & ſumatur ceræ albæ unc.i.quæ liqueſiat cum vnc.iii.olei roſ.& proijciantur ſuper ea medicinæ in mortario,& conterantur.

VNguentum baſilicon magnum conferens ad vlcera,& cõuenit locis neruoſis, & vulneribus in quibus non eſt caliditas. Recipe ceræ lib.i.picis vnc.viii. myrrhæ, & reſinæ,omnium ana unc.iiii.glutinis alimbat vnc.iiii.olei lib.vj.

VNguentum baſilicon minus. Recipe reſinę,& picis,& cerę ęquales partes,& adminiſtratur cum oleo oliuæ.

a †B. & ceruſæ.
b B. uaſe.

VNguentum de ceruſa cum aceto. Sume lithargyrij [a] † [ ]quantum vis,& cribella & proiice in [b] [ciminili,]& proiice ſuper ipſum acetum,& oleum,& commiſce bene cum manu,& utere.

VNguẽtum de flore æris:ad vlcera antiqua. Floris æris.ʒ ii ceræ,& reſinæ, amborum an.ʒ.v. teratur flos æris, & liqueſiant reliquæ medicinæ cum oleo, menſura quæ eſt neceſſaria,& proiiciatur deſuper flos æris,& commoueatur donec æquetur,& adminiſtretur.

c B.marthechi.

VNguentum de calcadis: quod nominauit Gal.[c] [mutkin] conferens ad apoſtemata peſtilentiæ, & conſolidat vulnera,quæ difficile conſolidantur, & ſanguinea, & confert ad difficultatem urinę,& difficultatem egeſtionis, & omnia apoſtemata.Recipe adipis zirbi antiqui lib.iii.olei antiqui lib.iii.calcadis. unc. iiii. liqueſiat adeps,& teratur calcadis,& miſceatur cum tribus lib.olei,& terantur lib. iii.lithargyrii,& miſceatur cum eis, & cum adipe in mortario, deinde ponatur in frixorio mundo, & permiſce ea cum ſpatula quæ ſit abſciſſa ex palma,donec æquetur,& adminiſtretur.

d † B. conſolidans ulcera & fiſtulas in corporibus teneris ſicut ſunt pueri & mulieres & caſtrati.Recipe.

VNguentum nigrum [d] † [ ] lithargyrij.vnc.j.aceti fortis unc.iii.olei.vnc.ii. decoquãtur omnia cum ſtudio ne adurantur, & cummoueatur donec coaguletur.

VNguentũ diaquilon, cõferẽs ad nodos, & ſcrofulas,& apoſtemata dura. Cuius hæc eſt permiſtio.Fęnugræci,& ſem.lini, & altheæ albæ, omnium an.Keliati.i.infundatur unumquodq; eorũ per ſe die & nocte. deinde ſumantur de mucillagine vniuſcuiuſque eorum lib. j.& quarta,& lithargyrij lib.i.& s. & olei lib. ii. bulliant mucillagines ebullione una,deinde auferatur ab igne. poſtea bulliat oleum cum lithargyrio trito,donec coaguletur, & alteretur color eius.deinde proiiciãtur ſuper ipsũ mucillagines una poſt aliam,& coaguletur igne leui.

VNguentum rubeum.Recipe lithargyrii heminam.i. contriti cribellati, olei oliuæ lib.ii.aceti lib.x. cõcutiatur donec coaguletur, & ponatur ſuper ipſum poſtquam coagulatur lib.i.de venis tinctorum.

e B. alhauarin.

VNguentum apoſtolorum: & eſt apoſtolicon.& nominatur vnguentum [e] [ueneris,] & eſt vnguentum rectificans cum facilitate fiſtulas difficiles,& ſcrofulas paruas; nec eſt aliquid ſimile ei.& mundificat vulnera ex carne mortua,& pus,& cõſolidat.Et dicitur quòd eſt medicina xii.apoſtolorum. Cuius hæc eſt pmiſtio.Recipe terebinthinę,ceræ albæ, & reſinæ,omnium an. ʒ.xiiii.opopanaci, & floris æris,amborum an. ʒ.ii ammoniaci pondus dra. xiiii.ariſtol.longę,& thuris maſculi,amborum ana ʒ.vi.myrrhæ, & galbani, & amborum ana ʒ.iiii.bdellij pondus.ʒ.vi.lithargyrij pondus. ʒ. ix. infundatur bdellium in aceto vini,& decoquatur in æſtate cum duabus lib.olei, & in hyeme cum lib.iii.

VNguentum de uzifur, conferens ad ſcrofulas,& cancrum, & apoſtemata teſticulorum. Recipe lithargyrij,& galbani,amborũ an.ʒ.v.olibani,& ammoniaci,amborum an.põdus.ʒ.x.glutinis alimbat. ʒ.vi ceræ ſexta.x.uzifur ʒ.viii.& olei quantum ſufficit.

f B.kar
g B.kar
h kar

VNguentum [f] [karmez & alKarmum] conferens ad dolorem ani,& ignem perſicũ. Recipe pulpæ coloquinthidæ, & condiſi, & vſnen,et ſulfuris,omnium an.ʒ. iii. lithargyrii, & ſief memithe,amborum an.ʒ.vi.harmel, & [g] [marcor,] & eſt vermis [h] [alKarmez,]omnium an.ʒ.xii.ſambaci.ʒ.ii. picis ʒ.x. liqueſiat almarmarcor cum oleo,& adminiſtretur.

VNguentum cauterii. Recipe colcotar aſſati pondus.ʒ.x.calcis non extinctæ, et ſtoracis liquidæ,omnium an.drac.ii.

VNguentum gererati. Recipe chelidoniæ, & uenarum citrinarum,& galbani,et ammoniaci,et ſarcocollæ,& gummi, et ſanguinis draconis,omniũ ana partem.i.lithargyrii quãtum eſt pondus medicinarum omnium,et olei ſiſamini,& olei oliuę quantum eſt pondus medicinarum omnium: liqueſiat cera cum oleo in vaſe teſteo nouo, & pulueriżentur deſuper medicinæ tritæ, et cribellatæ. miſceatur & adminiſtretur.

Capitulum de emplaſtris.

a B.un

EMplaſtrum Andromachi: quod confert ſpleneticis, & hydropicis, et qui patitur tenſionem laterum,& ad dolorem iuncturarũ, et ad uenam ſciaticam, et ægritudines chronicas antiquas. Cuius permiſtio hæc eſt. Recipe ceræ,et picis,omnium an lib.i.gummi pini lib. i.olei [a] [cyathi.] viii. arſenici rubei vel aurei, aluminis iameni, calcis quam aqua non inuenit,omnium an. unc. ii. præpara ipſum ſecundum quòd narratur.

b B.alde
almamul

EMplaſtrum mirabile,relatum ad Andromachum,quod conuenit ubi vult aliquis ut ſugatur ex eo aliquid:frangit ei ipſum,et extrahit oſſa corrupta,et furunculos,et ſpinas, et cõfert ad venam ſciaticam, et ſputum ſaniei, et duritiem viſcerum,et torſionem membri ſuper mẽbrum, et ſigillationem vulnerum. Recipe granorum quæ inueniuntur in fructu plantę,quę dicitur aumeli,et baurach rubei,et ſalis ammoniaci, et ariſtol. Creticæ, et radicis cucumeris aſinini,et gummæ albotin,omnium an.põdus aur.xx.piperis,et macropiperis, et ammoniaci, et amomi,et xylobalſami,omniũ an.aur.x.thuris maſculi,et myrrhæ,et reſinæ ſiccæ, [b] [aldabac frigida,]omnium an.aur.x.et lactis arboris mori

mori aure.x.ceræ aure.xxx.& adipis capræ aur. xv.& fęcis olei de lilio,quantum sufficit ad cōficiendum medicinam. Terātur medicinæ siccę,& fricentur etiam,& inungat qui frigat eas, manus suas cum fæce olei de lilio,ita vt quum permista fuerint omnia,bene reponatur,& seruetur:& quum necesse fuerit uti eo ad auferendam laxitudinem, tūc sumantur de eo.unc.iii. adipis anatis unc iii.& olei de alcanna. unc.iii. & permisceatur,& administretur.

EMplastrum ad dolorem iuncturarum et podagræ, & est medicamen expertum vtile. Seminis hyusquiami Kist.i.agarici,& fœnugręci,an kist.i.baurac.vnc.i ceræ lib.i.resinæ decoctæ lib.i.olei antiqui lib.j.medullæ ossium ceruí.unc.iiii.radicis lilii.unc.iiii.Terantur medicinæ siccæ,& cribellentur, & liquefiant ea quæ liquefiunt, & dimittantur donec infrigidētur, & proiiciantur super medicinas siccas,& commisceantur,& reponatur,& administretur.

EMplastrum philagrius ad dolorem stomachi,& hepatis,& dolores matricum,& apostemata, quū linitur exterius,& administratur mulieribus in lana liniendo cum eo matricē. Recipe croci.ȝ.ii.& in descriptione alia. ȝ.xii. bdellii, & masticis, & ammoniaci,& aloes,& storacis humidæ,omnium an.ȝ.vii.ceræ,sextaria.iii.adipis anseris.ȝ xii.hyssopi siccæ aut humidæ.ȝ.xxx.olei nardini,quantum sufficit.

VNguentum, quod confert ad vehementiā debilitatis hepatis & stomachi,& lenit duritiem,& retinet ascellationem [c] [epithematū.] Recipe tortellarum de scemi pondus. ȝ.iiii. [d] [alKeia.]& absinthij,& olibani,omnium an.pōdus.ȝ.ii.& myrrhæ,& aloes,& [e] [aderirati]& xyloaloes, & acaciæ,omnium ana pondus.ȝ.i.& laudani pondus.unc ii & cydoniorum excorticatorum decoctorum mundatorum á granis suis.pondus ȝ.vi.& dactylorū alcabs dactylos. l. numero,& ceræ,& olei nardini,& olei rosf.quātitatem cū qua fiat unguentum. Infunde dactylos,& tortellas in uino, & accipe cydonia, & munda ea ex cortice & granis suis: deinde coque ea in uino donec mollia sint, & quū decocta sunt tere ea bene, & permisce ipsa cū dactylis & tortellis: deinde contere ea cum tortellis, donec misceantur, & liquefac ceram cū oleo, & tere reliquas medicinas & cribella eas,et pulueriza eas super ceram liquefactam cum oleo: deinde aggrega eas simul mortario,et permisce eas in eo,donec permisceantur bene:deinde line ex eo super lanam.i.pannum,& pone ipsum super hepar,& stomachum.

VNguētum factum cum pulpa coloquinthidæ, quod confert ad illud quod dictū est. Cuius hæc est permistio pulpæ coloquinthidę pondus.ȝ.xii.turbit,& scammoneæ, & euphorbii.omnium an. ȝ.viii.seminis anethi,& salis, & myrrhę,& aloes,& fellis uaccini, et salis Indi,& nigellæ,& staphisagriæ montanæ,& piperis,& zingiberis,& myrobal.citrinorū,& mezerion, & belliricorum omnium an pondus.ȝ. xii.& amygdalarum,& ammoniaci et opopanaci,& serapini omnium an.ȝ.vii.baurac, & sulfuris citrini,amborū an.ȝ.xv.fœnugręci,et chamæmillæ,& seminis lini omnium an. pondus. ȝ.x.storacis,& ceræ,amborum an.sextaria x. liquefac ea quæ liquefiunt de istis medicinis cū butyro vaccino,& infunde quæ ex eis infundū tur,in uino,& tere quę ex eis sicca sunt,& cribella ea: deinde tere infusa, & permisce ea simul donec fiat unguentum:deinde line ex eo stomachum, & hepar : ipsum enim facit descendere aquam citrinam.Et qui indiget ascellatione,& non potest bibere medicinam liniat ipsum super stomachum,quoniam soluet eum.

EMplastrum factum cum cordumeni,quod confert ad dolores antiquos, qui sunt in hepate,& stomacho,et splene,et duritiem accidentem in eis,& frigus.Recipe cordumeni, & spicæ,& amomi,& piperis,et macropiperis, et costi,& casiæ mundatæ & thuris & pyrethri et amygdalarū,& ammoniaci,& [f] [alKeia]& myrrhæ, & storacis, & carpobalsami, et aristolo. long.& rotun.et cyperi,et meliloti, et laudani, et gariophyllorū,omnium an.pōdus.ȝ iiii.croci,pondus.ȝ.ii.& ireos,et opobalsami,et adipis vaccę aut anatis,omniū an.pondus.ȝ.v et gūmi amygdalæ amaræ,pondus.ȝ.v. liquefac cerā cū oleo nardino: et fac ipsum sicut narraui tibi.

c B.hepaticam. d B.kie. e B.alderira. f B.Kie.

TRACTATVS XII.

De iuuamento harum medicinarum appropriato unicuique membro.

AD frigus capitis conferunt scelithe,et anacardinum, et diacyminum caput purgio facto.Grauitati capitis cōfert infusio de hiera et pilulæ alboromaKi, quę mundificant caput.

AD dolorem capitis frigidū antiquum sotira,scelithe secundum quod dicitur,hiera Eufratis,hiera picra,hiera Archigenis.Theodoricon,hiera catagini,trochilci stellæ epithemati super frontem. Et ad cephaleam iterum oleum nardinum.Ad hemicraneam trochisci, stellæ liniti super frontem, oleum nardinum, suffuf in fusione hieræ,confectio Hermetis facto caput purgio.

Ad uertiginem sotira pura, confectio Hermetis,anacardinum,hiera Archigenis, theodoricon,electuarium de ambra magnum.

Ad obliuionem : et recordationem,et mentem, anacardinum, electuarium de anacardis, scelithe secundū quòd dicitur facto caputpurgio ex eo,suffuf Aristotelis, electuarium de ambra,sirimos,hiera picra.

Ad alguesgues,et maniam theriaca,& mithridatum,theriaca Esdræ, scelithe secūdum quòd dicitur,theriaca iarbe ramaguem, hiera catagini medicina de muscho et proprie descriptio facta ad melancholiam.anacardinum quando æquatur in sua receptione,cōfectio de hiacyntho nostra.

Quæ confortat sensus,sunt theriaca, mythridatum,pilulæ stomatichę AlKindi.

Ad epilepsiam theriaca, mithridatum, theriaca Esdræ,theriaca diatesserō sotira,scelithe, Theriaca nostra, confectio Cæsaris, alkelKilengi, propriè ad pueros, Theodoricon, hiera garios, hiera nostra, medicina de muscho dulcis, et amara,hiera picra, acetum squillę,et ozymel eius.

Ad

Ad apoplexiam theriaca, mythridatum, theriaca Esdræ, oleum alKeKengi.

Ad paralysim, & mollificationem in mẽbris, theriaca, mithrydatum, theriaca Esdrę, theriaca diatesserõ, medicina de muscho dulcis, & amara, anacardinum, diamarte, bedemeregi, hiera nostra: electuarium de vua, pilulæ utilitatis, oleum arased, hiera Gal. episcopalis, pilulæ de euphorbio, confectio aseimeri, caputpurgium alhabis, hiera picra clysterizata.

Ad torturam scelithe. Medicina de muscho dulcis, & amara, anacardinum, electuariũ de a [vua] pilulę proficui, pilulæ de dende sal. b † [ ]

a B. Alia litera ambra.
b †B. præparatum.

Ad tremorẽ, theriaca, mithrydatũ, theriaca Esdræ, sotira, electuariũ nostrũ, hiera catagini.

Ad spasmum, sotira, oleum alKeKengi, oleũ de croco: hiera Gal. hiera catagini.

Ad dolorem oculi sotira, hiera picra, medicina Keted regis.

Ad cæcitatem & aquam quę fit in oculo: hiera Archigenis in principio.

Ad dolorem auris: trochisci stellæ, oleum nardinum.

Ad frigidum: acetum squilliticum, & oxymel eius ad illam in qua non est vlcus.

Ad dolorem dentium: sotira, sagzenea, cõfectio de scoria, trochisci stellæ. In corroso. Confectio philosophorum, oxymel squilliticum, acetum eius restringit sanguinem, & detumescere facit carnem gingiuarum.

Rectificatio nodationis linguæ, & mollificationis eius: scelithe est electum in hoc cõfectio philosophorum, hiera picra.

Ad apostemata c [cordis] & dolores eius. Cõfectio de muscho, medicina Keted regis, medicina Gal. aquæ, confert ad ægritudines cannæ.

c B.gutturis.

Ea quę confortant cor sunt, theriaca, mithrydatum, theriaca Esdrę, theriaca diatessaron, nadrech Darii, resus Darii, cõfectio AlKindi, theriaca nostra, confectio de hiacyntho nostra: confectio Gal. electuarium de ambra, electuarium aliud.

Ad pulsum cordis. theriaca, mithrydatũ, scelithe theriaca nostra, confectio Cęsaris, miua, syrupus de malis calidus, cõfectio de muscho, medicina de muscho dulcis & amara.

Ad syncopim. medicina de muscho, mithrydatum Kelkelengi.

Ea quæ mundificant cannam pulmonis, & pectus, medicina Galen. & pilulæ quæ sunt in x. tractatibus, & medicinæ. lohoc de aliis, trochisci de stomachis sunt mirabiles, syrupus de hyssopo.

Ad raucedinem uocis & abscissionem eius, Lohoc de melone. acetum squilliticum, & oxymel eius, pilulæ quæ sunt in x. tractatibus.

Ad abscissionem uocis. theriaca, mithrydatum. Ad difficultatem anhelitus. confectio Cæsaris, medicinæ de muscho, pilulæ dictę in x. tractatibus. medicina diamarte, de curcuma, diasulfur, philonium, medicina Keted regis.

Ad asthma & anhelitum præparationis, lohoc de squilla, & eius oxymel.

Ad difficultatem & constrictionem, trochisci de papauere.

Ad dolores pulmonis, & pectoris, & hypochõdriorum, solira, Kokium. theriaca mandurucos, theriaca Esdræ confecta.

Ad tussim antiquam. theriaca, & mithrydatum, & scelithe secundum quòd dicitur, & dia sulfur, oleum asindin, et lohoc de papauere, trochiscus de papauere.

Ad sputum sanguinis, & fluxum eius, & ipsius uomitum, & saniei. Trochisci Gal. propriè conferentes saniei, trochisci Aristomachi mirabiles, lohoc de papauere.

Ad uomitum sanguinis, et sputũ eius medicina alheirõ, lohoc de melone, lohoc de spodio.

Ad frigus hepatis oleum de anetho Alcãzi, schereriaran, oleum de hasce, pilulæ quæ sunt in decem tractatibus.

Ad dolorem hepatis cõfectio de seminibus, medicina de gentiana, unguentum de cordumeni, trochisci de eupatorio, aqua de radicibus, trochisci de decem tractatibus cõfectio de muscho, confectio de calamentho, athanasia, confectio Hermetis cũ aqua algeleniabin, diacurcuma, diacostum, philoniũ, kelkelengi, suffuf de acoro facto trochisco. pilulæ de eupatorio, theodoricon, sal, acetum squillæ.

Debilitas hepatis, & quæ confortant ipsum. dialacca, & pilulæ stomachicæ Alkindi, & unguentum cum pulpa coloquinthidæ, sal est plurimũ, & medicina alindrion, diacurcuma, medicina quam Alkindus, & alii dixerunt esse Galen. Alcanzi, confectio de scoria, electuarium Gal. oleum de cinnamomo, suffuf hubede.

Ad extenuationẽ hepatis, resus Darii est confortatiuum ualde, theriaca nostra, cõfectio Alhindi, confectio de muscho, sagzenea, singularia fecimus oĩa, quę conferunt ad dolorẽ eius.

Ad apostema hepatis. medicina kiume medici, trochisci de berberis, trochischi de reubarbaro, trochisci alzedarfion.

Ad duritiem hepatis, & splenis, trochisci de reubarbaro, electuarium de aniuden.

Ad dolorem hepatis, & splenis. Theriaca Esdræ, mythridatum, diacurcuma, dialacca.

Ad hydropisim & initium eius, theriaca, mythridatum, confectio Hermetis, medicina kiume, hiera Archigenis.

Ad malitiam complexionis, d † [ ] oleum de euphorbio suffuf alkekengi, e [bactissucha] diasultur.

Ad inceptionem malitię complexionis, homorusia, diacurcuma, dialacca, trochisci de berberis, medicina kiume, aqua de radicibus pilulę alKekengi. Et ad fortem iterum Alcanzi, sehearearen sanios, et rectificat sanguinẽ. electuarium aliud.

Ad debilitatem stomachi. medicina Kiume. Vnguentum ad debilitatem hepatis, & stomachi, electuarium de xyloaloes, & sagzenea, sal factus sufuff, donum dei.

Et ad debilitatem, & corruptionem suam electuarium Alcanzi, electuarium Kameiati rectificat corruptionem eius.

Ad corruptionem, & mollificationem eius, oleum atusme, confectio Hermetis, diacurcuma. oleum aliud, aqua de radicibus, theriaca, mythridatum, alkarme, theriaca nostra, electuarium de ambra, trochisci stellæ.

Expellunt ab eo superfluitates, pilulæ alkeKãgi,

gi,hiera picra,diacyminum, cōfectio Alkindi, infusio picræ mundificat eū, ſuffuf aburmaKi, acetum ſquillæ,& oxymel eius, miua, ſyrupus de malis calidis,& ſyrupus de pyris,& citrū cōditum,& cydonia condita. Et de eis quæ mundificant ipſum, ſunt electuarium Gal. pilulę ſtomachicæ ſimul, tryphera de ſcoria, & alia.

Et ad mollificationem eius. tryphera maior, tryphera de ſcoria, ſuffuf, hobede, oleum de ſerpentibus.

Ad caliditatem ſtomachi confert ſyrupus de agreſta.

Ad frigus ſtomachi, electuariū de xyloaloes tēperatum, oleum menum, oleū de coſto, oleū de papauere ruto, electuarium de aniuden, electuarium alfangius, fendedicon, alcanzi ſcheherearen, tryphera de ſcoria, electuariū taliſafar.

Ad infuſionem ſtomachi. hiera picra, pilulæ Indæ, hiera picra, tryphera, ſuffuf hobede.

Ad dolorem ſtomachi, confectio de ſeminibus, dactylicon, medicina de gentiana, aqua de radicibus, hiera Andromachi, electuarium dia pipereon ſcherearen. Vnguētum de cordumeni, pilulæ Indæ, oleum roſ oleum de coſto, electuarium Gal. confectio Hermetis, pilulæ bonę ad dolorem ventris. emplaſtrum philagrius, aradon, diacurcuma, philonium, confectio de calamentho.

Ad ventoſitatē ſtomachi ſotira, nedrech Darij, alKarmiu, tryphera magna, oleū nardinum.

Ad apoſtema ſtomachi conferunt trochiſci de berberis,& eupatorio,[f] † [ ] ad duritiem ſtomachi oleum de maſtice.

f † B. & oleum de maſtice.

Ad appetitum electuaria, & alKeKengi confortat appetitum.

Ad appetitum caninum, de curatione eius eſt dyaciminum.

Ad digeſtionē, theriaca, mithrydatū, confectio philoſophorum, confectio Cęſaris, alchanzi diacydoniten propè muſchatum, tryphera magna, confectio de muſcho, ſagzenca, diacyminum, electuariū de ambra, ſuffuf ariſtol. electuarium de granis uiridibus, confectio de hiacyntho noſtra, electuarium aliud, citrum conditum electuarium.

Ad ſingultum, confectio Cæſaris eſt bona in co valde, miua, ſyrupus de menta,& trochiſci de mezereon.

Ad vomitū, nauſeā, trochiſci Ariſtomachi, cōfectio de ſale Indo ꝓpriè ad phlegmaticū & melancholicū, ſyrupus de mēta, ſyrupus de malis. ſyrupis de prunis, & confert ad ſyncopim.

Ad ſitim ſyrupus de agreſta, camphora, trochiſci de ſpodio, & ſi fuerit cum reſolutione naturæ.

Ad eructuationem acidam, dyaciminū, trochiſci ſtellæ, diapipereon.

Ad ſplenem, ſotira, homoruſia, Kelkelengi, confectio de ſeminibus, anacardinum, alcanzi, dyamarte,& aperit oppilationem eius, bedemeregi, diacurcuma, diaſulfur, oleum albuſume, cōfectio de hiacyntho noſtra, theodoricō hiera noſtra ſal.[g] † [ ] Vnguentū cordumeni, ſuffuf de trochiſcis de decē tractatibus.

g B. commiſtū.

Ad frigus inteſtinorum, pilulæ quæ mundificant inteſtina, pilulæ ſtomachicæ AlKindi, pilulæ aburmaKi.

Ad colicam,& ſiccitatē naturæ araſton. Kelkelengi, oleū de naſturtio, oleū de Kerua, h [fermos, ſcherearē, dactylicon.] Et ad dolorē eius, philonium, epiſcopale, dyacidoniten ſolutiuū, electuarium Indum, electuarium Cæſaris.

h B. & chirurius & ſcheriaram & electuariū de dactylis.

Ea, q̄ leniunt naturā, ſunt hiera picra, confectio Inda, ſyrupus de prunis,[i] [parū de bdellio, pilulæ de caſia, trochiſci.]& confectio de allijs.

i B. & parum de eo quod eſt ſicut pilulæ de ſythragi & trochiſci de roſis.

Solutiua groſſa, pilulæ ſtomachicæ AlKindi, pilulæ aliæ ad melancholiā, pilulæ de caſia, hiera Gal. pilulæ de euphorbio. attrahunt ex longinquo & ex neruis, hiera philagrius, electuarium Cæſaris, ſcherearen, pilulæ filii Alharith.

Ad retentionem ſolutionis uētris, theriaca, mithrydatum, diacydoniten[k] † [ ] muſchatū, unguentū Alkindi, ſyrupus de agreſta. ad cholericos ſuffuf conueniens cholericis camehatu. Deſcriptio ex felangios, ſuffuf Ariſtotelis, miua, ſyrupus de malis, ſyrupus de mēta, ſyrupus de pyris, cydonia condita, trochiſci de balauſtijs, trochiſci de ſpodio, trochiſci de ſeminibus, trochiſci de diaſacramenton ad difficultatem urinæ.

k † B. conſtrictiuum.

Ad ſolutionē uentris cū ſanguine & ſanie, trochiſci diaſacramenton, trochiſci de lacca.

Ad vlcera inteſtinorū,& raſurā, theriaca, mithrydatū, theriaca Eſdrę, confectio Hermetis, trochiſci noſtri, trochiſci alij, athanaſia medicina keted regis, trochiſci de balauſtijs, trochiſci diaſacramenton, trochiſci de ſeminibus.

Ad punctionem, trochiſci de ſeminibus.

Ad vehementem punctionem, micleta, firdurios, oleum nardinū ſuffuf ad tenaſmon, miclete, cōfectio Hermetis, trochiſci de mezereon, trochiſci de ſeminibus, trochiſci de balauſtiis, ſuffuf ad colicā paſsionem, theriaca, electuariū filij Meſſeniati, electuariū de granis uiridibus.

Ad dolorem ani. oleum alkeKēgi. Et hęmorrhoidas electuarium de muſcho, donum dei, ſuffuf, miclete, oleum alſindin.

Et ad dolorem renum,& ueſicę, theriaca, mithrydatum, theriaca Eſdræ, theriaca noſtra, cōfectio alKekengi, electuarium de aniudē, ad frigus amborum.

Conferunt renibus,& veſicę omnia quę cōfortāt ea trochiſci alKekengi, oleum de kerua pilulæ ad frigus renū trochiſci regales, electuarium ad dolores amborū, confectio Hermetis, diacurcuma. Et ad dolorē amborum confectio alKeKengi, nux condita, oleum de ſtorace.

Quæ mundificant renes,& ueſicam, mithrydatum, theodoricon, anacardinum, hiera noſtra, electuarium de ambra.

Et conferunt ad frigus amborum, trochiſci alKekengi.

Et ad mollificationem veſicæ hiera Gal. tryphera de ſcoria trypheræ aliæ.

Et ad mictum ſanguinis & puris, confectio de pilulis alkeKengi, & trochiſci alKekengi.

Et ad inuoluntariam emiſsionem urinę & diſtillationem eius, confectio philoſophorum, ſcelithe ſecundum quòd dicitur, hiera Gal.

Ad lapidem. theriaca, mithrydatum theriaca Eſdræ homoruſia, dialacca, diaſulfur, pilulæ in decem tractatibus.

Educentes arenam in urina. trochiſci Arcomacris.

Ad frigus matricis, oleum de ſtorace, oleum de biritar, oleum nardinum, alKeKengi.

Ad ventoſitatem matricis, alKekengi.

Et ad dolores matricis ſcelithe ſecundum ꝙ dicitur, anacardinum, diamarte, bedemeregi, philoniū propriè prægnantium, ſermos Archigenis, emplaſtrum philagrius, diacurcuma.

Ad præfocationem matricis alkeKengi, acetum ſquillæ, & oxymel eius.

Et ad duritiem matricis pilulæ memithę, diacurcuma, oleum de croco.

Ad corruptionem menſtruorum rectificāt ea theodoricon, Kelkelengi, trochiſci de ſeminibus, confectio de ſcoria.

Ad pręgnantes, & conſeruationem fętus, ſuf ſuf, theriaca conſeruat fœtum, mithrydatum, ſcelithe ſecundum quòd dicitur, & alcalcatarahan ſermos.

Ad dolorem iuncturarum, & podagrā, & uenam ſciaticam, ſotira, ſcelithe ſecundum ꝙ dicitur, confectio philoſophorū, confectio Hermetis, anacardinum, confectio hieræ Archigenis, theodoricon, electuarium de maſſacumia, emplaſtrum, electuarium Indum, electuariū Cęſaris propriè ad podagram oleum de ſtorace calefacit iuncturas & expellit ab eis ſuperfluitates clyſterizatum. Et ad venam ſciaticā, electuariū phlegmaticum, medicina kebeth regis, hiera picra, oleum aſſeled, ramiſſed, oleum alkeiſed, oleum alKelkelengi, & proprie ad venam ſciaticam Kelkelengi, & propriè ad ventoſitates iuncturarum, hiera catagini, & propriè ad tremorem earum, pilulæ de[l] [capſia,] ſal.

l B. ſythragi. &.

Ad dolorem dorſi hiera Archigenis, pilulæ iuuamenti: pilulæ de dende, oleum kemiſſed, oleum Kelkelengi, oleum de euphorbio, pilulæ de caſia, pilulæ aliæ de Kelkelengi, electuarium Indum, confectio de ſcoria, nuces conditæ, & ad dolorem dorſi clyſterizatio.

Et ad dolorem ancarum, pilulæ de[m] [caſia] deſcriptione noſtra, oleum de euphorbio, confectio Hermetis.

m B. ſythragi.

Expleta eſt ſumma prima antidotarij.

SVMMA SECVNDA.

Incipit.

IN hac ſumma afferemus de medicinis compoſitis illas quę ſunt magis proprię vnicuique ægritudini: poſt quā reiterabimus rememorationem eorū q̄ dicta ſunt in ſumma prima ut ſit ei qui legit hunc librum comprehenſio omnium curationum aut plurimum earum ualde: & illud eſt, quoniam uerbi gratia, quum comprehēdit curationes ſcabiei eat ad librum ſecundum, & eſt liber medicinarum ſimpliciū, & ſciet in hora una comprehenſionem omnium medicinarū particulariū ex tabulis: deinde quum permutatur ad capitula libri tertij, & quarti, quærat capitulum ſcabiei, & cōprehendet curationes prędictas deinde quum permutatur ad antidotarium, còprehendet reliquas curationes cōpoſitas. Erit ergo ei uia ad comprehendendum curationes particulares omnes, aut plurimum earum. Et diuiſi hanc ſummam in tractatus.

TRACTATVS I.

De diſpoſitionibus capitis & de eis quæ ſunt in eo, ut cerebrum.

STVPEFACTIVVM doloris capitis Antilis. Cuius hic eſt permiſtio. lactis alfarfandi aur. xvi. lactis papaueris & eſt opium aure. iiii. aniſi, croci, ſeminis hyuſquiami albi, ſcammoneæ, omnium an aure. iiii. conficiantur omnia cū aceto, deinde fiant ex eis trochiſci, & exſiccentur in umbra, quumque indiges eis, liquefac, & lini ſuper frontem ab uno tempore ad aliud: quòd ſi infirmus fuerit febriens, liquefac eos cum aqua, & lini eos.

TRochiſci, quibus utebatur Antil. Recipe baccarum lauri aur. iiii. ſcammoneæ, & opij & myrrhæ & ſucci aquæ agreſtæ, omnium an aur. iiii: ſeminis apii, & croci, & amomi, omnium an. aur. viii. conficiatur illud cum aceto quantitate quæ ſufficit, & fiant ex eo trochiſci, & adminiſtretur liniendo.

CAputpurgium, quod mundificat caput, & confert patienti ophthalmiam longam, & cui aduenit dolor capitis, & facit deſcendere ex capite humiditatem plurimam. Recipe nigellæ aur. iii. ſalis ammoniaci aur. ii. ſucci cucumeris aſinini aur. i. Teratur illud bene & cōficiatur cum oleo quod fit ex oleo quod dicitur ſicionum, aut cum oleo de[a] [nigella] aut cum oleo de alcanna, donec perueniat ad ſpiſsitudinem ceræ liquefactæ cum oleo liquefactione humida, & pone ipſum in vaſe & utere ipſo ita ut linas ex ipſo in concauitate narium, & præcipe infirmo ut naribus attrahat aerem.

CAputpurgium aliud, quod purgat ſine nocumento, & ſedat dolorem capitis ſtatim. Sumantur buchormarien aure viii. radicum lilii aur. ii. baurach rubei aur. i. miſceantur, & adminiſtrentur.

CAputpurgium aliud. Buchormarien. unc. iii. ſucci foliorum lebleb unc. i. s. alfedinon ſextam aur. i. ſucci cucumeris aſinini ſextam aure. i. permiſce ea, & conſerua ipſum in uaſe uitri: quum ergo indiges eo, fac de ipſo collyriū, & liquefac ipſum cum lacte mulieris, & fac caputpurgium cum eo.

CAputpurgium, quod confert ad paralyſim et torturam, & mollificationem membrorum & tremorem, & ad omnes dolores frigidos, & humidos, & oppilationes, quæ accidunt ex frigiditate & humiditate in lacertis, & neruis. Cuius permiſtio hæc eſt. Sumatur ſucci radicis coloquinthidæ humidæ, & ſucci radicis ſiclę, & ſucci radicis† rutę, omnium an. cochlearium. i. & nigellæ, & grana harmel, & terantur ambo bene, deinde cōfice ea cum his ſuccis, ita, ut commiſceantur, deinde repone ea: quumq; indiges eo, ſume de hyſſopo pondus ſexta. ʒ. i. & ſolue caputpurgium cum lacte mulieris lactantis puellam, & fac caputpurgium infirmo ex eo: ipſum enim aperit oppilationes, et calefacit, & confert cerebro, & capiti ad illud quod eſt in ipſo de ſuperfluitatibus.

CAputpurgium aliud conferens ad dolores capitis antecedentes. Recipe mumię, & nucis

cis muschatæ,& ambræ, & camphoræ,& muschi, omnium an. pondus ʒ. j. Teratur unumquodque eorum per se, deinde misceantur, & conficiantur cum oleo sisamino, & aliquanto olei de balsamo, & sumatur de eo pondus granorum.vi.& soluatur cum aliqua aquarum, & fiat caputpurgium cum eo.

Confectio hieræ mūdificantis expertæ quę mundificat caput, & expellit ex eo illud quđ est in ipso de superfluitatibus, & ægritudines malas. Pulpę coloquinthidæ mundatæ ex granis & corticibus suis pondus aur.x.thuris,& piperis albi,& nigri,& macropiperis, omniū an. aur.iiii.& croci aur.i. scammoneæ assatæ pondus aure.vi.& succi absinthij aure.ii.Terantur, & cribellentur, & conficiantur. Dosis eius sit aure.iiii.

Hiera relata ad Busicos,quę confert ad dolorem capitis,& tenebrositatem,& dolorem stomachi,& splenis, & hepatis. Cuius hæc est permistio.Sumantur thuris mundati, & agarici,amborum an.aur.xvi.& pulpæ coloquinthidæ mundatæ ex cortice & granis suis pōdus aure.ii.& stęchados, & piperis albi, & nigri,omniū an.aur.xvi.& myrrhę aure.iii. & croci aur. vi.& corticum ellebori nigri,& aloes, & scammoneæ,& squillæ assatæ,& spicæ,& casiæ,omnium an.aur.xvi.& sandaracę,et euphorbii,omnium an.aur. viii.Terantur medicinæ siccę, & infundantur gummę, & misceantur,& conficiantur,& sit dosis eius aur. iiii.

Confectio hieræ relatæ ad Drios.Pulpæ coloquinthidæ mūdatæ,& excorticatæ a granis suis,& thuris,amborum ana.ʒ.xx.& aristol. rotun.& seminis apii montani, & piperis albi, omnium an.ʒ.v.& serapini,& opopanaci, amborum an.pondus ʒ.viii.& spicæ odoriferæ, & linguæ auis,& cinnamomi,& casiæ,& croci,& zingiberis,& polii,oīum an.ʒ.iiii. Terātur medicinę siccę,& infundātur gūmi, & misceātur.

Pilulæ saluæ mundificantes caput.Recipe turbith,& aloes,amborum an.ʒ.x.coloquinthidæ, & scammoneæ.omnium an. ʒ.iii. anisi, & salis,amborum an.ʒ.ii.Dosis eius.ʒ.ii. & debilis aur.i.

Pilulæ conferentes ad dolorem capitis ex melancholia.Epithymi, & agarici,amborū an. ʒ.iiii. polypodij.ʒ.iii.hieræ.ʒ.vii.salis.ʒ.ii.s.myrobalanorum nigrorum.ʒ.v.lapidis lazuli.ʒ.ii. Dosis.ʒ.ii.s.

Pilulæ cōferentes ad dolorē capitis ex phlegmate,& melancholia. Recipe myrobalanorum Kebulorum,& bellicirorum,& emblicorum, omnium an. pondus ʒ.iii.salis.ʒ. iiii.stęchados.ʒ.ii.hierę picræ, ʒ.viii. pulpæ coloquinthidæ.ʒ.iiii.absinthii.ʒ.ii. agarici.ʒ.viii.turbith & epithymi,amborum an.ʒ.xv. ellebori nigri, ʒ.v.Dosis earum.ʒ.ii.s.

Decoctio aquæ de radicibus cum qua sumitur in potu oleum de Kerua ad dolorē capitis ex phlegmate,& uertiginem, & epilepsiā. Recipe corticum radicum apii,& fęniculi,omnium an.ʒ.x. radicum squinanthi,& calamenthi,& spicæ odoriferæ,& aristol.rotundæ,omnium an.ʒ.viii.fumitterræ:ʒ. vii. myrobalanorum citrinorum pondus.ʒ.viii.epithymi.ʒ.iiii. masticis.ʒ.iii.s.polii.ʒ.iiii.decoquantur cū.iiii. lib:aquæ donec remaneat lib.i. & infundantur in ea hieræ picræ.ʒ.iiii. & sumantur de ea omni die.unc.iii.cum pondere. ʒ.i. olei de Kerua.

Decoctio collecta.quæ solutione educit humores.Recipe myrobalanorum, nigrorū, & citrinorum, & kebulorum, omnium an. ʒ. x.pruna.xxx.numero,tamarindorum.ʒ.xv. fumiterræ.ʒ.vii.absinthii.ʒ.iii.decoquantur cum tribus lib.aquæ donec remaneat lib.i.s. & sumatur de ea duæ tertiæ. lib.s.& conficiantur in ea. ʒ.j.turbith,& aloes duæ tertiæ.ʒ.i.agarici.tertia ʒ.i.& bibatur.Et si uoluerint eam debilem,non proiiciantur illa tria, sed fricet in ea casiæ fistulæ mundatæ a granis suis.ʒ.x.

Hemicranea trochisci qui conferunt & efficiunt operationem quum linitur ex eis bis, aut ter ex tempore ad tempus. Quorum hęc est permistio. Recipe croci aur. xv. & calcadis aure.x.& myrrhæ, & aluminis,& opii,& succi agrestæ,& succi colcotar, omnium an. aure iii. & gummi aure xv. Terantur illa,& proiiciatur desuper uini styptici quantum sufficit, & teratur sicut teritur collyrium,& fiant ex eo trochisci. Quumque indigebis eis, liquefac eos cum aceto permisto,& utere eis.

Medicamen ad hemicraneam antiquam. Piperis albi.aure.ii.[b] [cummistionis croci] aur.ii.euphorbii.aure.s. fimi columbini aure.s. encaustri scriptorum aure.s.Tere has medicinas,& permisce.& confice,& line cum eo lacertum temporis & annecte fronti illius partis.

b B fæcis olei de croco.

TRACTATVS II.

De oculo,ophthalmia, & attractione materierum ad oculum.

COLLYRIVM quod composuit uir faciens alcohol de terra persarum.Recip. sief memithe aur.xlviii. sarcocollæ aur.xxiiii. scedenegi aur. xii. opii aure. xii. succi mandragoræ aure. viii. gummi aureos xvi. dragacanthi aur. xii. conficiantur cum aqua pluuiali, & administrentur cum albumine oui.

Confectio medicinæ Aristratis faciens ad scabiem,& ophthalmiam antiquam,& cōfert auri ex qua currit pus, & ulceribus quorū consolidatio est difficilis, & corrosioni quæ accidit in ore. Recipe uitri combusti aur.ii.myrrhæ aur.ii.dragāthi adusti aur.i. piperis aur. iii. croci aur.s.vini. unc.ix:coagulati vuæ.unc. xlv. Tere medicinas siccas, & asperge super eas ī triturατione vinum. Et quum exsiccātur proiice super eas coagulatum vuę,& terantur cum eo, & ponantur in uase, & decoquātur lento igne, & seruetur in uase æris.

Epithyma quod composuit Filodesifis cōferens ad materiam plurimam, & dolorē uehementem. Recipe rosarum recentium aur.ii. seminis hyusquiami albi aur.viii.thuris aur.vi. myrrhę au.iiii. sauich hor.ʒ.xviii.uitellum oui assati,succi mandragoræ aur.iiii.croci aure. ii. opii aure. iiii. conficiantur cum vini styptici quantitate quæ sufficiat, & fiant ex eis trochisci, & administrentur.

Aliud quod dicitur vulnera. Aeris vsti abluti aur.xii.croci.aure.vi.piperis albi aur. iiii.

ii ii.myrrhæ,& opii amborum an.aur.iiii.gum-
mi. aure. xii. Terantur cum uino, & admini-
ſtrentur.

COllyrium aliud quod adminiſtratur ante
balneum conferens ad curſum materierũ
plurimarum,& propriè quando oculus eſt dif-
ficilis humectationis,& eſt apoſtema eius ad al-
bedinẽ decliue in colore ſuo,ita ut ſit in eo ali-
quod de veſtigijs ophthalmiæ uehementis, in
qua eleuatur albedo oculi ſup nigredinẽ eius.
Et non eſt nobis neceſſarium ut utamur eo nisi
in hora qua pcipimus infirmo, ut ingrediatur
in balneum in ſucceſſione eius. Recipe lapidis
quod dicitur ſahaſatos aure.viii.thuris aur.vii.
æris vſti abluti,& opii,& gummi omnium ana.
aure.viii myrrhæ aur.iiii.conficiantur cum vi-
ni quantitate quæ ſufficit, & adminiſtretur cũ
albumine oui ſubtile ita, ut diſtilletur de eo in
oculo multoties.

COllyrium aliud quod adminiſtratur ante
balneum,quod compoſuit Hermes factor
alcobol, faciens ad dolores uehementes,& ſe-
dat eos in die ſuo ſedatione plurima, & cõfert
ad ophthalmiam antiquã eius. Aloes aur. viii.
æris vſti abluti,opii,& gũmi omnium an. aure.
xvi.myrrhæ aure xii.croci aur.viii.climiæ aure.
iiii.thuris aur.iii.cõficiatur cũ uino uel ſyrupo
q dicitur caudiniſon,& adminiſtretur cũ albu-
mine oui, & ſoluatur ſubtile:& oportet ut ocu
lo fiat alcohol ex eo in horis ſeparatis,in eo qđ
eſt inter oẽs tres horas,aut quatuor,deinde di-
mittatur oculus quieſcere, & pauſare,& pcipia
tur infirmo poſt illud, ut ingrediatur balneũ.

COllyriũ valens.quod ſedat dolorem in die
ſuo & dicitur rabioſum & reſoluit apoſte-
mata,& carminat ipſum in hora ſua.Recipe an
timonii,& acaciæ amborum an. aur. xl. climiæ
aure.vi.æris vſti abluti aur.xiiii.ceruſæ de plum
bo aur.viii.ſpicæ, & lycij,amborum an.aur.iiii.
caſtorei,& aloes,& apii,& colcotar aduſti,om-
nium ana.aure. ii. gummi aur.xl. conficiantur
cum aqua,in qua decoctæ ſunt roſæ & admini
ſtretur cum albumine oui,& liquefiat declinãs
ad ſpiſsitudinem quandam.

COllyrium quod compoſuit Gal. & cogno-
minatur cõpoſitum proprium, proficiens
ad dolores uehementes, & ægritudines,quum
ſunt in declinatione ſua. Recipe climiæ ablute
aur.xvi.acaciæ aur. xl.æris uſti abluti aure. xiiii.
opij,& lycij & folii,& ſpicæ odoriferæ, & cro-
ci,& aloes,& caſtorei, omnium an.aur.ii.myr-
rhæ aure.iiii. ceruſæ de plumbo, & antimonii
abluti amborum an.aur.viii.gummi aur.xl.con
ficiantur cum aqua, & adminiſtretur in ince-
ptione ægritudinis.

COllyrium quod dicitur fakis: & cõpoſuit
ipſum mulier reginę faciẽs ad dolores ue-
hementes.Cuius hęc eſt permiſtio.Climiæ aur.
xvi.ceruſæ ablutę aur.xl.amyli, & dragacanthi,
& acacię,& opii,omnium an.aur.ii.gummi au-
re.xii.conficiatur cum aqua pluuiali: Si autem
aduenit hora in qua facis ex eo collyrium, pro
ijce ſuper albumen oui recentis,& utere eo.

COllyrium quod nominatur ęſtiuum. Cli-
mię aduſtę ablutę,& boli,ſermos,ceruſę de
plumbo omnium an aure.xx.corticum ęris ab-
lutorum, & acacię, & corticum thuris,omniũ
an.aure.ii.dragacanthi aure.v. gummi aure. xv.
conficiantur cum aqua, & adminiſtretur cum
albumine oui.

COllyrium quod dicitur ſtella:quod nõ vin
citur,conferens ad dolores uehementes,et
bothor,& apertionem pupillę, & ulcera ſordi-
da,& ulcera corroſa,& ęgritudines antiquas,&
abſtergit,& aufert ueſtigia. Recipe climię adu-
ſtę ablutę, & ceruſę de plumbo ablute, omniũ
an.aure.xv. amyli, & antimonij amborum ana.
aure.xij. cineris de fornace in qua purgatur ęs,
ſtanni aduſti abluti boli ſermos,omnium an.au
re.viii.myrrhę,opii,amborum an.aur.ii.draga-
canthi aur.viii. conficiatur cum aqua pluuiali.

COllyrium Theocratis:& eſt medicamen ua
lens.Recipe climię & croci amborum an.
aure.xii. opii,& corticum æris,amborum ana.
au.vi.corticum ſabrocã mundatorum,& plum
bi aduſti abluti,amborum an.aur.v.myrrhę au-
re.iii.ſpicę odoriferę aur.ii.acacię aure. ii.ſucci
roſarum,& gummi,omnium ana aure.xii.con-
ficiantur cum aqua pluuiali.

COllyrium quod nominatur roſaceum: &
compoſuit ipſum Biblis, faciens ad dolorẽ
uehementem, & ad attractionem materierum
ſubtilium plurimarum,& bothor, & dilatatio-
nem pupillę.Cuius hęc eſt permiſtio.Roſarum
recentium ablatis capitibus aur.iiii. croci aure.
iiii.opii ſextam aure.i.ſpicę odoriferę, ſextam
aur.i.gummi aur.iii.conficiatur cum aqua plu-
uiali,& adminiſtretur cum albumine oui.

COllyrium aliud roſaceum: quod nomina-
tur bonum, & confert ad has ęgritudines
prędictas. Recipe roſarum mundatarum aure.
xxiiij. croci aur.xii.amyli aur.vi. balauſtiarum
aur.iiii.opii aur.iiii.dragacanthi aur.viii.confi
ciantur cum ſucco foliorum cupreſsi.

COllyrium roſaceum quod compoſuit Te-
rentius. Recipe roſarum recentium aure.
xii. cineris de fornace in qua purificatur ęs, &
ſpicę odoriferę,& croci.& opii, & gummi om
nium an.aur.iiii.cõficiantur cum aqua pluuię.

COllyrium roſaceum quod compoſuit De-
bigorus, & nominatur collyrium magnũ,
cõferens ad dolorem uehementem in locis bo
thor, & ulcera profunda ſanioſa,accidentia in
tunica cornea,& dilatationem pupillę, & mate
riam quę attrahitur tempore longo,& ophthal
miam antiquam,cuius ſanatio eſt difficilis. Re
cipe roſarum recentium ablatis capitibus aur.
lxxij.climię aduſtę ablutę aur.vi.opij aur.iii. an
timonij aure.ij.& quidam ponunt de eo aur.vi.
corticum æris,ſpicæ odoriferæ an aur.ii myr-
rhæ aur.iiii. Et quidam homines ponunt de ea
aur.vi.floris æris aure.ij.Et quidam ponunt de
eo aur.iii.gummi aur. xxiiii. conficiantur cum
aqua pluuiali,& adminiſtretur cum lacte.

COllyrium iuuatiuum factum cũ ieuſemin
conferens ad attractionem materierum.
Recipe acaciæ, & ſucci ſambac,amborum ana.
aur. xlviij. cineris fornacis in qua purgatur æs,
& croci,amborum an aur.xxiiij. opii aure.iiii.
& in deſcriptione alia aure.vi.myrrhę aur. iiii.
ſucci hyuſquiami albi aure. iiii. æris uſti abluti
aure.iiii.gummi aure.xl.conficiatur cum uino.

COllyriũ quod dicitur pomale,conueniens
ei,cuius non tolerat oculos tactum medici
narum,

narum,& confert ad bothor,& ulcera profunda,& sordida accidētia in tunica cornea, & ad dilatationem pupillę,& ad materiam plurimā, & ægritudines proximi temporis. Recipe clymiæ adustæ extinctæ in lacte au. xvi.cerussæ de plumbo ablutæ aure. viij. croci aure.iiij.dragacanthi aure.ii.conficiantur cum aqua pluuiali, & administretur cum albumine oui.

COllyriū q nominatur nomine deriuato a nomine illius,qui composuit ipsum Suribes, & est collyrium vtile, conferens ad dolores antiquos,& consumit carnē additam,quæ est in angulo maiore de angulis oculi,& est ægritudo quæ dicitur lachryma, & ad vulnera quę exeunt in hoc angulo:& sunt fistulæ. Recipe clymiæ ablutæ,& sedenegi adusti abluti,omniū an.aur.xxviij.cineris de fornace in qua purgatur æs aur.xxiiij.myrrhę aur.xlviij.croci aur. iiij.opij aure.viij.piperis albi grana.xxx.numero.gummi aure. vi. conficiantur cum uino,& administretur cum albumine oui in locis propinqui temporis, & fit vtile. et quidam homines sunt qui ponunt in eo croci aure xii.

COllyrium aereum, ꝙ nominatur Indū. de proprietate cuius est vt prohibeat generationē omnis speciei ophthalmiæ, & cōfert ad corruptionem, & pruritum,& corrosionē anguli maioris oculi, & delet uestigia, & conseruat oculum cui ex eo fit alcohol, ita vt non cōturbetur cū eo post ipsum. Recipe cerussę de plumbo aur.xlviij.clymiæ cabrusiæ aure.xxiiij. encaustri Indi aure v.armenios,& commistionis, quę dicitur Kesuricon & eius expositio est hędus, & succi agrestæ sicci,& opii,omniū an. aure.v. piperis albi aur.vi.olei balsami aur. viii. Et in descriptione alia aure.vi.gummi Arabici aure. xvi. cinnamomi aure.ii. conficiatur cum aqua pluuiali,& administretur.

MEdicamen conferens ad apostema vehemens, & apostema oculi quod excitatur ex attractione caliditatis. Recipe opij,& dragacāthi, & feluzeharagi,& cerussæ, omniū an dr. vi.gūmi Arabici.drac.xii. Tere,oīa & contere, deinde accipe sehesabrem recens & decoq; ipsum cū lib.i.aquę pluuialis donec perueniat ad tertiam:deinde cola aquam eius,& confice cū ea medicamē:deinde fac ipsum in pilulas similes ciceri,& exsicca eas in vmbra. Quumq; volueris facere oculo alcohol ex ipsis,frica eas cū aqua frigida, aut cum lacte mulieris,aut cū albumine oui,aut cū aqua fęnugræci decocti super frustum ostrachi, aut super cotem uiridē, deinde fac oculo alcohol ex eo in mane, duodecies imponendo cum radio,aut septies:& in vesperis totidē. ipsum enim frāgit caliditatem, & abscindit infusionem quæ attrahitur ad ipsum, & confortat oculum,& delet apostema.

MEdicamen conferens ad ophthalmiam vehementem,sedans apostema, & remouet infusionem,& sedat caliditatē. Recipe sief memithe.dra. xlviij.croci pondus.dr.xxiiij.& opij pondus.dra.xii.& feluzeharagi, & trochiscorū succi hyusquiami albi sicci, omniū an.dr.vi.& foliorum rosarum humidarū, quorū foliorū radices albæ abscissæ sunt pondus. dra.xl.& gūmi Arabici pondus.dra. xlviij.Tere totū illud, & contere ipsum cū aqua pluuiali,& aqua meliloti si fuerit humidum, & exprime ipsum. Si uero fuerit siccum,decoque ipsum,deinde cola aquā eius,& contere medicinas, & cōfice eas cum aqua eius,deinde fac de eo pilulas similes ciceri,& exsicca eas,deinde frica ipsas super cotem aut ostracum cum aqua frigida, aut cū lacte mulieris,aut cum albumine oui,deinde fac oculo cum eo alcohol materiæ,& in sero.

MEdicamen quod nominatur duo maiora rubeum faciens ad ulcera quæ sunt in oculo,& ad ardorem vehementem,& mundificat oculum ex humorositate quę attrahitur in eo ex multitudine humiditatis, & superfluitatum, & cōfortat tegmentū oculorum. Recipe opii,& scedenigi,æris vsti,& ostracorū adustorum,& medullæ tritici omnium ana.pondus. dra.viii.gummi Arabici pondus.dra. xlviii.cerusæ pondus.dra.lxiiii.clymię. dra. xxviii. Tere scedenegi,& ęs vstum per se cum aqua contritione bona, deinde permisce omnia, & contere ea quum sunt sicca,deinde fac ex eo alcohol oculo, sicut fit alcohol cum antimonio.

COnfectio emplastri: qđ ponitur super oculū,conferens ad vehementem calorem,&[a] [exsiccationem]oculi,& abscindit ab eo humiditatem quæ attrahitur ad ipsum, & confortat oculum,& sedat dolorē. Recipe foliorum rosarum siccarū, & corticum granatorum dulciū humidorum & lentium,omnium an.pondus dra.v.& funde super ea lib.i.aquæ,& decoque ea bene,& cola ipsa ex aqua,& cōtere ea bene,& confice ea cum aliquanto aquæ rosaceæ, & olei rosacei: deinde pone ea super oculum.

[a] à B tumefactionem.

MEdicamen conferens ad dolores oculi calidos. Recipe croci & olibani, & aloes,& myrrhæ,& opii, & sarcocollæ omnium an.dr v.disrumpe,& contere ea,& lini super oculum, in principio doloris cum aceto, & aqua endiuiæ, aut aqua portulacæ, aut aqua hyusquiami albi,aut aqua coriandri humidi. Quum autem protenditur dolor, lini ex eo super oculum,& frontem, & cornua frontis cum uino, & calefac ipsum aliquātulum: aut sume de sauic hordei pondus.drac.iiii.& croci hortulani syluestris pondus.drac.ii. & opii pondus.dra.i. Tere ipsa bene,& confice ea cum oleo rosaceo,& pone ipsum super oculum patientem ophthalmiam,& apostema calidum.

COhol ꝙ nominatur astaliticon cōferens ꝙ conturbationi oculi, & rubificationi eius, quū stillatur, & quū fit ex eo alcohol ad inceptionē catarrhorū. Et quādo miscetur cum eo alcohol rosaceum. Recipe tutiæ, & ęris vsti, & aloes omniū ana partem i.& myrrhæ, & spicæ, omniū an.quintū partis vnius,& croci,& opii, amborum an.partē i. & acacię purę partes iiii. & lycii quintā partis i. & gummi Arabici partes iiii. Tere tutiam,& ęs,& aloem & acaciam cum aquę dulcis sextariis.iiii.deinde tere lyciū & crocum,& opium in tabula alia quinq; diebus, deinde cōmisce cum eis, & infunde aloen in aqua ita ut liquefiat, & funde super medicinas, & permisce conterendo, deinde fac trochiscos,aut pilulas,& fac cum eis alcohol.

COhol conferens ad omnes dolores oculi accidētes ex catarrhis. Sumantur folia rubi,& exprimatur aqua eorum, & coletur,& te-

b † B.& dimittatur.

c B.antiquas.

ratur in tabula donec ingrossetur, & teraꝰ paulatim, deinde sumatur quantum ipsa est de gũmi Arabico,& fundatur cum aqua pauca ita vt liquefiat, & fiat sicut mel: deinde misceatur cũ aqua rubi,& conficiatur cum ea [b] † [ ] aliquot diebus ita ut sit possibile fieri ex eis pilulas,deinde fiant pilulæ,& exsiccentur in umbra, & fiat cum eis alcohol.

VLcera oculi & bothor eius & pus in eo. Scias quod collyrium stellæ prædictũ est uehementis iuuamenti in eis, & similiter collyrium iuuatiuum,& collyrium pomale est ultimum.

COllyrium quod refertur ad macur faciens ad ægritudines,& pus quæ sunt in oculo. Recipe tutiæ aure. xxxii.æris vsti aure.xxii.croci aur.xvj.myrrhę aur.xvj.sedine aure.x.piperis albi grana xl.numero,gummi aure.xl.conficiãtur cum vino,& in descriptione alia,ponũtur in eo opij aure.x.

DIsruptio corneæ. Collyrium rosaceũ conferens ad omnes ęgritudines,& species dilatationis pupillę.

PVluis replens foueas corneę. Recipe ostracorum magnorum adustorum,& scedenegi,amborum ana drach.j.terantur,& puluerizetur cum eo oculus.

ALgarab. Collyrium quod composuit Suribes est iuuatiuum ad algarab.

ALbedo vestigiorum vlcerum Conferunt ad albedinem medicamen ægyptium, & collyrium Indum,& alcohol cum stercore stellionis est iuuatiuum.

COllyrium citrinum aliud scitur kiles almatran,conferens ad caliginem, & tenebrositatẽ visus, & ad ægritudines [c] [acutas,]& delet vestigia,& durities.Recipe clymię au.xxiiii.succi agrestæ sicci au.xii. salis ammoniaci tantumdem,opij aure.viij.gummi aur.xxiiij.cerusæ de plumbo tantumdem,croci aur.xvi.piperis albi aure xxiiij.confice cum aqua pluuiali.

COhol aliud mirabile: quod expertũ est, & laudaꝰ in albedine & lachryma, & est mesie,& abstergit caliginem & omnem grossitudinẽ quę est in palpebra, & acuit visum valde. Reci.tutię Indæ drac. ii.s antimonij de spahani.dra.iiij.marchasitæ pondus.dra.ij.s.æris vsti pondus.drac.ij.& duarũ tertiarũ.drac.j.clymiæ auri,& clymię argenti amborum.an.aur.i.scedenegi põdus.dra.j.coralli,& margaritarũ paruarum,& corticũ ęris, omniũ an.pondus.dra.ij.sceha armene pondus.dra.ij.& duarũ tertiarũ.dra j.aquæ distillationis vitri põdus.dra.s.& vitri pharaonis põdus.drac.s.Tere has medicinas cũ aqua pluuiali,& qñ contritæ sunt,proiice sup eas cãphoræ tritę pondus sextæ.drach.i. muschi pondus siliquę.j.& misce conterendo, & fac pilulas,& exsicca in umbra,& trica in ostraco cum aqua. & fac alcohol cum eo.

ALiud iuuatiuum ad albedinem expertum mirabile.Sumanꝰ limaturę acus.drach.ij. & sãbaci pondus. dra.j.deinde teranꝰ ambo simul, & ponantur in concauitate arundinis, & stringaꝰ os cannulæ oppilando cum massa, & cooperiaꝰ arundo tota cum massa, & desuper inuoluatur luto confecto cum capillis, inuoluanꝰ sup ipsum,& cooperiat post illud cũ luto alio:deinde apponatur carbonibus donec uertatur in lapidẽ, & fiat sicut testa, & extrahatur, & auferatur medicina illa,& aceipiatur clymię albæ tritæ põdus dra.iii·& misceatur cum hac medicina, & reducaꝰ ad cannulam aliã,deinde fiat ex ea sicut factum est ex prima.Quum ergo in lapidẽ conuertitur, extrahatur,& intẽdatur ad folia lini collecta, antequam aduenerit eis pluuia, & exsiccata, & sumatur de eis pondus. drac.i.& margaritarum non perforatarũ pondus.drac.s.& terantur bene cum reliquis medicinis,& terantur omnia simul contritione vltima,donec fiant sicut puluis.Quũ ergo volueris curationem facere cum eo, tunc fac oculo alcohol cũ succo radicis lilij tribus diebus continuis, deinde fac ei alcohol post cum hac medicina, & fac alcohol post illud uno die ex hac medicina,& vno die ex succo lilij.

PVluis ad albedinem. Reci.floris æris,& ammoniaci,& cancri marini adusti,oĩum an. dra.v.pulpæ coloquinthidæ.dra.ii.s.fellis tauri, & baurach armeni,omnium an.dra.ii.salis gũmę.dra.iii.piperis albi.dra.xx.spumæ maris.dr. iiii.corticum ouorũ ex quibus egressi sunt pulli sub gallina.drac.iii.limaturę cotis.dra.v.stercoris lacerti. drac.x.margaritarum.drac.iiii.

SEbel. Cohol bonum ad sebel de eis quæ experta sunt & laudata.Sumãtur cortices ouorum hora qua aperiuntur sub gallina,& bulliãt cũ aceto forti decem diebus continuis, deinde colentur, & ponanꝰ in ampulla uitri,aut in uase uitreato,& ponaꝰ uas in loco qui sit ut nidus sub sole donec exsiccetur,quod in ipso est,deinde sumatur, & teratur, & fiat alcohol cum eo.

LAchrima Collyrium quod dixit Mesias ad albuginem factum ex tutia confert ad eas.

GRossitudo palpebrarũ: & grauitas earũ.Cõfert ad eam alcohol cognominatum missandros,& dicam ipsum in capitulo scabiei,& confert medicamen Aristratis prædictũ,& collyriũ de tutia quod dixit Mesias ad albedinem.

COllyrium expertũ Kebime, ægyptium conferens ad durities, & albedinem,& abscindit corticem durum statim.Reci.floris æris,& ammoniaci, amborum an.aure. vi.salis defossi aure.iii. pulpæ coloquinthidæ aure.iii. & duas tertias aure.i. fellis uaccini aure.ii. baurach nigri aur.i.& s.piperis albi grana.xl.numero,mellis boni cyathos.vi. & vnc. ix. permisceatur, & ponatur in uase,& recondatur.

COllyrium qđ dicitur arastusemon conferens ad attractionẽ materierum chronicã, & ad grauitatem palpebrarum, & asperitatẽ earum,& liquefactionẽ lachrymalis oculi,& coniunctionem eius,& corrosionẽ ipsius,& ad humiditatem plurimã quæ est in oculo, & ad augmentum pãniculi,& aufert uestigia,& durities. Reci.antimonij aur.iiij.æris vsti, & cerusę de plumbo,amborum an.aur.ii.trochisci, & myrrhę, & corticum thuris, & floris ęris,& lentiũ rubearum, omnium an.aure.i.piperis albi aur. s.gummi aure.ii. conficiatur cum uino, & administretur dissolutum cum eo.

COllyrium citrinũ quod dicitur Fanaratis, & est collyrium iuuatiuum conferens ad scabiem,& corrosionem in utrisque lachrymalibus, & pruritũ uehementem,& grauedinem palpe-

palpebrarum. Recipe clymiæ aur.lxxx.colcotar albi aure.xx.conficiatur cum aqua pluuiali.

Scabies oculi & pruritus eius. Collyrium Indum confert ad pruritum.

COhol non errans: quod composuit Cæsar factor alcohol,faciens ad pruritum, & ad grossitudinē palpebrarum. Recipe clymiæ cabrusiæ aur.xxiiij sedine aur.vj.Et in descriptione alia aur.xvj.Terantur,donec fiant in loco sauic & conficiatur cum melle,& aduratur,& infundatur vinũ quod extinguat ipsum, & exsiccetur,deinde teratur,& fiat cum eo alcohol.

COhol mesiton ad pruritum & humiditatē oculi,& corrosionem lachrymaliũ, & scabiem vehementem in palpebris. Clymia frangatur in frusta parua,& conficiatur cum melle, & ponatur in vrceolo figuli & oppiletur os eius, & luto liniatur & fiat foramen in medio coopertorij, vt sit fumo eleuato ex adustione medicinę spiraculum,per quod ęgrediatur,deinde ponatur vrceolus præparatus in medio carbonum accēsorum. Quumque inceperit clymia aduri,tunc considera fumum ascendentē, tunc si videris eum decliuem adhuc ad nigredinem dimitte medicinam comburi,donec videas illum fumum fieri album,tunc enim scias quòd medicinæ iam confirmata est cōbustio: tunc ergo remoue urceolum ab igne, & extrahe clymiam,& funde super eam vini quantitatem qua infrigidetur,deinde pone eã in mortario, & contere eam bene, & exsicca,& serua eam donec commisceas ipsam in alcohol, cũ quo permiscetur:& hæc est descriptio alcohol. Recipe clymiæ huius aur.vij. & antimonij tantundem, tere omnia,& conserua, & fac ire ex eo super palpebras mane & sero.

COllyrium Apollonij ad scabiem, & casum palpebrarum,& ægritudines antiquas. Scedenegi adusti abluti aur.xxxij. æris adusti abluti aur.xvj. lapidis saialistos adusti abluti aureos xxxij. floris æris fricati aur.xvj.opii aure. iii.Et in descriptione alia,aur.vj.clymiæ aur.iiij. colcotar adusti aur.iiij.gummi aur.xvi.conficiatur cum aqua pluuiali.

MEdicamen qđ cōposuit Cassius,ad aquã,q̃ descendit in oculum.Sumatur fel tauri,et euacua ipsum in vase æris, & dimitte ipsum.x. diebus,deinde sume de ipso au.xii.croci,& olei balsami,& opopanaci,omniũ an.aur.ii.piperis grana.xij.numero,mellis boni duplũ quãtitatis fellis:misce oĩa & decoque in vase ęris, deinde pone ipsum in pyxidę æris, & conserua ipsum.

MEdicamen aliud,quod cōposuit Polonisos.Sume spumam maris,& adure ipsam super testam,& tere cinerem eius,& confice ipsum cum sanguine [d] [tice] & pone in vase de cornu: Quumque euelluntur pili,tunc lini super locum eorum de hoc medicamine.

[d] vermis qui dicitur cecha qui auribus canum adhæret.

EPithema quod composuit Fulukesanis cōferens ad materiam plurimam,& dolorem vehemētem.Recipe ros.recentium aur.ii sem. hyusquiami al.aure.viij. thuris aure.vi.myrrhę aur.iiij.sauic de hordeo aur.xviij.vitellum oui. i.assari,succi mandragoræ aure.iiij. croci aure. ij,opij aur.iiij.conficiatur cum vini styptici puri quantitate quæ sufficit,& fiant ex eo trochisci,& administrentur.

COllyrium quod dicitur Indum,& regium, cōferens ad inceptionem descensus aquæ, & ad omnem caliginem humidam existentem in oculo, & aufert uestigia vlcerum in oculo. Clymiæ rubeæ adustæ ablutę. unc. xvj.encausti Indi.ʒ.vi.cerusæ de plumbo.vnc.iiij.piperis al. vnc.vj.fellis deboha.j.& fellis safer & existimauerunt quòd est subot.vij.fellium alcubugi.iiij. lactis papaueris.vnc.j.olei balsami.unc. ij. opopanaci,& serapini,amborum an.unc. ij. gummi,vnc.xlj.confice cum succo fęniculi,aut cum succo plantę quæ dicitur abradies.

COhol conferens ad tenebrositatem:& inceptionem aquæ in oculo.Fellis ursi.unc.iiii. opopanaci,& piperis amborum ana. drach.iij. olei antiqui,& [e] [oppobalsami,] & succi fœniculi humidi, omnium ana.drac.ij.clymię pondus drach. j. mellis. unc. j. Tere ipsum, & misce, & pone ipsum in ampulla uitri munda, & pone ipsum in sole diebus vii. deinde fac oculo alcohol ex ipso cum extremitate radij mane & sero.

[e] B. olei de balsamo.

MEdicamen quod confert ad tenebrositatem:& ad illum qui videt rem ex longinquo,& non uidet eam ex proximo,& ad aggregationem aquæ in oculo. Cuius hæc est permistio. Fellis corui nigri, & fellis perdicis, & fellis gruis,& fellis adhoba,& fellis capræ, omnium ana pondus.drac.ij.mellis colati pondus drac.iii.& olei balsami.drach.j.& s.Tere simul & permisce ipsa, & fac oculo alcohol cum eo mane & sero.

DEstructio uisus. Collyrium citrinũ est iuuatiuũ ad debilitatē superfluã in uisu: & collyriũ de tutia qđ dixit Mesias in albedine.

COllyrium quo utebatur Floris. Recipe, acaciæ,& ros.siccarum, & meliloti, omnium an.aur.xlviij. cineris fornacis in qua purgatur æs aure. xxiiij.mandragoræ aur.xij.seminis iusquiami albi aur. xviij.opij aur.vj.gummi aur. xl.uini unc.ix.aquæ pluuialis.unc ix.cōmisceatur aqua cum uino,& proijciantur super ea rosæ,& melilotum,& iusquiamum,& postea mãdragora aut cortices mandragoræ, & dimitte ea donec infundantur tribus diebus,aut quinque, & exprime ea & accipe expressionem eorum & confice cum ea medicamen,& fac ex eo collyria,& utere eis.

MEdicamen basilicon:& ipsum est abstersiuũ oculi,ex quo fit alcohol in dispositione sanitatis in omni die semel,aut in omnibus duobus semel,& abstergit visum, & conseruat uisum sanum secundum dispositionem suam. Recipe clymię,& spumę maris,omnium.an.ʒ.x æris usti drach.v.cerussæ,& salis gemmæ omniũ an.ʒ.iii. salis ammoniaci, & macropiperis omnium an.ʒ.ii.gariophyllorum,& usneæ amborum an.ʒ.i.piperis.ʒ.iiii.camphoræ.ʒ.s. Tere optime,& fac oculo alcohol cum eo.

BAsilicon aliud conferens ad omnia,quæ diximus. Recipe clymiæ. ʒ.vii. scedenegi,& macropiperis amborum an. ʒ.ij salis ammoniaci drach.ii.æris usti,& cerussæ,& salis gemmæ, omnium an.drac.iiii.spumæ maris. ʒ. iiii salis Indi,& gariophyllorum,& heil,& usneę,& spicæ,omnium an.drac.i. Confringe, & contere ipsum, & fac ex ipso oculo alcohol.

MEdicamen quod confortat uisum, & conseruat ipsum secundum sanitatem suam, & aufert multitudinem lachrymæ, quæ currit ex oculo. Sume de antimonio, & infunde ipsum xxi. nocte in aqua pluuiali, aut in aqua quę distillat ex cisterna, deinde accipe de eo pondus ʒ.xii. & marchasitę. ʒ.viii. & tutię, & climię, omnium an. drac. xii.. & margaritarum paruarum non perforatarum. drac. ii. & muschi tertiam. ʒ.i. & camphoræ sextam. ʒ.i. & croci, & scedenegi, amborum an. ʒ. i. Tere unumquodq; per se, deinde aggrega antimonium, & marchasitam, & climiam, & tutiam, & margaritas, & tere bene ea omni die cum aqua multoties, donec exsiccetur aqua eorum, deinde accipe scedenegi, & crocum, & proijce ipsa simul in mortario, & tere ea bene, deinde tere cum eis muschum, & camphoram. Deinde repone ipsum in uitreata, & fac ex eo alcohol mane & sero in dispositionibus sanitaris: ipsa enim confortat visum debilem, & conseruat eum.

BVrod fugitiuum abstersiuum, & confortatiuum Recipe scedenegi, & æris usti, amborũ ana. drac. v. aloes Scotrensis, & baurac armeni, amborum ana drac. i. floris æris, & piperis albi, & macropiperis, & pulpæ coloquinthidæ, & croci, & ammeos, omnium ana drac. s. confringe, & contere, & utere.

TRACTATVS III.

De aure.

Dolor auris, & apostema eius, & pus, & grauitas eius.

MEDICAMEN Aristotelis prædictum in capitulo oculi est iuuatiuũ ad aurem ex qua currit pus.

Medicamen conferẽs ad omnes dolores in aure: & omnia vlcera accidentia in ea. Recipe myrrhæ aur. i. olibani aure. iii. nitri aure. iii. croci aure. iiii. succi papaueris aur. ii. galbani aur. ii. amygdalarum excorticatarum xx. numero. Teratur illud totum, & conficiatur cum aceto, & fiant ex eo trochisci. Quum ergo fuerit ipsum necessarium, soluatur si fuerit in aure dolor vehemens, cum oleo rosaceo, & distilletur in aure: & si fuerit, in ea grauitas in auditu, soluatur cum aceto, & distilletur.

COnfectio medicaminis, quam narrauit Galen. Recipe myrrhæ aure. iiii. aloes aur. iiii. olibani aure. iii. & in descriptione alia, aure. ii. croci. aur. iii. nitri aure. iii. succi papaueris aur. iii. amygdalarum amararum. xxx. numero, galbani aure. ii. aceti boni quantum sufficit.

MEdicamen ad aurem ex medicinis Gal. cõferens ad apostemata, & dolores uehemẽtes clamosos. Cuius hæc est permistio. Recipe galbani & est albezard aure. ii. cinnamomi aure. ii. myrrhæ aur. viii. croci aur. viii. olibani au. iiii. nitri aur. iiii. aceti quantum sufficit, ad hoc ut fiat in spissitudine mellis.

MEdicamen aliud ad apostemata auris: & ad saniem, & ad pus venientia ex aure: & ad dolores auris antiquos. Cuius hæc est permistio. Recipe uentris fabæ ægyptiæ amari saporis & aluminis iameni, & piperis albi & nitri, & croci, & opij, & corticum granatorum, & olibani, & spicæ, omnium an. aur. ii. castorei aur. i. mellis & aceti quantitatem qua conficiatur medicamen: & quidam homines ponunt in eo mellis aur. vi.

MEdicamen aliud de medicinis Berotas. Recipe croci, & myrrhæ, & spicę, omnium ana. aure. s. æris usti medietatem, & tertiam aure. i. opii aure. s. castorei tertiam aure. i. aluminis iameni aure. i. aluminis rotundi aure. i. Si ergo fuerit in aure uirus, cura eam ex hoc medicamine cum decoctione triplicati. Et si in ea fuerit dolor vehemens, cura eam cum oleo ros. Et si generantur in ea vermes, permisce cũ hoc medicamine ellebori nigri aur. ii.

MEdicamen auris, ex qua currit pus. Recipe capitum granatorum, & aristol. & colcotar & draganthi cabrusij, & gallarum, & corticum æris, omnium an. aur. i. myrrhę, olibani, & calcanthi assati, & aluminis iameni, omniũ an. aur. s. terantur cum aceto, & fiant trochisci, & administrentur.

MEdicamen Anticates: ad dolorem difficilem vehementem. Croci unc. ii. & quidam homines ponunt de eo unc. i. myrrhæ, & salis ammoniaci, amborum ana. unc. i. aluminis iameni ammoniaci ana. unc. s. sediminis olei de lilio, aut fæcis olei [a] [aluisci.] unc. ii. Terantur cum vino mellito, aut uino dulci quantitate qua fiat in spissitudine mellis, & administretur.

MEdicamen ad grauitatem auditus: & sonitum, & tinnitum existentem in aure. Recipe ellebori albi aure. i. castorei aure. s. nitri aure. iiii. misceatur, & administretur cum aceto, & confidat in eo utens ipso, quoniam est medicamen utile.

MEdicamen aliud, quod dicitur Algelarui ad ægritudines antiquas quæ sunt de ægritudinibus auris, ellebori albi, & myrrhæ, & olibani, & croci, & castorei, & opii, omnium ana aure. iiii. calcanthi aure. vi. pipe. aure. ii. infundantur myrrha, & opium, & castoreum, & olibanum in aceto, in quo decocti fuerint cortices granatorum, donec dissoluti fuerint, deinde ponantur elleborus, & crocus, & piper & calcanthum trita, & conterantur omnia bene. Quum ergo completur, proijciatur super ipsum de uino mellito quantitas qua fiat in spissitudine mellis subtilis. Quũque ipsum est necessarium, tunc tepidetur, & distilletur in aurem: est enim medicamen mirabile.

COnfectio medicaminis, quod confert ad omnes dolores auris, & omnia ulcera euenientia in ea. Recipe myrrhæ aure. i. olibani aure. iiii. & quidam homines ponunt in eo aure. vii. nitri aure. iii. croci aure. iiii. & quidam homines ponunt in eo aure. i. succi papaueris aure. ii. galbani aure. ii. amygdalarum excorticatarum xx. numero. Teratur illud totum, & conficiatur cum aceto, & fiant ex eo trochisci. Quumque necessarii fuerint, soluantur si fuerit in aure dolor uehemens cum oleo rosaceo, & distillentur in aurem: & si fuerit in ea grauitas in auditu, soluantur cum aceto & distillentur.

Confe-

Confectio scoriæ ferri: & est medicamen forte. Sumatur scoria ferri, & conteratur, et abluatur cum aceto, deinde proijciatur super testam, & exsiccetur: deinde proijciatur secundo, & tertio, & fiat illud septies, deinde decoquatur cum aceto forti decoctione uehementi, donec fiat sicut mel, & auferatur & distilletur de eo in aurem quum indigetur eo.

b R. naso.

VLcera nasi. Confectio sacramosos, & est medicamen eradicans omnem additionẽ quę oritur in b [corpore.] Recipe draganthi adusti, & colcotar adusti, aut calcanthi adusti, aut draganthi rubei, & corticum æris, omniũ partes æquales. Tere ergo ea, & cura cum eis siccis: & oportet ut frices additionem, antequam medices eam cum hoc medicamine per diem, deinde medica cum eo in mane postquam patiens ægritudinem comederit cibum suum. Et quum tu curas cum eo fistulas nasi, tunc lini ante curationem interiora nasi asphalto, aut pice humida, aut pinguedine myrrhæ.

TRACTATVS IIII.

De dentibus, & doloribus eorum.

COnueniens est ad dolores difficiles vehementes & ad corrosionem dentium, & confert iterum ad tussim medicamen, quod recipit opij aur. ii. myrrhę tantundem a [hasce] tantundem, piperis albi, galbani, an. tantundem. conficiantur cum coagulati vuæ quantitate quę sufficit, & terantur simul, & fiant ex eis collyria, & liniatur ex eis super dentes, & ponantur de eis super locum corrosum.

a R. mellis.

MEdicamẽ, quod narrauit Andromachus ad omnem dolorem dentium, & ad omnes ęgritudines accidentes ex eo, & ad stuporẽ. Recipe piperis, & pyrethri, & lactis tithymali, & galbani, omnium an. partem. i. Terantur & conficiantur cum storace, & ponatur super locum corrosum.

b R. uase seu lebete.

MEdicamen iuuatiuum: ad pulsationem dẽtium. Recipe pulpæ coloquinthidæ partem. i. & aloes partem. i. & bulliant in b [pyxide] lapidis, aut cochleari de ferro, ebullitione uehementi cum oleo, & aceto uini, deinde auferatur ab igne, & distilletur de eo in aurem quę sequitur molarem dolentem distillationẽ, [post destillationem.

CAuterium molaris. Intẽde ad molarem in quo non ualet medicamen uehemẽtis pulsationis: assume ex oleo quantitatem unc. i. & aquæ sampsuci sicci, & harmel, omnium an. ʒ. s. Terantur bene, deinde proijciantur in oleo, deinde intende ad duas acus magnas quibus vtuntur scellarij, & igni eas in loco foraminis earum, deinde aperi os ægri, & considera dentem, quem uis cauterizare: & tunc si fuerit in eo aliquid, munda ipsum: & pone super ipsum cannulam ferri, aut arundinis: aut argenti, & submerge vnam duarum acuum in oleo illo, deinde intromitte eam in cannulam, & pone eam super molarem. Quumque infrigidatur illa, accipe aliam, fac illud septem vicibus numero: nam dolor eius sedatur, & egreditur ex molari aqua coloris dentium.

DEntifricium, quo fricantur dentes: quod narrauit Democritus in libro suo. Accipe cornu cerui adusti quartam libr. xvi. sal. unc. ii. ammoniaci sicci quod non est amari saporis, frustum. i. magnum, vel masticis. lib. iii. aut plus parum, squinanthi albi tantundem, piperis albi unc. i. folii unc. ii. Terantur omnia & administrentur.

MEdicamen, quod nominatur surmale, cõferens ad apostemata gingiuæ, & mollificationem eius, & mundificat dẽtes. Accipe corticum granatorum pondus. drac. ii. & uenarũ, & balaustiæ, & sumac, omnium an. unc. i. confringe, & cõtere illud, deinde affer ex eo cum digitis tuis, & frica cum eo locum doloris, deinde accipe ex eo cum panno lini, & pone ipsum super eum.

DEntifricium mundificans dentes: & stringit gingiuam, & efficit bonum oris odorem. Sumatur salgemma, & teratur, & conficiatur cum melle, & ligetur in charta, & proijciatur in prunis, & dimittatur ibi donec fiat sicut prunæ, deinde auferatur ab igne, & extinguatur cum Kitram, & proiiciatur in vino bono, aut meisus, & dimittatur donec infrigidetur, & teratur, & sumatur de eo pars. i. & spumæ maris pars. i. & ponatur cum illo cinnamomi pars. i. & myrrhæ pars. i. & cineris sceha, & cyperi, & floris squinanthi, omnium an. vi. partis. i. fragmentorum xyloaloes, medietas partis. i. et zuccari partes. iii. & camphoræ. x. partis. i. Teratur illud, & misceatur, & fiat dentifricium in omni mane.

MEdicamen, quod confortat dentes: & molares, quum est in eis debilitas. Recipe ceræ & mellis, amborum an. partes. ii. liquefiant in sole, aut cum aqua calida, & commisceatur cum eis picis pars. i. & ponatur in termino unguenti, & præcipiatur vtenti eo, ut masticet ipsum. Quòd si videris medicamen exsiccatum, permisce in eo aliquantulum olei. Et mastix iterum quum masticatur, facit in hoc ultimam operationem.

ALiud, quod confortat dẽtes & gingiuam. Cornu ceruini adusti pondus. ʒ. x. & foliorum cupressi adustorum pondus. ʒ. v. & nucũ cupressi non adustarum pondus. ʒ. v. & radicis centaureę pondus. ʒ. x. & capilli ueneris adusti pondus. drac. v. & ros. ablatis capitibus, & spicæ odoriferę, omnium an. põdus. ʒ. iii. Tere & cribella cum orali & utere.

TRACTATVS V.

De ore, & gutture, & ventre superiore, & squinanthia.

INquit Gal. quidam existimauerunt q pulli hirundinum siue sint recentes, siue sicci saliti, sanant sinantiam statim: & permisceatur pueris, & senibus cum radice liquiritiæ.

DE vuula, & duabus amygdalis. Medicamen conueniens ad vuulam mollificatam apostemosam. Piperis albi aure. i. myrrhæ aur. i. aluminis iameni aur. ii. gallarum viridium aur. ii. terantur, & administretur.

VEnter ſuperior: humiditas pectoris. Medicamen iuuatiuum ad humiditatem factã in pectore. Recipe galbani, et ſtoracis liquidæ, amborum ana vnc.ii. opii quartam vnc.i. radicum liquiritię vnc.ii. Terantur, quæ ex eis terũtur, et miſceantur cum ſtorace, et galbano, et aliquantulo mellis diſpumati, et lambatur ex eo.

DE tuſſi medicamen gutturale. Dixit Gal. ꝙ ipſe medicabatur cum eo. Recipe olibani aur.i. et in deſcriptione alia, aur.iiii. myrrhę aur.i. et in deſcriptione alia, aure.iiii. croci aure.i. Et in deſcriptione alia, aur.iiii. ſquillæ aur. ii. vini dulcis ſacraiati. iii. decoquatur ſquilla cum vino donec vinum inſpiſſetur, deinde proiiciatur ſquilla, et ponantur reliquæ medicinæ ſuper vinum.

MEdicamen gutturale: quod refertur Tellu ſatis, dixit Gal. ꝙ ipſe medicatus eſt cum eo illum, qui habebat vlcus in pulmone, et eſt medicamen iuuatiuum valde. Recip. ſpicæ Cretẽſis aur.iiii. amomi aur.viii. folii Indi aur.iiii. ſpicæ Indæ aur.iii. ſquinanthi aur.ii. caſiæ aur. viii. cinnamomi aur.x. olibani aur.iii. myrrhæ aur.iiii. coſti aure.iiii. commiſtio aſſedegi aur. iiii. ſucci liquiritiæ aure.iii. ſucci mandragoræ aur.v. maſticis aure.iii. croci aure.vii. Aggrega has medicinas, deinde accipe dactylos, et decoquantur in aqua mellis, aut vino bene, et ſume de eo ſacraiati.i. et proiice in eo de granis pini maioris contritis grana.xx. et commiſce cũ eo de medicamine quãtitatem auellanæ i. et da in potu poſt ipſam de medicamine duobus dieb. aut tribus ita, vt non commiſceatur cum oleo aliud præter ipſum: deinde ſumat in potu poſt ipſum de hiera facta cum aloe quantitatem cochlearij.j. in die vno cum aqua: et cura cum hac medicina illum, in canna pulmonis cuius eſt ægritudo, cum lacte aſinino et pręcipe ęgro, vt gargarizet cum ea, deinde dimitte cũ aliquot diebus, et cura cum per hoc medicamen cũ aſſiduatione medicinarum, quæ ſedant dolorem. Quòd ſi materierum curſus fuerit fortis, tunc permiſce in hac medicina opium, et caſtoreũ.

ALiud de medicinis Gal. faciens ad ægritudinem cannæ pulmonis, et vlcera pulmonis, et ſputum puris, et ſanguinis, et materiã attractam ad pectus, et ad illud cuius ſputum eſt difficile, et eſt medicamen valde forte. Rec. gũmi albotin aur.iiii. croci aur.iiii. olibani tantundem, myrrhæ tantundem, cinnamomi tantundẽ, amomi au.iii. granorũ pini magnę aur. iiii. radicum lilii excorticatarum tãtundem, ſpicæ de Scemi aur.ii.s. caſiæ ligneæ nigræ aur.ii. dragānthi aur.ii. carnis dactylorũ de ſcemi aur.iii. [a][truſezus] qđ dicitur ſtella aur.iii galbani clari mũdi duas tertias aur.i. coſti aur. iiii. Et inueni in deſcriptione alia, aure.i. mellis boni cotylas. iiii. decoquãtur mel, & gummi albotin in vaſe duplici. Quumq; fit in termino ſpiſſitudinis, tũc permiſce cum eo galbanum, & decoque ipſum donec perueniat ad terminum, ut quũ de eo diſtillatur ſtilla aliqua non dilatetur, deinde infrigida ipſum & proiice ſuper ipſum medicinas cõtritas, & utere eo, & quum ſugitur de aqua caulis maſticãdo, & proiiciatur fex, & degluritur ſuccus, valet ad illud valde.

a B. lutiſamus.

Pilulæ quæ ponuntur ſub lingua; & conferunt ad aſperitatem cannæ pulmonis, & abſciſſionem uocis, & reliquas ægritudines cannæ. Recipe dragacanthi, & gummi amborum ana aure.iii. myrrhę, & olibani, amborum ana aure.i. s. croci aure. i. ſucci liquiritiæ aure. s. carnem dactylorum trium, vini dulcis quantum ſufficit ad conficiendum cum eo, & ponatur ſub lingua de hac medicina quantitas fabæ, & præcipiatur ægro, vt deglutiat quod liquefit de ea.

NAtit ad illum qui habet tuſſim. Recipe ſeminis lini torrefacti contriti, & paſſularũ carnoſarum enucleatarum, amborum an kiſt. i. granorum pini magni torrefactorum, & auellanarum excorticatarum, amborum an. cotylã.i. piperis albi unc. ii. croci unc.i. mellis boni lib.iiii. confringantur, & terantur, & decoquantur ſemen lini, & mel donec inſpiſſentur, deinde proiiciantur ſuper ipſum reliquæ medicinæ, & permiſce eas, & confice, & da de eo quãtum ſufficit.

OLeum diuinum conferens ad tuſſim, & eſt medicina nobilis, de qua dixit Gal. quòd ipſe medicatus eſt cum ea. Recip. opii aur.x. ſem. lactucæ aur.xx. caſtorei aur.xviii. rutæ hortulanæ ſiccæ aure. xiiii. ſem. lini aure.xvi. radicum opopanaci aur.xxxvi. myrrhę aur.xiiii. croci aure. vii. conficiantur cum melle, & detur de eo in potu quantitas fabæ unius: & oportet ut ſumat de eo in potu illi, qui habet febrem cum aqua, & qui febrem non habet, cum vino, & illud inſero.

PIlulæ ad tuſſim. Recipe ſtoracis, & myrrhæ, & opij. omnium an. aur.iiii. olei balſami, & croci amborum an aure.ii. Tere ſimul & conſice & vtere.

MEdicamen quod confert ad omnem tuſſim: & ad omnem materiam currentem, & dubellet interiores quod narrauit Abulucos Recipe ſerapini, gentianę, myrrhæ, opopanaci, piperis albi, omnium an. aur.ii: baccarum lauri mundatarum aur.iiij. Terantur & conficiantur cum aqua.

MEdicamen ad ſputũ ſanguinis: quod narrauit Andromachus. Recipe acacię aure. iiij. roſarum ſiccarum aure.viii fructus granatæ agreſtis aur.viii. myrrhæ aur.ii. dragacanthi aur.i. cõficiatur cum aqua, & fiant ex eo trochiſci: & ſit pondus cuiuſque trochiſci aur.i. & detur in potu cum aqua pluuiali.

MEdicamen aliud ad tuſsim conferens ad ſpecies tuſsis, & abſciſsionem uocis. Recipe granorum papaueris, & ſunt papauera cũ cortice ſuo.l. numero, & apii montani triti lib. iii. & ſucoton, mundati, & reuſini, & roſ. ſiccarum, & radicum lilii, & balauſtiarum, omnium an. unc.iii. & cinnamomi pondus. drac. ii. & ſpicæ pondus drach.i.s. contere has medicinas, & infunde in aqua pluuiali acſat. v. & dimitte tribus diebus, deinde decoque ſuper ignẽ lruem, donec remaneat aquæ tertia pars, deinde exprime, & cola, & proiice fæcem eius, deinde tere gummi arabici, & dragacanthi, amborum an. lib.i. myrrhæ lib.s. & ſucci liquiritiæ lib.i. & maſticis, & croci amborum pondus. drac. i. Teratur totum illud ultimè, & imbibatur ex illa aqua paulatim donec compleatur

tur tota, deinde fundatur super ipsum rob lib. xxii. et decoquatur leui igne, donec coaguletur, & reponatur in vase vitri, et medicetur cū eo omnes species tussis.

LOch de pino, quod confert illis, super quos tussis fit vehemens, et quando excitatur in eis expellunt pus, et superfluitates. Cuius hæc est permistio. Seminis lini torrefacti, et amygdalarum dulcium mundatarum, et granorum, pini, et gummi arabici, et dragaganthi, omniū an pondus. drach. iiii. et dactylorum alheiron. x numero. Tere medicinas, et dactylos, & funde super eas mellis, et butyri quantum sufficit, et teratur, donec fiat, sicut mel spissum. Cuius dosis sit sicut galla mane, et sero.

LOch, quod fit cum glutino alimbat, faciens ad asperitatem gutturis, et abscissionē vocis, et sputum sanguinis, et puris, et aperit oppilationes. Cuius hæc est permistio. Seminis lini torrefacti, & passularum ablatis granis, ambo-rum ana lib. i. granorum pini, et amygdalarum dulcium, et amygdalarum amararum, omniū an. vnc. vj. & ireos, & assari, & glutinis alimbat, & venarum liquiritiæ, & gummi arabici, omnium an. vnc. iiii. & fœnugræci cocti, & dragacanthi, amborum an. vnc. iiii. & piperis albi, & erucæ emollitæ, & ciceris molliti, & aristol. & medullæ tritici, & ammeos, & nasturtij, & ficuum, omnium an. vnc. i. & myrrhæ, & croci, & olibani, omnium ana. vnc. s. confrange totū, & contere ipsum bene, & confice cum melle, aut cum vino decocto, & fac lambere de ipso mane, & sero quantum est galla. i. & ponat ipsū sub lingua sua quando dormit.

MEdicamen, quod confert ad tussim: & vehementi siccitati pectoris. Amygdalarū dulcium, & amararum, & sem. lini torrefacti, et granorum pini, omnium an. drac. s. & anisi, & dragacanthi, & gummi arabici, omnium ana. drach. ii. & succi liquiritiæ, aut venarum eius pondus. drach. i. & zuccari, & penidiorum, amborum ana vnc. ii. Tere ea & pulueriza, & confice ipsum cum aqua fœniculi humidi, & fac de ipso pilulas, & ponat sub lingua sua ille, qui vult dormire, vnam, aut duas.

LOch ad tussim, quando fit ex chymo frigido viscoso. Cinnamomi, & sem. fœniculi amborum an. dr. v. storacis liquidæ. dr. x fistici, & amygdalarum, amborū an pondus. dr. x. olibani, & gūmi amygdalarū, & glutini omnium an. dr. v. kesmes, & sunt passulæ paruulę sine granis, dr. xx. agarici, dr. v. storacis, et aloes, amborū an. dr. iiii. Tere storacem cum melle, et infunde olibanū, & aloen, & alKesmes in rob, et tere reliqua, & confice cum melle storacis. Dosis. dr. j.

AD sputum sanguinis. Trochisci quos composuit medicus de illis de tebulis, conferentes patientibus sputum sanguinis, & patientibus vlcus in pulmone, & habentibus saniem aggregatam in pectore, & patientibus ægritudines, quæ sunt ex genere materiarū attractarū. Quorū hæc est permistio. Sem. hyusquiami albi, & corticum mandragoræ, amborū an. aure. v. masticis aur. xx. Karabe, & radicū lilij, & croci, omnium ana aure. xxx. psyllij aure. xlv. aquæ dulcis acsati. iij. permisceatur, & administretur.

TRochisci alij, qui nominantur piper, conferentes patientibus sputum sanguinis, & habentibus fluxum ventris, & vlcera in intestinis, & ei ad cuius stomachum attrahitur materia. Recipe florum caducorum granatorum, et spinarum ægyptiarum, & granatorum syluestrium, & succi barbæ hirci, & succi acaciæ, omnium ana aur. vi. lycii, & reubarbari, & opij, omnium ana aur. iiii. myrrhæ aur. ii. Terantur bene, & conficiantur cum aqua, in qua decocta sunt grana myrtj, aut cum aqua frigida, & administrentur.

COnfectio, quæ refertur Arastomacis: & est medicina mirabilis conferens patientibus sputum sanguinis, & habentibus tussim, et qui habet vlcus in pulmone, & ei in cuius pectore est sanies congregata, & ad disruptionem accidentem in lacertis, & ad stomachum, qui expellit cibum, et cholericam passionē, et fluxum vētris, et vlcera in intestinis, et ægritudines vesicę & præfocationem matricis, et febres, quæ habent paroxysmos, quum de ea sumitur in potu parum ante horam periodi per horam vnā, & ad malitiam cōplexionis, et extenuationem, et medicinas perniciosas, et morsum reptiliū habentium venenū. Cuius permistio hæc est. Cinnamomi, et costi, et galbani, et castorei, et opij, et melanopiperis, et macropiperis, et storacis, oīum an. vnc. i. mellis Kist. i. Terantur medicinę, et cicotrigonizētur, et decoquatur galbanum cū melle donec liquefiat, deinde coletur, et proiiciatur desuper reliquæ medicinæ, et reponatur in vase vitri, aut argēti: & detur in potu de ea quantitas fabæ cū aqua mellis, et distillētur super ipsum de oleo sisamino tres guttæ.

SYrupus, qui refertur faciens ad difficultatē anhelitus, et est medicamen vtile. Sumātur passularum enucleatarum acsunen. i. et est pars, & fœnugręci abluti tantundē, & aquæ pluuialis kist. i. decoquantur donec dissoluantur, et coletur aqua eorum, & seruetur, et sumatur de ea in potu multoties continuo postquam calefit.

MEdicamen conferens ad sputum sanguinis, et pus, et superfluitates, quæ attrahuntur ad pectus. Recipe granorū hyusquiami albi, et corticum radicum mandragoræ, et vini boni, et olibani albi, et storacis liquidæ, et opii, et granorum pini, et cupressi, omnium an. pondus, drach. x. et masticis, et karabe, et alesfius, omnium ana drach. xxx. infundatur alesfius in aqua calida nocte vna, deinde exprimatur, et sumatur aqua eius, et terantur, reliquæ medicinæ bene, et misceantur ad inuicem, et fiant trochisci. Sitque vnusquisque trochiscus. drac. s. et detur in potu apud mansionem trochiscus vnus cum aqua frigida.

MEdicamen, quod confert ad sputum sanguinis. Opii pondus. dra. i. et cinnamomi pondus. dr. i. et castorei, et piperis, et macropiperis, et myrrhæ, omnium ana dr. i. et croci pōdus. dr. ii. s. et Karabe pondus dr. s. et balaustiarum, et gummi, et anisi, omnium ana dra. i. Terantur medicinæ, et cōficiantur cum succo auriculæ hœdi, et fiant trochisci, et sit omnis trochiscus. dr. s. et exsiccentur in vmbra, et bibatur de eis trochiscus vnus cum aqua tepida.

TRochiſcus alius. Recipe karabe, et coralli, amborum an. dr.iij. acaciæ, et ſucci barbæ hircinæ amborũ ana dr.ij. balauſtiæ. dr.ij.ſem. portulacæ.dr.vij.papaueris albi, et nigri, et roſarum,et ſpodij,omnium an.drac.ij.cornu cerui aduſti.dr.ij.s.reuſini dr.j.s. cochlearum aduſtarum.ij.terræ ſigillatæ.dr.iiij.fiant trochiſci aure.i.et adminiſtrentur.

TRochiſcus alius ad ſputum ſanguinis,quũ eſt ex humiditate, et mollificatione uenarum. Corticum thuris,et thuris amborum ana drach.v.radicis ſquinanthi.dr.vij.reuſini,et maſticis,amborum an. dr.iiii.darſiſahan, et cymini torrefacti,et calamenthi montani,omnium an.drac.v.myrrhæ,et croci,amborum ana dra. vii.calcadis.drac.iiii.ſpicæ, et caſtorei, et ſucci barbæ hircinæ, et acacię, et roſarum, omnium an.dr.iiii.Tere,et confice cum decoctione gallarum,et fac trochiſcos aurei vnius.

COagulatio ſaniei in pectore. Medicamen conferens ad illud. Fœnugræci molliti.dr. ii.ariſtol.pondus.dr.i.myrrhæ pondus. dra.iii. aniſi roſarum amborum ana drac.ii. radicum liquiritiæ,& piperis, & ſalis, omnium an.dra.j. Confringantur,& conterantur, & conficiãtur cum aqua frigida & fiant trochiſci,quorum vnuſquiſque ſit pondus drac.j. & exſiccentur in vmbra, & detur in potu de eis trochiſcus vnus cum aqua radicum fœniculi, & radicum apij decoctarũ, quantitate ſacriati.i.teratur trochiſcus,& miſceatur cum ea,& ſumatur in potu:eſt enim medicamẽ bonum, quoniam liquefacit ſanguinem congelatum, & educit ipſum, & mundificat locum eius.

PHthiſis & vlcera pulmonis. Medicamen cõferens ad vlcera quæ ſunt in pectore, & pulmone,& conſolidat ea, & ſanat ea. Rec. balauſtiarum,& roſarum ſiccarum, amborũ an.dra. iiij. ſanguinis draconis, & medullæ tritici, & olibani,omnium ana drac.ij.gummi arabici,& dragacanthi,& maſticis,omnium an. pondus. dra.iij.acaciæ,& croci, amborum ana dr.s.karabe,& myrrhæ,amborum ana drach.j.anarcine. drach. v. Terantur & conficiantur cum rob cydoniorum, aut rob myrti, deinde fiant trochiſci:ſitq; omnis trochiſcus aur.i.& exſiccentur in vmbra,& dentur in potu.

MEdicinæ,quæ ſunt ad cor. Confectio, in qua ponitur harmel iuuatiua. Rec.ſemi. harmel,& nigellæ,& camphoræ,& caſtorei, & ſem.hyuſquiami albi,& ariſtol. & cyperi, & alfeſire,& alfeſireſim.& pyrethri,& piperis, & origani, & coloquinthidæ,& ſpicæ, & ſem.apij, & ſeminis rutæ,& carui, et croci, et nucis muſchatæ,et caſiæ,et coſti, omnium an.dr.s.& ſerapini & opopanaci,amborum an. drac.iiij. & zuccari pondus. drac.j. & mellis quantum neceſſe eſt. Doſis eius forti pondus drac.j.& debili pondus drach.s.

MEdicamen aliud cõferens ad pulſum cordis,& timorem,& epilepſiã. Spicę,& cinnamomi,& zedoariæ,& doronici, omniũ ana drach.ij.ſeminis anethi.drach.i.s. medicinæ terantur,& permiſceãtur, & detur in potu de eo pondus drach.i.cum drach.i.vini in quo infuſa fuit lingua bouis, & bibatur de illis in omni menſe tribus diebus continuis.

TRACTATVS SEXTVS.

De ventre inferiore.

Debilitas ſtomachi.

OLEVM iuuatiuum ad mollificationem ſtomachi, & eius debilitatem. cuius hæc eſt permiſtio. Maſticis, & aloes, & ſucci abſinthij, & opii et olei nardini,& olei de cydoniis quãtum ſufficit, permiſceatur, & inũgatur cum eo ſtomachus cum lana leni. Quòd ſi volueris, vt adiiciatur huius medicinæ calor, adde in ea laudani partem vnam,& ſtoracis partes duas. Si verò volueris facere ipſam ſtypticam confortatiuam, tũc adde ſuper illud de ſucco agreſtæ, aut ſucco hypoquiſtidos.

MEdicamen ad debilitatẽ ſtomachi: & malitiam digeſtionis. Kebulorum bullitorũ cum aqua cydoniorum, & bulliant, drach.iiii. belliricorum,& emblicorum,& cymini infuſi in aceto,et torrefacti,& cyperi, et maſticis,omnium an.drach.ii.ſeminis apii,& aniſi infuſorum in aceto,amborum an.drach.i.xyloales,et galiæ, amborum ana. drach.i.s.mentæ: drac.iii. a [mugdunis.] drach.i.s. roſarum drach.iii. granorum granatorum,drach.viii.ſumach.drach. iiii. cinnami, & corticum thuris, & ſpicæ, omnium ana.drach.i.

LAchlachatum cõfortans ſtomachũ. Aquæ aloes,& aquæ roſarum,et aquæ malorum, et aquæ cydoniorum, et aquæ ſalicis omnium an. pars vna,ſandali albi,et rubei,et roſarum,et croci,et camphorę,et laudani, et balauſtiarum, et ramich, et xyloaloes, et galiæ,omnium ana. pars s.

EMplaſtrum ad apoſtema ſtomachi Durii. Recipe abſinthii,et ſpicæ,et caſiæ,omnium ana.drach.viii.aloes, et ſtoracis, amborum ana drach.iiii.croci drac.ii. xylobalſami, et carpobalſami, et myrrhæ, omnium ana drach.i.olei nardini quantum neceſſe eſt.

AD ſtomachicos. Hiera, q̃ refertur antiforos, confert ſtomacho. Recipe aloes aur. iii.maſticis aur.ii.aſſari.vnc.s. roſarum ſiccarũ, et floris ſquinanthi, et caſiæ, omnium an.dra. s.vtatur ea ſicca, ſicut vtitur hiera.

TRochiſci,qui dicuntur Amedunius.faciẽtes ad inquietudinem ſtomachi propinquam ileos et ad omnem inflationem, et eſt cõueniens ei,qui euomit cibum ſuum,et ad ægritudines intrinſecas. Recip. ſem.apii aur.vi.aniſi aure.vi. abſinthii aure.iiii. Et inueni in deſcriptione alia,maſticis iterum aure.iiii.piperis aure.ii.myrrhæ aur.ii.cinnamomi aur.vi.opii aure.ii. caſtorei aur. ii. conficiatur cum aqua, & fiant de eis trochiſci, & dentur in potu. Doſis eius æqualis eſt aur. i. ad ſtomachicos cum vino miſto.

HIera,quæ refertur Meniſon, conferens ad inquietudinẽ ſtomachi, et ei, qui inuenit inflationem,& aufert omnem inflationem, et confert ad tarditatẽ digeſtionis,et ad ægritudines matricũ, et ipſa iterum prouocat vrinã, et eſt medicina mirabilis ad hepaticos,et ad illum qui habet dolorẽ renum, et prouocat mẽſtrua.

Recipe

Recipe aloes aur.c.masticis vnc.j. & croci vnc. j.spicæ unc.i.cinnamomi,& assari, & carpobal sami,omnium ana vnc.j.Tere,& cribella,et ser ua eam siccã,& utere ita,vt des in potu illi cu-ius digestio tardatur pondus aure. j. cum aqua frigida,et illi qui euomit choleram, & effundi tur ad stomachum eius materia, da in potu de ea aure. s. & illi qui habet apostema in aliquo membrorum interiorum,cõfert quum sumit de ea in potu cum aqua mellis,& ille qui indi- 10 get ut prouocetur urina eius,aut prouocentur menstrua, sumat de ea in potu cum aqua feni-culi contriti bulliti,& colati.

EMplastrum Polyarchis conferẽs ad omnes ęgritudines humidas intrinsecas. Recipe cyperi,cordumeni,minuti thuris,cerę, omniũ ana heminam.i.gummi albotin heminam. j. s. olei de alcanna quantum sufficit. et quandoq; additur bdellij iudaici hemina vna.

MEdicamen quod dicitur diaireos,faciens 20 ad omnes corruptiones complexionis stomachi,& aggregationem aquæ,et lenit uen trem.Recipe ireos pondus dr.xxiiii.piperis põ dus dr.xx.zingiberis,& aniuden,amborum an. dr.xij.anisi,et masticis, & sem.fęniculi,omniũ an.drac.iiii.ammeos,& seminis apii, omnium an.drac.viii. Tere, & confice cum melle.Dosis eius sicut galla cum aqua.

ELectuarium de carui, conferens ad dolores stomachi, & oppilationes quæ sunt in 30 eo,& in hepate,& paruitatem digestionis. Sumantur carui,& ammeos & sem.apii,& zingiberis, & passularum enucleatarum, & siseleos, & sem.baucię, omnium an.dr.iii. amygdalarũ amararum mundatarum ex cortice suo põdus dr.vi.Tere,et confice cum melle. Dosis eius quantum nabacca cum aqua tepida.

ELectuarium de galanga,conferens ad uehe mentiam frigoris in stomacho, & hepate: & digerit cibum,& fugat uẽtositates, & stoma 40 chum efficit bonum.Recipe galangæ,& cinnami,& piperis albi,omnium an.ʒ.ii.heil, & cinnamomi,et neremisch,omnium an. ʒ.iii. macropiperis dr.vj,zingiberis dr.viii.sem.apii, & anisi,& cymini, et carui, & talisafar, omnium an.ʒ.i.penidiorum,& zuccari triplum medicinæ.Tere,commisce,et sit dosis eius dra.ii.

APpetitus.Confectio abscindens appetitum luti.Recipe hieræ dr.vj. myrobalanorum nigrorum,et belliricorum,& emblicorũ, om- 50 nium an.dr.iii.nucis henden dr.v. conficiatur cum melle despumato, & dentur in potu de ea drac.iij.cum aqua,in qua decocta sunt mastix, & anisum,& menta,et scoria decocta.

VOmitus,& nausea. Syrupus abscindens uomitum phlegmatis.Recipe cymini dr. iiij. masticis dr. iij. granorum granatorum dra xx. mentæ,& sisimbrii,amborum an.[b] [tunicas] v. decoquãtur cum aquæ lib.iiii.donec remaneat lib.j & coletur,& proiiciatur galiæ dra.j.& de- 60 tur in potu de eo in mane & sero.

SIngultus. Medicamen ad singultum mirabile,forti. Vini boni odoris lib.viii.mellis despumati lib.ii.decoquatur illud bulliat,& consumatur eius sexta, deinde auferatur ab igne, & proiiciantur in eo costi,& masticis, amborum an.dr iiij.absinthii pondus dr.vii.squinanthi,et spicæ,et folii,& rosarum,et aloes,et agarici,& croci,omnium an.dr.ii.assari, & xyloales Indi,et casię,omnium an.dr.iiii. tritorum. Et sit dosis eius cochlearium.

[b] B. manipulos paruos.

HEpar & apostemata hepatis. Vnguentum de [c] [muradasacrim]conferens ad apostema quod accidit ex corrosione,aut aliis.Cuius permistio hęc est.Recipe [d] [almuradasacrim.[dr.iiii.& xyloales,& croci,et baccarum lauri,& 10 ammoniaci,et myrrhę,& [e] [alkeiat,] omnium an.pondus dr.iii.& ceræ pondus dr.iii. cõfringe ea.& contere, & aggrega ipsa & liquefac ceram cum sufficienti quantitate olei de lilio,& olei arazaki pondus dr.iii.

[c] B. murdasafran.
[d] B.murdasafran.
[e] B.thuris.

DVrities hepatis.Confectio facta cum hepate adib conferens ad dolorem hepatis, & splenis,& stomachi,& uentositates, & dysenteriam,et tussim chronicam, et illis qui euomũt sanguinem.Recipe croci,et myrrhæ,& opii et 20 castorei, et sem. hyusquiami albi,et cordumeni,et papaueris,et spicę et eupatorii,& hepatis adib,& cornu dextri dę cornibus caprę adusti, omnium partes ęquales. Terantur quæ ex eis teruntur,& soluantur quæ soluenda sunt in vino,et conficiantur cum melle despumato, & administretur post sex mẽses. Et sit dosis sicut cicer cum eo quod conuenit de potibus.

MAlitia complexionis.Oleum de mezereõ drac. x. infundatur in lib.i. aquæ die & 30 nocte,& ponatur in uase,et bulliat lento igne, donec remaneat de aqua lib.s. & auferatur ab igne:et dimittatur donec infrigidetur, et coletur,et reducatur ad uas,et fundatur super eam olei amygdalini dulcis quarta lib.i. et bulliat donec consumatur aqua, et remaneat oleum, et inuoluantur medicinę contritæ crilbellatæ cum hoc oleo.Et sunt, myrobalanorũ citrinorum,et belliricorum et emblicorum,omnium an.ʒ.x.tamarindorum ʒ.lxxx.prunorũ xxx. nu 40 mero,iuiubarum tantundem,casiæ fistulę lib.i. passularum lib.s. Aggrega has medicinas tritas præter casiam fistulam,et pone in uase lapidis, et funde super eas aquę lib.x.et decoquatur donec remaneat tertia, et coletur super casiam fistulam,et confricetur manibus,et coletur,et reducatur ad vas, & proiiciatur super eam penidiorum hemina. i. et decoquatur donec fiat ei spissitudo mellis, et fundatur super ipsam olei amygdali lib.s.et puluerizentur desuper medi- 50 cinæ cribellatæ delinitæ oleo prædicto, et bulliat donec coaguletur,et deponatur ab igne, et ponatur in uase uitri.Cuius dosis sit ʒ.vi.

SVffuf ad inceptionem aquę factum cũ lacte camelarum,aut cum aqua casei,aut cũ aqua olerum. Cuius hęc est permistio. Recipe succi eupatorii ʒ.i.laccæ dr.ii.aristol.drach.i.s.floris squinanthi dr.i.croci.ʒ.i.s. seminis cuscutę dr. ii.seminis cucumeris,et portulacæ, amborum an.drac.i.scammoneę dr.i. Dosis aur.i.

60 SPlen.icteritia medicinæ splenetica. Medicamen iuuatiuum, quod nominatur medicamen uomitus. Recipe dabach glandium lib.ii. calcis lib.i. ponatur aldabach in uase figuli, et ponatur super prunas donec liquefiat. Quumque liquescit,pulueriz etur super ipsum calx,et permisceantur ambo simul,et liniatur ex eo dũ perseuerat calidum super cutem adib,et ponatur.

tur. Et oportet quando administratur hoc me
dicamen,vt ingrediatur æger vtens eo balneũ,
& dimittat emplastrum super se & non auferat
ipsum donec cadat per seipsum, & oportet ut
sit sollicitus ita ut abscindat illud, quod aug-
mentatur de corpore in primis.

A Liud:operatio iuuamenti cuius ad splene
ticos est manifesta in die suo. Et oportet
antequam cum eo emplastretur, ut regatur æ-
ger regimine quo oportet tribus diebus.Cuius
hæc est permistio.Recipe myrrhę unc. iij. thu-
ris minuti unc.iii.synapis Alexandrini, cordu
meni,amborum an.unc.ii.aceti squillæ quantũ
sufficit.Terantur synapis,& cordumeni,& cri-
bellentur. Minutum verò thuris,& myrrha te-
rantur,& proiiciantur super ea ambo medica-
men siccum,& cõficiatur,& fiat simile vnguẽ-
to, & ponatur ab hora duarum horarum.vsq;
ad horam nouem horarum: deinde ingredia-
tur ęger balneum,& stet emplastrum super eũ,
quum ergo mollificatur,fac eum ingredi tinã,
& præcipe ei ut prolonget moram in tina, &
egrediatur illud quod est in eo de aqua, & ut
non superueniat ei syncopis approximetur na
so eius acetũ, & calamenthum syluestre, quæ
ipse olfaciat: & solue pannos quibus ligatũ est
emplastrum paulatim. Quumq; egreditur de
balneo,ciba eum piscibus salitis sine pane,& da
ei in potu die primo,& in die tertio, & pręci-
pe ei vt excitetur ante illud exercitio ĩ quo pos
sibile est vt fiat anhelitus frequens continuus.

A Liud sugitiuum forte: & est medicamen
vtile & confert hydropicis,& spleneticis,
& habentibus ægritudines antiquas. Recipe re
sinę decoctæ lib.iiij.cerę lib.ij.sulfuris, quẽ nõ
inuenit ignis lib.i. minuti thuris lib.j. picis lib.
ij.aluminis humidi lib.j.baurach lib.i. aristolo.
vnc.iij.radicis cucumeris asinini vnc.iii. aloes
vnc.vi.pyrethri unc.vj.lactis mori unc.iij. aceti
kist.j.s.uini Italici kist.s. & nos ponimus loco
aceti olei cotylas.iij. prępara ipsa secundum il-
lud exemplum.

A Liud sugitiuum forte de illis quę efficiũt
operationẽ vltimam,est hoc medicamẽ.
Sumatur de cancris fluuialibus, & abscindãtur
pedes eorum & caudæ ipsorum, & exsicca ip-
sos,& contere eos, & accipe de eis põdus aur.j.
& commisce cum eo opii sextam aur.i.& solue
ipsum cũ aqua illius fluuii, ď qua sumptus fuit
cancer,& da ipsum in potu habenti ęgritudinẽ
& pone in quibusdã horis cum opio de oleo
balsami cum pondere sui secundũ ęgritudinẽ.

D Vrities splenis. Vnguentum, quod cõfert
ad duritiem existentem in splene,& sanat.
Recipe cordumeni,& synapis,& pyrethri,& fę
nugręci decocti,omnium an.partem j Tere er
go ea bene, & contere ipsa cum aceto, deinde
funde super ea oleum,deinde line cum eo sple
nem,& habens ipsum abluat se in balneo,dein
de ponatur emplastrum.

Capitulum de intestinis.

C Lystere conferens ad vlcera in uentre, ex
quibus habens ea emittit sanguinẽ,& no-
minant ipsa Romani dysenteriam. Accipe de
adipe renum capræ iuuenis, & decoque eam
cum Kisch,deinde accipe de aqua kisch,& pin
guedine adipis sacraiati ii.& accipe de aqua ri-
zi decocti, & oleo ros.de vnoquoq; sacraiati.i.
& acacię tritę, pondus ʒ.i.s. & gummi arabici
triti,& cerusę tritę,amborum an.pondus ʒ.j.&
vitellum oui,permisce ergo simul omnia, do-
nec fiant in loco vnguenti, & clysteriza cũ eo,
aut accipe sacraiati.i.aquæ albersandaru humi
di,& sacraiati.s.olei ros. & misce illud per cly-
stere.et fac ut cibus eius sit ius ciceris cum oleo
amygdalino,& granis granatorum, & fac ipsũ
bonum quantum potes, & ciba ipsum de fru-
ctibus cydoniorum.

S Olutio ventris. Suffuf conferens ad fluxum
ventris chronicum. Recipe balaustiarum,
& glandium infusarum in aceto,& torrefacta-
rũ,& sumach,& granorum myrthi,& corrath
& hypoquistidos,omnium an.dr.ij.cymini, &
gallarum torrefactarum in aceto, & capitum
granatorum dulcium, & fructus tamarisci, et
ramich,omnium an.dr.i.xyloaloes, & galię, et
masticis,& spicæ,omnium an. dr.i. sem.aceto-
sæ,& gummi,& boli,& succi barbæ hircinæ,et
granorum passularum torrefactarum, & xylo-
caractæ,& inest omnium an.dr.s.

E Lectuarium ad abscindendum fluxum ven
tris factum à frigore, & ventositate. Reci-
pe semin.apii,& calami aromatici,& cyperi, &
ammeos, & xylobalsami, & laudani, et macis,
omnium an.dr.v.anisi dr.iii. piperis albi dr.ii.
cinnamomi dr.iii.s.croci dr.vii.camphoræ dr.
iii.blattę bizantię dr.iii.s. radicum squinanthi
dr.iiij.cordumeni dr.ii.sandali albi dr.iiii. dau
ci dra iii.zingiberis dr.iii.granorum myrti dr.
vij.conficiatur cum rob malorum.

S Yrupus de fructibus, abscindens fluxũ ven-
tris,& superans choleram.Recipe acetosita-
tis citri,& berberis,et ribes,omnium ana. lib.i.
zarur,granorum granatorum, & sumach, om
nium an.lib.iii. cydoniorum,et malorum gra-
natorũ, et pyrorum, omnium an.lib.iiii. aquæ
tantundem:infundantur duobus diebus,& de
coquantur donec sint discocta,et coletur,et co
quatur secũdo,et ponatur super ipsã zuccarũ.

R Asura & vlcera intestinorum. Medicamẽ,
quod dicitur sanguisuga:conferens ad ul-
cera intestinorum.Recipe acacię aur.xxv.cor-
ticum granatorũ aur.lxx v. gallarum aure.xxv,
opii aur.xxv.seminis hyusquiami albi aur.lvi. [a]
[auellanarum tritarum] au.clx.sumach scemii
aur.lxx.succi sumach scemii aur.ii.s thuris aur.
xxv.Terantur,et aggregentur, et commiscean-
tur cum vino nigro.Dosis eius integra aure.i.

M Edicamen quod bibitur,& refertur ad Lu
kios Tarsensem, et est medicamen iuua-
tiuum ad omnem materiam quę attrahitur,et
ad omnem inflationem.Recipe anisi,et semin.
apii,amborum an.aur.ii.sem.fœniculi, et semi
nis bauciæ syluestris,et sem.atardilon,et est spe
cies siseleos,omnium ana aur.iiii.opii,et semi-
nis hyusquiami albi,amborum an.aur.i.s.con-
ficiatur cum aqua, & administretur.

C Lystere,quo utebatur Gal.et est clystere e-
ius,et est conueniens ad descriptiones plu
rimas antiquorum. Recipe succi agrestæ sicci
aur.vi.aluminis jameni tantundem, calcis quã
non inuenit aqua,corticum [b] [thuris] omniũ [b]
an.

a a. milliq... triti.

b B.ardr...

an.aure.vj.arsenici rub. aure.iij arsenici citrini aure.viij.chartæ combustę,aureos.xv.conficiãtur cum syrupo de granis myrti, & fiant ex eis trochisci, & sit pondus trochisci aure. iij. aut. iiii. & clysterizetur ex eo cum vino permisto cum aqua quantitate cyathorum. ij. & in quibusdam clysterizatur ex eo cum aqua pluuię.

TRochisci alfenginati: qui conferunt ad fluxũ uētris,& ad vlcera intestinorũ, & nominantur trochisci beritos, & sunt ex medicinis utilibus abscindentes fluxum uentris.Quorum hęc est permistio. Croci aur.iiij.myrrhæ aur.ij. aloes Indi,succi barbæ hircinæ. lycij Indi.succi eupatorij,opij,gallarum recentium, dragacanthi, piperis albi, omnium an.aur. ii.conficiantur cum uino,& fiant ex eis trochisci,cuiusque quorum pondus sit aur.s.

SVffuf ad rasuram ex phlegmate salso.Recipe nasturtij torrefacti drach x.sem. c[alsehesabren.]drac.vii. masticis drac.v.sem. maru.drac. x.sem.porri.drac.v. bdellij tantundem,gummi frixi drac.vij. boli armeni dra.x. Dosis drac.iii.

c a.alsebesafrã.

CLystere ad rasuram propter medicinã ebibitam,& clysterizatur cum butyro,& sanguine draconis, & est clystere ad inceptionem rasuræ, & choleram, & expulsionem materiei. Recipe lentium drac.x. granorum myrthi, & corticum granatorum & zarur,omnium ana. drac.vii. cydoniorum mundatorum ex granis suis,& pyrorum,omnium an dra.xv.decoquantur cum tribus libris aquę.& unc.iiii. aquæ granatorum muzorum,& aquæ agrestę hemina.i. donec remaneat lib.i.& coletur,& sumatur de ea tertia. & misceatur cum boli armeni aur. i. gummi tantundem, chartæ combustæ, & acaciæ,& cerusæ,omnium ana drach.i.

COnfectio medicinæ ad colicam, mirabilis, qua vsus est Gal.in eo, cui aduenit ægritudo,q̃ dicitur ileos, & in eo qui euomit stercus suum,& datur in potu de ea quum dolor est vehemens,quantitas fabæ cum quantitate trium, aut iiii. cyathorum aquę frigidę.Recipe seminis hyusquiami albi,piperis albi amborum an. aure.lx.opij.aur.xx.croci aur x.spicę odoriferę, euphorbij,pyrethri,omnium an.aur.ij.conficiãtur cum melle decocto.

MEdicamen ad colicam secundum ꝙ inuenit ipsum Gal. in libro rabeo Socratis,& nominatur albobeis,& confert stomachicis,& patientibus ophthalmiam, quando in eis vehemens fit dolor,& ad dolorem matricum,quando bibitur cum aqua, & melle, in qua decocta est ruta.Cuius hęc est permistio.Croci aur.i.spicæ aur.ii.myrrhæ aure.ii. costi,piperis albi,macropiperis,galbani,omnium an.aure.ii.olei balsami aure.iiii.cinnamomi,& corticum radicis mandragoræ.et inueni in descriptione alia,succi mandragorę, castorei,omnium an. aur.ii.seminis dauci aure.iiii.s. serapini aur. iii. casiæ aur.iiii.conficiatur cum melle.

MOllificatio ani:& egressio eius.Medicamē Gal.conferens ad exitum ani.Recipe fructus plantæ quę dicitur d[sarbei,]gallarum cerusse de plumbo,acaciæ, succi barbæ hircinæ,corticum pini, quæ dicitur fantis, thuris, & myrrhæ, omnium an. aur.iiij. puluerizentur sicca, postquam abluitur anus cum uino pontico.

d B.atbechi.

Capitulum de lapide renum.

DIco,quod omne, quod frangit lapidem uesicæ,non est dubium, quin frangat lapidē renum sed non conuertitur.

COnfectio conferens illi: qui habet lapidē, quoniam est medicina, quæ frãgit lapidē, & prohibet generationem eius post ipsum.Recipe casię aure. ii. seminis apij aur. iij. myrrhę aure.iiii.piperis albi aur.ii. thuris aure iii lapidis scemii masculi aure.i. seminis bauciæ,anisi amborum ana aure.ii.storacis.unc.iii.radicis lilij alozonkiu aur.iij. seminis papaueris albi aure.ij. spicæ tantundem, amygdalarum amararum excorticatarum,assari,amborum an aure. iij.seminis lini, & cyperi, amborum an.aure.ii. mellis boni quantum sufficit, sumatur in potu de ea omni die.

MEdicamen aliud utile inquit Gal.Scio plurimos de illis quorũ renes erant egri,qui medicati cum eo, & sanati sunt a suis ęgritudinibus.et oportet quidem, ut assiduetur usus huius medicinę diebus pluribus. est enim medicamen sanans illum qui habet lapidem:& qui habet ægritudinem colicę,& sanat iterum egritudinem uesicę:& est iste modus artificii eius.Recipe auellanarum excorticatarum, & seminis cucumeris hortulani excorticati, & seminis carui mundati,omnium an.aur.iii.seminis hyusquiami nigri,& croci a[seminis citruli albi,] omnium an.aur.vi.seminis hyusquiami albi,seminis apii, amborum ana aure.xii. cõficiantur cum melle, & fiant de eis trochisci. et detur in potu de eis aur.s. cũ aqua mellis tepida munda ta quãtitate cyathorũ iii. et inueni in descriptione alia, ꝙ ponuntur in eo harmel aure. vi.

a B. Alia litera cucumeris, & opii.

LApis vesicæ: quod dictum est in hoc cap. & testificatur, est ꝙ quum lepus comburitur subtiliter sicut scis, & conseruatur combustũ eius, & sumitur de eo in potu diebus aliquot pōdus drac.ii. cũ aqua tepida. frangit lapidem.

ARs medicamenti:quod fit cum scorpionibus,frangens lapidē qui generatur in renibus, & saluat illũ qui eo utitur, a generatione lapidis in renibus suis,& hoc medicamentum facit suam operationem cum proprietate non per complexionem. Sumantur de scorpionibus uiuis x. numero, & ponantur in olla noua munda, & liniatur olla ex massa tritici, deinde deferatur ad furnum, & calefiat cum lignis uitis donec rubeat, & ponatur olla in illo furno sero,& dimittatur in eo in nocte,deinde extrahatur post illud,& sumatur quod inuenitur in olla de cinere scorpionum, postquam infrigidata fuerit,& reponatur in uase,& administretur de eo mane, & uespere in hora curationis dolorum renum,pōdus siliquarum.ii.cum uino quod dicitur b[nardicon.]Frangit enim lapides, & facit eos descendere in urina frustatim.et illud ideo, quoniam scorpiones in naturis suis sunt contrarii lapidibus generatis in renibus, & uesica, sicut carnes uiperæ sunt contrarię uenenis serpentum,& reliquorum reptilium uenenosorum.

b B. chardeũ

COnfectio trochiscorum:qui frangunt lapidem generatum in uesica,& renibus.Recipe seminis bauciæ syluestris, & seminis cucumeris alrekii,et anisi,et myrrhę,et seminis apii montani,

montani, & seminis apij hortulani, & casiæ,& cinnamomi,& spicæ, omnium an.partem i.Tere has medicinas, & cicotrigoniza, & confice cum aqua, & fac trochiscos in vnoquoq; quorum sit pondus.drac.i.aut aure.i.aut fac pilulas magnas, sicut cicer, & da in potu de eis pilulas decem in ieiunio cum aqua calida.

COnfectio quæ frangit lapidem. Recipe spicę Indę, darkimet.iii.zinziberis, darkimet. iiij. macropiperis, tantundem, assari drach.i. dauci tãtumdem casiæ siliquas. xij. cinnamomi darkimet. iiij. polij darkimet. iij croci darkimet.ij. castorei darkimet.iiij. floris squinanthi tantundem, scordeon tantundem, costi darkimet.ii piperis albi tantundem, petroselini tantundem, carpobalsami darkimet. iiij. acori darKimet.ij.conficiatur cum melle.

DIstillatio urinæ. Trochiscus conferens ad distillationem & diarrhœam. Reci. castorei.drac.ii.& sampsuci,& rutæ,& seminis hyusquiami albi,& anisi, omnium ana pondus.dra. i.& granorum granatorum grana.xv. Terãtur, & fiant trochisci, & sit dosis pondus.drac.ii.Et da ei in potu pondus.drac.i.de granis cucumeris mundatis cum albumine oui subtili.

DEbilitas erectionis:& desiderij.Confert ad illud hoc medicamen. Reci.seminis cępę. dra.ij.& granorum erucæ pondus.dra.iiii.& seminis aeschedenigi, & buzeiden,&[c] [alfahasdaron]& squillæ assatæ, omnium an.pondus.dra. vi.& secacul pondus.dra.iij.& sisami mundati pondus.drach.v.& alaniuden, & alnaricu albi, amborum, an.pondus.drac.iiij.& penidiorum pondus.drac.vj tere ea & permisce, & sit dosis pondus.drac.ij.cum uino permisto.

c B. & ammoniaci,& assari.

ET confert ad illud hoc medicamen. Sume uenarum alfarsunigi,& est asparagus & lactis uaccini, & butyri uaccini, omnium an.lib. iij.& seminis erucæ,& seminis bauciæ,& sem.-nis [d] [napi,] omniũ an.unc iij.Tere medicinas siccas, & permisce cum lacte, & butyro, Dosis eius pondus sextariorum.v.aut.x.postquã decoxeris ipsum donec cõsumatur lac, & remaneat butyrum, & cola ipsum, & da ipsum in potu.

d B.rape.

ARs electuarij Indi:quod addit in spermate & confortat appetitum.[e] †[ ]Recipe zingiberis,& piperis.& macropiperis,& cinnamomi & folij,& spicę,& nucis muschatę,& sandali rubei,& cardamomi minoris,& macis, & tagamed,& talisafar, & Kerfeteni,& cyperi, & spodij,& nucis Indæ, omnium an dra.iij.muschi,& camphoræ, amborum an.x. zuccari tabarzet quantum medicinę omnes, tere, & cribella quantum sufficit cum melle dispumato, dosis eius sit pondus.drac.ij.

e † B.coitus.

COnfectio medicaminis alterius: quod addit in spermate,& conuenit regibus.Recipe caudę stinci.vnc.i.s.seminis napi,& sem.bauciæ,& alleft, & seminis cæpæ albæ dulcis,& seminis vrticę,& seminis erucæ, omniũ an.vnc.i. & melanopiperis, & leucopiperis,& macropiperis, omniũ an. dra.v.& cępæ muris assatæ põdus.drac.iiij. pinearum excorticatarum.unc.ij. s.& pyrethri pondus dra.iiij.& linguæ auis põdus.dra.vj.& cerebellorum passerum masculorum, quin idificant in parietibus pondus. dra. iiij.& testiculorum galli, unc.i.Tere has medicinas,& confice cum butyro uãccino, & melle & sit butyri tertia, & mellis tertiæ duæ, & repone in uase. Dosis illius sit.drach.s. cum uino dulci post cibum.

ARs olei cum quo inunguntur pecten, & uirga,& quod est coram renibus, & erumpere facit desiderium coeundi, & addit in eo. Recipe euphorbij,& galbani, amborum an.põdus.drach.ij.macis pondus.drac.i. macropiperis.dra.i.s.pyrethri pondus.drac.ij.s.& seminis erucæ,& castorei, amborum an. drach.s.olei de narcisso unc.i.s. & ceræ.dra.s. Tere medicinas siccas, & liquefac ceram cum oleo, & proiice super eam medicinas,& permisce bene,& inungatur cum illo.

DVrities matricis. Pessarium ad matricem frigidam,& apostema durum resolutiuũ. Vnguenti diaquilon, unguenti basilicon,& adipis tauri,& gummi amygdali,& adipis gallinę, & adipis anatis,& medullę cruris cerui,&[f] [stercoris] ouini, & storacis liquidæ romanæ,& olei nardini, omnium an.unc. j. myrrhæ puræ. unc.s.croci.drac.ij.liquefac adipes cum oleo,& aggrega omnia, & pone de eis super pessarium de lana,& administra.

f B.butyri

TRACTATVS SEPTIMVS.

De doloribus iuncturarum,& podagra,& vena sciatica.

EMplastrum ad dolorem iuncturarum, & podagram factum cum hyusquiamo nigro, & agarico,& est medicamen utile, seminis hyusquiami nigri Kist.i.agarici Kist.i.fœnugræci Kist.i. baurach. vnc.j.ceræ lib.j.resine decoctę lib.j.olei antiqui lib.j.medullæ ossium cerui. unc.iiii.radicum lilii alurikiu. vnc.iiii.Tere medicinas siccas, & cribella cum cicotricozinio,& liquefac medicinas quæ liquefiunt, & dimitte donec infrigidentur,& proiice super medicinas siccas,& permisce,& repone,& utere.

ET confert ad illud hoc medicamen. Recipe hermodactylorum.drach.xii.& ellebori albi pondus.drac.iii.& piperis,& cymini amborum ana.drac.iiii.Tere,& pulueriza.Dosis eius pondus.drac.i.cum aqua mellis.

EMplastrum, quod confert ad debilitatẽ, quę accidit in pedibus.Recipe assari,& aloes,& sicf memithę,& casiæ,& guttæ.i.costi,& sarcocollæ,& myrrhę, omnium an.drac.iii.& castorei drac.iiii.cõtere ea,& tere ipsa cum vino boni odoris, deinde lini ipsum desuper.

ARs medicaminis pilularum: quę fiunt cũ alfesira,& est medicamen factum cũ hezerihasen,& est iuuatiuum ad podagram, & dolorem genuum,& dolorem iuncturarum.Recipe medicinæ quę dicitur alfesire pondus. drac. i.& hermodactylorum pondus. dra. xx.cymini carmeni pondus.drac.i cinnamomi,& origani persici,& aristol.rotũdę,& zingiberis,& foliorum capparis, & cineris hirundinum, omniũ an.pondus. drac.i. Tere has medicinas,& pulueriza, & confice cum vino, & fac pilulas paruas, & exsicca in vmbra. Dosis illius pondus.ʒ. s.cum aqua, in qua decoctum est anethum, aut fiat de eo suffuf pondere. drac.s cum aqua mellis

lis calida, in qua decoctũ est anethum, cochlearijs duobus, & olei cochleario.i.

Pilulę aliæ: quæ fiunt cum alcanna ad podagram, laudatæ. Recipe myrobala. nigrorum ablatis nucleis pondus. drac.x.belliricorum, & emblicorum, a[& casiæ,] & cinnamomi, & zingiberis, & macropiperis, & salis Indi, omnium an.pondus.drac.iii.aloes pondus.drac.xxx.origani persici, & radicis capparis, & bdelii, & alcannæ, omnium an. pondus.drac.ii. hermodactylorum quãtum medicinę omnes. Tere medicinas, & cicotrigoniza, & infunde bdellium in vino, & permisce, & confice, & fac pilulas paruas, & sit Dosis earum pondus.drac.ii.

a B. ſythragi.

VEna sciatica. Medicamen ad uenam sciaticam quod sedat eam vltime. Cuius hæc est permistio. Picis partes.ii. sulfuris quod non inuenit ignis pars.i. Terantur simul & permisceantur, & puluerizentur super locum infirmum, postquam ingressus fuerit habens eam balneum vt adhæreat ei medicamen, & conglutinetur super ipsum charta, & dimittatur usq; quo cadat per se ipsum.

POdagra. Medicamẽ de hyusquiamo nostro prædictum in cap. dolorum iuncturarum est vltimum ad eam.

TRACTATVS OCTAVVS.

De alopecia.

a B. linimenti.

COnfectio a[lohoc] ad alopeciam. Recipe euphorbii, & gummæ rutæ agrestis, & olei lauri, omnium an. aur.ij. & sulfuris quod non inuenit ignis, & ellebori nigri, aut albi quodcunque duorũ est repertum, omnium an.pondus aur.i. Aggrega has medicinas tritas & cribellatas, & permisce cum pondere. drac.ix.cerę liquefactę cum oleo laurino, aut oleo alKerua, aut oliuæ oleo antiquo, & vtere hoc medicamine secundum quod ipsum est forte valde in curatione alopeciæ, quum prolongatur, & difficilis fit eius cura. Inquit Gal. ego permiscui cum eo in quibusdam horis nasturtij pondus aur.i.& spumę adustæ pondus aure.i.

b B. Tinctura nigra.

b[ALkidob nigrum] in quo inuoluuntur capilli: vel manus: vel aliquot membrorum. Existimauit Gal. quod quando sumitur urina canis, & putrefit quinque diebus aut sex, deinde fit cum ea illud conseruat nigredinem.

Descriptio ponderum, & mensurarum cx breuiario alseir.i. uigilis.

a B. Chous olei est lib. ix.
b B. x.

INquit a[Kist hordei est. vnc. xviii. Kist vini est lib.lxx. Kist mellis est lib.c.viii.] Chous vini est lib. b[ix.] Chous mellis est lib. xxiii. & s. Corboni olei est. vnc. ix. Corboni vini. vnc. x. Corboni mellis, vnc .xiii.s. c[Mesitrum] magnũ olei est.vnc.iii. d [Mesitrum] magnum vini est. vnc. iiii. gurmie. viii. e [Mesitrum] mellis.vnc. iiii.s. f[Acsunef] olei darkimet.xvi. g [Acsunef] vini.vnc.ii. & quarta darKimet.i. h [Acsunef] mellis, vnc.iii. & quarta & octaua. i [Choatus] olei darKimet.xii. k[Choatus] vini.vnc.i.& medietas darkimet & tertia. l[Choatus] mellis põdus.vnc.ii.& quarta. m [Mesitiron] olei est darKimet.vi. n [Mesitiron] vini est gurmie.xx. o[Mesitiron] mellis drachimet. vii.

c B Mestaron.
d B. Mestarun.
e B. Mestarun.
f B. Archsunesi.
g B Archsunesi
h B. Archsunesi
i B. Choanus.
k B Choanus.
l B. Choanus.
m B. Mestarun paruum.
n B. Mestarun paruum.
o B. Mestarun paruum.

Descriptio mensurarum & ponderum ex breuiario filij Serapionis.

EXceptum est ab hoc capitulo in hoc aggregato, quoniam non dixi omnem mensurã quã ĩ ipso attuli, nisi quę cognita est apud eos qui lingua vtuntur arabica in capitulis suis. Verum quidam coegerunt me ad transferẽdum quęrentes a me translationem eius vt iuuamẽtum fiat per illud in aliis ab isto libro Kist apud gentes, quę lingua gręca loquuntur, cognitum est. super mensuram vero non conueniũt omnes, & illud est quoniam quidam eorum vtuntur alia quam vtantur alii. Kist enim apud romanos capit lib. i.s. & sextam quare est. vnc. xx. Et Kist. a[Italicum] lib.i.s. Et lib est.vnc.xii. Et mina romana est vnc xx. Et mina Italica, & Aegyptiaca est vnc. xvi. Et mina est sextaria. xl. Et lib. est sextaria xx. Sextariũ est.vnc.vi.& danich. ii.aut aure. iiii. Et darkimet est aur.i. Et dorach Italicum est iohein.viii. Et iohein est acsat Romana sex. Et cotyla.i. vnc.ix. Mestron magnum est.vnc.iii. & paruum est darkimet.vi. Acsumesi est darKimet.xviii. b[Choatos] est vnc.i.s. Gormia est quarta drac. vsque ad duos danich. Aumius & andanikis est.vnc.i.& unaquęque carũ est aur.vii. Adar.vnc i. Euib mellis lib.ii.s. Euib olei mina.i s. Aldorach lib.iii. kist mellis lib.ii. & s. Alhemen sextaria.v. & drac.xxx.& antulii. iiii. Semimet minę. x. & s. Faba Aegyptiaca semimet quatuor. Obolus est danich.i.s. sicut inuenit Alexandrinus antulii. iii. Auellana. i. est darKimet.i. Nux est xiiii. semimet. Alsacraiati parua est semimet.vii. Alsacraiati magna est semimet. xiiii. Faba græca est duo semimet, aut duo oboli. Alsacraiati est sextaria. vi.& quarta. Cochlearium mellis est aur.iiii. Cochlearium medicinarum est aure.i. & drach.i. Alsatil.i. est sextaria.ii. DarKimet est oboli. vi. Et omnis obolus est Kirat.iii. Et omnis kirat est.iiii.grana hordei. Et oboli.iii. sunt Kirat.ix. Alcautus est. vnc.i.s. Choati.ii.sunt.unc.iii. Oboli. viii. sunt Kirat.xxiiii.

a B. alanthalitum.

b B. Choanus.

Finis librorum Canonis Principis Auicennæ.

LIBEL-

LIBELLVS AVICENNAE DE [a] [VIRIBVS CORDIS.]

TRANSLATVS AB ARNALDO DE VILLANOVA BARCHIONE FELICITER INCIPIT.

a A. medicinis cordialibus.

Tractatus Primus de origine ſpiritus, & generibus eius: & principijs ſuæ generationis, & informationis.

Capitulum primum de origine ſpiritus.



CREAVIT Deus ex concauitatibus cordis ſiniſtram, ut eſſet armarium ſpiritus & minera generationis illius. Creauitque ſpiritum latorem uirtutũ animę in membra animalium tendentium mediante ipſo. Creauit itaque primum appendiculum uirium animę ſpiritum, & manationem ſecundam in membris corporis mediãte ipſo. Produxit etiam ſpiritum ex [b] [ſubtilitate humorũ, & igneitate] quemadmodum produxit corpus ex groſſitie ipſorum & terreſtreitate. Etenim comparatio ſpiritus ad humorum ſubtilitatem, eſt ſicut comparatio corporis ad ipſos humores, quemadmodum enim membra conſtituuntur [c] † [ ]propter commiſtionem ipſorum adinuicem perducentem ad formam [d] [aliquã compoſitionis,] qua commiſtum diſponitur ad recipiendum habitum non conuenientem ei ratione ſimplicium: ſimili modo conſtituitur ſpiritus ex ſubtilitate humorum & commiſtione ipſorum quatuor [e] † [ ]ad formam [f] [complexionis]qua ſpiritus pręparatur ad receptionem uirium animę, quas ex ſimplicibus non acquirit. [g] [Principiũ autem eius eſt ex manatione diuina ſine auaritia & diminutione:quando eius diſpoſitio cõpletur perfecte. quemadmodum enim vnicuique membro, quamuis ex ipſa ſubſtantia humorum conſtituatur, nihilominus ineſt ſua cõplexio ratione ſingularitatis proportionis quãtitatum humorũ, & formæ commiſtionis ipſorum:]ſimiliter unicuique ſpirituum, uidelicet tam animali, quam uitali, quam naturali, [h] †[ ] quamuis eorum ſubſtãtia ex ſubtilitate humorum ſit, nihilominus ꝓpria ineſt cõplexio ratione proportionis quantitatum ſubtilitatis humorum, & [i] [formæ, cõmiſtionum.] Et ſicut etiam membra [k] [generalia] quamuis plura ſint numero, unum tamen eſt generatione [l] [principium] qualecunque ſit illud ſecundum diuerſitatem opinionum, cuius generationem ſequitur generatio cæterorum membrorum: ſimiliter ſpiritus [m] [generales]quamuis plures ſunt numero, nihilominus vnus ipſorum generatione primus eſt: qui ſecundum ſententiam potiorem philoſophorũ generatur in corde, & exinde procedendo manat, & penetrat in cætera principalia membra, in quibus quum ſufficienter permanſerit, adipiſcitur ibi complexionem particularẽ & propriam: ita quod in cerebro complexionem acquirit, qua diſponitur ad receptionem uirtutum ſenſus & motus. in hepate uero complexionem ſuſceptiuam uirtutum nutritionis, & augmenti. in teſticulis autem acquirit complexionem, qua præparatur ad [n] [receptionem uel ad recipiendum generationem.] Et exiſtit tamẽ harum omnium uirtutum principium dictũ philoſophorum, in corde, quemadmodũ apud eos qui diuerſificantur a ſententia eius, principium uirtutis uiſiuę, auditiuæ, & guſtatiuæ, eſt in cerebro: ſed nihilominus ſecundum eos ſpiritus diſponitur ad recipiendum has uirtutes [o] [particulares]in membris aliis, ita quod uiſiua mediante complexione chryſtallinæ humiditatis, quando complexioni ſpiritus coniungitur: auditiua uero mediante complexione [p] [opthici nerui:] guſtatiua autem mediante complexione humiditatis, quam ſub radice linguæ generat ſpõgioſa caro. Supradictorum autem repugnantium quidam ſunt aſſerentes, quod uirtutes ſpiritus affert a cerebro, nullo modo egens ad perfectionẽ uirtutis complexione mẽbri ad quod procedit: ſed ipſum membrum eſt tantum conueniens inſtrumentum actioni virtutis naturalis, nihil cõferens eius eſſentiæ. Veruntamen exquiſita perſcrutatio veritatis omnino caſſat iſtorum opinionem, & verificat inſuper, quod [q] [calefactionem] uirtutis adipiſcitur ſpiritus in membro, quod eſt operis inſtrumentum [r] [ſecundum formam prædictæ opinionis. Dixerunt] quidam ex ſequentibus philoſophis, quod ſpiritus [s] †[ ] uires animę recipit a corde perfecte [t] [ita quod ad receptionem ipſarum perfecte in ipſo corde diſponitur taliter, quod non indiget alio membro, ſicut de hepate, aut de cerebro.] Sed hanc opinionem reſpuit, & penitus caſſat ultima inquiſitio ueritatis.

b B. ſubtili parte humorum & ex uaporibus ipſorum.

c † B. ex humoribus.
d B. unam complexionalem.
e † B. perducentem.
f B. unam complexionalem.
g B. Imo principium ipſarũ eſt ex manatione diuina extrahente eas de potentia ad actum abſq; intermiſſione tẽporis & abſque auaritia quando cõpleta eſt præparatio ipſarum ad ſuam perfectionem, & ſicut unicuique membro ineſt cõplexio propria, quã uis ex ipſis humoribus ſubſtãtialiter generetur, & non accidit unicuique ipſorum cõplexio appropriata niſi propter proportionem quãtitatum humorum, & propter formam & qualitatem permiſtionis.
h B. & eis qui ipſos ſequũtur.
i B. propter formam & qualitatem commiſtionis.
K B. generata.
l B. primum.
m B. qui in nobis ſunt.

Capitulum ſecundum de definitione & natura ſpiritus, & eius vtilitate.

[a] [VIta & quæcunq; perfectio, & omne bonum quibus res diſtinguuntur, non niſi a prima ueritate ſunt, quæ omnium bonorũ prima eſt, & uniformis manatio. At uero receptibilia ſunt carẽtia diſpoſitionis ad receptionem ipſorum. Et idcirco quodlibet ſuſceptibile non eſt diſpoſitionis cuiuſlibet receptiuũ:] quapropter nequit lana inquantum lana, recipere formam enſis, nec ſimiliter aqua ſub forma aquę recipere [b] [uirtutem humanę naturę, uitã, præ-] Sic igitur omnia corpora recipiunt] uitã, præter illa quæ numero & quantitate ſunt diminuta. Numero quidem, quoniam non uiuẽtia corpora,

corpora, quatuor elementa sunt, & quæ illis approximant in natura. Quãtitate uero quia omnia elementa quatuor [c] [sunt fere insensibilis quantitatis &] minora sunt [d] †[ ] omnibus rotabilibus sphæris: nec elongatur ab intellectu, quin ex stellis fixis sit aliqua maior eis. Demonstratio iterum cõcludit, quod hęc omnia elementorum corpora [e] [uel demonstrato iterum hoc, & quod omnia elementorum corpora sint ueluti punctus respectu corporis Saturni:] quanto igitur est amplius respectu superiorum? Amplius autem apud comprehẽsores ueritatis causa propter quam non receperunt uitæ formam hæc corpora, est illud quo cætera uiuentia corpora tam simplicia quam composita diuersificantur ab eis, scilicet contrarietas naturarum: natura enim vniuscuiusque est alterius naturę cõtraria. idcirco a genere corporum cœlestium ualde elongantur: quoniam cęlestia corpora disposita sunt ad nobiliorẽ speciem uitę corporalis. Elementa uero a uita omnino sunt elongata: in corporibus autem compositis commistio frangit formam contrarietatis eorum: & exinde causatur forma complexionis, quę quidem complexio medium quoddam est inter contraria. medio uero nihil absolute est contrarium. et idcirco compositum disponitur ad uitę receptionem, ita uidelicet ꝙ quanto amplius ad medium complexio uicinatur; tanto mistum redditur habilius ad recipiẽdum nobilioris uitæ perfectionem, [f] [adeo ꝙ quando intantum temperatur complexio, ꝙ per æqualitatem cessat contrarietas, disponitur mistum ad receptionem uitæ conformis] uitæ cœlestium corporum: quę dispositio in humano [g] [tantum] spiritu reperitur. [h] [est igitur in summa spiritus sub generata] commistione elementorum uergens in similitudinem cœlestium corporum. et propterea iudicatur de spiritu, quod sit substantia luminosa: propter qđ dicitur de uisiuo spiritu, quod sit radius atque lux. Et exinde anima gaudet ex intuitu lucis, & tristatur in tenebris; quoniam [l] [spiritui, qui sedes est animæ, illud est conforme: id autem] contrarium.

Capitulum tertium de principalibus passionibus spiritus cordialis, & primis causis ipsorum: scilicet potentia, & dispositione.

Sapientes philosophorum, & medici eos sequentes concorditer ponunt ꝙ gaudium & tristitia, & timor, & ira, sunt ex passionibus [a] †[ ] spiritus cordialis. et quod quælibet passionum intenditur & remittitur non solũ propter agens, sed etiam propter intensionem & remissionem dispositionis in substantia patientis. Assignant etiam sapientes subtiliter differentiam inter potẽtiam, & dispositionem, dicentes quod potentia respicit utrunque contrariorum æqualiter; dispositio uero non. quã uis enim gaudere, & tristari etiam possit homo; nihilominus aliquis est tãtum ad lętitiam dispositus: aliquis uero ad tristitiam tantum. et simile iudicium est de timore, & ira, & cæteris passionibus. est igitur esse & ratio spiritus gaudentis in potentia [b] † [ ] aliud esse ab esse & ratione spiritus dispositi ad alterum prædictorum. Videtur enim quod dispositio sit perfectio potentiæ respectu alterius oppositorum. Ex quo patet, quod si spiritui cõueniat inquantum inest ei potẽtia, tristari uel gaudere [c] [indifferenter,] non tamen ei conuenit ex parte ipsius dispositionis [d] [indifferẽter alterutrum.] Rursus etiam ex hoc patet, quod potentia ad hoc duo inseparabiliter inhæret spiritui ex generatione ipsius. Dispositio uero, quę ipsum ad alterum oppositum inclinat, non inseparabiliter ex generatione inhæret ei, sed accidere potest ex superuenientibus causis.

c B. simul seu ęqualiter.
d B. nisi unum ipsorum.

Capitulum quartum de gaudio, & intrinsecis causis delectationis, & tristitiæ: & eorum diuersitate.

Gaudium est delectatio quædam: omnis autem delectatio est apprehensio aduentus [a] [proprie perfectionis ab aliqua uirtute apprehensiua,] sicut in sensibus apprehensio dulcis & sapidi gustui: [b] † [ ] & apprehẽsio uictorię irascitiuæ uirtuti: & præceptio alicuius vtilis contingẽtis existimatiuæ, & opinatiuæ uirtuti. Omnis autem perfectio [c] [seu etiam delectatio est naturalis alicui virtuti] & e conuerso. Omnis [d] [namque perfectio alicui uirtuti est delectatio ei.] Forsitan autem contingit in aliquibus uirtutibus, ꝙ non omnino delectantur nisi apud separationem dispositionis innaturalis. ꝓpter quod [e] [etiam] quidam opinantur quod delectatio sit exitus a dispositione innaturali. [f] [Fixio namque a dispositione uel habitu naturali non est] delectatio. hic autem error incidit, qa quod est per accidens, accipitur ut per se: in elenchis enim ostensum est quoniã hæc est una fallaciarum. Delectatio uero huiusmodi, quantum ad propositum spectat, est quoniam nullũ apprehendens aliquid apprehendit nisi apud alteratione, sicut in tactu patet. tangibilis enim qualitas tandiu [g] [delectat] quamdiu membrũ tactiuum permanet [h] [contrariæ qualitatis, & patitur ab alterante qualitate.] Quum ergo fuerit passum ab ea [i] [sufficienter,] efficitur qualitas complexio membri. Et ideo [k] [non delectatur ab ea quoniam omnis alteratio cum quadam alteratione persistit] & nihil alteratur a se metipso. [l] [Similiter in contrario non læditur quidam hecticus calore qui fortior est quã sit in acute febricitantibus. Acute tamen febricitans læditur calore, qui secundum ueritatẽ est citra illũ.] Et hoc, quia calor in hectica est collocatus seu habituatus in mẽbris ac si esset eorum cõplexio. [m] [in acuta uero febre est quasi uolitans supra ipsa, & timetur a complexione membrorum.] Medici etiam proprio nomine uocant qualitatem inhærentem membris, sicut in hectica, malam complexionem æqualẽ. Quæ autem se habet sicut in causone, proprie uocant malam complexionem diuersam. Iam igitur ex his relinquitur manifestum, ꝙ causa propter quam delectatio cessat, postquam habituatæ fuerint perfectiones sensibiles, est priuatio apprehensionis [n] [introitus ipsarum,] & ꝙ causa delectationis apud principium exitus [o] [a dispositione innaturali, est apprehensio in-

triotus

a B. perfectionis appropriatę alicui uirtuti apprehensiuę.
b †B. & apprehensio boni odoris sensui olfactus.
c B. est res naturalis.
d B. igitur apprehensio rei naturalis cum uirtute aliqua est delectatio.
e —— B.
f B. & quod fixio super dispositionem naturalem non sit possibile ut sit.
g B. sentitur.
h B. diuersum ei in qualitate & patitur ab ea.
i B. & qualitas ipsa fuerit firmata.
k B. ipsa nõ sentitur, quum omnis sensatio fiat cum quadam alteratione.
l B. Et patiens hecticam nõ læditur a caliditate uehementi, est fortior caliditate febris causonis. et patiens causonem læditura caliditate, quæ est minor illa.
m B. Et caliditas febris causonis est accidens sup membra & complexio membrorum diuersificatur ab ea
n —— B.
o B. ad dispositionem naturalẽ est aduentus apprehẽsionis. Sed propterea quod accidit si fuerit aduentus apprehensionis cũ exitu a dispositione non naturali, ut sit cum illo exitu, idcircoputatur ꝙ illud sit causa eius, sed non est ita, imo causa est aduentus perfectionis apprehensę.

introitus dispositionis naturalis . Sed ꝓpterea ꝙ currit apprehēsio introitus dispositionis naturalis cum exitu a dispositione innaturali, cōtingit ut sit delectatio cum exitu illo: & idcirco putatur, ꝙ dictū est: sed non est ita. sed causa est introitus ꝑfectionis sensu ꝑceptę,] & nō aliud: hæc namque est causa delectationis per se. Causa vero dispositionis ad delectationē est [p] [circa delectabiles spiritus secūdum meliorem habitum] in quantitate & qualitate. s. vt non sit in substantia diminutus, nec habitus, siue dispositio eius sit innaturalis in his, q̄ conueniunt ei. In quantitate quidem, qm̄ si spiritus [q] † [ ] fuerit multus, vehementior erit virtus ipsius. Augmentum enim in quantitate pręstat additamentum virtuti in fortitudine: quemadmodum est in radicibus scientiæ naturalis declaratum. et exinde est, ꝙ propter multitudinē suam durat amplius in abundanti mensura in origine seu minera ipsius. et diffusio eius abinde ad membra in dilatatione quæ est apud gaudium & delectationem, fit ab abundantiori mēsura: si enim modicus fuerit, [r] [quia cito dissoluitur, natura conseruat] eum apud originē suā, nec dat ei facultatem libere dilatandi. In qualitate uero, qm̄ si fuerit nobilissimę complexionis, & nobilissimę substantię. i. abundantissimę lucis, tunc est substantiæ cœlesti simillimus. hæ ergo sunt causę dispositionis ad delectationem & gaudium: contrariæ uero sunt causę dispositionis ad tristitiam, & dolorē. Quum enim scitur ꝙ hæ sunt causæ delectationis in genere, cōsequēter proculdubio scitur quia eædem sunt causæ gaudij, ꝙ delectationis est species. Spiritus ergo, qui est in corde, qn̄ multus existit in quantitate, propter materiæ multitudinem ex qua velociter & continue generatur, & est temperatus in cōplexione, & in substantia luminosus, splendens, tunc est ad gaudium dispositio fortis. Quum autem fuerit exiguæ quantitatis, sicut in conualescentibus, & [s] [diuturnus morbis] & senibus, non temperatus in complexione sicut in morbis: & fuerit valde spissæ, & grossę substātiæ, sicut in melancholicis, & senibus, ita ꝙ delectari nequit propter grossitiē & spissitudinem eius, aut fuerit nimis tenuis substātiæ sicut in [t] [cōualescētibus] & mulieribus ita ut [u] [quum dilatatur sanari non posit:] aut fuerit tenebrosus sicut in melancholicis; tunc est uehemens dispositio ad tristitiam.

p B. esse eius qđ delectatur secūdum meliorem dispositionem.

q † B. qui delectatur.

r B. natura tunc auara sit de ipso & retinet.

s B. debilibus ægritudinibus.

t B. debilibus.

u B. dilatari nō sit sufficiens.

Capitulum quintum de causis exterioribus delectationis, & tristitiæ, & earum diuersitate.

PErfecte [a] [dispositum ad effectum aliquem est duplū causarum] illius effectus, sicut sulfur ad inflammationē: ipsum enim adeo igne modico inflammatur, ꝙ cum duplo eius lignū inflammari non potest. Quum ergo anima habuerit spiritum perfecte dispositum ad recipiēdum lętificātium causarum impresiones, modica ex causa lætatur: propter ꝙ in bibentibus laudabile vinum, lætitia multiplicatur intantū aliquando, ꝙ putātur sine causa [b] [ridere,] quū tamen ita non sit. Etenim impossibile est, ꝙ in aliqua re fiat impressio sine aliquo impressore. Sed causa est quia vinum quando bibitur moderate copiosum, generat spiritum moderatæ complexionis, & substantiæ, & vehementis luminis, & splendoris: unde ad lætitiam ualde disponitur. et [c] [idcirco valde lætificat] ob minimam causarum [d] [suscitantium.] & recipit impressionē in causis vtilibus in pręsenti fortius, quā ex causis vtilibus in futuro. & ex causis cōuenientibus delectationi amplius, quam ex causis conuenientibus honestati. et similiter recipit tunc impressionem a causis, quę cōgruunt potius ad generandum opinionem, quam solidum intellectum. et huius quidem causa est, q̄a virtus animę suam in cerebo exercet actionē, & exigit spiritum tēperatæ humiditatis, ut obediat motui cogitationis, & exercitio intellectus. [e] [Tunc autem] est vehementis humiditatis [f] † [& nimii] motus propter mistionem vaporum ascendentium & inundantium ibi [g] [immoderate humectantium ipsum;] quamobrem [h] † [ ] non obtemperat intellectui, nec motibus cogitationis, nisi in rebus [i] [ualde materialibus &] corporeis; non in rebus subtilibus. [k] [ualde, &] spiritualibus: & cum in stabilitate seu agitatione ipsius non obedit [l] † [ ] formationi [m] [seu pręsentationi] rerum spiritualium, sed formationi tantum [n] [ualde] corporalium rerum: [o] [vnde veritas seu perfectio sui operis apud cognitionem valde debilitatur, &] retrahitur intellectiua virtus ab eo tantum, quantū exigit, aut procreat dispositio eius donec ad temperamentum eius complexio reducatur, & ipsius inundatio quietetur: [p] [quia enim] virtus animæ, quæ in corde est, vehemētis [q] † [ ] existit dispositionis ad gaudium, & non perueniunt ad eam lętificantia [r] [vsitata inter sensum & phantasiam aut etiam cogitationem, quibus opus animatarum viriū roboratur, propterea ꝙ diximus tunc concomitari spiritum quę fortiora sunt in eo, secundum excessus humiditatis, & inundatio; idcirco tunc] sensus dominatur interiori spiritui, & supra motum eius efficitur intellectu potētior: Intellectus autem, quando contra se illum spiritum inuenit sic proteruum, iuuatur sensu & [s] [subiicit ipsum,] sicut in geometricis, & cæteris sciētiis fit. Quando igitur res taliter se habet, diminuitur in anima potatoris impressio [t] † [ ] honestorum, & intelligibiliū, & pręualet impressio lętificantium [u] [dulciū] & delectabiliū, sensibus præsentium maxime. et quoniam est dispositio fortis, idcirco sufficit ad lętificandum debilissima causa: sicut in pueris patet: propter ꝙ putatur, ꝙ sine causa lętentur, quum tamen sit impossibile: quinimo causarum gaudij & tristitię quędam sunt fortes, quædam sunt debiles: quædam cognitę, siue manifestę quędam incognitę siue occultæ, Earum vero quæ [x] [incognitæ sunt, siue occultæ, plures sunt assuetę: quanto enim] amplius assuetę sunt, tanto minus percipiuntur. De causis autem gaudij & lętitiæ fortibus, & manifestis, non est necessarium facere mentionem. Aliæ vero sunt sicut intuitus cœli inter lętificantes: cuius signum est, quia contrarium tristitiam causat, scilicet in tenebris, permanere: Aut sicut conuersari cum consimilibus: cuius signū est,

a B. dispositio ad aliquem effectū sufficit debilissima causa.

b B. lætari.

est,quod solitudo attristat.De lętificantibus similiter,obtinere desideratum & explere intentionem secundum exigentiam intenti sine impedimento: & præponere facere quicquam placidum:& similiter cõfidentia:& memoria præteriti delectabilis,& futuri;& spes:& meditatio in rebus ambitiosis:& mutua confabulatio dilectorum: & euasio a tormento : & extraneitas rerum: & admiratio,& eleuatio mentis:& obuiatio amicorum,& amicabilium vicinorum: & quandoque delusio & defraudatio,& uictoria in minimis rebus:& multa cõsimilia,quorum mentio fit in libris rhetorum,& moraliũ: quæ inquam omnia diuersificantur in gentibus secundum affectus,& consuetudines,& ætates : nec aliquis ab eis reperitur omnimode uacans , [y] [nec contingit similiter vt causæ cõmuniter lętificantes in duplo plus,aut amplius lætificent cæteris;nisi pro tanto,quia] dispositio [z] [quandoque vehemẽter respicit alterum oppositorum,]& non patitur a causis alterius, [a] † [ ] nisi fuerint valde fortes , patitur tamen a causis [b] [suis]& si fuerint debiles.et propter hanc causam in ebriosis durat lętitia : & in melancholicis habentibus spiritus tenebrosos perdurat tristitia [c] [leuius] ex causis desolationis,& tristitiæ:sicut rememoratio distantis patrię naturalis : & reminiscentia multorum nocumentorum iam diu præteritorum: & odia seu rancores : & difficultas sanationis, & onerosa conuersatio:& imaginatio terribilium futurorum , & proprie necessitatis mortis,a qua se auertit intellectus & intelligens discretio,quum sit ineuitabile mori:& cogitatio sollicitantis meditationis in aliquo.Et separatio ab occupatione placenti,& cogitatio distractionis ab ea,& distractio a desiderato seu a volito.Et multa alia consimilia,& aliqua quæ nequeunt comprehendi:hoc enim & consimilia contristant de facili animam dispositam ad tristandum.Amplius in melancholico fortitudo imaginationis contristantium rerum facit ei apparere,quod iam sit in actu res cuius similitudo animæ repræsentatur; & idcirco in continua perseuerat tristitia .Fortitudo autem imaginationis erat propter siccitatẽ spiritus,quam uis rectificet motum eius . Et etiam quia intellectus a sensu & phantasia distrahitur ab actibus rationis , propter corruptionem complexionis spiritus , qui proprie mouetur secundum exigentiam disponentis complexionis,& qualitatis pessimę,& obscuræ.

Capitulum sextum in quo ostenditur,quod unaquæque passio cordis disponitur ad generationem suiipsius .

NOn est autem opinandum ꝙ omnis causa disponens ad gaudium vel tristitiam [a] [immediate]coniungatur substantię spiritus,sicut quantitas eius,& qualitas:imo alias esse contingit causas a quantitate, & qualitate spiritus: ut pote [b] [animę passiones] quæ nihilominus disponunt ad alterum prędictorum, [c] [quamuis hoc faciant mediantibus causis intrinsecis ipsi spiritui scilicet quantitate, & qualitate ipsius: hoc est , quia temperant complexionem ipsius aut rectificant spiritum,& multiplicant quantitatem]& sic disponunt ad gaudium:aut accidit eis causa contraria,& sic ad tristitiam contrario modo disponunt. [d] [sunt ergo causæ exteriores primarię & remotæ. Inhęrentes vero ad rationem vnicam deducuntur:] & est, quia omnis actio contrarium habens,si sæpius iteretur, reddit virtutem eius cuius est, potentiorẽ ad imprimendum effectum. omnis autem fortificatio virtutis fit quædam dispositio ad effectum:hoc autem sufficienter inductione manifestatur . Et enim corpus si pluries calefiat , disponitur ad calefactionem velocem : similiter si pluries infrigidetur:aut rarificetur, aut spissetur, & in interioribus virtutibus accidit illud. etenim ex frequẽti actione , & passione fortes habitus generantur in eis: sic enim morales habitus acquiruntur.Huius autem causa forsitan est,quia passio [e] [adueniens rei frequenter efficitur]conueniens substantię eius,quod autem est alicui conueniens,suo contrario disconueniens est. [f] [Si ergo sępius iteretur,diminuit dispositionem ad illud contrarium expellendo id,quod est conueniens illi.hęc igitur est declaratio supradicti per inductionem.manifestare vero illud syllogismo ex per se notis accepto, & demonstratiua ratione , valde prolixum est. Sed ex prędictis elicitur,quod lætandi frequentia disponit spiritum ad lætitiam , & tristandi frequentia ad desolationem & tristitiam.]Causa vero huius secundum naturalem perscrutationem est, quia lætandi frequentia duo consequuntur. Et primum scilicet fortificatio naturalis virtutis, secundum vero ratificatio spiritus,quam in lætitia propter dilatationẽ acquirit.Confortationẽ vero naturalis virtutis hęc tria consequuntur,quorum quodlibet est causa lætitię,primum est temperamẽtum spiritus, secundum vero est multiplicatio generationis ipsius [g] [super illud]quod ex eo dissoluitur,tertium est conseruatio ipsius a dissolutione superflua.Rarificationẽ vero spiritus consequuntur duo,videlicet dispositio ad motum & dilatationem propter subtilitatem substantiæ eius, & secundũ est attractio nutrimenti ipsius propter motum dilatationis in diuersam partem motui nutrimenti.ista autem [h] [natura]est inclinatio naturalis corporalis ad euitandum vacuum De natura enim est talis motus vt in ipso motu succedere faciat posteriora prioribus. Et secundum hanc naturam trahuntur aquæ valde distantes vsque ad primos fluxus ipsarũ: & venti similiter:& cutis etiam a ventosis,& aquę iterum in fistulis.Tristandi vero frequentiam,duo consequuntur,videlicet debilitas naturalis virtutis , & secundum scilicet inspissatio spiritus, propter frigiditatem accidentem apud extinctionem caloris naturalis causatam a vehementi coadunatione,& coarctatione spiritus.Ad hęc vero duo sequuntur contraria eorum,quæ paulo ante iã diximus.Est igitur manifestum , quod lætandi frequentia disponit spiritum ad lætitiam,& tristandi ad tristitiam. Et quod in dispositis ad lætitiam contristantia non imprimunt,nisi fortia sint.lętificantia tamen debilia imprimunt. [i] [Et similiter in tristitia fit e conuerso.]

d B. & illæ causæ extrĩsecæ sũt causæ primæ & istæ substãtiales idest accidentes substantiæ spiritus sunt causæ secundæ & proximę , & istæ causæ accidentales remotæ non existimantur, ꝙ non possint cõputari vel comprehendi in numero,aut difficilis est earum numeratio. Verum summa earum sicut puto comprehenditur in vna intentione.

e B.inhærens cõtinue alicui rei quando accidit est.

Alia litera omnis passio pducens ad actionẽ est.

f B.& contrario disconueniens quando reiteratũ multories, tunc diminuitur dispositio,uel præparatio ei opposita, & additur in dispositione, uel præparatione cõtraria,quæ est in cõueniẽs. Declaratio uera supradicta intẽtionis fit per inductionem,& p syllogismũ seu per rationem assumptam ex p se nous, manifestare uero illud ratione demonstratiua est ual de prolixũm. Cõsideratio autem in hoc quæ magis pertinet ad perscrutationem naturalẽ.

Alia litera.& cõtrario disconueniens quando reiteratur tunc diminuit dispositio, uel præparatio ei opposita & augmentatur præparatio contraria, quæ est ei cõuen ẽs. Quum ergo ita sit tunc frequentia lætandi præparat ad lætitia & frequentia tristandi præparat ad tristitiam & desolationem.

g B loco eius.

h B. attractio.

i B. in eis. Dispositio uero eorũ qui sunt præparati ad tristitiam est e contrario.

Capitulum septimum de differentia debilitatis cordis, seu pusillanimitatis, & tristitiæ, & eorum contrarijs.

a DEbilitas cordis & tristitia, quam quidam vocant constrictionem pectoris siue cordis, similia sunt, & nihilominus differũt. Et idẽ similiter est iudicium de ipsorum contrarijs. s. fortitudine cordis, & lętitia, quam quidam appellant dilatationem pectoris, siue cordis.] Later autem differentia inter ista, propterea quia ad alterutra communiter consequuntur: b †[ ]putatur enim de duobus primis, ꝙ sint passiuæ dispositiones; de alijs vero duobus, ꝙ sint actiuę: attamen inter extrema vtriusque contrarietatis est differentia manifesta: primo quidem quia non consequuntur ad inuicem; non enim omnis debilis corde, est tristis, nec omnis tristis corde debilis c [cordis est per comparationem ad rem contristantem,] similiter iterũ nec omnis fortis corde est gaudẽs, nec etiam e contrario. Secundo vero quoniam ipsorum rationes sũt differentes: debilitas enim cordis est dispositio sumpta respectu terribilium rerũ, d [quoniam est impotentia tolerandi res illas. Tristitia vero] sumitur respectu contristantiũ rerum, quoniam est paucitas tolerantiæ ipsarũ a corde: & terribile nocitiuum quidem est e [cordi:] tristans vero nocitiuum f [animæ] est. Tertio similiter differunt quantum ad consequentia, quę sunt animæ; g †[ ]nam debilitas cordis mouet ad fugã: tristari uero seu cordis strictura h †[ ]mouet ad resistentiã, siue ad repellendum; & causat effectum eius, ꝙ est contrarium fugæ, scilicet inuadendi præterea debilitas cordis tepescere facit motiuas virtutes: tristitia vero excitat & mouet easdem. et sic in debilitate cordis duæ sunt passiones, scilicet vna lęsionis, & alia desiderij siue affectus. i †[ ] In tristitia vero k †[ ]unica est passio, scilicet nocumenti vel lęsionis; nec naturaliter sequitur eam affectus ad fugam: imo forsitan eligitur ipsa fuga, propter l [aliquod accidens] absque appetitu inclinante ad recedendum, m Et si dicatur, appetitus est electio, & non naturalis, aut] forsitan eligetur inuasio, & rępugnantia, & nõ fuga. Quarto iterum differunt quantum ad cõsequentia n [quæ corporis sunt.] debilitatem namque cordis apud obuiationem proprij nociui sequitur remissio naturalis caloris, & victoria frigoris; tristitiam vero apud obuiationẽ proprij obiecti vel nociui, inflammatio naturalis caliditatis. Quinto etiam differunt penes causas dispositiuas; ad cordis namque debilitatem nimia subtilitas spiritus disponit, & frigiditas complexionis ipsius: ad tristitiam vero densitas spiritus, & caliditas suæ complexionis.

a B. Alia litera in hoc capitulo consideratur dispositio quę est debilitas cordis & alia dispositio, quæ dicitur tristitia seu fastidium & strictura pectoris quæ ambæ dispositiones simulantur, sed tamen inter eas est differentia. Similiter in hoc capitulo consideratur dispositio, q est fortitudo cordis, & alia dispositio quæ dicitur dilatatio pectoris, & ambæ istæ dispositiones simulantur, inter eas tamen est differentia.
b †B. secundum plurimum.
c —B.
d B. secundum quod cor parũ tolerat ipsam. Strictura uero pectoris & tristitia.
e B. corporale.
f B. animale.
g †B diuersa.
h †B. quandoque.
i B. ad motum elongantem.
K B. seu in strictura pectoris.
l B. intentionẽ aliam.
m B. a re nociua & erit ille appetitus uoluntarius seu electiuus &
n B. corporea diuersa.

Capitulum octauum, qualiter sanguis secundum sui diuersitatem causat differentes passiones cordis.

a SAnguis abundans, & clarus, & additæ caliditatis, propter multitudinem suæ inflammationis, & uelocitatem sui motus, disponit ad iram. Abundans autem & clarus, & temperatus, quoniam ex eo generatur copia clari spiritus, & substantiæ laudabilis, & temperatę cõplexionis, disponit ad gaudium.] Sanguis autem subtilis, & clarus, & aquosus, & frigidus disponit ad timorem, & cordis debilitatem: propterea quia spiritus ex eo generatus est grauis, motus ad extra, & inflammationis modicę propter frigiditatem, & humiditatẽ illius: & ideo non disponit ad lætitiam, nec ad iram. Et quũ sit celeris resolutionis propter suam subtilitatem, est etiam generationis exiguæ propter frigiditatem. Sanguis autem grossus, & turbidus, & additę caliditatis, disponit ad tristitiam, & ad iram etiam perdurantem. ad tristitiam quidem, quia generatur ex eo spiritus turbidus: ad iram vero, quia velociter inflammatur propter caliditatem suam: quod autem efficit firmam iram, est spissitudo eius. spissum enim quando calefit, tarde infrigidatur. Ira vero causata ex sanguine cholerico & subtili velociter excitatur, & deletur, propter intensam caliditatem spiritus ex eo generati, & eius tenuitatem: si vero cum hoc splendidus, & clarus fuerit sanguis, est etiam lætificans. Sanguis autem grossus, & additę caliditatis, non tamen turbidus, (quod raro contingit) efficit hominem non tristem, sed audacem, & fortis cordis: & est modicæ irę, propterea quia lętitia frangit iram: & tristitia disponit ad eam. Ira enim est motus ad expellendum: lætificantia uero delectationi conuenientia sunt. In delectatione uero fit b [quasi] motus ad attrahendum: idcirco in tali homine ex rebus magnis creatur ira: & est c [uehemens propter spissitudinẽ] spiritus eius: & propter etiam eandem causam est parui timoris. Sanguis autem grossus, & additæ frigiditatis, & non turbidus, nec tristabilem, nec iocũdum efficit hominem: nec etiam fortis iræ: sed est mediocriter timidus; & est etiam hebes, & sincerus in omnibus rebus propter similitudinem sui spiritus ad sanguinem eius. Sanguis autem grossus, & additæ frigiditatis, & turbidus, facit hominem desolabilem, & tristabilẽ, & etiam lēte ire, nisi ex forti causa. Et eius ira d [minus] est firma, quam in calido, & habente cæteras conditiones e [huiusmodi similes,] firmior tamen est in eo quam in sanguine subtilis substantię, proinde est homo rancoris aut odij. f [Odium enim] est perseuerantia formæ nociui in imaginatione seu phantasia: & perseuerantia simul imaginationis affectus ad vindictam sumendam ex eo: hoc autem est ideo, quia ira est quodammodo firma: & motus ad uindictam non valde fortis, Et quia etiam ira non est contra valde fortem, nec contra debilem valde. Sciendum est enim quod ira quando cessat uelociter, non perdurat in imaginatione seu phantasia forma nociui, sed cito deletur: & ideo non causat rancorem; Et similiter quando est affectus & motus ad vindictam valde fortis, accidunt duo prohibentia g [odium seu rancorem:] quorum vnum est, quoniam anima quando totaliter ad vindictam trahitur, & mouetur, & auertitur a consideratione conditionum nociui, & h †[ ] corum quæ sequuntur ad ipsum i [ab instantia formationis memoriæ.] De natura enim motiuæ uirtutis est, vt ab apprehensis nociuis retrahat animam: & etiam e conuerso. k †[ ]Sciendum uero est, quia quando valde

a B. Sãguis exuberãs clarus tẽperatæ substantiæ & complexionis propterea, quod ex ipso generaf plurimum de spiritu splẽdido mũdo, tẽperate sub

valde intenditur affectus ad vindictam in aliquo, & non ingreditur ipsum timor, peruenit ad hoc ex affectus [l] [instantia] vt efficiatur quæ sitũ quasi apprehensum & iã obtẽtũ apud imaginationẽ ipsius. [m] [Quũ enim aliquis virtutis motus intenditur & versus illud festinat̃, valde repręsẽtat illud imaginatio quasi obtẽtũ,] & iã existens. Quum vero in imaginatione imprimitur forma q̃siti, siue desiderati, sicut forma iam existẽtis. [n] [& ad eam] peruenit forma eius sicut forma rei ad quã terminat̃ motus; [o] †[ ] cassatur affectus ab imaginatione, & deletur in eo forma, ita ꝙ in memoria non ꝑdurat. ideo non fit rancor. Nociuum vero, quãdo est magnũ, sicut [p] [res aliqua magni timoris,] tunc desperatio de vindicta obtinẽda, & timor prohibẽt fixionẽ in anima formæ desiderij ad vindictã: proinde [q] [deletur repręsentatio formę desiderij, & formę nociui ab imaginatione seu phantasia:] quinimmo repræsentat̃ forma timoris [r] [existentis in anima: proinde etiã ibi repræsentatur forma desiderij] ad fugam, non ad inuasionẽ: & ideo tunc in anima non ꝑdurat forma rãcoris. De pueris autẽ, & debilibus, quia facilis est possibilitas sumendi vindictã ab eis, & modicum timetur, repręsentatur ac si iã fuisset accepta. Etenim nimia leuitas accipiẽdi vindictam, repręsentatur apud imaginationẽ quasi obtentum, & iã existens: imaginatio autẽ mouet non secundum id quod in re, sed secũdum id, quod in ea repræsentat̃: & ideo quando apud eã vindicandi leuitas pręsentat̃ quasi obtẽtum, reputat̃ vindicatio ex debilibus sicut accepta: & idcirco in cõtinẽti cadit affectus ad eã, & omnino delet̃. Quod autem imaginatio moueat secundum repręsentata, non secundũ exigentiam rerum, manifestatur ex eo, ꝙ homines mel abhorrent, quando apud eos assimilat̃ euomitæ cholerę: similiter cibos laudabiles atque sapidos, quãdo colores eorũ assimilantur coloribus horribilium corporũ: & etiam forma formis quamuis etiã talia non esse credantur: Similiter in proposito quando quędã similitudo rei supradictæ repręsentatur, siue ꝓpter vehementiam motus desiderij, siue propter leuitatem [s] [acquisitionis desiderati tanquã esset obtentũ, afficit] ac si iam realiter esset; ideo non fit rancor: Sic ergo ex prædictis [t] †[ ] est manifestum, quod inter complexiones superius nominatas vltima est valde disposita ad rancorem.

Capitulum nonum de differentibus modis lætificandi, & confortandi, repertis in medicinis.

MEdicinæ lętificantes, lętificant quidẽ ꝑpter aliquam supradictarum causarum, vt potę vel quia nutriendo restaurent spiritũ, sicut vinum: Aut prębent ei splendorem, & lumen, sicut margarita, & sericum, [a] [cũ potentia abstergendi quam habent:] Aut congregando, [b] [&] prohibẽdo celerem dissolutionem ipsius: sicut [c] [emblici] & Karabe: [d] †[ ] Aut temperando complexionem, siue cum caliditate vt doronicum: siue cum frigiditate ut camphora, & aqua ros. Aut confortando [per delectabilem cõplexionem ipsius, sicut suauia aromatica,] aut sequestrando melancholicum & turbidum [f] [humorem] ab eis: sicut buglossa, & lapis lazuli, & illud separatim, vt dictum est, aut coniunctim: sicut si coniungatur corallus, & Karabe, & buglossa quemadmodum docebimus in cap. vltimis huius libri. Aut forte lætificãt propter proprietatem [g] [innatam sicut hiacynthus.] proprietas autem quandoque coniũgitur alicui prædictarũ causarum; sicut in muscho, & ambra: hæc enim lætificant cũ proprietate, quę inungitur aromaticitati refocillanti spiritus: similiter etiam succus matianorum, ipse enim lætificat cum proprietate: & quando spiritus complexio est calida, valde lætificat, simul quidem cum proprietate ignota, & cum aliqua causa ex cognitis, valet cum frigiditate. Doronicum similiter quidem cum proprietate lętificat, & qñ spiritus complexio frigida est: lætificat etiã cum proprietate simul temperando cõplexionẽ [h] †[per calefactionem] [Supradictarum autem, illa, quę proprietati coniungitur, quandoque est vniuersalis, quandoque particularis: illa ergo quæ vniuersalis est, nullius eget repressione in aliqua causa debilitatis cordis aut tristitię, qualis causa est aromaticitas. Si vero particularis fuerit, in aliquibus eget repressione, sicut frigiditas succi uel syrupi matianorum, quę inquã lætificat in vna complexione, & non in alia. Quũ ergo quis in frigida cõplexione vti proposuerit ad lætificandum syrupo matianorum, [i] †[ ] frangere oportet cum calefaciẽtibus ipsius frigiditatem. Erit autem rectius si frangitur cum calefaciente quod etiam ex proprietate lætificat, sicut si misceatur syrupo matianorum aliquid muschi vel ambræ, quando secundum intentionem curationis ad lætificationẽ propinatur frigidã complexionem habẽti. Ad qualitates autem conuenientes substantię [k] [naturali] cum appetitu inclinantur virtutes [l] [quarum propria sunt obiecta,] sicut sunt aromaticitas & dulcedo, hoc enim desiderãt olfactiua, & gustatiua, & [m] [naturalis] virtus etiã inclinat̃ naturaliter ad ipsas. Duarum enim medicinarũ æqualium in virtute, dulcior quidem & aromatica magis efficacioris est iuuamẽti, proptere ꝙ virtus attractiua [n] †[ ] membrorum recipit fortius: & spiritus celerius inde nutrit̃, si potentiam habuerit nutriendi: & ab ea celerius patitur [o] [inquantum est medicina:] Verũ tamen substantia aromaticitatis est substantia [p] †[ ] uaporosa siue fumalis: substantia autem dulcedinis est spissa substantia terrestris: & ideo aromatica magis congrua sunt nutrimẽto spirituum: dulcia vero corporis nutrimẽto: proinde etiam in cordialibus [q] [nutrimentis] potius exigitur aromaticitas quam dulcedo, [r] †[ ] quoniam cor est minera generationis nutrimenti spirituum. Hepar autem [s]] quia est minera generationis nutrimẽti corporis [t] [exigit in nutrimentis ipsius de aromaticitate minus & de dulcedine plusquam in corde. aromaticitas autẽ exigitur in eis,] idcirco quia hepar est minera spiritus naturalis: non quidem minera generationis ipsius [u] †[ ] apud contemplatores ueritatis [x] [sed

Al a litera substantiam ipsorũ cum conuenientibus naturæ eorum delectantibus ipsos sicut species boni odoris & dulcia.
f B. vaporem.
g B. solam occultam sicut iacinct.
h † B. ipsorum & calefaciendo eos, & quandoque aggregatur proprietas cum causis cognitis pluribus quam una sola.
i † B cum proprietate sua.
k B. spiritus.
l B. sentientes eas, & reliquæ substantiæ spiritus per naturã.
m B. uitalis. Alia litera uirtus naturalis & uirtus uitalis.
n † B. hepatis.
o B. quæ habuerit qualitates ꝓdictas si ipsæ ambę fuerit medicinales.
p † B. subtilis.
q B. medicinis.
r † B. & medicinæ hepaticæ potius exigũt dulcedinem quam aromaticitatẽ.
s —— B.
t B. & illud qđ de aromaticitate exigitur ĩ hepate est plus q̃ illud, quod de sapore exigitur in corde.
u B. imo est minera permanentiæ eius.
u B. & nõ apud eos qui speculantur in scientia medicinæ tãtum.

tantum minera receptionis & sedes:apud tamē artificem medicinę sic.] Spiritus enim naturalis inclinatur ad aromaticitatem, & confortatur,& refocillatur ab ea, & consequenter inde virtutes naturales proculdubio confortantur.

Capitulum decimum de proprietate, quid sit,& quantum differat a naturalitate.

PRoprietas [a] [est in veritate nihil aliud q̄ natura. Natura vero]est principium motus,& quietis in rebus in quibus est, per se cunctarūque operationum per se [b] [conuenientiū eis, & propriarum.] Veruntamē differt proprietas a natura,sicut proprium a communi. Vulgaris autem opinio est, quod differant sicut opposita: veruntamen non est sic: sed veritas quidem est,quod in elementis,quę [c] [componētia] sunt generabilium & corruptibiliū corporū, [d] [primo causantur] quędam virtutes actiuæ [e] †[ ]prout existunt in statu simplici.s.prout sūt [f] [ignis & aer & aqua & terra. Secūdo vero causantur alię in cōmistis causata cōplexione, mediante qua disponuntur ad receptionem earū] secūdum quamcunque duarum opinionum: quarum quidem vna est,quod [g] [in generatione formarū dispositiones introducuntur:]alia uero, quod omnes formarū dispositiones inhærent materiæ vel [h] [hyle] ex sui primordiali origine. Sed quando aliqua ex formis aduenit materiæ, prohibet siue ligat aliarum formarū dispositiones. Quum uero alia forma superuenit auferens præexistentē,cassando illam,cassat dispositiones [i] [prohibitionis [ipsius, & tunc [k] [hyle] ad naturalē potentiam dispositionis regreditur. Sed qualitercunq; sit, hoc est verum, quod [l] [a forma huiusmodi perfectius manat in composito virtus,quæ nequit in simplicibus inueniri; & quod dispositio ad receptionē illius completur]post commistionem simpliciū verbi gratia, sicut est in magnete virtus attractiua ferri [m] [quam nulla elementariarū virtutū inuenit habere. Sed exitus eius est]a manatione diuina procedente in oībus rebus & [n] [producente] cunctas virtutes de potentia in actū [o] [siue cum dispositione prima sicut in elementis, siue cum dispositione secunda quæ est cōplexio in compositis seu commistis:ipsa enim] disponit ad receptionem prædictæ virtutis, & non est ipsamet virtus, [p] [nec forma ipsius.] Et eadem [q] †[ ]quidem est respōsio ad quæstionem de proprietate factā,quæ est responsio facta ad quæstionem de natura. sicut enim qū q̄ritur propter quid comburit ignis, nemo potest aliter dicere vel respondere q̄ propter caliditatem;& hoc quidem nihil aliud dicere est, q̄ quia habet per naturam caliditatem combustiuam;similiter si dicatur, quare magnes attrahit ferrum, non potest quidē aliter respōderi, quam quod dicatur, ꝙ naturalem habet virtutem attractiuam ipsius. Ex quo patet,quoniā sicut sciēs ꝙ propter caliditatē cōburit ignis, est sciens secundum veritatē,& non est ignorās:similiter & qui scit ꝙ magnes attrahit ferrū, quia virtutem habet,cuius natura est attrahere ferrū, sicut natura virtutis q̄ nominat caliditas, est in igne comburens; proculdubio sciens est non ignorans: sed combustiua quidem virtus nomen habet appropriatum:alia vero non:& [r] [est etiam communiter alia via quasi] extranea. Nec opinandum est quod rei perfecta notitia per hoc nomen habeatur, [s] [adeo quod sine ipso haberi non possit vllo modo; quoniā notitia impositi nominis non tollit ignorantiā,quam inducit extraneitas rei.] Prędicta autem responsione non sunt contenti vulgares, ideo,quia supponitur apud eos,quod omnis operatio procedēs a corpore fiat a caliditate,vel frigiditate,vel humiditate, vel siccitate:aut grauedine,aut leuitate,aut motu: vel aliquo ex his q̄ in simplicibus manifeste inueniuntur. Quū ergo actio nulli attribuitur prædictorum: nec est [t] [sensu manifesta ratio processus eius ab illo corpore,] putāt quod omnia principia eius ignota sint: quum tamen non ita sit. Enim intelligens, bene scit quia procedit vel a virtute naturali,vel animali,uel intellectiua,vel accidētali. Cętera quæ dicūtur super actione magnetis.s.quod trahit ferrum cum caliditate sua,vel frigiditate, vel anima [u] † [ ] uel cum emissione corporum curuorum ad modum hami, vel cum similitudine, quam natura eius habet cum natura ferri, uel cum vacuitate, quæ est in ipso,omnia inquam falsa sunt: quorum falsitas consideranti verita tem leuissime reuelatur. magnes enim adipiscitur virtutem ferri attractiuam cum complexione: sicut planta acquirit cum complexione nutritiuam virtutem. Nec ignorātia de ista virtute quare potius sit in magnete quā in aliqua re alia, inuenitur maior quam ignorantia in aliis rebus. Hec enim ignorantia in duobus cōsistit, quorum primum est ignorantia factiuorum principiorum producentium hanc uirtutem in esse: hæc autem ignorantia non magis appropriatur huic virtuti, quā cuilibet cognitę naturæ. Secundum vero est ignorantia receptibilis, uidelicet dubitare de causa propter q̄ ad receptionem virtutis huius disponitur plus hoc quam aliud corpus. Et hæc similiter ignorantia non est magnis propria huius virtutis quam aliarum naturalium rerum. talis enim ignorantia est in nobis de coloribus,& odoribus, & virtutibus animæ,cęterisque similibus. De omnibus enim his rebus scimus,quoniam ad actum essendi perueniunt a principiis actiuis, quorum causa Deus est benedictus, & scitur etiam quoniā illud est propter appropriationem materiæ, causa dispositionis sequentis complexionem: ponimus etiam proportionem simplicium causare complexionem aliā, quam quidem proportionem simplicem huius commistionis ignorabimus quamdiu viuimus in hoc mundo. unde patet,quoniam ignorantia causarum penitus huius uirtutis in magnete non est mirabilior,quam ignorantia causarum disponentium res ad rubedinem, aut citrinitatem, aut corpus, aut animam. Sed a rebus quidem consuetis admiratio cadit, & negligit anima de ipsis inquirere. quod autem raro est, excitat admirationem, & inducit ad inquirendum, & ad speculandum de causis eius. In summa ergo, proprietas est natura inuenta in commistis corporibus, procedens in

cis

a B. non est in ueritate res alia a natura & diffinitio quidē naturæ est ꝙ ipsa.
b B. quæ attribuūtur proprietati.
c B.subiecta.
d B. sunt.
e † B primæ,
f B. virtutes ignis & terræ & aquę & aeris. Et post eas sūt secundæ quum acciderit in eis complexio cum qua acciderit eis dispositio, vel pparatio ad recipiendū eas.
g B quædā formæ quum adueniunt in materia acquiritur dispositio,q̄ prius non erat.
h B. heiule.
i B. prohibitione.
k B heiule.
l B.ex formis & virtutibus est aliqua quæ non existit in dispositione simplicium & nō cōpletur quidem præparatio ad eam nisi.
m B. & non est inuenta in vna duarum uirtutū in elementis p se,sed est ab extra.
n B.extrahente.
o B. secundum unum duorum modorum aut mediante prępa ratione prima inhærente materiæ seu heiule, aut mediāte cōplexione quæ q dem complexio p B.efficiens ipsam.
q †B.ultima.
r B.illa est ... uelvsitata & ... est.
s B.ita ut quo do intētioni ... est nomen ... lo modo ... ne que notitia ... fectus tollit seu remouet ignorā tiam modi seu causæ extraneæ.
t B. manifestus modus ... Alia litera ... nifesta ... qua p ... se ipsius.
u † B. existente in ipso ... te.

eis a superna & plenissima influentia, & ppter complexionem propriam, quę particularē & propriā dispositionem acquirit. [x] [Etenim loquendum est secundum veritatem de proprietate corporum commistorum.] Veruntamen secundum consuetam opinionem differt proprietas a natura, quoniam proprietas dicitur virtus in commistis inuenta corporibus, a qua procedit in alio corpore actio insueta quantū ad manifestam naturam. Dicitur vero natura, virtus qua corpora simplicia operātur. De hoc igitur ad tantum se extēdit cognitio vulgariū, & debiliter perscrutantium veritatem. Quod si ignis esset res difficilis inuentionis, & de lōginqs partibus afferretur, admiraretur vtique vulgus de proprietate eius amplius quam de proprietate corporum cæterorū: & inquireret attentius de causis proprietatis ipsius, quā de causis aliarum proprietatum, quoniam ipsius operationes valde mirabiles sunt. Etenim præsentia eius extrahit visum de potentia ad actum: & tangi se prohibet: & ascendit sursum: & ascendere facit ea quę vincere potest: & generatur ex modico ipsius in vna hora quantitas magna: & corrumpit omne illud, cui obuiat, & transmutat ad sui substantiam: nec etiam minuitur si accipiatur ex eo. Et hæc quidem in veritate mirabiliora sunt, quam tractus ferri a magnete, uel quam cęteræ proprietates. Sed quoniam ista vsitata sunt, & quotidie apparentia, cadit ab eis admiratio, & sollicitudo perquirendi causam ipsorum. Actio vero magnetis quia rara est, & inusitata, inducit admirationem, & prouocat ad inquirendum de causa ipsius.

x. Et iste est sermo de proprietate secundum ueritatē.

TRACTATVS SECVNDVS.

Capitulum primum de numero & notificatione virtutum medicinarum in genere.

EXpedit, vt tractare volentes de conditionibus medicinarum cordialium, memoremus opera cuiuslibet speciei ipsarum: ante tn̄ hoc conueniens est, vt omnium medicinarū uniuersaliter qualitates secundum ordinem numeremus, diuidentes, quoniam secundum qualitatum medicinarum quædam inhęrent ipsis substātiis medicinarum ex se, siue ante patiantur a corpore, siue non; quædā vero eis attribuuntur per comparationem ad effectum, quem in corpore derelinquunt, & in his, quæ in ipso reperiuntur. Qualitates autem quæ in ipsis substantiis medicinarū ratione sui attribuūtur, sunt verbi gratia, caliditas, frigiditas, siccitas, humiditas, subtilitas, & grossities, & congelatio, [a] † [ ] viscositas, liquiditas, [b] [minutio saporū & odorum.] Dicitur autem calida quæ quū passa fuerit a naturali virtute nostri corporis, calesit primo, deinde calefacit postmodū corpus nostrum. Similiter intelligendum est frigida, & sicca, & humida. Subtilis vero medicina, quæ postquam passa fuerit a prædicta uirtute in corpore nostro, uelociter in minimas partes diuiditur quātum est possibile, sicut cinnamomum, atque crocus. Grossa vero dicitur, quę huic contraria est, sicut cucurbita, & gypsum. Coagulatiua vero medicina est, [c] [quæ frigore coagulata calore dissoluitur, & liquefit, atque calore dissoluta frigore coagulatur.] Medicina vero liquida est, cuius partes de facili recedunt a loco in quo ponuntur. Viscosa vero dicitur, quæ tolerat extensionem absque intercisione. Comminuibilis vero medicina est, quę diuidi potest in minimas partes a debili causa. Quid autem sit sapor, & odor, iam notum est. Qualitatum autem quæ medicinis attribuuntur respectu impressionis quæ in corpore [d] [vel conuenientibus ei] relinquuntur: quędam accipiuntur ab actionibus absolutis: quædam uero ab actionibus relatis ad [e] [partes corporis speciales.] Primæ vero sunt quę significantur quū dicitur medicina subtiliatiua, aperitiua, relaxatiua, lauatiua, incisiua, attractiua, mordicatiua, dissolutiua, abstersiua, & asperatiua, rubisicatiua, vlceratiua, pruritiua, combustiua, corrosiua, putrefactiua, cauterizatiua, maturatiua, digestiua, inflatiua, frangitiua, uentositatis, [f] † [ ] ingrossatiua, inuiscatiua, lenitiua, lubrificatiua, constrictiua, expressiua, oppilatiua, repercussiua, stupefactiua, confortatiua, incrudatiua, mortifera, coruptiua, seu venenosa, theriacalis. Alię vero, qualitates sunt quæ significantur, quum dicitur medicina laxatiua, prouocatiua vrinæ, aut sudoris [g] [inductiua, vel nauseatiua] vomitiua, retentiua sanguinis, aut vrinę, cōstipatiua, cicatrizatiua vlcerum, [h] [generatiua & mundificatiua ipsorum, decoriatiua, excorticatiua.] Ad distinctam autem cognitionem cuiuslibet qualitatum volumus explicare cuiuscunque prædictorum vocabulorum intentionem. Subtiliatiua ergo medicina est illa, quę substantiam humoris efficit tenuem, leuiter dissoluendo cum temperata caliditate. Dissolutiua vero medicina est illa, quæ propter excellentiam sue caliditatis humorem diuidit sub forma vaporis, & eius partes extrahit successiue a loco in quo includitur, donec consumatur. Abstersiua quidem est, quę remouet a superficie membrorum, & orificiis pororum coagulatas & viscosas humiditates. Exasperatiua vero est, [i] [quę membrum efficit in superficie diuersarum partium quo ad sitū: & exasperans quidem efficitur] abstersiua, quādo transit super membrum solidæ substantiæ sicut cartilago, & os, [k] † [ ] cuius quidem superficies naturaliter partes habet diuersas in situ: sed humiditas viscosa vel leuis currens super ipsum applanat eam accidentaliter, vnde abstersiua transiens super eam reducit ipsam ad naturalem asperitatem. Aperitiua est, quæ non tantum ab orificiis meatuum, sed a concauitatibus ipsorum, mouet materiam ad extra, intus contentam. Relaxatiua est, quę substantiam membrorum habentium spissos poros efficit leuiorem caliditate & humiditate, propter quod [l] † [ ] expulsio superfluitatum quæ continentur in eis fit leuior. Lauatiua vero est, q̄ abstergit, & non cum actiua virtute, sed cum passiua scilicet humiditate, & hoc ideo, quia currit super orificia pororū, leniēs humores viscosos, & cōgelatos, existentes ibidē, seu humiditate [m] [lubrificatiua, commiscendo se illis, quamobrem

a † B. & comminuibilitas uel frangibilitas.
b B. & sicut uapores & odores

c B. Alia litera cuius partes difficile est ut moueantur a loco in quo ponuntur.

d —— B.

e B. magnas res corporis. Alia litera plurimas corporis partes.

f † B. Alia litera & in alio ordine medicinarū est medicina.

g B aut sanguinis prouocatiua aborsus & prouocans sputum &

h B. faciens nasci carnem solidans ulcera, & mūdificatiua ipsorum, & excoriatiua.

i —— B.

k † B. & neruus.

l † B. fiunt porositates ampliores & magis apertę &

m B. & fluxibilitate.

rem remouet eos abunde propter motum eius super illorum superficies: sicut aqua hordei, [n] [& aqua simplex calida:] ꝙ si fuerit ibi virtus absterfiua, erit ablutio fortis, sicut est aqua saponis,& [o] [saponariæ.] Incisiua autem est medicina subtilis,perfecte potens penetrare inter superficiem membri, & superficiē viscosi humoris, adherentis ei, donec separet ipsum ab ea: & similiter penetrare potens inter partes humoris,donec diuidat eas,& continuitate remoueat diminuens [p] [cōgeries ipsius humoris absque subtilitate substantię, atque ipsū soluendo consumit] Et incisiuū quidē opponitur adhærēti uiscoso,queadmodū subtiliatiuū [q] [grosso] opponiť. Attractiua vero est medicina habens virtutē ualde penetratiuā,mouens humorē,quē attingit, ad superficiē,aut cū proprietate,aut cū calefactione: calefactione quidē quia dissoluit,&ad locū dissolutę humiditatis,necessitate vacui,alia subsequiť vice primę.iterum ēt quia rarificat,propter quod attractio fit ad replendum [r] [uacuum.] & iterum propterea ꝙ causat dolorem. Et ad membrum quidē dolēs confluunt materiæ duplici de causa,quarū prima est, quia dolor uirtutem membri debilitat, & idcirco recipit superfluitates,quę ab alijs mēbris expelluntur ad ipsum. secunda uero est, ꝙ spiritus naturalis procedit ad ipsum ad impugnandum causam nociuam,quē sequiť sanguinis multitudo.Mordicatiua uero medicina est illa quæ habet qualitatē [s] [subtiliter] penetrantē,causans in continuitate solutionē multiplicem numero, paruę tamen quantitatis,& propinqui situs,generans dolorē Rubificatiua uero est, quę forti caliditate membrū cui obuiat calefacit in tantum,vt ad ipsum fortiter trahat subtilem sanguinem [t] [& rubificantem superficiem eius, sicut synapis cum ficubus & mentastro: propter qđ eius actio] uicem cauterij supplet. [u] † [ ] Vlceratiua uero est,quæ habet potentiam rubificandi adeo excellentem,vt dissoluat humiditatem continuatiuam partiū, qbus obuiat, causatq; ulcera vel vulnera, & attrahit ad ipsum superfluitates, quamobrem vlcus efficiunt:qualis est anacardus.Pruritiua autem est, quæ potest acumine & caliditate sui vsq; ad poros humores mordicantes attrahere,nec tamē vlcerare potest: queadmodum [x] [scrapinum.] Adustiua vero est quæ facit euaporare humiditatem ab humoribus,relinquens cinereitatē ipsorum in corpore:sicut euforbium,& assa fœtida.Corrosiua vero est quæ dissoluendo & vlcerando, peruenit ad diminuēdum substantiā carnis.Putrefactiua vero est, quæ continuitatē membri corrumpit, dissoluendo naturalē spiritum, atque calorem ipsius [y] † [ ] absque eo quod corrodat ipsum,aut cauterizet,aut cōburat: sed relinquit in eo humiditatē in quam agit calor innaturalis: Dispositio aūt humiditatis;in quam agit calor innaturalis, putrefactio nominatur,Tales autem medicinæ sunt arseni cum, & [z] [ruta syluestris.] Cauterizatiua uero est quę cutem comburit taliter,ut eius consumat humiditatem, [a] [propter quod eius partes corrugantur] sicut in eo quod assatur:quãobrem efficitur substantia cutis oppilans meatum humoris fluētis.Maturatiua medicina est

n B. facta cum aqua dulci.
o B. alusnen.
p B. uel paruificans magnitudinem ipsius humoris seu paruas efficiēs partes magnitudinis ipsius humoris absque subtiliatione substātię aut cōsumptionis substātiæ ipsius facta cum resolutione.
q B. ingrossatiuo uel inspissatiuo.
r B. uacuitates uel cōcauitates rei rarificatæ.
s B. Alia litera acutā subtilem.
t B. attractione faciente peruenire ipsum ad exteriora uel ad superficiē, quare rubificat eā sinapis & ficus & mentastrum & rubificatiua quidem.
u †B. in cute.
x B chebichengi.
y †B naturalē.
z B tapsia.
a B. prçter illā q̄ aggregat uel cōtinuat partes & eas indurat.

illa,quæ rectificat substantiam humoris,vtpote subtiliando [b] † [ ] si fuerit grossus,aut e contra,propter quod ad expellendum habilitat.Et illud quidem facit quandoque cum substantia sua:nam si subtilis fuerit, subtiliat nimis grossum : si vero grossa, quod nimis est subtile, ingrossat. quandoque vero facit illud cū qualitate:nā si fuerit calida, maturat per se: frigida vero per accidens. Etenim calida subtiliat qđ est grossum, & naturaliter separat inter corpora, & rem extraneam: frigida vero q̄nque nimis subtilis procurat substantiā mediocrem, & nimiæ caliditatis cōplexionem temperat.Et omne quidē,qđ a calido liquefit, a frigido coagulať:& e contra. [c] [Quum ergo subtilitas humoris causať a caliditate extranea, ita ꝙ caliditas naturalis efficiť propter illud impotens ad expellendum ipsum,frigidum quidem tunc frāgit extranei caloris acumen.] Digestiua uero medicina est,quę transmutat cibum in humores laudabiles, quibus corpus nutriť:& humores in substantiam corporis. Inflatiua vero est medicina est,in cuius substantia dominať grossa humiditas extranea [d] [tēperate commista.] in qua cum egerit caliditas naturalis [e] † [ ] generať inde ventositas, quæ non dissoluitur, sicut sunt faseoli. Istarum uero medicinarum quędā causant inflationem in stomacho: quædā in venis,in quibus cū p̄dicta humiditas fortius est cōmista,non dissoluitur inde multa uētositas,nisi apud separationem partium medicinæ,idcirco causatur in venis inflatio,non in stomacho:tales autem medicinæ sunt sicut zingiber,& eruca: & sunt medicinæ congruentes ad excitandum libidinem. Frangitiua ventositatis medicina complēs est cum caliditate subtili [f] [& ignea] defectū caliditatis.debilis, quæ [g] [dissoluere nequit uentosam humiditatem in quam agit.] Dissolutio autem huius medicinæ quādoque peruenit ad dissolutionem inflationis causatam in venis a cibis & medicinis: qualē est semē rutę,& agni casti: & huiusmodi medicinę nocent libidini. Ingrossatiua vero medicina est cōtraria subtiliatiuæ. Inuiscatiua seu [h] † [lenificatiua medicina est illa,quæ sui viscositate] extenditur supra superficiem membri diuersarum partium in situ, scilicet asperi,sicut stomachi, & matricis,& tracheæ arteriæ;quamobrē causat in eis superficiem extraneam [i] [atque] lenē. Lubrificatiua autem medicina est, quę humectat superficiem corporis in meatu retenti, & liberat meatum ab eo,quod retinetur: corpus namque retentum cum grauitate propria & naturali [k] † [ ] mouetur: propter quod medicina efficitur per accidens mouens ipsū,quales medicinæ sunt pruna, & mucillagines.Cōpressiua vero medicina est sicca,causans in mēbro siccitatem,& coadunationem ipsius ad ipsum, unde obturatur transitus & meatus: & ex fortitudine compressionis, & coadunationis partium membri adinuicem,coguntur humiditates subtiles in eius concauitatibus p̄manentes exprimi uiolenter ex motu eius oppositio. Oppilatiua medicina est illa,quę in meatibus currēs resistit virtuti motoris, & remanet apud

b †B. temperate.
c B. Et quādo subtiliatio humoris a caliditate extranea [illegible]
d — B.
e †B. moderata quantitatis.
f B. penetr[illegible]
g B. con[illegible] humiditates in uentositate [illegible] resoluere [illegible]
h †B. cōglu[illegible] tiua uero [illegible] cina est [illegible] na uiscosa [illegible] expanditur [illegible] extenditur [illegible] orificia meatu[illegible] & oppilat [illegible] & lenificatiua medicina [illegible] planatiua [illegible] glutinatiua [illegible]
i — B.
k †B. non.

apud quamlibet constrictiuam, & replet vlcus, sicut est lutum comestibile. Repercussiua vero, medicina est frigida, quę adeo infrigidat membrum, ꝙ ipsum inspissat, & eius meatus restringit, & fluens ad ipsum cõgelat, & inspissat extinguendo caliditatem ipsius: quamobrem retinet ipsum, & prohibet eius motum, & proprie si fuerit grossæ substãtiæ: sicut oleum rosatum infrigidatum, & mucillago psyllij, & consimilia. Stupefactiua, est medicina frigida, quæ adeo infrigidat membrum, ꝙ propter frigiditatẽ alterat substantiam spiritus penetrantis in ipsũ, [l] †[ ] & extrahit a cõplexione sua, quæ recipit virtutem sensus & motus, & permutat etiam complexionem ipsius membri, vnde amputat sensum eius. Confortatiua medicina est quę adeo temperat [m] †[ ] complexionẽ membri, vt prohibeat ipsum recipere [n] [corruptelam:]aut cum proprietate, [o] †[ ]aut cum sua complexione, ita scilicet ꝙ infrigidat nimis calidum, & nimis frigidum calefacit, quemadmodum de oleo rosato commemorat Gal. Incrudatiua medicina est, quæ frigiditate sua prohibet maturationem, & digestionem: sicut aqua frigida cum bibitur in apostemate stomachi. Mortificatiua medicina est illa, quæ corrumpit complexionem, & substãtiã spiritus cordis: aut per formam ipsius specificã, sicut venenum: aut per excellentiã alicuius qualitatis actiuæ, sicut opium per frigiditatem, & euphorbium per caliditatem. Medicina autem, quæ proprie appellatur venenum, est illa, quæ corrumpit complexionem spiritus per contrarietatem substantię speciei suæ ad substantiam & speciem spiritus, sicut napellus. Medicina autem theriacalis, & liberans a veneno est illa, quę complexionem spiritus ab impressione veneni reducit ad naturalitatem, & ab ipsa præseruat eam cum sua proprietate. Medicina autem prouocatiua urinæ, ac sudoris, & medicina laxatiua, & iterum sanguinis eductiua, & retentiua ipsius, & his consimiles, manifestas quidem habent intentiones: quapropter notificatione non indigent.

l B. ad complexionem frigidã
m †B. substantiam.
n B. nocumenta.
o B. sicut lutũ sigillatũ & theriaca.

Capitulum secundum, in quo ostendit quæ sunt uirtutes medicinarum, quæ ad confortationem cordis, & lætificationem conferre possunt aliquo modo.

SVpra nominatarũ medicinarũ, q̃dã medicinas cordis ingrediunť: quædã vero non. Faciemus autẽ nunc de ingredientibus mẽtionẽ: Medicinæ laxatiuæ prosunt ad cõfortationem cordis dupliciter. Vno quidẽ modo intendiť iuuamentum cum eis procurari iam dictũ per euacuationẽ nociui humoris a toto corpore, aut a partibus [a] [hepatis,]& cerebri, sicut fit cũ decoctione epithymi, aut cum [b] [medicina cũ epithymo confecta. Secundo vero modo quando intenditur cum medicina laxatiua non prędicta euacuatio, sed mundificatio tantum sanguinis q proprie est in corde, ad hoc quod spiritus mundus generetur in eo: sicut quãdo ponitur in medicinis cordis lapis lazuli, aut armenus, ex quibus medicinis quum peruenerit earum uirtus ad cor, adipiscitur [c] †[ ] virtutem expulsiuam melancholici humoris a sanguine tendente ad ipsum, & melancholici vaporis a [d] [sanguine generati: in ipso quidem] etiam iuuamentum procedit ex corde ad cerebrũ. Nocet veruntamen medicina laxatiua cordi, quoniam omnis euacuatio naturã duobus modis comprimit. primo quidẽ quoniam cũ eo quod nociuum est, euacuatur aliquid de cõueniente naturę. secundo vero, quoniam affert supra naturam [e] [ad] mẽbra, quod trahit a mẽbris, unde [f] [grauantur: natura enim]trahit humores ad sedem ipsorum, & ibidẽ quiescere facit eos. medicina vero laxatiua huic contrariũ efficit. [g][accidit ergo ergo ex hoc naturæ debilitas & pigrities, quamobrem non præualet ei. Theriacalis autem medicina] sistit vomitum, atque fluxum [h] † [ ] confortando naturam, & [i] [repugnando illi prout habet substantiam venenosam, & cum sua venenositate euacuať.] Et iccirco fertur bene dixisse sapiẽs Hip. ꝙ medicina laxatiua mũdificat, atque [k] [lędit.] Rursus autem iuuamentum laxationis maius quidem est in tristitia propter mundificationẽ spiritus, quam in cordis debilitate. Laxatio nãque diminuit materiã spiritus, & debilitat cordis [l] [complexionẽ.] Medicinę vero prouocantes vrinam, & sudorem sunt vtiles in debilitate cordis, quę causatur ex subtilitate sanguinis, & eius aquositate: nociuæ autem in tristitia quæ causatur ex turbido, ac melãcholico sanguine, quoniam augent sanguinis siccitatẽ, & grossitiem, & turbulentiam [m] [melancholicã.] Euacuatio uero sanguinis nocet debilitati cordis quę causatur ex frigiditate sanguinis, & paucitate [n] †[ ]prodest autem debilitati, quæ causatur ex suffocatione caloris naturalis, & superfluo sanguine, sicut in [o] [cardiaca, & hęc est synocha inflatiua sanguinea.] Medicina subtiliatiua medicinis cordialibus associať, q̃n tristitia causatur ex turbiditate sanguinis aut in debilitate cordis quę ex grossitie sanguinis, & eius frigiditate causatur, vnde generatio multi, & temperati spiritus prohibetur. Eodem uero modo similiter abstersiua, & aperitiua illis adiungitur, ut cum sui aperiendi potẽtia penetrare faciat medicinas cordis, quę sunt sicut Karabe, & terra sigillata. Inflatiua medicina ualde nociua est tristibus, & corde debilibus, quoniam replet substantiam spiritus vaporibus [p] †[ ]incongruis & intransmutabilibus, [q] [ ] habentibus se ad ipsos sicut se habent superfluitates ad mẽbra. obtenebrant ergo spiritus, atque grauitant, & ad suas operationes debiles eos reddunt: propter quod debilitationem cordis atque tristitiam simul causant. Constrictiua medicina, & [r] [inuiscatiua]medicinas cordis ingrediuntur vt substantiæ spiritus soliditatem & continuitatem laudabilem tribuant; ne uelociter dissoluatur quolibet leui motu: ueruntamen ipsarum utilitas in debilitate cordis est maior, quam in tristitia; quoniam ex subtilitate spiritus, & sanguinis, cordis debilitas amplius accidit. Tristitia uero potius fit ex grossitie sanguinis & turbulentia eius. Repercussiua uero medicina tunc medicinas cordis ingreditur, quando propter debilitatem eius causatam a mala complexione calida, patitur nocumenta. Stupefactiua

a B. cordis.
b B. pilulis fabiarcum epithymo factis.
c †B. ex eis natura cordis.
d B. spiritibus generatis in eos & illud quidẽ.
e B. &
f B. uiolentat naturam quoniam natura.
g B. & dum ipsa non accidere facit debilitatẽ in uirtute naturali & defectũ, tunc ipsa nõ p̃ualet eis seu nõ potest sup eos. Theriaca autẽ.
h †B uentris.
i B. faciendo eã dominari super id quod est venenosæ substantiæ cum qualitate enim uenenosa fit euacuatio.
k B. inueterat.
l B. uirtutem.
Alia litera.
m —— B.
n †B. & subtilitate.
o B. cafacan seu tremore cordis sanguineo.
p †B. non proportionatis.
q † B. ad ipsos &
r B. glutinatiua.

medicina ponit̄ in medicinis cordis, vt virtutes ipsarū a corruptione custodiat in uia usque ad cor,& in [s] [corde]postmodum tempore sufficienti [t] [similiter]ad faciendum impressionē, sicut opium in cōfectionibus cordialibus. Medicinæ autem cōfortantes theriacitate suą omnes inquam medicinas cordis ingrediuntur, quoniam humanę naturæ eius proprietate cōueniunt,cuius inquam naturę principium cor existit, & quoniam etiam cor confortant, vt a venenis non patiatur, quales sunt doronicum, & [u] †[ ] muschus. Et omnes quidē medicinæ lætificantes cor, & confortantes ipsum,sunt theriacales;non tamen oēs theriacales sunt lętificantes,propterea quia quædam ipsarum sunt ualde calidę vt castoreum, quædā ualde frigidæ, [x] [ut lactuca,] & portulaca.et sunt quædā theriacales illis qualitatibus indigentes [y] [diuersis ex causis, uenenum enim cui repugnat,contrariatur cum sui substantia,& forte cum qualitate prædictæ qualitati contraria,aut solum contrariatur cū qualitate qualitati prædictæ contraria,aut forte necessarium est ut medicina veneno repugnans siue calido siue frigido sit vehementis caliditatis multis ex causis.quarum vna est ut sit spiritus fortis motus Secunda quidem est vt sit uehementis extensionis ad hoc quidem vt cū potentia mortificandi &theriacali quam habet lōge possit obuiare veneno,]impugnando & expellendo ipsum antequam cor attingat. [z] [Tertia uero] vt sit fortis ad corrumpendum & cōburendū venenū in modico tempore, in quo, cum hoc quod dictum est, insuper cōseruatur spiritus in suo saluo esse theriacali ꝓprietate. [a] [Vomitiua]uero medicina prodest cordi,quoniam alleuiat anhelitū,vt inde cor melius euētetur. Dissolutiua medicina debilitati cordis, & tristitiæ valde nocet, nisi ex grossitie spiritus,& frigiditate causetur,& in [b] [corde sint inflatiui]humores.nocet autem debilitati cordis propterea quia dissoluit spiritum exiguum, & subtilem.quod enim dissoluitur,quæcūque sit substantia eius, ex genere est vaporis, & venti. Tristibus autem nocet,quoniam tristitia si causatur ex paucitate spiritus,dissoluendo addit in paucitate,aut [c] [subtilem]spiritum efficit turbulentum [d] † [ ] & remanenti spissitudinem auget. Quod si necessitas coegerit uti ea, expedit ei commisceri confortatiuas medicinas,& congregantes,aut continuitatem seruantes, dum tamen sint ex his quæ conueniunt cordi sicut [e] [myrtus,&] Kebuli.

B. corpore.
B. etiam remaneat.
u †B.zurumbed &
x †B.sicut camphora & semen lactucę.
y B. quoniā uenenum quod est cum sui substantia cōtrariū substantiæ spiritus efficitur etiā ei cōtrarium cum qualitate sua, & quandoque uenenum non est contrarium nisi cū qualitate sua solummodo ita ut sint tunc necessariæ ille qualitate theriacaliū prædictorum,& fortasse ī theriacalibus necessaria est caliditas uehemens multis ex causis quæ sunt ut sit spiritus fortis motus & uehemētis extēsionis uel sparsionis ut obuiet ueneno ex longinquo ꝓcipue cū theriacali ꝓprietate uel cōtrarietate quare resistat ueneno.
z B.&
a B. facilitans sputum.
b B. corpore sint crudi.
c —— B.
d †B.cum resolutione subtilis.
e B. mēthastrum & sicut myrobalani.

De simplicibus medicinis cordialibus secundum ordinem alphabeti. *Cap.* 3.

POstquam locuti sumus de vniuersalibus iudiciis medicinarum,& ostendimus [a] † [ ] quæ ex eis medicationi cordis conueniunt, & quæ non, & etiam propter quid: nunc iam expedit, ut tam ad iudicia particularia medicinarum cordialium simplicium, quam compositarum, amodo descendamus, a simplicibus inchoantes secundum ordinem alphabeti.

a B.uia uniuersali.

Inquit translator. quoniam alphabetum arabicum nequit ordinem alphabeti nostri seruare: iccirco medicinas simplices de quibus auctor hic loquitur, ad alleuiandum laborem studentibus secundum seriem nostri alphabeti scripsimus.

De litera. A.

Ambra. Aurum. Argentum. Acedula. Agaricus.

De ambra.

AMbra calida & sicca in secundo, [a] [& cū subtilitate,] & uiscositate sua nihilominus habet vehementem proprietatem lætificādi, & confortandi simul. Est autem ad hoc potentior propter fortitudinem suæ aromaticitatis. Et ideo confortatiua est substantiæ cuiuslibet spiritus. [b] [Et membrorum principaliū & multiplicatiua ipsius effectus,] & est multo tēperantior muscho. Iam autem patens est huius natura cū subtilitate,& uiscositate,et soliditate.

a B. cum [...] tate uel spissitudine.
b B. in partibus corporis & multiplicatiua spiritus.

De auro.

AVrum iudicatut inter iudicium argenti, & iudicium hyacinthi: & est quidē infra hiacyntum, & supra argentum. cuius quidem complexio temperata est,aliquantulum uicina calori, & est eius operatio a proprietate.

De argento.

ARgentum aliquantulum est frigidum & siccum. Et eius quidem effectus similis est effectui hiacynthi, hoc excepto quod est multo debilius illo.

De [a] [acedula.]

b [ACedula]propinqua est acetositati citri: attamen quamuis in complexione nō sit ea debilior,in proprietate tamen multo debilior est.

a B.Ribes.
b B.Ribes.

De agarico.

AGaricus calidus est in primo, siccus in secundo. Inest autem ei proprietas theriacalis contra omne uenenum, & propter subtilitatem quæ eius caliditati commista est,aperitiuus est, & laxatiuus humoris turbidi: propterquę omnia inest ei proprietas confortandi cor, & lætificandi.

[a] † [ ]

a †B. De [...] seu adriuno. Adriun [...] ne est calidum & siccum in [...] tio, & in [...] theriacalitas [...] cōfortatio [...] dis. Verū [...] clinat cō[...] nem cordi[...] latus ire, [...] lætitiam.

De litera. B.

Basilicon, Ben.

De

De a [basilico.]

Basilicon calidum est & siccum in primo, habet autem aromaticitatem & stypticitatem cum b [subtilitate. præter hoc etiam]est in eo superflua humiditas,lætificat autem cũ proprietate,quam adiuuat aromaticitas, stypticitati & subtiliationi associata: Finaliter tamẽ vsus eius non est in lætificatione laudabilis: quoniã substantia nutritiua quæ est in ipso,contrariat ipsius medicinali substantię:etenim substantia medicinalis efficit quæ dicta sunt.nutrimẽtalis uero sanguinem turbidum atque melancholicum generat. c [Et] illa superfluitas d [insup,] q̃ est in ipso,causat inflationem in uenis.iam autẽ ostensum est quod nociua sunt e [ista duo.]

a B.bedarungi.
b B.calefactio ne.
c B.quia.
d —B. ĩ illis duabus intentionibus.

De been.

Been calidum est in secundo, siccum in primo.Ipsius autem quoddam est albũ, quoddam rubeum.Sed rubeum quidem calidius est. Et est nihilominus in utroque stypticitas cum subtiliatione, & apertione. Inest ei fortis proprietas confortandi cor: & etiam simul lætificandi:ad quæ quidem iuuatur stypticitate subtiliationi coniuncta.

De litera. C.

Citrum.	Corallus.	Cinnamomum.
Crocus.	Camphora.	Coriandrum.
Calamenthum.	Casia lignea.	Caro. Cyperus.

De citro.

Citri cortex est ex lætificantibus theriacalibus, cuius proprietatem caliditas quidem adiuuat.Est enim calidum & siccum in tertio, cui appropinquat folium, & flos eius,suntque subtiliores eo.Et eius etiam acetositas est ex cõfortantibus cor calidæ, a [& siccæ,]complexionis: & est ex cõferẽtibus cardiacæ calidę: post hoc autem est in eo theriacalitas,unde confert morsui b [reptilium, & serpentis,] & est frigidæ & siccę in tertio.Semẽ autem eius est theriaca c [conferens] venenis. Videtur etiam quod sit ex confortantibus cor præbendo soliditatẽ substantiæ spiritus: d [& est frigidę ac siccę cõplexionis in tertio:]nec elongatur e [ab intellectu,quin sit ex alleuiantibus ipsum ·

a —B.

De corallo.

Corallus frigidus est in primo, siccus in secundo:& cum proprietate confortat cor, & lætificat: quam quidem proprietatem adiuuat illuminatio , & a [abstersio,]& solidatio cũ stypticitate.

De cinnamomo.

Cinnamomum alitinium calidum est in fine secundi,siccum in tertio,habetque modicam stypticitatem: & inest ei lætificandi proprietas , quam adiuuat aromaticitas eius , & a [fortitudo subtilitatis.et propterea confert iuuamento theriacæ.

De croco.

Crocus calidus est in secundo,siccus in primo: & sunt in eo stypticitas,& dissolutio fortes: ad quæ digestio sequitur proculdubio. Et inest ei proprietas vehemens in confortando cor , & substantiam spiritus, & lętificandi, cum hoc quod illuminat, & dilatat, & solidat ipsum: & adiuuant ad hęc aromaticitas fortis cum natura prędicta . Multitudo uero comestionis eius, superflue dilatat spiritum, & mouet ad extra donec accidat propter hoc , ut discedat a nutrimentali materia , & sequatur inde mors. Dosis autem eius ad hoc non a [est, nec oportet de ipsa mentionem facere.]

a B. ne ipsa cognita exhibeatur a maliuolis. Alia litera fuit inuenta sed melius est non facere mentionẽ de ipsa.

De camphora.

Camphora frigida est & sicca in tertio a [virtus eius est saluare substantiam] spiritus cũ dominio suæ frigiditatis quando eius quantitas moderatur & fortasse adiuuat ipsam absolute frigiditas in calida complexione:quando b † [ ] propter malitiam eius complexionis debilitatur spiritus,& dissoluitur.Aromaticitas autem eius adiuuat absolute proprietatẽ ipsius in omni complexione . Temperatur uero frigiditas eius cum ambra,& muscho. Siccitas autem cum oleis humidis, & aromaticis:sicut est c †[ ]oleum uiol. et est theriaca,& proprie contra calida uenena.et acquirit ab ea spiritus subtilitatem,& luminositatem uehementem.& propterea lætificat,& confortat:in hoc autem Karabe assimilatur ei.Sed camphora quidem fortioris proprietatis est, & uehementioris d [saluationis.

a B. & habet ,proprietatem forcẽ ut sit conueniẽs substantiæ.
b †B. in corde.
c †B. oleum de Keiri &
d B.conuenientiæ.

De coriandro.

Coriandrum a †[ ] frigidum est in secundo,siccum in tertio.et inest ei proprie tas confortandi cor, & lætificandi : & proprie in calida complexione . & adiuuat ipsum aromaticitas & stypticitas eius. b †[ ]

a †B. siccum.
b †B. condẽ ans uel solidans substantiam spiritus.

De a [calamentho.]

b [Calamenthum]si reprimatur eius caliditas,& siccitas cum oleo uiol.& remanserit aromaticitas, & penetratio eius, confert in temperando spiritum in cerebro existentem: & proprie si fuerit complexionis phlegmaticę: tunc enim repressione non indiget,nec est auditum quod spiritui conferat,qui existit in corde,iuuamento magno:ueruntamen ex his quæ diximus de qualitatibus,eius,uidetur quod cõferre possit eidem.

a B neman.
b B.Neman.

De casia lignea.

Casia lignea appropinquat in complexione cinnamomo alitinio,nõ tamen in subtilitate.

De carne.

Caro licet sit nutriens pure, attamen aqua eius ingreditur curationem debilitatis a [eius:] non igitur obest de ipsa loqui.& idcirco dicimus quod carnis aqua si laudabilis fuerit caro animalis,aut b [bidentis ouis,aut iuuenis arietis,] aut hœdi: uel caro laudabiliũ auiũ: est

a B cordis.
b B. ex carne arietis iuuenis autcarne alterni id est capre iuuenis aut ex carne agnorum Alia litera

ex carne arietis alhauli. i. ex carne arietis unius anni, aut ex carne arietis alhe ui. i. ex carne arietis duorum annorum, aut ex carne agnorum
c B. subtilitate.
d B. arietis iuuenis. Alia litera arietis vnius anni, aut arietis duorum annorum.

est vltima rerum debilitati cordis. Quòd si causatur ex c [debilitate] spiritus, tunc vtilior est caro d [animalis aut bidentis ouis.] Si uero ex ipsius grossitie, & turbitate & paucitate, tunc leuiores ex eis meliores sunt. Plures autem medicorum sunt opinati, ꝙ aqua carnis sit brodium decoctionis ipsius: nõ tamen est ita. Sed potius aqua carnis est succus per decoctionem extractus a carnibus comminutis, donec resudando fluat ab eis, & in qua frigitur caro, cuius colatura potui ministratur.

a B. spica & cypero & folio.
b B. ista sunt propinqua ĩ natura & uidetur quòd sint in secundo calida & sicca & iudiciũ ipsorum est iudicium specierũ aromaticarũ, in quibus est stypticitas cũ subtilitate: & proprietas ipsorum est cõfortare & lætificare, quare lege quæ de illis dicta sunt.

De [a] [*cypero.*]

b [Cyperus .de eo dicetur in cap. de spica nardi.]

De litera. D.

Doronicum.

De doronico.

a † B. caliditatis.
b B. substantia styptica.
c † B. fortis.
d B. forte.

Doronicum calidum & siccum est in principio secundi gradus. Inest autem ei proprietas valde fortis in confortando cor, & in lætificando: cui non repugnat excessus a † [ ]& adiuuat theriacalitas ipsius & quod in ipso est de b [stypticitate subtili:] & proinde est theriaca c † [ ] cunctis uenenis, & lætificans d]& confortans.] reprimitur autem excessus suę caliditatis cum cõmistione syrupi matianorum. Sed in cardiaca valde calida commiscetur ei modicum cãphoræ, propter quod remanet proprietas eius, & reprimitur caliditas.

De litera. E.

Emblicus. Endiuia.

De emblico.

a——B.
b B. medicinis.
c † B cordis.
d B. inspissans substantiam spiritus.
e B. spirituum.
f B. exuccat eos.
g † B. & in summa, est ex medicinis confortantibus membra omnia.

Emblicus, de complexione eius sunt differentes opiniones. Et hi qui plures sunt, dicunt eum esse frigidum a [& humidum,]& hoc quidem rectius est. Isaac autem Iudæus opinatus est, vt dicitur, ipsum esse calidum. Sed qui frigidum iudicant, diuersificãtur: nam quidam ponunt frigiditatem eius in primo: quidam verò in secundo, uidetur tamen ꝙ sit in fine primi: siccitas autem eius est in secũdo: propter quod est ex b [mere] confortantibus stypticitate. Et inest ei proprietas confortandi cor, & lætificãdi: quam adiuuat stypticitas eius: cuius etiam frigiditas in complexionibus c † [ ]frigidis cum modica re leuitet tẽperatur. Est .n. medicina d [solutiua spirituum.] eius tamen iuuamentum in confortatione maius est quàm in tristitia: tunc autem in tristitia prodest, quando est eius causa subtilitas e [sanguinis] cum paucitate, atq; velocitas dissolutionis illius. Et quoniã est ex medicinis cõfortantibus cor propter proprietatem & propter hoc quòd f [mundificat etiam:] idcirco est medicina vehementer conferens intellectui & memoriæ. g † [ ]

a B. taraxacon.
b B. Taraxacon

De a [*endiuia.*]

b [Endiuia syluestris] sicca est in primo. Inest autem ei proprietas theriacalis, & ingreditur cordis medicationem potata & emplastrata.

De litera. F.

De Fisticis.

Fisticis inest aromaticitas, & stypticitas cum viscositate: propter quod aiunt esse lętificãtes cor. & confortantes: & inde numerantur inter medicinas theriacales.

De litera. I.

De Hiacintho.

Iacinthus temperata esse videtur. Inest autẽ ei proprietas lætificandi, & cõfortandi cor, & fortiter obuiãdi ueneno. Et hęc quidem proprietas est uirtus non suis attribuenda componentibus, sed manat ab ipsa eo modo quo [a diximus de magnete.] De his autem quæ in consideratione hiacynthi persuadere oportet, est ut inconueniens esse dicatur calorem naturalẽ agere in hiacyntho, quum sumitur intra corpus, transmutationem, & dissolutionem, atque commistionem eius substantiæ cum euaporabili substantia spiritus, quemadmodum b [dicimus de] croco & similibus. Et in summa c] cõgruum] quidem est quòd dicatur quòd hiacynthus in substantia sui patitur a calore naturali: & exinde post modum eius opus manifestari. Etenim eius substantia, quemadmodum patet sensui, ualde est ab huius passione remota. Videtur ergo, ꝙ calor naturalis nec imprimat in substantia, nec in accidentibus formæ suę d inhærentibus,] sed solum in ubi eius, & loco, & qualitatibus eius accidentalibus. In ubi quidẽ, & loco, quoniam facit ipsum cum sanguine penetrare usque ad partes cordis. quapropter quum efficiatur propinquius passo, fortius imprimit suum effectum. In qualitatibus quidem accidentalibus, quoniam calefacit ipsam hiacynthũ: de natura uerò calefactionis est, ut manifestet proprietatem, & e [educat] uirtutem, sicut apparet in Karabe: ipsum. n. quando debilitet paleam trahere videtur, fricatur quidem donec calescat, post hoc apponitur paleæ f [trahẽs ipsam.] Videtur ergo g [finiatur ꝙ impressio hiacynthi sit ista, & quòd actio eius sit secundum additionem elongationis aut appropinquationis eius ad id, in quod naturaliter imprimit.] Illud autem in quo testificantur antiqui lætificare hiacynthum h [scilicet ferre] ipsam, & proprie in ore, testantur quoniam ad lætificationem alteratione non indiget in substãtia sua, uel in accidentibus i [inhęrentibus ei,] nec est necessarium ꝙ passum tangatur ab ea: sed sufficit ꝙ uirtus lætificandi quæ ab ea manat, ipsum attingat: quamuis eius actio confortetur calefactione, & appropinquatione sicut in proprietatibus cæterorum. k † [ ]
Videtur etiam ꝙ adiuuet actionẽ suæ proprietatis quod habet de illuminatione l [cum abstersione, &] temperamento complexionis.

De a [*ixymel.*]

b [Ixymel] planta est aromatica similis cinnamomo c [quam quidam de Lamehe afferri dicũt.] Et est calida in secũdo, sicca in primo.

mo. Et est ei proprietas ualde sublimis confortandi spiritum, quam adiuuat aromaticitas & stypticitas cum subtilitate, d [sicut frequenter in prædictis recolimus: confortat etiam] cor & cerebrum & omnia viscera: & in summa, omnium virtutum naturam adiuuat, & actiones.

De litera. K.

Kadrem. Karabe.

De a [*Kadrem.*]

b [KAdrem] est ex medicinis lætificantibus, & confortantibus magnis: & est ex nobilioribus theriacis contra morsum serpentis & puncturam, nec habet excellentem caliditatem. Et idcirco cum hoc, quòd est theriaca, confortat, & lętificat simul. Est enim herba similis aristolochię, crescens cum napello c [cui napellus cum ei vicinatur in quocunq; loco nec fructificat, non frondescit, propter quod quidam opinati sunt quòd sit tithymalus, quoniã hæc ei conuenit, non tamen est ita.]

De Karabe.

KArabe calida est in primo, sicca in secundo. Opinio tamen est ꝙ sit frigida. Inest autem ei aromaticitas camphoralis, & radiositas modica, & proprietas confortandi cor, & ipsũ lætificandi ac depellendi cardiacam a [iuuamẽ to tẽperato, et soliditate, quam prębet spiritui.]

De litera L.

Lingua bouis. Lapis lazuli. Lapis armenus. Lilium. Lignum aloes.

De lingua bouis.

LIngua bouis calida est, & humida in primo: cuius proprietas est lętificare, a [mundificat nanq; substantiam cordis.] Melior tamen est quę de b [Corintho] affertur, habens spissum folium, velatum plurima lanugine: quod inquam post exsiccationem nec contrahitur, nec est sic cum: quæ autem in his partibus reperitur, est ex genere c [alterius plantę,] & accipitur pro lingua bouis propter similitudinem illius ad illam, quum tamen non sit illa. d [Sed etiam conuenit ei cum uirtute proprietatis, & appropinquat eius natura temperamento, nec tamen imprimit sicut illa.]

De lapide armeno.

LApis armenus proprietatem habet confortandi cor, & ipsum lætificandi: separando insuper uaporem melancholicum, ac fumosũ a spiritu, & mundificando similiter corpus ab humore melancholico.

De lapide lazuli.

LApis lazuli similem uim habet cũ eo quod dicitur de armenico lapide, nisi quia est ipso debilior.

De a [*lilio.*]

b [LIlium] in iudicio & natura croco appropinquat: minus tamen habet caliditatis, & siccitatis eo. Et lilium quidem conuenientius est ad confortationem cordis. Crocus autem ad lætificationem. In lilio est potentia solidandi spiritum, propinqua ei quę est in croco, non tamen habet c [siccitatẽ, & crocus habet] vehementem potentiam dilatandi spiritum foras & mouendi extra: d † [ ] proinde amplius confert syncopi quàm crocus. Lilium enim e [mouet] spiritus minute dilatando, & f † [ ] extrahendo, & fortius dilatando, & extrahendo.

De ligno aloe.

LIgnum aloes appropinquat in iudicio ambræ, tamen est ea debilior. a Etenim temperamento propinquior est complexio eius,] & omnia membra confortat.

De litera. M.

Myrtus. Myrobal. Melissa. Macis. Muschus. Mumia. Menta. Malum granatum. Matianum. Margarita.

De myrto.

MYrtus non est ita perfectæ commistionis ut patet, quàm unica & singulariter prædominans uirtus ei conueniat per naturã: imo uidetur duplicem habere substantiam, in quarum una frigiditas dominatur, in altera uerò caliditas: inter quas quidem commistio nõ perficitur, nec actio & passio taliter, ut perducat ad complexionem unicam dominantẽ eis: quo quidem iudicio plurimæ considerationis est myrtus: uidetur enim a [plus esse frigiditatis in ipsa:] nec tamen adeo fortis est ipsarum commistio, quin calor naturalis separet inter eas: quumque separauerit, penetrat primo substantia calida & calefacit: postea uerò sequitur substantia frigida, & confortat, & stringit: & idcirco excellit eius iuuamentum in generatione pilorum: etenim substantia calida trahit primo materiam, & dilatat poros: quum ergo ad ipsos trahitur materia conueniens generationi pilorum, condensatur in pilum. Est autem sedes aromaticitatis, quæ in ipsa est, substãtia calida. b † [ ] Quum autẽ iudicatur myrtus secũdum complexionẽ eius prædominantem, & fortiorem, est frigida in primo, & sicca in secundo: & inest ei cum hoc subtilitas: est quoque conueniens spiritui propter aromaticitatem suam, & c † [ ] stypticitatem cum subtilitate subtiliatiua eius.] [Et mundificatiua, etiam propter alteram substantiarum eius simplicem:] & propter quæ iterum omnia est ex medicinis cõferentibus cardiacæ, & cordis debilitati, proprietate quam complexio adiuuat:

De myrobalanis a † [ ]

MYrobalani Kebuli frigidi sunt in primo, sicci in secundo: inestque naturaliter eis stypticitas, quod significat ipsorum pontici-tas.

a B. susen azad.
b B. susen azad.
c —— B.
d B. quam habet crocus.
e B. confortat.
f B. minute.
a —— B.
a B. ꝙ substantia subtilis in qua dominatur caliditas sit minor & substãtia spissa in qua dominatur frigiditas sit plus.
b † B. & sedes ponticitatis eius est substantia frigida.
c † n. propter id d B. est faciens ipsum spissum seu solidum mũdificans substantiam eius dilatans uel spargẽs ipsum.
a † B. kebulis & indis.

b B.nõ soluunt nisi.
c B. expressio & abstergunt cum ponticitate & ambo soluunt & præcipue indi nigri & ambo aggregant mundificationem sanguinis a corde, & hepate &.

tas. Et b [soluunt]cum proprietate,quã c [con plexio adiuuat myrobal. Indi,tamẽ ad hoc fortiores sunt Kebulis . Communicant tamen in mundificãdo cor,& consolidando,& confortando etiam: idcirco lætificant.]videtur etiam quòd ad hoc similiter insit proprietas.

De melissa.

MElissa calida est & sicca in secundo. Inest autem ei proprietas mirabilis lętificãdi, & confortandi cor similiter:quam quidem adiuuat aromaticitas,& subtilitas aperitiua,& stypticitas,quæ in ea sunt.Et cum hoc etiam cunctis visceribus confert.habetq. naturam leuiter solutiuam ,ita scilicet quòd sufficit ad soluendum a spiritu vapores melancholicos,& a [sanguinem]qui existit in corde:nec tamen id efficere valet à cæteris membris, & corpore toto.

a B.a sanguine.

De mace.

Macis. de eo dicetur in capitulo de spica.

De muscho.

MVschus calidus est,& siccus in tertio. Est autem similis croco non tamen a [crocus loco eius permutari potest in omni loco.] Et muschus est theriacalium nobilior b [† [ ] contra napellum c [& grana eius] & cornu spicæ: & reprimitur caliditas eius cum camphora ; & siccitas cum oleis humidis,sicut cum oleo violaceo, & ros.

a B. ultimatur in uirtute eius vel non tamen peruenit ad hoc ut sit sicut uirtus eius.
b †B contra uenenum regionis alhelele sicut.
c—— B.

De mumia.

MVmia calida est in fine a [tertij]sicca prout creditur in primo. Inest autem ei proprietas omnem spiritum confortandi,b [quod adiuuat continuatiua viscositas.]

a B.secundi.
b B. & ipsam adiuuat uiscositas condensans, solidans spiritũ

De menta.

MEnta habet subtilem aromaticitatem , & dulcedinem amaritudini commistam,cũ delectabili commistione ponticitatis, & conuenientis stypticitatis: quæ inquam sicut sæpe diximus, adiuuant lætificandi proprietatem. a †[ ]videtur autem quòd rius complexio sit calida in fine primi,sicca in principio secundi.

a †B.iuuamento mirabili.

De malo granato.

MAlum granatum dulce conueniens est cõplexioni spiritus cum bonitate,& dulcedine sua,& proprie spiritus qui existit in hepate.

De matiano.

MAtianum frigidum est, & siccum in primo:& inest ei magna proprietas lætificandi, & confortandi, quam adiuuat aromaticitas & dulcedo,& cum hoc quòd est medicina, est nutriens: quamobrem confert spiritui nutriendo,& temperando ipsum: & prodest etiã ei sua proprietate.

De margarita.

MArgaritę similes sunt Karabe in natura,& luminositate:uerum a [tamen in opere nõ consequitur illas:tamen]ei inest proprietas valde magna.

a B. fortiores sunt ualde q̃ karabe.

De litera N.

Nenufar.

De nenufare.

NEnufar appropinquat camphorę in iudicio,nisi quia est a [humidior ea.] Et eius quidem humiditas b † [

c causat in substantia spiritus qui existit in cerebro pigritiam,& torporem, nisi egeat & humectatione ut temperetur. spiritus autem qui est in corde,non uidetur ab ea pati hoc nocumentum,quod patitur spiritus cerebri : imò præbet forte iuuamentum:nam proprietas suæ aromaticitatis cõfortat spiritum qui in corde est:nocumentum uerò frigiditatis & humiditatis ipsius est secundum quid , & temperatur croco, & cinnamomo.

De litera. O.

Oua. Olibanum. Ozymum.

De ouis.

OVa quamuis a[medicina]non sint, ad confortationem cordis tamen recipiuntur,ipsum enim valde confortant , uitella b [videlicet:] dummodo tamen accipiãtur ex ouis volatilium,laudabilis carnis,sicut gallinæ,& perdicum,& starnæ,& phasiani.Ista enim uitella tẽperatæ complexionis sunt : quibus tria conueniunt,scilicet uelociter in sanguinem transmutari: & parum superfluitatis post transmutationem relinquere,& sanguinem generare cõformem sanguini,quo nutritur cor:.s.subtilem,& clarum.pellitur ergo festinãter ad ipsum.Et idcirco præcæteris nutrientibus conueniens est in dissolutione substantiæ spiritus,& diminutione materiæ ipsius,sanguinis.s. cordialis.

De Olibano.

OLibanum calidum est in secũdo gradu & siccum in primo . Estque cõfortatiuum vitalis spiritus & animalis:& proinde confert hebetudini,& obliuioni : cuius inquam operatio conformis est operationi been, a [nisi quia eo debilius est in cõfortatione cordis, & maioris aromaticitatis.& propter theriacitatem,quę in ipso est,] prodest fumus eius in pestilentijs.

De ozymo.

OZymum est basilicon,de quo superius est dictum:minus autem est melissę in iudicio simile,excepto quod est ea calidius modicum.

De litera. P.

Polypodium. Pyra. Peonia.

De a [polypodio.]

b [POlypodium]lætificat,non per se,sed per accidens: euacuat enim a corde, & cerebro,& corpore toto c [melancholiam.]

De pyris.

PYra quidem habent aromaticitatem & stypticitatem atq; soliditatem substantiæ: quæ inquam ad frigiditatem declinãtia, habent virtutem confortandi cor: & adiuuant eam quæ dixi-

diximus. Matiana tamen ad hoc meliora sunt eis.

De pęonia.

PAeonia a † [ ] temperata est in caliditate & frigiditate, fortē habens siccitatem, & stypticitatem, cum subtilitate. quę in quam, omnia proprietatem ipsius adiuuant in cõfortatione spiritus animati, et expulsione superfluitatum a cerebro, cum potentia, quam habet educendi melancholiā, & phlegma ex illius substātia tantū: a cuius proprietate adipiscitur cerebrum potentiā resistendi eorum receptioni. Videtur etiam illi conuenire vniuersaliter impressio in corde, quamuis non recitetur.

De litera. R. Rosa.

De rosa.

ROsa a [imperfectæ commistionis est in eius substantia,] sicut diximus de myrto. Est.n. in ea substantia cuius complexio frigida est in secundo, & substantia cuius complexio calida est in primo. Et est in ea substantia lenitiua, & humectatiua, & substantia inspissatiua & sicca. Conuenitque cum aromaticitate sua substātię spiritus. & propriè quando supercalefactus extiterit, confert enim ei tunc sua frigiditate, ac solidat ipsum cum sua stypticitate; propter qđ valde proficit & syncopi, & cardiacæ, a † [ ] quādo paulatim deglutitur aqua ipsius. Estque cunctis visceribus conferens.

De litera. S.

Sericum. Stæchados. Spodium. Sandalus, Secacul.

De serico.

SEricum ex fortibus lætificantibus est: excellentius tamen est crudum. Sed quandoq; cadit in vsum coctum, potissimè si non fuerit tinctum. Est autem calidum & siccum in primo: & a [insunt ei subtilitas, & raritas, & paruitas, atque fulgor, & proprietas lętificandi, & cõfortandi cor, ad quod iuuatur prædictis, unde dilatat spiritum, & solidat, & abstergit, & clarificat, & illuminat:] nec tamen eius confortatio tantum vni appropriatur spiritui, b † [ ] sed est potius conueniens substantiæ spiritus cuiuslibet, ita ꝙ cõfert spiritui animato: quod patet ex eo ꝙ visum confortat, si oculi ex ipso collyrizentur: patet etiam propterea quia confert memorię. Et ꝙ spiritum præterea confortat qui existit in hepate, quod impinguatio manifestat: planum est aūt ꝙ nō impinguat, propterea ꝙ tēperet corpus. relinquitur ergo ꝙ facit hoc, quia confortat spiritum naturalē ad nutriēdi actionem perfectius causandam. vtimur etiam eo c [sine represione.]

De stæchados.

STęchados arabicū calidum est in primo, siccū in secūdo; inest aūt ei proprietas educēdi humorem melancholicum, & propriè ex cerebro, & ex corde. unde etiam lætificat. & confortat cor depurando substantiam spiritus in cerebro, & in corde simul a melancholia: habetque stypticitatem modicam, & idcirco substantiā spiritus a [in corde consolidat.] videtur etiam quòd propter hoc proprietatem habeat cõfortandi cor: propter quæ b [vehementer confert in uenenis pūctionum & morsura & ad cõfortandum cor, & ad corroborandum] memoriā.

De spodio.

SPodio inest proprietas confortandi cor, & lætificandi. Confert multum cardiacæ, & syncopi calidis: cuius proprietatem stypticitas adiuuat. a [complexionaliter autem est frigidum] in secundo. In complexionibus frigidis tēperatur cum croco, uidetur quòd lætificet, & confortet causando luminositatem, & soliditatem in spiritu.

a B. in complexione calida in frigidatio eius autem est.

De sandalis.

SAndalus habet proprietatem lætificandi, & cõfortandi cor, quam quidem adiuuant aromaticitas, & stypticitas: & a [illius subtilitas. Estque complexio eius frigida, quamuis albus frigidior sit et minus siccus. omnes tamē in his qualitatibus perueniunt ad secundum gradū.]

a B. subtiliatio subtilis in eo, frigiditas autē eius non adiuuat nisi in complexione lapsa a natura in caliditate, & cibus ex eo est uehementioris frigiditatis, & est in secundo & siccitas eius est minor quam siccitas rubei quæ est in secundo etiam uerum siccitas albi est in principio eius, & siccitas rubei in fine ipsius & spiritus acquirunt ex eo motum dilatationis cum soliditate ipsorum.

De secacul.

a [SEcacul quidem est secundum ueritatem frigida, ut fertur, propter subtilitatem, & caliditatem, & humiditatem] addit in uirtute spiritus.

a B. Opinatur quòd secacul ꝓpter suam calefactionem.

De litera. T.

Terra sigillata Tamarindi.

De terra sigillata.

TErra sigillata temperatæ complexionis est in caliditate & frigiditate, conformis a † [ ] humanæ complexioni: nisi quia eius siccitas maior est humiditate ipsius: habetque humiditatem cum sua siccitate uehemēter commistam. Et propterea insunt ei uiscositas, & b [confortatio.] quia uerò maior est siccitas in ea, idcirco cum illis inest etiam eidem c [abstersio.] Habet ēt proprietatem mirabilem lętificandi, & confortandi cor cum theriacitate d [manifesta,] propter quod cunctis obuiat venenis: ita, quòd, siue bibatur ante uenenum, siue post, naturam e [sustinet] & confortat ad expellendum ipsum. Videtur etiam quòd insit ei proprietas illuminandi, & temperandi spiritum. Adiuuant autem uiscositas, & stypticitas quæ in eo sunt. Etenim soliditatem & continuitatem auget spirituum, propter quod fortius lætificat, & confortat.

a † B. valde.
b B. conglutinatio.
c B. exuccatio.
d B. absoluta.
e B. inclinat.

De tamarindis.

TAmarindi frigidi sunt & sicci in secundo: de quibus opinio est, quòd cõfortant cor: videtur tamen quòd illud propriè sit in habentibus malam cõplexionem ad naturam cholericam declinantem. Etenim temperant infrigidando, et a cholera mundant cum uirtute solutiua quam habent.

De litera. V.

Vsneæ.

De usnee.

VSnee calida est in primo, sicca in secundo: quæ propter sui aromaticitatem conueniens est substantiæ spiritus a [quam ēt soliditate, & stypticitate consolidat & confortat de facili, &] penetrat ꝑ sui subtilitatem. Et idcirco confortatiua est cordis, & cardiacę conferens.

a B. & sui cõfortatione & stypticitate condensat ipsū & ad ipsū.

De litera. Z.

Zedoaria.

De a [zedoaria.]

b [ZEdoarium] utrunque calidum est & siccum in tertio: in quibus etiam inest cum subtilitate stypticitas, & c [conuenit eis

cum

a B. zurumbet & zarneb.
b B. zurumbed & zarneb.
c B. & confortatio cordis & inest ei proprietas lætificandi & cõfortandi cor & videtur quòd ipsa inzurumbet sit multo plus quā in zarneb,

cum proprietate & aromaticitate cor cõfortare: adiuuatq; stypticitas & subtilitas Sed in domestico quidem fortior est confortandi proprietas & aromaticitas etiã: poniturq;] in magnis theriacis. Et quoniam vehementer conuenit substantiæ spiritus; idcirco confortat spiritum in hepate existentem, adeo quidem vt inter impinguantia computetur.

quoniam uidetur quòd zarneb lętificet & confortet cor causa naturæ suę, & qualitatis suæ plus quam causa proprietatis suæ, & illa natura eius est aromaticitas, quæ est in eo, & stypticitas eius cũ subtilitate. Sed in zurũbed operationes sunt propter proprietatẽ ipsius fortem, quam adiuuat stypticitas eius & subtilitas eius, & ipsum ponitur.

De differentibus modis lætificandi, & confortandi repertis in medicinis. *Cap.* 4.

DEterminatis nostræ intentionis sermonibus in medicinis simplicibus cordis, a modo loquemur de compositis medicinis. Et primo de mythridato, & theriaca magna: nulla n. compositarum medicinarum ęquiparatur eis in [a] [temperãdo] complexionem humanã, & conferendo ei [b] [ac lætificatione] cordis, & ablatione tristitiæ: nec non in obuiando venenis, ac morbis venenosis. Ambarum. n. medicinarum aliquid est notum: aliquid verò ignotũ. Notum autem est quod eis aduenit ex simplicibus. ignotum verò quod eis aduenit post cõmistionem. Exemplum aũt primi est, sicut si dicamus nos scire theriacam & mythridatũ ueneno thiri, & scorpionis conferre, propterea quia in eis reperiuntur medicinæ conferentes ad illud. Et [c] [similiter tamen propter hoc dicitur cõferre cardiacæ, aut debilitati virtutis existentis in hepate.] Exemplum aũt secundi est, vt dicamus, quod nobilior operationum ipsarum est quæ prouenit vtrisque post commistionem à natura conuenienti valde naturæ humanæ, ad quam quidem suscipiendam complexio pręparauit eam, & eius ẽt principium ab extrinseco est. Nos autem ignoramus causam [d] [inuentionis quantitatum medicinarũ simplicium proportionatarum ad hanc dispositionem in eis,] quemadmodum ignoramus in cæteris. [e] [In eis ẽt similiter accidit &] quæ non artificialiter; sed naturaliter componuntur. Sapientes autem speculatores præcisè determinant quod directio [f] † [ ] ad compositionem istarum medicinarũ processit ab inspiratione ac prouidentia diuina: aut a re inspirationi simili. Etenim deductio rationis non pertingit efficaciam compositionis ipsarũ: sed attingit ex ipsa compositione quam narrauimus pauloante. Quod si tota operatio theriacæ, procederet ex parte simplicium & non ex parte dispositionis quam sua cõplexio præbet, esset vtiq; recẽs efficacior & vtilior fermentata, cuius contrarium tamen est. Recens. n. pauci iuuamenti est: & illud quidem iuuamentum quod ei ex sua proprietate conuenit, non inuenitur sensibiliter apprehendi, nisi in fermentata: perficitur aũt fermentatio ipsius secundũ modernos in x. annis secundum Gal. tamen in annis. xx. secũdum diuersitatẽ caliditatis, & [g] [siccitatis] regionum, ac climatum. Et apud aliquos modernorum speratur eius iuuamentum post sex mẽses. Verum tamen nec apud nos nec apud Gal. demõstratio est in hoc prædecessores autem. Galeni dicũt hanc proprietatem in prædictis ambabus medicinis necessario peruenire post uehementem commistionem, & [h] [fermentationem proprietatum congregantem simpliciũ proprietates: illis tamen debiliorem esse. Timebant. n. nihilominus quod commistio amputaret prædictas [i] † [proprietates.] Sed reuelatio ac diuina prouidẽtia perduxit [k] [ad illud: postquam verò examinata fuerit earũ cõplexio, examinare cępit timida existimatio,] & verificata est opinio veritatis. Rursus autem imperiti medicorum credũt in theriaca, & mythridato esse excellentem caliditatem: & idcirco respuunt ex ipsis dare quãtitatem medij aurei: nec tamen dubitant de diacymino, & diatrionpipereon quatuor aureos propinare, quũ tamen concludat perscrutatio rõnis, quod in hac dosi istarum † [ ] confectionũ multo etiam amplior sit caliditas, quàm in dosi prędictarum, etenim in medio aureo [m] [vtriusq; prędictarum sunt. ʒ. j. s. mellis, & ʒ. iij. s. medicinarũ: secundum quam quantitatẽ acquiritur mellis virtus.] Sũt in ea præterea medicinę infrigidantes: inter quas opium est habens sufficientẽ frigiditatem, quæ [n] [inquam rei fermẽtatæ communes sunt.] In re aũt fermentata [o] [duplatur] virtus quæcunq; sit illa, siue caliditas siue frigiditas, [p] [quum. n. in substantia humida conficitur, fermentatio auget caliditatem, theriaca autem uera recipit fortius, quàm recipiant supranominatæ confectiones.] Et idcirco uirtus ipsius quamuis æqualis esset virtuti alterius prædictarum; nihilominus existit fortioris impressionis, ut dictum est. Veruntamen nullus supradictorum vehementi audacia subito prorumpit in administrando theriacam, sicut in confectionibus alijs: in ambabus. n. prædictis primæ duæ intentiones reperiuntur, dum fuerint fermentatæ, nec tamen uti respuunt fermentatis, sed abstinent ab usu ambarum recentium. Sed huic audaciæ simile quid habent [q] † [ ] operatores huius qui ministrant pilulas cochias [r] [infętidatas & hermodactylos, et euphorbium.] & respuunt dare hieralogodion, & hieram Archigenis: quum tamen in his exsiccantes medicinę minoris existant ponderis, & plures medicinæ ... ribus reprimẽtibus coæquentur. Postquam tamen considerationem diligenter adhibuissem, computando existimaui caliditatem mythridati & theriacę, inueniq; caliditatem theriacę citra in fine secũdi, & mythridati caliditatem, citra aliquantulum: [s] [quamuis sua componẽtia fortiora sint & maioris etiam ponderis. Sed existimatio persuadet, quod complexio per fermẽtationem adipiscitur caliditatem uehementẽ venientem ab extra: quod quidem syllogisticè cõprehẽdi non põt, sed solummodo existimatione artificiali & experimentali. Experimentum aũt ostendit nobis theriacam & mythridatum minus notabiliter calefacere corpora nostra quã diacyminũ & dietrionpipereon.] Opera uerò fortiora & nobiliora, quæ qdem ex theriaca et mythridato procedere cernimus manifeste, nõ ex vehementia caliditatis, aut frigiditatis ipsorũ: . s. procedunt, sed ex nobiliori proprietate, quam ex propria tam proprietate simplicium, quam ex proprietate eis ab extrinseco data. Sic igitur ex prædictis relinquitur manifestum, quod theriaca, & mythridatum non imprimunt, quemadmodum opinati sunt quidam calefactionẽ, & adustionem, quas aliæ vsuales medicinę seu confectiones nõ imprimunt. Hoc autem tẽperatæ complexio-

a B. conuenientia ad.
b B. in confortatione.
c B. nos scire theriacã & mythridatum confortare cor & hepar propter medicinã in eis existentem cuius proprietas est facere illud.
d B. quare ista proportio quæ est inter uirtutes medicinarũ simplicium & ponderum ipsarum necessitat istam dispositionem uel præparationem ad suscipiendam uirtutem seu proprietatem theriacæ.
e B. similibus.
f † B. seu cognitio.
g B. frigiditatis.
h B. iam sperat quod accidat in eis post fermentationem & complexionem proprietas aggregans proprietates simplicium debilior tamen eis.
i † B. simplicium
k B. hominis ad illam faciendam. ... quam autem ... perta est inuenta est fortior ... quod ab antiquis dictum est.
l B. dearum.
m B. Alia litera theriacæ & mythridati sunt ...

plexionis quādo vtitur altero ipsorum tēpore temperato aut frigido,& in quantitate ēt moderata nec minus frequenter, [t] [prosunt ei ad confortationem cordis maximo iuuamento,] & conseruat sanitatē in ipso,atq; securum efficit [u] [ab incursu pestilentialium accidentium,] & a prauis humorum motibus,atq; læsionibus obuijs uenenorum,cunctasq; uirtutes eius corroborat, & vitæ longitudinem præstat ei. Qui uerò calidæ complexionis existit [x] † [ ]& in calida regione,nec istis, nec etiā alijs confectionibus calidis uti debet,nisi in necessitatibus manifestis.[y] [Præterea ex c.mythridati & theriacæ sunt] diamuschus amarus, & dulcis:sed amarus quidē conueniens est temperatam habentibus complexionem, aut frigidā: dulcis aūt habētibus calidam. Cęterum diamuschus in lætificando non multo debilior est q̃ theriaca: [z] [in confortatione tamen cordis ea moderatè debilior est:in cōfortatione quidē] cęterorum membrorum multo debilior est ipsa. [a] [Amplius aūt impressio eius in corde lætificatio est,& uiuificatio ipsius.] Insuper autem utilitas,quæ in morsibus,& pūcturis est minor est quā eius utilitas in uenenis bibitis. Theriaca uerò, & mythridatum ad omnia prosunt: Potest autem diamuschus amarus sic temperari,videlicet,vt accipiantur ex eo aur.x.& ex succo matianorum dulcium, & granatorum dulcium,& cydoniorum dulcium,an.aur.l.& coquantur simul usq; ad spissitudinem,post hoc verò poterit eo vti calidam habens complexionem.Quòd si utens ualde cali da cōplexione extiterit,fiat illud cum succo [b] [acedulæ] & citri acetositate. sitque dosis quantitatis, vt dosis. s. diamuschi cum adiūcto saluetur: sicut si dosis succorum huius sit aur. iij. aut.iiij.tanta quidē diamuschi adiungatur ꝙ repressa excellēti qualitate ipsius prodesse possit secundum sui proprietatem.Et similiter intelligendum est in cæteris lętificantibus tam magnis,quā paruis.Cōfectio uerò [c] [profectus,]quam Alchindus cōposuit,utilis est ualde melancholici cordis debilitati ex morbo melancholiæ: amplius autē confert purificando quam confortando. Diamuschus uerò & lætificans confectio manifestius confortando præstat iuuamentum quàm purificando:& idcirco [d] [confectio profectus conuenientior est] tristitię melācholicę & ipsi melancholiæ.[e] [Diamuschus aūt & cōfectio lætificans potius cōueniunt syncopi & cardiacę passioni.] [f] [Ex medicinis aūt,quæ huic passioni conueniunt,sunt illę quas nos fuimus experti,& quarum compositio fuit inuenta post tēpus compositionis memoratū:ex quibus[g] una est oxyzacara,quam] nos cōposuimus patientibus tristitiam melācholicam,& [h] [epilepsiam: quorū morborum causam emendat suauiter, atq; digerit; præterea leui solutione euacuat,] Recipe epithymi. ʒ.x.polypodij. ʒ. vj. buglossæ ʒ.xv.thymi hyssopi,chamępytios,omnium an. ʒ.iiij.capillorū veneris.ʒ.v.turbith.ʒ.vj.[i] [utriusque ozymi,seminis melissæ,zedoariæ,been albi,& rubei,folij,spicæ nardi]cardamomi, omnium an.ʒ.iij.s. [k] † [ ] cuscutæ, sem.endiuię radicis eiusdē [l] [radicis lilij] an.ʒ.xii.zucc. rosaceum ad pondus omnium. Supradicta igitur omnia [m] [in purissimo & fortissimo aceto remolliātur]per diem & noctem. [n] †[ ]In crastino uerò adiungātur toti.lib. [o] [vij.]aquæ mundissimæ,totumq; suauiter decoquatur vsq; quo redeat [p] [quasi] ad medietatem aceti. [q] [ꝙ si zuccarum rosaceum non suffecerit dulcorare tantum ut in his remaneat sapor zuccari ad hoc sufficiens, sunt addēda.]postea uerò ab igne depositū seruetur:sit autem dosis eius a ʒ. xv. ad xx. ꝙ si recipiatur x.diebus continue,manifestabitur eius iuuamentum in his,in quibus fuerit multa materia melancholica.Si uero modica fuerit materia,sed membra principalia tamen disposita sunt ad hoc ut [r] [ ]humor generetur in his, & illa modica ipsius quantitas in lacertis maneat,& arterijs,& uenis, tunc experti sumus in tali casu syrupum, cuius dispensatio talis existit. Recipe sem.endiuiæ,& seminis melissæ, [s] [ozymi minoris,omnium an.ʒ.xx.radicum lilij.ʒ.v.buglossæ.ʒ.xxx. foliorū melissæ. ʒ.xv.polypodij,marathri, omniū an.ʒ.vj.] omnia hæc coquantur in [t] [septuplo] sui de aqua,& duplo sui de succo matianorum dulcium, vsq; quo sui tertia remāserit pars:postmodum coletur, & colaturæ addatur zuccarum,& syrupizetur ad modum iuleb:uel pōt fieri ad modum syrupi acetosi secundum mensuram decoctionis.[u] † [ ]Confectio alia nobilis ualde,quam experti sumus in forma electuarij:& ēt trochisci. cui addidi & subtraxi secundum diuersitatem complexionum:prodest.n uehementi iuuamine cordi ad confortandum.Recipe margaritarum,Karabe,coralli,omnium an. aur.i.s. serici crudi,cancrorum fluuialium adustorum, omnium an.aur.i.& s.buglossæ ʒ. v. limaturæ auri [x] [ʒ.i.seminis] melissæ,ozymi utriusq; an.ʒ. iij.been albi & rubei,ligni aloes, lapidis armeni,lapidis lazuli loti,masticis,casiæ ligneæ, cinnamomi [y] [alitinij,] croci, [z] [nucis muschatæ, cardamomi minoris,cubebe,]omnium,an.au. i.epithymi.ʒ.ii.& s.stæchados [a] [arabici]ʒ.iii.[b] [ambræ]aur.j. quod si non inueniatur, ponatur loco ipsius [c] [duplū zedoariæ] doronici [d] [romani aur.ij.seminis endiuiæ.ʒ.v.seminis cucumeris.ʒ.iiij.mannæ.ʒ.decem,rosarum rubearum.ʒ.iij.muschi. ʒ.ij. camphoræ aur.j. ambræ aur.i.spicę nardi,folij,amborū an.ʒ.ij.Hæc igitur sunt radix,& firmamentum: & fiunt inde troch.cum melle:pręparatur autem quandoq; secundum exigentiā temperatę complexionis, & tunc nulla fit in eo mutatio.Quandoq; uerò præparatur habenti malam complexionē calidam,aut malam cōplexionem frigidam, & tūc secundum exigentiam cuiusq; fit in ea mutatio. fiant ergo trochisci ad pondus unius aurei, cum triplo sui de melle optime despumato.Si uerò fermentari debeat propter conseruationē, & post fermentationem usui reseruari, expedit ut addantur opij.ʒ.v & castorei puluerizati tātundem:quibus appositis non usui ministretur nisi post sex menses. Si cui aūt dominetur mala complexio calida, expedit ut crocus, & muschus ad medium aurei reducantur: & subtrahatur epithymum, uice cuius ponantur.ʒ.v.fumiterræ,& iiij.ʒ.senæ: addanturque ros.ʒ.xviij.seminis portulacæ,& spodij.ʒ. j. seminis

m B.infundātur in aceto forti & puro.
n † B.& sit quātitas aceti tanta quanta supradicta cooperiātur seu remolliātur
o B. v.
p —— B.
q B. & si fuerit aqua plus erit cōuenientius deinde coletur acetum & proijciatur super ipsum zuccari q̃titas qua fiat muzi saporis & inspissetur.
r † B.iste.
s B. ozymi gariophyllati,radicis ireos.ʒ.v.buglossæ ʒ. xxx.radicis liquiritiæ. ʒ. x. polypodij sem. fœniculi. Alia litera melissæ. ʒ.xv.radicis liquiritiæ ʒ. x. polypodij sem fœniculi. omniū an.ʒ.vii.
t B. sextuplo.
u †B.primæ.
x B.danich duo hiacynthi contriti.ʒ.i. sem.ozymi gariophylati & sem.albedarungi &.
y —— B.
z B.heilbua cardamomi maioris cubeb macis.
a —— B.
b B. giedu .r.
c B. zurumbet aure.ii.
d —— B.

minis lactucæ. ℥.ij. sandalorum ℥.iij. cæterę uerò medicinę remaneant sicut prius,& fiāt trochisci sicut diximus [e] [cum melle optime despumato. [Cui verò mala complexio frigida dominatur, expedit adiungere medicinis prædictis corticem nucis muschatæ, & corticē citri, & xylobalsami, atque piper, & zingiber: ex uno quoq; videlicet ℥.i. castorei. ℥.ij. & subtra he de camphora medium aureum. Habens etiā malam complexionem calidam, sumat [f] [dosim] ipsius cum aureo spodij, & [g] [sapa] matianorum. Qui frigidam autem habent complexionem, [h] [cum ℥.j. castorei.] Iam autem cum hac medicina curauimus quosdam circa principium de melancholia vergente in maniam, quæ lupinum dæmonium appellatur. & adiunximus dispensationi temperatæ. ℥.j. hiacynthi [i] [rubificantis,]& splendidi, & perfecte puluerizati: & adiuti fuerunt maximo iuuamēto post desperationem. Compositio autem propria [k] † [ijs] qui propter malam complexionem [l] † [ ] labuntur in cardiacam, & cordis debilitatem, est ista. Recipe seminis lactucæ, & melonis, & cucurbitę, & cucumeris mundatorum an. ℥. quinque seminis portulacę. ℥.iiij margaritarum, coralli, karabe [m] [cācrorum fluuij adustorum, serici crudi, omniū an. aur. i. sapæ, olibani aur. j. Si uero non inueniatur, loco ipsius ponatur ij. aur. ligni eius, ligni aloes, zedoarię, doronici, been albi et rubei, an. ℥. duas] spodij, cardamomi minoris, ana. ℥. tres, rosarum rubearum mundatarum à capulis & in umbra exsiccatarum. ℥. sex, croci, aur. s. camphoræ uehementer contritæ cum x. sui de muscho, & sexta sui de ambra aur. j. s. buglossæ aureos quinq;. Ex omnibus supradictis fiāt trochisci cum sapa matianorum, & cydoniorū, & malorum granatorum: his inquam sapis ęqualiter acceptis secundum quantitatem cōfectioni sufficientem. Ad illud etiam iuleb ex succo buglossæ, cum tātundem succi endiuiæ, & quadruplo sui de succo matianorum, & duplo de aqua rosacea, & sexto totius de albissimo zuccaro, quæ inquam suauiter decoquantur vsq; ad spissitudinem. Et fit iterū iuleb ex folijs melissæ coctis ī aqua rosacea, donec receperit uirtutem ipsorum: Aut ponitur succus eius in xxxiiij. sui de aqua rosacea. hoc enim proficit cunctis patientibus cordis debilitatem, potissimè si [n] [addatur ita, videlicet ꝙ si fuerit sicca cum ea coquatur in aqua rosacea: si uerò recēs, commisceatur illi succus illius.] Quòd si complexio vehemētis caliditatis extiterit, diminuatur succus melissæ, & augeatur succus buglossæ, [o] † [ ]quantitatibus existentibus æqualibus. † [ ]

De medicinis solutiuis ægritudinum cordis. Cap. 5.

Evacuatio autem conuenit in melancholicis uti post digestionem. & ipsarū lenitionem. Si [a] [uerò] in toto corpore abundauerit humor nociuus, totū corpus incipiemus euacuare. Id autem quo euacuatur, conuenientius est, ut dissoluantur. vi. ℥. hieralogodion in xx. ℥. decoctionis epithymi factæ secundum hanc formam. Recipe epithymi. unc. j. vuarum passularū unc. ij. coquantur in duabus lib. aquæ tātum, donec possit ex colatura extrahi inde solummodo pondus xxx. drac. Quòd si cum hoc non euacuetur, fiat decoctio epithymi nota: aut cum ix. drac. recentis epithymi [b] [Cretensis ut in supra rememorata oxyzacara dissolutis, nisi fortis dysenteria timeretur. & digeratur cum iuleb, quod post prædictam oxyzacarā superius scripsimus.] Ex pilulis autem fortibus, ad hoc congruentibus sunt huiusmodi. Recipe hieræ picræ, epithymi an. drac. ij. polypodij, stęchados arabici, agarici an. drac. s. pulpæ coloquinthidæ quartam partem unius drach. scammoneæ, bdellij, salis [c] † [ ] ana gra. v. Alię uerò nobiliores prædictis sunt hæ. Recipe picræ, epithymi, stæchados arabici ana drac. s. lapidis lazuli, lapidis armeni, ablutorum, agarici, pulpæ coloquinthidæ, salis [d] † [ ]ana quartam partem unius drac. ligni aloes, masticis [e] [myrrhæ] ana gra. v. ellebori gra. ij. & s. scāmoneæ, gra. iiij. Scias autem quòd in decoctionibus ellebori dosis est [f] [drac. j. in pilulis autem gra. ij. s.]& quum nihil noceat, actionem medicinæ confortat. Si uerò phlegma melancholiæ iungatur, tunc fiat euacuatio cum huiusmodi pilulis. Recipe epithymi, turbith ana drac. i. thymi, pulpæ coloquinthidæ, agarici, lapidis armeni loti, ana drach. j. quartam scammoneæ, salis naphthici, stæchados arabici, ana gra. v. ellebori gra. ij. s. fiant pilulę cum succo porrorum. In pilulis autem, quæ infra prædictas sunt in virtute, non oportet permutari cōpositionem, aut medicinas: sed sufficit uariare dosim secundum existimationem artificialem à medietate usque ad duas tertias. Quum autem euacuatio corporis non intenditur, sed partium solummodo, ut cordis, aut capitis, tunc conuenientius est uti pilulis [g] [quas dicemus. Si ergo fuerit complexio melancholica pura, & propria.] Recipe epithymi, myrobalanorum Indorum ana par. i. hieræ picræ partē unam & mediā, stæchados arabici par. i. duas tertias, ellebori nigri partis unius sextam, masticis, ligni aloes crudi, polypodii, lapidis armeni loti, pulpæ coloquinthidæ an. partis. j. tertiā: hæc omnia conficiantur cum succo matianorum, & fiant inde pilulæ ad quantitatem ciceris, ex quibus sumatur à drac. j. usq; ad aure j. de nocte cū uino: de die uerò ante gargarizetur [h] [oxyzacara minoris decoctionis.] Cui verò complexio phlegmatica & melancholica fuerit. Recipe turbith, agarici, epithymi, Kebuli, stęchados [i] [arabici, ana partem. j. s. aloes partem. j. & s. ligni aloes partem mediam.] fiant pilulæ sicut prius. Cui autem complexio melancholica & cholerica fuerit. Recipe turbith, epithymi, senę, fumiterræ, an. partem j. & tertiam cius. rosarum partis unius duas tertias, fiant pilulę sicut prius.

Hęc sunt ergo, quę inquātum potuimus, sub compendio prescripsimus in sermonibus medicinarum cordialium, finē huic operi imponentes cum laude Dei, qui uirtutem largiri dignatus est opusculum terminandi. Amen.

FINIS.

e—B.

f B. medietatē dosis.
g B. rob
h B. sumat dosim eius cum danich vel cū sexta parte ℥. i. alrith id est affe dulcis.
i B. rubei.

K † B. habentibus complexionem calidam.
l † B. calidam.

m B. omnium ana. aur. ii. sandalorum aure. i j. rob alkedar & si nō inuenitur ponatur ligni al Kedar aur. iij ligni aloes, doronici, zurumbet, beē albi, omniū an. ℥. ii. cancrorum fluuialium adustorum serici crudi incisi, omniū an. aur. i

n B fuerit cum eo buglossa ita quod si fuerit sicca decoquatur in aceto cum aqua, & tunc misceatur succus eius cum succo ipsorum.
o † B. & si non ponatur ex eis.
p † B. & fiat ex hoc iuleb.

a B. enim. Alia litera si abundauerit.

LIBEL-

LIBELLVS AVICENNAE DE REMOVENDIS NOCVMENTIS,

Quæ accidunt in regimine ſanitatis, ſcilicet ex errore vſus rerum non naturalium,

Traductus ex Arabico in Latinum, per Andream de Alpago Bellunenſem, Phyſicum Damaſcenum.

PROOEMIVM AVICENNAE.

PRINCEPS Mahamet Alſcheli omni virtute clariſſimus, amatorque omniũ ſcientiarum animaduertens medicos in ſuis codicibus ſumma cum diligentia commemoraſſe res homini nociuas in vniuerſali, & cauendas pro conſeruatione ſanitatis: remedia verò nocumentorum ex vſu rerum prædictarum accidentium ab ipſis medicis prætermiſſa fuiſſe, atque ipſos in hoc maxime defeciſſe; rogauit, vt ego Auicenna huic defectui ſupplerem, & libellum componerem de remouendis nocumẽtis accidentibus ex illis rebus nociuis: vt ſiquis aut ex appetitu inordinato, aut re cogente: aut alio quouis modo rebus prædictis vſus fuerit, a nocumentis ipſarum abſolui valeat. Quam quidem petitionem quum iuſtam, & utilem eſſe conſpicerem, ſtatui voluntati Principis pro mutua beniuolentia, & pro immenſis ſuis beneficijs in me collatis ſatisfacere[illegible]: & compendium hoc compilare: in cuius tractatu primo ſpecies errorum in regimine rerum non naturalium, & rectificationem ipſarum ſecundum modum uniuerſalem commemorabo: poſtea in alijs ſex tractatibus magis diſtinctè procedens remedia nocumentorum ſupradictorũ ad Principis deſiderium pro viribus deſcribere conabor. Et Deus ſit dator auxilij.

TRACTATVS PRIMVS.

De ſpeciebus errorum accidentium in rebus non naturalibus, & de æquatione ſeu rectificatione ipſarum ſecundum modum uniuerſalem. Cap. 1.

INCIPIENDO ergo dicamus, q quia ſanitas ſequitur æqualitatem complexionis, & æqualitatem compoſitionis, ſicut declarauimus in libris vniuerſalibus. Ideo conſeruatio ipſius ſanitatis fit cum æquatione rerum, & cum abſtinentia corporis à multis rebus. æquatio verò rerum eſt, ſicut æquatio cibi, & potus, & æqualitas ſomni, & vigiliæ, & æqualitas motuũ corporalium, & animalium, & contemperantia quietis, & ocij, & æqualitas eius, quod euacuatur, & eius, quod retinetur. Abſtinentia verò humani corporis a rebus eſt, ſicut abſtinere ab eo, quod cõtundit, & frangit, & quod incidit, & quod congelat, & ab eo quod aſſat, & quod adurit, & ab eo quod putrefacit, & ab eo, quod generat malitiam cõplexionis pernitioſam frigidam, aut calidam, & ab eo, quod contrariatur complexioni cum proprietate. Et propterea quòd vnumquodque iſtorum prædictorum eſt genus commune, ſub quo ordinantur ſpecies diſtinctæ per differentias, & ſpecies diſtinctæ per proprietates, neceſſarium erit nobis ipſas dilatare, & multiplicare, & numerare ſpecies egredientes a termino quem diximus, & numerare, quæ accidunt de vnoquoque errore in vnaquaque complexione & quæ opponuntur vnicuique illorum. Et nobis conueniens eſſet, ut manifeſtaremus hoc ſecundum viam diuiſionis logicalis: verum intentio noſtra in hoc libello, ſicut eſt quæſitum, eſt abbreuiatio, & utilitas operandi, non utilitas ueræ ſcientiæ, & conuenit nobis, quòd alienemus hic ſermones in eis, quorum rememoratio ab antiquis diffuſe, & ſufficienter tradita eſt. Quare nos non adducemus hic ea, quæ alienari debent, ſed erimus occupati circa ea, quæ rectificant, & remouent nocumenta. Quia enumerabimus nunc ſpecies errorum cadentium in eis non ſecundum ſemitam diuiſionis, ſed ſecundum ſemitam compilationis, & aggregationis ſecũdum modum uniuerſalem: poſtea ſuccedet diſtinctio, & ſermo particularis in unoquoque capitulo. Et nos incipiemus ab aeris contemperantia. Et aer quidem in libris medicorum accipitur pro aere communi, & pro aere particulari, & cõmunis quidem eſt aer omnibus communis: particularis autem eſt, ſicut aer balnei. Et ſermo quidem de balneo ingreditur in ſermone de aere. Verùm nos incipiemus de aeré communi. Dicamus ergo, quòd rectificatio aeris, & eius contemperantia completur cum contemperantia ipſius in calore, & frigore, & contemperantia ipſius etiam in humiditate, ſicut oportet fieri in locis maritimis, & in ſiccitate, ſicut oportet in locis campeſtribus, & petroſis, & aridis: & montuoſis, & contemperantia, & rectificatione ipſius aeris in permutatione de calore ad frigus, & de frigore ad calorem, ſicut eſt rectificatio in horis

autumni,& in ingressu balneorum; & contemperantia etiam aeris de fœtido ad odoriferũ, & de odorifero ad fœtidũ,& rectificatio,quando fit permutatio à septentrione ad austrum, & ab austro ad septentrionem, & rectificatio eius:etiam quando fit permutatio ex complexione regionis ad complexionem alterius regionis,& rectificatio putredinis aeris.s.pestilẽtialis: quando.n. pestilentia fuerit putredo aeris, oportet cauere ab eo, & ipsum euitare in hora anhelitus vel respirationis: & rectificatio aeris conculcati,& aeris commoti. Nam aeri firmo non commoto accidit alteratio aliqua declians aut ad similitudinem pestilentię ex putredine calida, quamuis non sit pestilentia vera, pestilentia enim non accidit nisi à causis alijs:aut declinans ad qualitatem frigidam, cœnosam,paludosam. Et ex aere quidem existente in motu continuo sequuntur etiam species nocumentorum in corporibus, sicut dicemus in capitulo suo.Non enim euacuatur, quin ex eo sequatur permutatio vaporum, & puluerũ malorum ex locis longinquis ad loca munda, vel ad habitationes mundas. In balneo uerò sunt capitula rectificationis,vel contemperantiæ ipsius: & eius quidem rectificatio est,ut ordinata sit ingressio in eo.s.ut non fiat subita & est rectificatio aquæ ipsius balnei.s.ut sit dulcis.quæ non sit calida valde, neque frigida, & rectificatio seu regimen morandi in ipso balneo,& regimen ordinis egrediendi ex ipso, & regimen ordinis administrandi fricationes, & vnctiones, & ablutionis in eo:deinde in eo alienentur motus fortes, & coitus,& cibus, & res fluidæ frigidæ actu,aut quæ sint fortis caliditatis in potentia. Et rectificatio seu regimen horæ ingressionis in balneum: .s.ut non sit super vacuitatem stomachi,aut super repletionẽ: & ut non sit post rem,quę cadere facit virtutẽ, vel quę valde debilitet virtutem,sicut motus laboriosus,aut euacuatio sanguinis, aut solutio ventris.aut coitus multus.Amplius,non sit festina egressio ab eo, imò prolongetur in eo statio seu mora, & sit assiduatio sudoris, & sedeat in loco calido. Iam ergo diximus de dispositionibus aeris, & de eius rectificatione,& de regimine balnei secundum modum vniuersalem.

Regimen uniuersale in balneo obseruandum.

Res in balneo alienandæ.

Hora ingressionis.

De regimine,seu rectificatione cibi in uniuersali. Cap. 2.

RECtificatio autem cibi aut est in quantitate,quando est plus,aut minus, quam debet:aut in qualitate.s.quando est calidior, aut frigidior, aut siccior,aut humidior: aut uehementer debilis substantiæ,vnde velociter putrefit, sicut lac, & aqua pluuialis, aut vehementer fortis substãtiæ[sicut,risum] & grana surgi:aut est cibus horribilis, sicut panis Almeli. i. panis male coctus super cineres:aut propter unctuositatẽ,sicut res plurimæ vnctuositatis: aut quia rancidum,sicut res habens vnctuositatem alteratam:aut propter acuitatem in sapore suo, sicut cæpe,& allia aut propter amaritudinem, si cut amygdalæ amaræ: aut propter acetositatẽ sicut acetum forte:aut propter viscositatem,sicut atherise.i.ferculum ex frumento fracti spissum sicut puls,& sicut pisces: aut propter asperitatẽ,& stypticitatem,sicut gobera, & nabach & citonia:aut propter lenitatem, sicut alfeludegi,& gummi:aut propter inflationem resultantem propter complexionem humidam, & siccam non bene permistam interius, sicut faseoli, & mora: aut propter inflationem causa humiditatis cum frigiditate, sicut lac acetosũ. Et est species rectificationis seu regiminis in ordine cibi, & aggregatione diuersorum ciborum adinuicem. Et error quidem in regimine est, ut post cibũ tardæ digestionis exhibeatur cibus facilis digestionis,& sic eius digestio præcedet,& retinebitur talis cibus a penetratione propter existentiam cibi tardæ digestionis sub ipso. Aut error committitur,si accipiatur aliquid lubricatiuum ante cibum tardæ digestionis,aut solutiuum cum eo,aut sumatur huiusmodi,ante,aut post cibum:aut sumatur aliqd exprimens vel comprimens post cibum, sicut citonia: aut sumatur aliquid retinens uel tardans in stomacho ante cibum,sicut coriandrum:aut sumatur adiuuans ad corruptionem cibo accidentem, sicut si sumantur allia super caules,aut caseus sup lac,acceptio n.unius illorum festinat ad corruptionem, & alterum ad caseationem.Et corruptio quidem ciborũ aggregatorum uel permistorum, aut est propter præparationem ipsorum ad putredinem: aut propter coagulationem, & malitiam, & propter moram in stomacho aut propter descensionem ita ut lubricet,aut exprimat uel cõprimat,aut soluat,aut modo alio.Et species corruptionis ciborum diuersorum aggregatorum uel permistorum, est dependens a proprietatibus ipsorum.Et ex speciebus rectificationis cibi est hora ipsius,& est,ut sumatur secundus cibus,quum iam descenderit primus,& ut sumatur cibus,quum iam uera fuerit fames naturalis,non accidentalis,& ęgritudinalis, sicut fames canina:& comedatur, quãdo iam egressus est ex stomacho humor, de quo timetur,ne ad ipsum conuertatur cibus,sicut quando comeditur mel existente cholera in stomacho, aut comeditur lac acetosum existente phlegmate in stomacho. aut comedatur cibus, quando est iam hora conueniens pro exercitio cibi præcedentis hesterni. Et est rectificatio eorum, quæ post cibum consequuntur, sicut consideratio,& regimen eorum,quę post cibum administrantur ex motu, & quiete,somno & vigilia ita,ut cibus non agitetur motu continuo,neq; incrudet ipsum quies continua post eius digestionẽ,& vigilia quidẽ est sicut motus:& somnus est sicut quies. Et ex huiusmodi capitulis est consideratio dispositionum animæ ex ira, & tristitia, & lætitia, & delectatione,& alia ab istis.Nam cibi calidi cum ira assumpti nocent, & cibi sicci cum tristitia nocent, & cibi humidi cum lætitia generant multitudinem humorum, & sunt augentes communiter humores quattuor,& similiter cibi frigidi cũ timore vehementi,aut lætitia superflua nocent,& similiter cibus multus cũ quiete nocet:& paucitas cibi cum motu ẽt nocet. Potus autem rectificatio,& regimen fit modis similibus istis prædictis,& potus quidẽ dicitur de aqua, & dicitur de eo,

Alia litera tubera

Alfeludegi cibarium ex amylo, zuccaro, & sabone.

de eo, quod inebriat, & dicitur etiã de robub, & de potionibus fructuũ: sed hic non est intentio nostra nisi de aqua, & de re alia. s. re, q̃ inebriat. Dicamus ergò, ꝙ rectificatio aquę aut est in quantitate ita, ut non sit supra quantitatem quæ oportet, aut minus, quã oportet: aut est in qualitate ita, vt ipsa aqua sit, & debeat esse subtilis, leuis ponderis, priuata sapore, & odore, recipiẽs calorem, & frigus velociter, & sit ex flumine currenti super lutum purum, aut super terrã dulcem uelociter currens, lõginqua a principio a quo oritur, discooperta soli, & uento; & si fuerit ex flumine maiori, est melior, & q̃d ipsa sit delectabilis in gustu, & sit velocis descẽsus ab ore stomachi, & ab hypochondrijs: & sit uelociter prouocans urinã & sudorẽ. Q̃d si ipsa aqua fuerit paludosa, in qua nascuntur cannulæ, aut sulfurea, aut aluminosa, aut uitriolosa aut ęrea, aut lithargyriosa, aut in ea fuerit uirtus alicuius mineralis, tunc facit possidere species ęgritudinis. Et melior quidem aquarum mineralium est aqua ferrea. Et de hoc capitulo sunt aquæ salsę, & aquæ mali saporis, amaræ, & aquæ acetosæ. Et de rectificatione aquarũ est illud, quod dependet ab hora bibitionis ipsarũ ita, vt aqua non bibatur super ieiunium, neq; post repletionem, hora, qua cõpleta est assumptio cibi, neq; post motum laboriosum, neque post causam rarefacientem corpus supra modũ, sicut est coitus, & balneum, neq; post causã spargentem vel diffundentem calorem innatũ superfluè, sicut ira, & lætitia, sed sit post subtiliationem cibi, & digestionem eius per transmutationem factam in chylũ: tunc. n. est cõueniẽs ad faciendum penetrare, & est conueniens etiã ad curationem ægritudinum acutarum vel calidarum. Regimen autem potus alterius, s. inebriantis est in quantitate sua, quando. n. fuerit multæ quantitatis, tunc operatur duas operationes contrarias: nam in corporibus calidis operatur augmẽtum choleræ, aut sanguinis calidi. s. cholerici, & calefacit istos humores, aut facit eos putrescere, aut facit eos fluere ad profundũ membrorum. In corporibus autem frigidis operatur, & causat humiditatem, & frigiditatem, secundum quod postea dicemus. Regimen autem in qualitate vini est, quod in corporibus calidis multæ choleræ vinum non dẽt esse grossæ substantiæ: In frigidis verò corporibus non dẽt esse vinum vehementis ponticitatis, & substantię tenuis: Et in corporibus quidẽ temperatis non administretur vinum amarũ, neq; valde tinctum in colore, neq; vinum eorum sit habens saporem excessiuũ, neq; odorẽ superfluum: sed sit boni saporis, super linguam discurrens, non causans in ea stypticitatẽ, neq; amaritudinem, neq; acetositatem. Amplius vinum magis conueniens corporibus calidis est vinum album, subtile, factum ex vuis, in quibus est aliqua acetositas: Sed corporibus frigidis vinũ conueniens est uinum vetus, clarum, rubeum, potens, boni odoris. Et corporibus temperatis vinum conueniens est uinũ æquale uel mediocre: vinum verò permistum aqua conueniens est corpori calido, & sicco. Et nocet habẽtibus neruos debiles, & habentibus augmentũ humiditatis seu multam humiditatẽ. Regimẽ verò uini secundũ horam bibitionis, est, ut nõ bibatur super uacuitatẽ, & stomacho ieiuno, p̃cipue in corporibus calidis siccis: neque ẽt potandum est super cibũ: neq; super cibũ acutũ, & post sodã, et stricturã anhelitus a cholera, aut in principio ophthalmiæ: neq; bibat ille, qui habet species, lassitudinis tres simplices, s. laboriosam, extensiuam, & vlcerosam, & species lassitudinis compositas ex eis: neq; bibat ille, in quo præcesserunt dispositiones causantes raritatem meatuum, & sparsionem caliditatis naturalis: neq; bibatur vinũ super ebrietatẽ. quoniam nocet: non. n. est, sicut quidam putauerunt ꝙ iuuet ebrietati: neq; hoc est ex eis, quæ sunt obseruanda. De motu autem quidam est motus itineris: & quidam est motus exercitij: & quidam est motus, qui fit in coitu: qui licet sit conueniens, ut ponatur in capitulo euacuationis, tamen uisum est nobis ponere ipsum in hoc capitulo: & quidã est motus animalis. De motu quidem itineris iam composuimus epistolam uel consilium pro quodam Principe, & ibi dictũ est diffuse. De motu uerò exercitij est species regiminis dependens a quantitate sua ita, ut nõ sit laboriosus, longus: neq; sit paucus ualde. Regimen uerò a qualitate dependẽs debet esse ita, ut non sit uehemẽs ualde taliter, quod sit sicut longus, quamuis sit breuis: neq; motus prædictus dẽt esse debilis taliter, quod sit sicut paucus, quamuis fuerit longus: sed regimen motus exercitij dependens ab hora sua est, ut fiat post digestionem cibi primi in uisceribus, & venis & ante cibum secundum, non super cibum & repletionem, neq; etiam super vacuitatem superfluam, sed post distantiam tẽporis magnam a cibo, sicut in ieiuno: neq; post euacuationes p̃cedẽtes solutionis uentris, aut coitus, aut sudoris: aut fluxus sanguinis nariũ, aut fluxus superflui mẽstrualis, uel alio modo, aut prouocationis vrinæ, aut post euacuationem ex eruptione, aut apertura apostematis, aut alia eruptione: quod si accidat necessitas ad motum fortem nocentem, procedatur ad ipsum gradatim cum facilitate. Motus aũt coitus oportet, ut non fiat super uacuitatem puram, ne superueniat commotio choleræ, aut aliud ex iis, quæ dicemus: neq; super repletionem purã neq; post phlebotomiã, aut uentris solutionẽ: aut motum laboriosum: aut febrẽ: aut syncopim: aut debilitatem factã aliquo modo: neq; super cibum crudum difficilis digestionis: neq; sup ægritudines renũ chronicas, sicut generatio lapidis, aut mictus urinæ inuoluntariæ, aut ardor urinæ, aut eius difficultas, aut diabetes: neq; motus coitus fiat cũ doloribus iuncturarum, sicut podagra, & sciatica & quę eis similãtur: neq; cũ nucumentis sensus et motus, sicut stupor, & paralysis, & ophthalmia, & debilitas auditus: neq; administret coitus in hora, in qua laboriosũ est naturæ sperma emittere: neq; est coitus conueniens ei, qui nõ appetit ipsum, neq; illi, q̃ coitu vtitur absq; uero appetitu: neq; coitus cõueniens est illi, qui siccę est cõplexionis, proprie frigidæ: neq; illi, cuius mẽbra generationis sũt frigida: neq; illi, cuius forma est macilenta: aut mẽbra radicalia ipsius sunt debilia a generatione. Et dimissio etiã coitus

Regimen motus in uniuersali.

Regimẽ coitus.

Quibus noceat dimissio coitus.

tus nocet ei, qui consuetus est, præcipue si fuerit uehemens appetitus, & fuerit temporis distantia magna a tempore, quo usus fuerit coitu, præcipue quando fuerit ociose uiuens, & fuerit corpus pingue uel carnosum, multi sanguinis.

Regimen somni & vigiliæ.

Regiminis somni, & uigiliæ sunt species seu modi; oportet.n.quod somnus sit in hora, qua oportet, .s. super cibum; secundum quantitatem, qua stomachus alleuietur ab eo, & secundum quantitatem temporis digestionis cibi, & secundum quantitatem temporis æqualem, & est circa duodecim horas non continuas; & plurimũ eius sit nocturnus; & sit diurnus per spatium unius horæ, aut duarum horarum, si in prandio cibum sumpserit; si uerò non pransus fuerit, dixerunt antiqui, uituperãdus est, nisi propter aliquam causarum exigentium illud, .s. ex labore uehementi, aut ira superflua, aut cogitatione, aut tristitia. Et uigilia superflua nocet præcipue corporibus macris, & habentibus complexionem calidam. Et somnus quidem superfluus, nocet maxime corporibus pinguibus repletis.

Regimen eius quod euacuat aut retinetur.

Euacuationes verò cõsuetæ sunt, sicut phlebotomia, & ventris solutio, & vomitus, & sudor, & vrina, & spermatis emissio per coitum. Iam quidem diximus de spermatis emissione, .s. de coitu.

Regimen euacuationis per phlebotomiã.

Phlebotomia verò oportet, vt fiat post ea, quæ ipsam requirunt, & tolerantiam ætatis, & naturæ, & cõsuetudinis, & virtutis, & temporis. Et oportet quidem, vt non fiat post motum, & repletionẽ, & coitum, et balneũ, et laborem, qualitercunq. sit, nisi apud necessitatem, neq; post præcessionẽ potus aquæ plurimæ, aut potus aquæ plurimę, aut potus vini vel potionis agitantis humores: neq; fiat phlebotomia cũ debilitate stomachi, aut cordis, quãtum sit possibile. & procurandũ est ita, vt egrediatur quãtitas sanguinis quęsita duabus vicibus, aut tribus, nisi apud voluntatẽ sedandi dolores: post succedat ei quies, & non dormiat super eam, quantum est possibile. contrarium autem istius facit accidere præparationes ad ægritudines, quas dicemus. Amplius phlebotomia addita super quantitatẽ naturalem festinat sanationem ægritudinis dolorosæ, ex quacunq; materia fuerit:

Nota.

Verum substantia vel fundamentum caloris naturalis dependens est a sanguine: & substantia uel fundamẽtum vitæ est dependens a caliditate naturali: & propter hoc securitas, & confidentia in ea est melior, & magis obseruãda.

Regimen p solutionẽ uentris.

Ventris autem solutio oportet ẽt, ut fiat secundum virtutẽ corporis, & necessitatem: & fiat cũ his, quibus soluitur humor dominans nociuus: & fiat post bonitatẽ dietæ: & oporter, ne succedat ad ipsam, neq; præcedat motus laboriosus, aut coitus, neq; bibatur super eam aqua plurima, neq; sit in stomacho cibus plurimus: neq; sumatur super ipsam cibus, dum non retinetur solutio eius: & oportet vt alleuietur cibus, & potus in illa die valde: & tibi sufficiat, & contentus sis re modica ex eis, quantum est possibile. Et ex eis, quæ continua sunt huic capitulo, vel pertinent ad hoc capitulum, est succurrere ei, qui bibit solutiuum, & non soluit, aut solutio eius est supra mensurã, quæ oportet.

Regimen vomitus, vrinæ, & sudoris.

Vomitus verò, quãdo multiplicatur, nocet nocumẽtis plurimis: & ex vomitus administratione aliquib. horis vel aliquando sequitur, iuuamentum magnum quibusdã hominibus in ieiunio: & quibusdam super cibum: & dignior horarum in eius administratione est æstas. Et vrinæ quidẽ prouocatio oportet, ut non sit superflua, neq; etiam pauca: Similiter & sudor.

TRACTATVS SECVNDVS.

De remedijs nocumentorum accidentium ex aere non conuenienti, & ex rebus sibi coniunctis. Cap. 1.



ER quidem calidus calefacit, rarificat cutem, postea inspissat, & præparat ad putredinem choleræ: & ad fluxum sanguinis narium, & sodam: & ad febres acutas: & est pauci nocumenti in corporibus, quorum complexio naturalis est calida, aut quorum complexio præter naturalis est frigida valde: & est plurimi nocumẽti in corporibus è contrario se habentibus. & cautela, & regimen pręseruandi a nocumẽto ipsius est cum quiete in locis frigidis, & rebus infrigidantibus, & alijs similibus. Illa verò, quibus nocet aer calidus, aut sunt corpora calida, & sicca extenuata, macra: & accidit eis ex hoc febris ephemera, aut febris putrida, & quandoq; accidit eis hectica: & accidit eis etiam fluxus sanguinis narium, & soda, & alia ab istis: aut sunt corpora frigida humida, unde accidit eis soda lenis, & strictura anhelitus, & debilitas iuncturarum, & difficultas motuum: & talis aer reducit eos ad æqualitatem. & oportet, ut patiens hoc odoret camphoram, & sandalos, & aquam rosatam, & abluatur facies, & corpus, & pedes cũ aqua rosata infrigidata, aut cum aqua frigida: & nutriatur cibis leuibus subtilibus, sicut ferculo de agresta, aut ferculo de berberis, aut ferculo facto de nisuch, aut ferculo de almes: & emplastretur cum portulaca, & sandalis, & aqua rosata, & camphora: & odoret odores frigidos: & dentur in potu potiones acetosæ ex potionibus fructuum: & consideretur post illud, an moueatur aliquis ex humoribus, & an in eis euaporentur vapores. Et commotionem quidem humorum significant dolores, qui de membro ad membrum permutantur: & est tepiditas in commotione prædicta, præcipue si fuerint humores graues, aut humidi: & est sicut punctura acuum, & mordicatio in lacertis, præcipue si fuerint humores cholerici: & uapores demõstrantur, & significantur per tinnitũ in capite, & obscuritatem in oculo, & sodã, quæ permutatur, & pręcipue incipiens a posteriore parte capitis cum paucitate grauitatis: & confirmat illud scotomia, & vertigo cum leui gratate. Quòd si commoti fuerint humores graues, tunc phlebotomia est eis iuuatiua, qualitercunque sit: si verò fuerint cholerici, tunc oportet, vt euacuentur non cum omni, quod euacuat, & cuat choleram, sed cum eo, quod euacuat, & operatur illud subtiliter seu faciliter, sicut siracost, & tamarindi, & alnisuch, & almen, idest species mannæ alia à siracost, & quæ sunt ei similia: & quando existimatur, quòd humores non sunt multi, & non nocent, nisi in motu suo, tunc administrentur ea, quæ ipsos sedant

Nisuch est species prunorum paruorum in regione Coc[illegible]ni.

Alia litera [illegible] tinguit. Per [illegible] such in hoc [illegible] co intellig[illegible] elementum [illegible] alnisuch.

ſedant cum eis, quæ infrigidant: & quies eſt melior in omni diſpoſitione ita, vt etiam non eſt poſt adminiſtrandum ſolutiuum debile. Et ex eis, quæ maximè iuuant, eſt lac acetoſum infrigidatū, & focha ſeu ceruſſa facta ex chiſch hordei, & ex cibarijs bonis, ſicut ſpecies alcharis. i. cibi acetoſi facti cum piſcibus, aut carne vaccina, ſi virtus digeſtiua ſtomachi fortis fuerit. Et granata muza habent proprietatem in hoc, & granata acria ſunt vehemētioris extinctionis, ſed in eis eſt ſuperflua aſperitas. Plurimum verò nocumēti ex aere accidit cordi: et poma quidem ſunt ex eis, quæ iuuant iuuamēto vltimo.

De nocumentis a frigore accidentibus. *Cap.* 2.

FRigus operatur in corporib. abſolutè operationes, quę ſunt inſpiſſatio, & aggregatio caliditatis naturalis interioribus mēbrorum: deinde extinguit eam in fine rei: poſtea putrefacit: deinde interficit. Et frigori quidem reſiſtitur cum complexione naturali frigida, quiá nihil patitur a ſuo ſimili, ſed a ſuo cōtrario: aut reſiſtitur cum cōplexione calida fortiter prohibente: nam contrarium, quando eſt forte in expellendo ſuum contrarium, non patitur ab eo. Et frigus quidem, quando operatur inſpiſſationem ſolum, quæ non fuerit multum diſtās ab eo, cauſat prohibitionem vaporum a reſolutione in corporibus repletis: quare cauſat putredinem, & accidentia, ſicut febres putredinis: ſed in corporibus mundis inſpiſſatio moderata cauſat retentionem vel retractationem caloris innati ad interiora, quare aggregatur caliditas innata, & fortificatur: vnde reperitur in eis digeſtio cibi, & maturatio humorum plurima, & magis completa. Quando autem frigus fortificatur ita, vt ingrediatur in interiore parte membri, tunc ſine dubio extinguit calorem innatum, & ſuccurritur ei velociter per illud, qđ facit retrocedere ipſum frigus. ſ. trahendo ipſum per principium vel per viam, per quam introiuit, & impreſſit in natura: & ſi nō fiet hoc, tunc putrefiet mēbrum: quoniam putredo fit propterea, quod humiditas relinquitur à caliditate naturali regente ipſam, & dominatur ſuper eam caliditas accidentalis agens in humiditatem prædictam non ſecundum modum, ſecundum quem operatur in ea caliditas naturalis. Curatio autem, quæ prohibet inſpiſſationem, eſt balneum, & inunctio, & fricatio, & cōpreſſio leuiter facta ſuper mēbra. & præcipue balneatio facta cum aquis, in quibus decocta ſunt lenificantia, ſicut furfur, & chamomilla, et violæ, & melilotum, & anethū. Olea verò oportet alienare in curatione inſpiſſationis uel cōdenſationis, niſi ſuccedat poſt inunctionē ablutio vehemens ita, vt deſtruatur oppilatio poroſitatum, & remaneat lenificatio. Modus uerò præſeruationis à putredine extremitatū eſt fricatio ipſarum cū oleis calidis valde, ſicut oleū balſami, & oleū naphthicum, & oleum de aſſa fętida, & alia ab his. Et quando inceperit putrefactio, tunc fiat ſcarificatio, ſecūdum quod declarauimus in conſilio de regimine itinerantium. Sed conſeruatio cordis, & uiſcerum a frigore: & confortatio cōplexionis calidæ, ut prohibeatur nocumentum frigoris, eſt, vt ſumantur confectiones calefacientes, & uinum purū antiquum, & allium proprie, pręcipue cum uino, & quæ illis ſimilantur. Cumq; homo læditur à frigore, tunc ex rebus ei conuenientibus eſt: ut ſorbeat iura pinguia ex carnibus permiſta cum ſyrupo aromatizato cum pipere, & allio, & cinnamomo. hæc ergo ſufficiant nobis circa rem frigoris.

De eo, qui læſus eſt ab odoribus fętidis. *Cap.* 3.

CVra læſionis ab odorib fœtidis eſt, ut odoret camphoram, & ſandalos & alia odorifera: & naribus attrahat oleum roſatum, & uiolatum, & oleum nenufarinum: hoc fiat, quādo non fuerint odores locorum paludoſorum, aut cœnoſorum ſi autem fuerit odor rei cęnoſę, & paludoſæ, tunc cura eſt ei oppoſita cum ſpeciebus ſuffumigationis ligni aloes, & odore muſchi, & croci. & effundatur aqua calida ſuper caput.

De eo, qui læſus eſt ex odore carbonum. *Cap.* 4.

CArbones cauſant odorem calefacientem, & exſiccantem, & lædunt, & debilitant uirtutem cerebri ſecundum qualitatem uenenoſam, non ſecundum qualitatem tangibilem: & cura talis nocumenti eſt odorare fructus, præcipue ſtypticos, ut ingroſſentur ſpiritus cū eo, quod eis conuenit: & odorent camphoram, & ſandalos & combuſtionem corticum granatorum, & citoniorū. Quod ſi homo lædatur ex odore carbonū & perueniatur ad ſodam, iuuatur cum uomitu, & cum aqua calida effuſa ſuper cerebrū, & exhibeatur ei allium, & aſſiduet attractionem aquę dulcis per nares, et abluatur naſus & addatur attractio aquæ roſatæ per nares. Et de rebus conuenientioribus in corpore repleto eſt abſtinentia a cibo.

De eo, qui læſus eſt ex odoribus bonis. *Cap.* 5.

OMnis odor bonus ꝑ hoc, quod eſt bonus, & odoriferus, confortat cerebrum, & cor: ſed per hoc, quod calefacit, aut infrigidat, nocet in quibuſdam diſpoſitionibus: aut per hoc, quod exſiccat, aut humectat, aut exprimit, aut ſtypticat: odores. n. boni aromatici ſunt, ſicut camphora, & muſchus, & lignum aloes, & ſimilia, quorum plurima conueniunt in exſiccatione. Amplius camphora infrigidat, & muſchus calefacit, & unumquodque amborum eſt cura alterius in calefactione, & infrigidatione. Et ligno aloes, & croco opponitur camphora cum muſcho; & ſandalis opponitur muſchus cum camphora. Verùm oportet ſolicitari circa rectificationem exſiccationis, aut cum odoriferis humectantibus, sicut uiolæ, & nenufar, aut cū oleis attractis per nares. Amplius reliqua odorifera humectātia ſunt frigida proculdubio. ꝙ ſi lædant cū ſua humectatione quibuſdam cōplexionibus & quibuſdā ægritudinibus ita, ut augeant ægritudinem, aut faciant eā accidere, tūc curatio eſt muſchus, & crocus, & galia. Illa uerò, quæ nocent exprimendo uel comprimēdo, ſunt, ſicut roſa; ipſa. n. ſua compreſſione cauſat coryzam ſecundum aliquos, aut acuitate, q̃ eſt in ipſa roſa ſecundum alios, aut infrigidatione, quā ipſa imprimit in cerebro ſecundum opinionē aliam a prædictis; ſed quod illud fiat

Roſa qualiter cauſet coryzam.

per viam compreſsionis eſt magis proximum ueritati. Si ergo nocumentum prædictum. ſ. coryza cauſatur a roſa propter compreſsionem, tunc eius cura eſt, quod mollit vel relaxat, ſicut olfacere odores mollificantes: & propter hoc dicitur, quod uiolæ, & nenufar curant nocumentum roſarum, uerùm non iuuat tantum, quantum facit aſsiduatio effuſionis aquæ calidæ ſuper caput. Odoris uerò nocumenti cauſati ex ſtypticitate, ſicut odoris cypreſsi, & cyperi, curatio eſt adminiſtrare mollificantia prædicta. Et melius quidem eſt ad id, quod nocet ſua compreſsione, ut olfaciat ſtyptica, & effundantur ſuper caput mollificantia, donec retineatur, quod reſoluitur ex membro, & ſoluatur quod conſtringit, & condenſat: & propter illud ex odore nigellæ cum balneo eſt iuuamẽtum plurimum ad remouendum nocumentũ roſarum; imò propter hoc, quando aggregantur cyperi, & roſæ, & cum hoc naribus attrahatur oleum, non accidet coryza ab ipſa roſa.

De nocumento ſeptentrionis. Cap. 6.

NOcumentum ſeptentrionis eſt condenſare corpus, & prohibere reſolutionem, & exprimere cerebrum, & ventrem: & propter illud ſequitur ad ipſum ophthalmia, & tuſsis. Cura nocumenti ſeptentrionis eſt adminiſtratio balnei, & cohol cum tutia nutrita vel præparata cum agreſta: & comedere cibum factũ ex papauere cum croco: & adminiſtratio trochiſcorum roſarum paruorum: & diſtillatio olei Keirini permiſti cum oleo roſarum tepidi in aure.

De nocumento venti auſtralis. Cap. 7.

PRoprietas venti auſtralis eſt diſſoluere humores, & facere ipſos fluere ad profundum corporis, & replere cerebrum vaporibus, vnde ſequuntur ex hoc abſque dubio ſedar. i ſcotomia, & vertigo, & ſcabies, & dumel. i. furunculi, & alia ab iſtis: & cura eſt feſtinare ad phlebotomiam, ſi fuerit corpus repletum: & adminiſtrare fructus ſtypticos, & rubub fructuum ſtypticorum: & adminiſtrare oleum myrtinum ſup caput, . ſ. vt confortetur caput: & odorare camphoram, & ſandalos: & adminiſtrare coriandrum humidum, & ſiccum in cibo. & dimittere carnem: ſed ſi non ſit excuſatio ab ea, tũc adminiſtretur ipſa caro cum acetoſis, & elongetur vinum: ſi uerò ab eo non fuerit excuſatio, tunc adminiſtretur vinum factum ex vuis põticis, & ex vuis, in quibus eſt pauca acetoſitas: & fiat oris collutio, & narium attractio cum aqua frigida, præcipue cum aqua roſarũ: & abluatur, antequàm firmetur, cum aqua frigida.

De permutatione ab aere ad aerem. Cap. 8.

PErmutatio dt aere ad aerem nõ euacuatur, quin autem ſit permutatio ex aere humidiori ad aerem ſicciorem aut è contra: aut ex aere frigido ad aerem calidum, aut è contra: aut ex aere putrido putrefactione aliqua ad aerẽ magis putridum putrefactione alia, ſicut permutatio ex putredine ſtercorum ad putredinem aeris paludoſi. Et iam dictum eſt, qualiter ſit rectificatio vniuſcuiuſq; eorum. Sed in rectificatione, & regimine permutationis de quodam eorum ad quendam alium tria requiruntur, ſeu ſunt neceſſaria, videlicet tarditas permutationis ita, ut ipſa fiat gradatim: ſecunda quod ille, qui permutatur, vtatur longo tempore ueſtibus, & odoribus, & cibis conuenientibus aeri primo: deinde ſit curatio eius, quod accidit magis vltima vel magis fortis, quàm curatio alterius permutationis ad cõtrarium: Et propter hoc præceperunt medici antiqui, quod homo deferat ſecum aquam ſuæ regionis, & lutũ ſeu terram, ſuper quam currit aqua ſuæ regionis, ut permiſceat cum aquis, quas inueniet, & proijciat lutum ſeu terram prædictam in eis.

De rectificatione peſtilentiæ. Cap. 9.

PEſtilentia quidem eſt putrefactio aeris, & illud quando permiſcentur aeri uapores mali, aut boni, verum remanent tales uapores, & non remouet eos ventus, donec alterentur: & propterea quòd homo indiget attractione huius aeris per anhelitum; & per poroſitates corporis, poſtea perducitur aer attractus modo prædicto ad mineram uitæ: quare conueniens eſt, ut nocumentum peſtilentiæ ſit corruptio complexionis cordis, & ſpirituum vitalium, qui ſunt in eo: poſtea reliquæ partes corporis conſequuntur nocumentum ſequens ad cor, vel nocumentum accidens cordi: & ſequũtur febres malæ, lenes uel quietæ exterius propter profundationem caloris naturalis: & conturbantes, adurẽtes interius, ad quas ſequitur ſyncopis ſemper, & caſus virtutis, & ſudor frigidus, & paruitas pulſus.

De ijs, quæ opponuntur peſtilentiæ. Cap. 10.

QVando videntur ſigna peſtilentiæ, quæ ſunt humiditas aeris præterita, poſtea eius calefactio, & flatus auſtri non flante uento boreali, tunc propera ad phlebotomiam, & uẽttis ſolutionem, & adminiſtrentur omnia, quę condenſant, & extinguunt, & infrigidant, ſicut rob citoniorum, & pomorum, & agreſtæ, & rob iuiubarum: & fiant cibaria ex ſumach, & granis granatorum, & quæ current curſu eorum: & aſſiduet olfacere camphoram, & ſandalos: & properet ad aerem frigidum. Et illi, quibus magis nocet peſtilentia, ſunt corpora ſanguinea. Et ex eis, in quibus conuenerunt antiqui ſuper conuenientiam, & iuuamentum ad reſiſtendum peſtilentię, eſt theriaca magna Andromachi ita, quod Galenus exiſtimauit, quod a peſtilentia magna, quæ accidit, non euaſit aliquis, niſi per adminiſtrationem theriacæ.

De nocumento aeris ſtantis, non commoti. Cap. 11.

EX aere ſtante, non commoto ſequitur conculcatio uaporum malorum, & fumoſorũ corruptorum in eo: & ſequitur diſpoſitio ſimilis peſtilentiæ, aut alteratio naturæ ipſius declinans ad aerem locorum paludoſorum.

De ijs quæ opponuntur nocumento prædicto aeris non commoti. Cap. 12.

OPortet, in huiuſmodi aere, ſi declinat ad caliditatem aliquam, ut continue mundificetur corpus, & adminiſtrentur potiones

nes ſtypticæ, & robub fructuum eis,quorũ cõplexio eſt calida: & adminiſtretur diamuſcum dulce,& lætificans,& mythridatum eis,quorũ complexio eſt frigida : & quod alleuientur in eo cibaria:& quod odorent odorifera frigida. Sed quando alteratio aeris declinat ad humiditatem paludoſam,ſicut aer , in quo naſcuntur cannæ paluſtres,& aer loci cœnoſi vel limoſi; tunc oppoſitio fiat ei olfaciendo muſchum,& crocum:& adminiſtretur exercitium, & ſudare facientia,& fricationes. & aſſa fętida in hoc capitulo eſt magni iuuamenti.

De nocumento aeris commoti. *Cap.* 13.

AEr quidem vehementer commotus generat condenſationem pororum, & catarrhos,& tuſſes,& lachrymas, & priuationẽ cordis ab aere,qui proximus eſt caliditati naturali:& ſi fuerit aer diſcurrens vel commotus ſuper loca cęnoſa,aut ſuper loca mala,erit corruptio illa ſimilis etiam corruptioni peſtilentiæ. Et oppoſitum illius, qui ſimilatur peſtilentiæ, eſt,vt fiat illud,quod diximus in capitulo peſtilentiæ. Oppoſitum verò ſeu regimen reſiſtens ei,qui non currit curſu peſtilentiæ, eſt,vt aſſiduet balneationem cum aquis dulcibus, & fricationes,& vnctiones,& exercitium.

TRACTATVS TERTIVS.

De remedijs nocumentorum accidentium ex malo regimine circa balneum. *Cap.* 1.

NOCVMENTVM balnei eſt,quòd aer balnei non eſt temperatus:& temperamentum quidem aeris balnei in vniuerſali vel in ſumma eſt, ut non ſit vehementer calidus,neque frigidus,in quo difficilis eſt ſudor.In particulari vero,& diſtinctè rectificatio & cõuenientia balnei eſt, quod in ipſo balneo ad minus ſint tres manſiones, vel caſæ:& quod ſit in manſione vel in caſa prima temperies, ideſt quod in ea non ſentiatur calor,neq; frigus: & quod manſio uel caſa ſecunda non ſit faciens anguſtias:& quod manſio tertia non ſit æſtuoſa adurens,neque prohibens anhelitum rectum,firmum. Balneum quidem calidum valde facit fluere humores congelatos ad profundum membrorum, & facit accidere aut oppilationem,aut apoſtema,& facit aſcendere ad cerebrum,vnde facit accidere ſodam vehementem , aut ſirſen,aut curſum humiditatum ad concauitates vacuas,unde facit accidere epilepſiam,aut apoplexiam:& cauſat quidem epilepſiam , quando fuerit oppilatio diminuta:ſed quando oppilatio fuerit cõpleta,tunc cauſat apoplexiam. Balneum verò frigidum facit currere materiam ad viam ſudoris motu diminuto : quare accidunt ex hoc nocumenta:& quandoque facit accidere pruritum,& ſcabiem : & quandoque facit accidere coryzam:& quãdoque punctionem vel dolorem ventris. Curatio verò nocumenti ex balneo calido aut fit potionibus,& extinctiuis,ſicut rob pomorum,& rob cytoniorum & rob acetoſitatis citri,& ſyrupus de tamarindis , & ſyrupus alniſuch, & ſyrupus de alchedar,& ſyrupus acetoſus,& alia ab his frigidis non infrigiditatis cum niue,aut cum linimentis cũ ſandalis,& aqua coriandri , & aceto ſuper hepar, & cor : & poſitio commiſtionis ex oleo roſarum , & aceto ſuper caput temperatæ caliditatis,& frigiditatis: etiam poſitio pedum per horam in aqua frigida : deinde parum poſt effundatur modicũ ex ea ſuper ſpatulas:deinde poſt horam liniatur caput cum ea : poſtea effundatur parumper ſuper corpus : & oportet, ut ſit aqua frigida moderatæ non uehementis frigiditatis : & oportet , ut non fiat ſubito poſt balneum calidum: poſtea dormiat ſuper ſtratum lene temperatum. Rectificatio,verò nocumenti ex balneo frigido eſt applicare [aquã calidã] moderate ſecundum menſuram,quam tolerat natura: & effundatur ſuper caput aqua calida per horam ante egreſsionem:& aſsiduentur fricationes,& vnctiones,& compreſsiones manibus factæ ſuper membra,& ingenia præparãtia ad ſudorem: poſtea quàm primum egreditur, aſsiduetur effuſio aquæ calidæ ſuper caput ſolum,poſtea cooperiatur caput coopertura moderata in æſtate,& coopertura magna in vehementi frigore:& egrediatur,& dormiat.

Anhelitus rectus est anhelitus cõsuetus in dispositione sana,& hora quieta.

Syrupus de alchedar eſt ille, de quo babetur in quarta can. de cura uariolarum.

Alia litera ea,quæ calefaciunt.

De errore qui accidit ex ingreſſu in balneum ſubito , & ex egreſsione ab eo ſubito. *Cap.* 2.

IN illis, qui ingrediuntur balneum ſubito.i. abſq; gradatione,ſi fuerit complexio ipſorũ calida,timetur,ne accidat ſparſio caliditatis innatę,ad quod poſtea ſequitur debilitas cordis, & chafacham. In eis verò,qui egrediuntur a balneo ſubito , timẽtur catarrhi acuti , & excoriatio inteſtinorum,& dolor iuncturarum. In illis autem,qui ſunt frigidæ complexionis,timetur ex ingreſſu in balneum ſubito apoplexia,& paralyſis,& chafacham: & ex egreſsione ſubita timetur congelatio,& ſaccus , & mictus urinæ inuoluntarius,& tremor. Aura eius, qui ingreditur balneum ſubito,ſi eſt complexionis calidæ,eſt,ut gradatim exeat ad domum uel manſionem balnei primam, & aſpergatur ſuper aſcella ſiniſtra aqua roſata ſubito , & quod induat veſtimenta frigida,neq; ſugat ſeu bibat aquam frigidam ſubito, deinde curetur cũ eo, quo curatur nocumentum vehementis caloris balnei.Si verò fuerit frigidæ complexionis,adminiſtrẽtur ei illa, deinde adminiſtretur in potu aliquid de rob pomorum cũ pauco diamuſchi & dormiat. In cura eius, qui egreditur è balneo ſubito,ſi fuerit calidæ complexionis,effundatur ſuper eum , & ſuper caput eius aqua calida plurima:& fomentetur caput eius,cum panno calido,& dormiat. Si verò fuerit frigidæ cõplexionis , tunc ſedeat in manſione calida valde: & naribus attrahat oleum hiaſiminũ,& oleũ de lilio,aut oleum roſarum alneſerim:& liniatur caput cũ miſtione facta ex ſpica,& cypero: & ſiccentur mẽbra:& exhibeatur in potu mythridatum, & theriaca de quattuor rebus : & cibetur cibario,in quo ſit allium : & detur in potu parũ de vino puro,& dormiat.

Saccus eſt diſpoſitio,qua homo ſtat , ſicut congelatus intuendo ſemper oculis apertis verſus locum unum.

De aqua ſalſa in balneo. *Cap.* 3.

AQua ſalſa in balneo confert ſcabiei , & pruritui:verùm rarefacit cutem , poſtea condenſat. Et quando non fuerit pruritus,

tunc ipsa facit accidere pruritum, & macrefacit corpus,& nocet oculis,& facit accidere catarrhos,& ophthalmiam,& sensuum turbatio nem. Cura nocumenti ex balneatione cũ aqua salsa est,vt ablutio fiat cum aqua frigida:& cõfert lutum boni odoris liniendo corpus cum eo,postea abluendo cum aqua calida dulci:deinde fiat fricatio cum oleo rosato odorifero cum facilitate,& frequentetur ablutio cũ aqua dulci post eum.

Lutum odoriferum est lutum comestibile, qđ comedunt prægnantes, quãdo appetunt aliqđ extraneum, & Damascenę mulieres vtũtur eo in balneis,ad capillos prolongãdos.

De aqua aluminosa. *Cap.* 4.

AQua aluminosa condensat cutim & constringit ipsam:& quandoq; facit accidere febrem ephemeram corporibus macris: & quãdoq; ex ea fit casus in spasmum. Cura nocumẽti ex ablutione cum aqua aluminosa:abluantur isti post eam cum aqua calida multoties, ablutione vehementi: deinde fricentur, donec sudent:deinde abluantur post, deinde inungantur cum oleo chamomillino, aut oleo de Keiri,postea dormiant.

De aqua sulphurea, & naphthica. *Cap.* 5.

AQua sulphurea,& naphtica corrumpit cõplexionem cutis corporis, & præparat ipsum ad putredinẽ, & facit accidere catarrhos: & si prolõgatur mansio in aere ipsius, timetur ex eo hydropisis:sed quod magis accidit ex ea, est ictericia. Cura nocumenti ex ablutione cũ aqua sulphurea,& naphtic. Ablutio fiat cum aqua temperatæ frigiditatis, deinde cum aqua calida,deinde sudet, postea abluatur cum aqua tepida, postea inungatur cum oleo rosato bono postea dormiat.

De aqua ferrea. *Cap.* 6.

ABlutio cum aqua ferrea confert iuuamentis plurimis,& non accidunt ex ea nocumenta plurima:quòd si nocet, non nocet,nisi quia condensat cutim.

De administratione fricationis,& unctionis, & ablutionis in balneo. *Cap.* 7.

COrpus temperatũ,quando ingreditur balneum, sedere debet in qualibet mansione balnei hora vna, postea expectare, donec corpus eius incipiat rectificari,& aliqualiter inflari,& appareat sudor: & tunc effundatur aqua primo super spatulas & reliqua membra,deinde super caput,postea radatur caput seu administretur abrasio capitis,postea fiat compressio membrorum cum manibus,& fricatio cum facilitate,& solicitudo sit administrare huiusmodi super iuncturas, neque fiat illud in reliquis membris,nisi in patiente asthma, vt resoluantur humores mali:neque fiat aliquod dolorosum seu fricatio dolorosa, nisi in habentibus phlegma crudum,vt resoluantur humores crudi a iuncturis.

De errore,& nocumento accidente ex fricatione superflua. *Cap.* 8.

ILli,cui administratur fricatio superflua, si fuerit calidæ complexionis,aut siccæ, accidunt casus virtutis, & commotio choleræ, & quandoq; præparatur ad febrem:& si fuerit caput repletum, accidit ex illo commotio humorum. Cura quidem est vngere cum oleo rosato,& oleo violato,& concedere cibos leues extinguentes sicut alchisch,& almes, & assumere syrupos extinguentes, sicut syrupus acetosus, & iuleb.Et cui accidit ex hoc constrictio naturæ,detur in potu syrupus alnisuch.

De operatione, & nocumento aquæ frigidæ in balneo. *Cap.* 9.

OPeratio aquæ frigidæ in balneo, si balneũ fuerit calidum,est sicut operatio,& nocumentum egressionis ab eo subito, & nocumẽtum est maius. Et cura ipsius est curatio illius, & magis fortis.Sed quando fuerit balneum frigidum, eius operatio etiam, & nocumentum est, sicut operatio aeris frigidi. Et quando nocet,tunc eius cura est illud,quod dictũ est.

De operatione,& nocumento aquę calidæ in balneo. *Cap.* 10.

NOcumentum operatio aquæ prædictę est, sicut operatio aeris calidi vehementer in balneo,& nocumentum magis forte. Verùm propter breuitatem temporis eius, est minoris impressionis, & propterea quod non aduenit cordi, sicut aduenit aer calidus, quare minus & leuius debilitat, & cura eius est cura similis illi:& administretur syrupus de tamarindis, & illis, quibus cum hoc nocumento accidit fluxus ventris,exhibeatur syrupus pomorum, & citoniorum,& agrestæ.

Cum hoc lauda aqua calida.

De errore,& nocumento ex mora in balneo. *Cap.* 11.

EX mora in balneo in consuetis hominibus accidit dolor iuncturarum, & extensio in lacertis, & quandoque sequitur ephemera,& cura est abluere cum aqua calida,& fricatio facilis cum oleo chamomellino,& oleo oliuarũ nouo,& si nõ sedatur cum hoc,oportet, ut fiat phlebotomia in omni dispositione in die secundo post balneum.

De eo, qui usus est exercitio forti ante balneum, aut post egressionem a balneo. *Cap.* 12.

BAlneum quidem temperatum non nocet plurimum eis, quibus accidit motus super fluus,aut eis, qui volunt vti motu post balneũ. Imò quando fuerit balneum temperatum, & non fuerit in eo mora,quæ faciat sudare plurimum,& non fuerit in eo mora,nisi secundum mensuram, qui ex balneo acquiritur corpori humectatio,vel humiditas, est iuuamentũ eis, quibus accidit motus fortis,& non nocet, nisi per longam moram in balneo ita, vt balneum accipiat de humiditate, plusquam tribuat. Et cui accidit hoc,perducitur ad hecticam, quum vehemens fiat cordis calefactio, aut perducitur ad hydropisim, si resoluta fuerit caliditas naturalis,& debilitata,& infrigidata fuerit complexio viscerum. Cura illius est balneato cum aqua frigida; & effundere oleum tepidum in hyeme, & in æstate infrigidatum, & lac nouiter mulctum super caput, & applicare iuncturis mucillaginem altheæ conquassatam cũ oleo uiolato, & bibere vinum album ualde permistum, & sorbere iura facta ex auibus contusis vel contritis, & ex carne arietum castratorum

stratorum cōtrita,& si appareat frigus in visceribus, cuius signum est mala digestio, & inflatio,& eructatio acetosa,tunc succurratur cum diacurcuma . & distilletur oleum violatum in auribus eius, in quo dominatur cholera.& oleum alkeiri in eo, cuius viscera sunt infrigidata,confert in hac ægritudine.

De longa mora in balneo. *Cap.* 13.

LOnga mora in balneo operatur operationem, quam operatur motus vehemens . & cura eius est,sicut illa cura.

De nocumentis balnei super cibum. *Cap.* 14.

BAlneum super cibum causat oppilationes in hepate,& venis propterea quod attrahit materias cibi indigestas ad exteriora corporis propter fluxum humiditatum ad ea per sudorem,& ad oppilationes sequuntur ægritudines oppilationis,sicut apostemata,& prohibitio cibi,ne vadat seu transeat ad exteriora , & sequitur fluxus ventris periodocus,& sequuntur febres putredinis , quia oppilatio est vna ex causis putredinis.Cura vero est administrare syrupum acetosum de seminibus , & euacuatio debilis facta cum hiera picra , & administrare cibos leues aliquibus diebus.

De nocumento eius ,qui bibit in balneo rem frigidam. *Cap.* 15.

POtare in balneo rem aliquam frigidā, sicut aqua frigida,& ceruisia,est timorosum valde,Quoniam res frigida fluida,quando peruenerit ad stomachum in balneo,in quo iam porositates sunt apertę,& meatus sunt rectificati, & aperti;subito attrahitur ad hepar, & ad cor, quare infrigidanẽ ambo infrigidatione vehemēti, aut debilitaẽ caliditas naturalis,& debilitanẽ omnia viscera, & disponunẽ ad hydropisim. Succurriẽ vero illi nocumento assumēdo aliquid modicum de uino puro post balneū, aut potando diamuschum, aut dialaccam,aut diacurcuman,aut mythridatum,aut fomentādo hepar , & cor cum pannis calidis, aut assumere cibaria aromatizata . Et caulibus inest ꝓprietas remouendi hoc nocumentum,& ex oleribus est enula , & ex potionibus est syrupus de pastinaca, & syrupus de absinthio , & syrupus de alchandicum.

De nocumento ex ingressu balnei corpore repleto. *Cap.* 16.

HOc etiam est periculosum,quoniam ex eo accidit putredo humorum retētorum in corpore,& agitatio ipsorum,& apostemata in uisceribus,sicut pleuresis,& peripneumonia,& apostema hepatis,& timentur ex eo etiam nocumenta cerebri,& ipsius apostema:aut timentur febres,quæ sunt ex rebus,quæ magis proximæ sunt,vt accidant, quam alię.Cura eius est. quum succedit ei grauitas, & lassitudo,aut tactus vlceris,aut tensio,tunc oportet,vt properefiat phlebotomia,& extrahatur quātitas cōueniens de sanguine.Quod si remoueẽ,& quiescat ex hoc , bonum est:si non, tunc euacuetur cum syrupo de fructibus , & assumat potiones prohibentes putrefactionem,sicut rob citoniorum,rob pomorum, rob prunorum,& alia ab istis . Et liniatur hepar , & cor cum linimentis conuenientibus, sicut coriandrum, & acetum, & solatrum cum pauco cāphoræ,& sandalis.

TRACTATVS QVARTVS.

De remediis nocumentorum accidentium ex errore regiminis circa cibum. *Cap.* 1.

Vlta cibatio causat, ꝙ corpus parū restaurat ex cibo illo addito uel multo, & causat in corpore multiplicationem humorum crudorum,& causat oppillationes in meatibus,& debilitat virtutes naturales, & causat putredinem,& febres permistas,& difficultatem anhelitus, & sciaticam, & dolores iuncturarum. Succurritur autē errori illi leniendo naturam cum cibis lenificā-bus naturam . In habentibus quidem complexionem frigidam cum eis , quæ sunt , sicut ius caulium, & aqua cicerum.In habentibus uero complexionem calidā exhibeatur,sicut ius blitis,vel sicut decoctio blitis,& decoctio siue ius lentium,& almes,& chisch,& melius his in habentibus complexionem calidam est syrupus rosarum : & alienetur syrupus sprunorum , & tamarindorum, quoniam ipse debilitat stomachum, & auget debilitatem acquisitam ex grauitate cibi. Et in frigida quidem complexione sicut cochlearium seriaram,& confectio regalis,& diaciminum,deinde alleuietur cibus per vnum diem,aut duobus diebus & administretur exercitium , si non præcesserit causa exigens repletionem.

De nocumento paucitatis cibi. *Cap.* 2.

QVādoque accidit multis hominibus , qđ famescant fame vehementi in tempore sterilitatis, aut in itinerationibus, aut in mari, aut propter causas alias ex ęgritudinibus:vnde causatur casus appetitus,& casus virtutis,& p̄paratio fit ad hecticam, & syncopim:& quandoque facit cadere habentes complexionem frigidam in speciem hecticæ,quę hectica senectutis nuncupatur. In succursu, & remedio illius non oportet vt isti festinent ad saturādum cum cibis se ipsos subito:iam enim uidimus copiam hominum interimi,& ex hac vita decessisse, propterea ꝙ huiusmodi homines,quā primum egressi sunt ex sterilitate magna,quæ accidit in ciuitate dicta Bochara,in qua sterilitate homines illi assumebant herbas in cibum, quum non esset possibile ipsos habere panem, aut carnes:statim uero inuento pane,& habita carne abundanter comederunt ex eis quantitatem multam,& mortui sunt.Pluribus hominibus vero illius ciuitatis ex consilio preceptum est, vt post illam famem subito non saturarentur.sed gradatim cibū assumerent, & tales euaserunt.Sed illi,quibus accidit paucitas cibi prædicta,oportet,vt primo festinēt ad illud, quod de cibis est subtile,& leue,sicut sunt alę auium, & aqua hordei,& alia: deinde paulatim paulatim accipiant in comestionem cibos consuetos; & quod assiduent interim masticationem thuris, & mundificationē stomachi intromittendo

Intromissio pennæ in gutture commouet sto-

tendo

machum vnde licet non vomatur aliquid tamen ex tali vomitu stomach' uigoratur.

tendo pennam in gulam absque voluntate vomitus:& fricetur cum facilitate illud, quod est sub hypochondriis: & quod administretur cibus vicibus frequentibus parum pro vice, quoniam cum hoc ingenio,& regimine possibile est,quod euadant.

De nocumento cibi calidi grossæ,uel subtilis substantiæ. Cap. 3.

CIbi calidi aut sunt leuis, seu debilis substantiæ,sicut allium,aut grauis substantię,sicut melongena. Et illud quidem,quod est sicut allium, nocet cerebro magis, & de proprietate eius est calefacere sanguinem,& ipsum putrefacere: sed nocumentum cibi grauis substantiæ est lędere magis mēbra inferiora. Amplius talis cibus grauis generat sanguinem melancholicum,quare nocet hepati sua contrarietate,& spleni apostemando ipsum, & replendo:& cōmunitate amborum lædantur reliqua mēbra. Et nocumentum quidem primę diuisionis est velocius,& magis propinquum vt ei succurratur idest facilioris curæ:nocumentum vero diuisionis secundæ est tardius,& magis remotū, vt ei succurratur. Succurritur vero diuisioni primæ cum his, quę alterant complexionē, & eam permutant, & extinguunt, & cum hoc in eis est aliqua incisio,sicut syrupus aceto sus:aut cum his, cum quibus prohibentur vapores a ce rebro,sicut syrupus rosarum, & syrupus cytoniorum,& syrupus iuiubarum. Sed succurrendo diuisioni secundæ exhibeantur ea, quæ extinguunt,& aperiunt oppilationes, & incidūt, & soluunt naturam:& magis conueniens omnibus illis est syrupus acetosus de seminibus, & syrupus acetosus factus cum epithymo, & quandoque operatur vinum album subtile operationem eius.Et qui multiplicat vsum istorum ciborum calidorum grossorum, festinet ad phlebotomiam, & solutionem ventris cum eo,in quo cadit epithymum.Et huiusmodi cibi sunt,sicut melongena, & caro cameli,& caro equi,& caro asini syluestris, & carnes salitæ exsiccatę,& pisces salsi,& quæ currūt cursu eorum.Et quando non administratur euacuatio, timetur super eū lepra, & albaras, & morphea nigra,& impetigo,& febres quartanę,& apostemata splenis,& species epilepsię,& hæmorrhoides,& varices,& alopecia,& tyria,& elephantia & corrosio,& quæ eis similantur.

Alium calefacit sanguinem, & putrefacit ipsū.

De nocumento frigidorum ciborum,grossæ,vel subtilis substantiæ. Cap. 4.

EX cibis frigidis etiam sunt,qui sunt debilis vel leuis substantiæ,sicut almes,& aqua hordei,& quidam sunt grauis,substantiæ declinantes ad humiditatem,sicut pisces, & lac acetosū, & quidam est grauis declinans ad siccitatē sicut lens, & sicut cytonia pontica: & qui ex eis sunt leues,non imprimunt supra permutationē complexionis impressionē notabilem.Cibi uero graues humidi generant humores crudos,vnde sequitur paralysis,tortura oris,& tremor,& sciatica,& lapis ī renibus,& species epilepsiæ,& apoplexię,& ægritudines aliæ similes istis. Cibi vero graues grossi sicci generant melancholiam quietam, vnde sequitur apostema splenis,& cancri quieti,& varices,& imaginatio mala seu sollicitudo: & qn̄ putrefit,facit accidere illud, qđ dictum est de cibis grauibus calidis.Succurritur autem eis opponēdo frigidis leuibus cum his,quę permutant complexionē, & prouocāt sicut aqua mellis, & vinum purū, & syrupus de enula.Sed opponendo cibis frigidis humidis grauibus oportet, vt sollicitudo

10 sit in veloci extractione ipsorum ex corpore: & similiter cibis siccis frigidis grauibus,nisi in eis, qui indigent huiusmodi cibis secundū viā curationis,& medicamentorum:& oportet,vt administretur in cura nocumenti ciborū frigidorum grauium humidorum,sicut diacyminum,& diapipereon:& quando tardatur eorū euacuatio,exhibeatur seriaram,& electuarium de dactylis,nisi uideatur, ꝙ homo sua complexione resistat illi nocumento,tunc enim opor

20 tet,vt dimittatur naturę:postea in fine rei exhibeatur aqua mellis, & syrupus acetosus de seminibus fortium seminum vt abluat, qđ remāsit ex eis, & abstergat, & aperiat oppilationes eorum. Sed succurrendo nocumento ciborū frigidorum grauium siccorum oportet, ut super eos. sumatur vinum vetus purum in eo,qđ non habet complexionem superflue calidam acquisitam, & exhibeatur syrupus acetosus de epithymo factus cum fortibus seminibus ei,in

30 quo erat superflua malitia complexionis calida:deinde oportet, in cibos secundo ut opponatur cum contrario temperato.

De nocumento ciborum,qui sunt debilis substantiæ. Cap. 5.

INtentio sermonis nostri, quum diximus debilis substantiæ,est, qđ humiditas ipsius cibi non sit bene permista cū sua siccitate ita, ut ue lociter ab ea separetur, deinde humiditas eius

40 uelocis sit conuersionis ad omnem naturā cui obuiat uel occurrit,sicut lac,& ꝑsica, & chrysomila,& melon,& quę eis similanī:& aqua pluuialis similatur istis,& proprietas quidem istarum rerum est uelox ipsarum conuersio uel alteratio,qn̄ remanent.Et qn̄ administrantur huiusmodi cibi, & in stomacho existat cholera, tunc conuertuntur ad ipsam choleram.& si sit phlegma,tunc huiusmodi cibi conuertunī ad ipsum phlegma, & tales quidem cibi velociter

50 putrescunt: & ad quācunque materiā cōuertātur,sequiī ex eis aut febris cholerica,aut febris phlegmatica secundum plurimū. Pro rectificatione vero nocumenti ipsorū oportet,vt administreī suꝑ eos, si fuerit natura calida, syrupus acetosus simplex: & si fuerit frigida,syrupus acetosus de seminibus aut aqua mellis:& in sūma exhibeatur id, qđ prouocat naturā: & si in hoc accidit defectus,tūc sit sollicitudo in ꝓuocatione sudoris cum ijs,quę faciunt sudare.

60

Per natu[illegible] intelligi[illegible] pellatio. Cum rema[illegible] .s.in stomacho

De nocumento ciborum difficilis vel fortis substantię. Cap. 6.

CIbi difficilis vel fortis substātię sunt cibi, q parum recipiūt de digestione,& alteratione,sicut rizuz, & grana surgi,& quæ eis similātur:& causatur ab huiusmodi cibis ventositas, & retentio naturæ, & dolores viscerum ꝓpter

ipsorum

ipſorum grauitatem : & generãtur ęgritudines crudæ. Remediũ, & rectificatio iſtorum ciborum eſt,vt bibatur ſuper eos in principio comeſtionis in homine calidæ complexionis vinũ ſubtile, aut aqua mellis plurimę permiſtionis: ſed in homine frigidæ complexionis bibatur vinum purum, aut aqua mellis fortis: deinde conſequenter exhibeantur ea,quæ digerunt,& quæ faciunt deſcẽdere,& lubricare illos cibos, ſicut electuarium de dactylis cum oleo amygdalarum,& ſeriaram cum oleo:& intentio quidem in oleis eſt lubricare.

De nocumento ciborum horribilium. Cap. 7.

VIrtutes quidem naturales mẽbrorum abhorrent cibos abhominabiles naturaliter. vnde ſequitur defectus in digeſtione, & retentione, & expulſione, & extractione,& accidit ex eis operatio faſtidiens:poſtea ex abhominatione, & faſtidio corrumpitur cõplexio ſtomachi, & corrumpitur appetitus. Remedium aũt eſt aut vomitus, aut ſuper tales cibos abhominabiles comedantur ea, quę anima appetit, & deſiderat,ſcilicet aut dulcia,aut amara,aut acetoſa ſecundũ appetitũ. Et acetoſa quidẽ dulcorata,ideſt permiſta cum aliquo dulci proprietatem habent remouendi abhominationem.

Acetoſa dulcorata a proprietate remouent abhominationẽ cibi.

De nocumento ciborum pinguium uel unctuoſorum. Cap. 8.

REs quidem vnctuoſæ pingues debilitãt ſtomachũ,& proprie os eius:& oppilant meatus: & prohibent cibum a penetratione:ſed nutriunt plurimum. Rectificatio nocumenti ipſorum eſt comedere ſuper ipſas cibaria ſtyptica exſiccantia, ſicut citonia, & inciſiua,ſicut acetum, & ſyrupus acetoſus. Et ingeniatio ſit in veloci ipſarum deſcenſu:deinde ſequantur ea, quæ abſtergunt, ſicut aqua mellis,& ſyrupus acetoſus de ſeminibus,aut id,quod remouet vnctuoſitatem uel eius nocumentum, ſicut caſeus,& agreſta,& citonia.

De nocumento cibi acuti, vel amari, vel horribilis ſaporis. Cap. 9.

CIbI horribilis ſaporis ſunt velocis putrefactionis cum reliquis,quæ diximus de unctuoſo.Rectificatio nocumenti eſt adminiſtrare,quod dictum eſt in capitulo vnctuoſi:ſed debent addi aromata, ſicut cinnamomum, & ſemina,& alia aromata.Et quando de aſſa proijcitur aliquid modicum in cibis,deſtruitur horribilitas ſaporis eorum.

De nocumento ciborum calidorum. Cap. 10.

CIbi quidem calidi, qui ſunt, ſicut allium,& cæpe,mordicant ſtomachum,& lędunt os ſtomachi, & faciunt cadere virtutes naturales quattuor, & faciunt accidere in ſuperficie ſtomachi,& inteſtinorum vlcera.Succurratur comedendo ſuper eos cibaria,quę eis contrarientur ſicut confectiones: & ad mordicationem ſumantur vnctuoſa, & inſipida,& priuata omnino impreſſione ſaporis, ſeu etiam priuata ſapore,ſicut amylum,& quod fit ex eis.Et portulaca quidem,& olus iamenum,& cucurbita,& cucumeris, & citrulli multum imprimunt in expellendo nocumentum iſtarum rerum. Et oportet vt non adminiſtretur acetum pro oppoſitione iſtorum ciborum vel pro rectificatione nocumenti iſtorum ciborum,quoniam acetum adiuuat operationem ipſorum ſua mordicatione.

De cibo amaro. Cap. 11.

AMarum contrariatur complexioni, & appetitui, & naturæ, quoniam eſt ex rebus magis remotis a ſubſtantia cibi,quum cibi ſubſtantia ſit dulcis ſecundum ſententiam Galeni: & fortaſſe amarum facit accidere ſpaſmum. Rectificatio eſt,vt comedãtur dulcia,& vnctuoſa leuia: & adminiſtrentur odorifera olfaciendo ipſa,& maſticando.

De cibo acetoſo. Cap. 12.

ACetoſa nocent ſtomacho, & hepati cum vehementi aſperitate ipſorum, & abſterſione humiditatum exiſtentium in facie neruorum,& exteriori parte ipſorum,& cum vehementi extinctione, & mordicatione ipſorũ acetoſorum cõtraria virtutibus ſenſitiuis:quare faciunt accidere ſingultum, & ſpaſmum, & cuzez. Rectificatio nocumenti eſt cum eo, qđ conglutinat,ſicut mucillago pſyllij, & cucurbita,& gummi arabicum, & amylum, & dulcia decocta: aut cum eo, quod mollificat,ſicut iura pinguia:& delectant ſenſum,ſicut cibaria ex carne conuenientia complexioni ex ſua ſubſtantia, non ex ſua qualitate: & bibere oleum amygdalarum tepidum, & butyrum quidem cum lacte proprietatem habet remouendi hoc nocumentum.

De aſpero ſtyptico. Cap. 13.

ASpera ſtyptica generant cholicam, & exſiccationem humiditatum naturalium. Rectificatio nocumenti eſt, vt comedatur ferculum factum ex prunis, aut chryſomilis: aut ferculum ex chiſch cum oleo plurimo, uel unctuoſitate plurima.

De inflatiuis. Cap. 14.

INflatiua cibaria generant colicam, & ſodã, & prohibent digeſtionem cibi, & generant inflationem, & apertionem ſeu rupturam uenarum,& arteriarum: & tinnitum, & ſibilum. Rectificatio eſt maſticatio thuris, & cyminũ, & comedere confectionem calamenthi, & dia cyminum, & parum bibere de aqua ſuper ea. Et quando poſt eorum aſſumptionem pertrãſierint horę quattuor,aſſumat in potu quantitatem moderatam vini.

De nocumento comeſtionis cibi facilis digeſtionis poſt cibum tardæ digeſtionis. Cap. 15.

CIbus quidem facilis digeſtionis, quũ aſſumitur poſt cibũ tardæ digeſtionis, tunc digeritur ante cibum tardæ digeſtionis: & qñ talis cibus facilis digeſtionis digeſtus fuerit, indiget, vt expellaŧ ad inteſtina, & egrediatur ex ſtomacho, & non inuenit uiã ad hoc, quũ cibus difficilis digeſtionis ſub eo exiſtens prohibeat: quare remanet ſupra, & putrefit ipſe, & quod ei aſſociaŧ de cibo, & generat humores malos:

malos:& ad cerebrum ascendunt vapores mali nocentes corrumpẽtes. Rectificatio,& remedium conuenientius,& dignius est,vt soluãtur cum quibusdam solutiuis securis prædictis,sicut sunt pruna,& syracost, & syrupus de fructibus, & loch fructuum in habentibus complexionem calidam:& seriaram,& electuarium regale,& electuarium factũ cũ absynthio in habẽtibus complexionem frigidam: in quibus est alia cura: & est, vt ipsi assumant res bonificantes digestiuam cum substantia sua forti operatione ita,ut non sit necessaria repletio supra repletionem: Immo faciat intentionem possibilem cum modico ipsius, & virtute medicinali in eo existente, sicut coriandrum siccum,& caseus humidus recens, & cytonia pontica, & psyllium,& portulaca.

De nocumento lubricantium ante cibum tardæ digestionis. *Cap.* 16.

QVãdo post cibos lubricãtes,sicut batheca seu melo,& chrysomila,& pruna,& mora,succedit cibus aliquis,habens substantiã absque tẽpore,tunc est causa, quod iste cibus grauis lubricat ex lubricatione cibi lubricantis, & festinat eius descensio ante digestionem ipsius in stomacho: quare descendit cibus ad hepar in mesaraicas non existente adhuc cibo digesto,neque transmutato transmutatione cõpleta:quare facit accidere oppilationes. Rectificatio illius aut est velocitando egressionem eius: aut assumendo [exasperantia] ante cibum super cibum lubricantem, si est possibile:aut post ipsum.deinde iaceat, & dormiat super latus sinistrum,postea administrentur diuretica aperiẽtia oppilationes,sicut vinum,& syrupus acetosus de seminibus,aut aqua mellis secundum dispositiones, secundum quod dictum est.

Absque tẽpore .i. absque intermissione temporis.

Alia litera calefacientia.

De nocumento cibi compressiui. *Cap.* 17.

NOcumentum cibi compressiui post cibum est proximum nocumẽto cibi lubricatiui secundum vnum modum: & est longinquum ab eo secũdum alium modum: similatur enim ei ex parte,quod velocitat descensum illius cibi, qui est tenuis, & subtilis:& est longinquum ab eo ex parte,quod cibus grossus tarde descendit,quare cibus compressiuus nocet nocumento cibi lubricantis,& nocet nocumento putredinis. Rectificatio eius est administrare lenientia mollificantia super ipsum, sicut ferculum factũ de prunis, & tamarindis,& sicut syracost, & sicut cibus de almes,& de alnisuch in habentibus complexionem calidam, & in dominio caloris, & considera qđ dictum est:& habentibus complexionem frigidam exhibeaĩ sicut electuarium regale,& seriaram,imo etiam administrẽtur penidij,& mel,quoniam sunt meliora,& conueniẽtiora:deinde curetur post egressionem eius cum abstersione, & apertione, & prouocatione vicinæ cum eis,quæ diximus.

De ijs,quæ morantur in stomacho. *Cap.* 18.

MOrantia in stomacho, & retinentia cibũ in eo est,sicut coriandrum. Nocumentũ eius est putrefactio. Rectificatio est similis eis, quæ dicta sunt in cap. præcedenti.

De ijs,quæ adiuuant ad putredinem. *Cap.* 19.

QVãdo assumitur in cibum aliquid, cuius natura est, vt recipiat putredinem: deinde succedit illud,quod adiuuat ipsam putredinem sicut allium,& caules,tunc nocumentum est velocitas putredinis. Rectificatio est assumere extinctiua, incisiua, sicut syrupus acetosus, aut styptica, sicut rob cytoniorum, & rob pomorum,& rob agrestæ.

Allium,& caules simul uituperantur.

De adiuuantibus ad coagulationem, & ingrossationem uel condensationem. *Cap.* 20.

HViusmodi sunt, sicut caseus cum lacte, & acetum super ipsum lac,& quę illi similãtur, & sicut caseus super oua,& cytonia sup pisces,& similia,& nocumentum horum est nauseatiua satietas, & colica. Rectificatio, & cura est administrare illud,quod incidit,& resoluit, sicut fengius,& syrupus de scoria:& in fine rei vomitus cum aqua anethi, dum permanet in stomacho:quumq; puenerit ad intestina,administretur seriaram, & electuarium regale, & q̃ eis similantur: & supponantur suppositoria soluentia naturam moderatæ fortitudinis.

Fengius, confectio de scoria, cuius in y. ca. habentur descriptiones.

De nocumento cibi assumpti super cibum. *Cap.* 21.

CIbus assumptus supra cibum nocet tribus modis: quorum vnus est, ꝙ virtus non est fortis,nisi post quietem eius a cibo primo:quare applicatio eius ad cibum secundum,& ad digestionem eius perducit ad debilitatem ipsius. Et secundus modus est, quod cibus digestus p̃miscetur cum indigesto, & currit sic in uenas: quare facit accidere oppilationes. Tertius vero modus seu tertia ratio est,quod cibus digestus permiscetur cum indigesto,& retinetur cũ eo, donec ipse digeratur & obedit ad penetrandũ cum eo,vel tardat,vt penetret cum eo,& putrefit propter longam moram,& additionem morę supra id, quod requirit natura de ipso. Rectificatio non est alia, nisi vomitus, & ventris solutio, postea abstersio, & ablutio prędicta in reliquis capitulis,postea prolongare famem:& somnus plurimus post illum cibum: & exercitium post talem somnum.

De eo, qui comedit cibum conuertibilem ad materiam existentem in stomacho. *Cap.* 22.

QVi comedunt cibum conuertibilẽ ad materiam existẽtem in stomacho, sunt sicut si comedant mel cholera in stomacho existente:aut comedant lac existente phlegmate in stomacho. Et conuenientius quidem est,vt isti vomant ante comestionem, vt non multipliceĩ materia mala propter conuersionem cibi ad ipsam, quę facit accidere omnem speciẽ ægritudinem ei appropriatam prædictam. Rectificatio,vt euomatur iste cibus: aut opponaĩ ei cũ suo cõtrario:si enim fuerit materia cholerica, bibaĩ syrupus de agresta, & syrupus de pomis, & syrupus granatorũ, & syrupus acetosus. Et ex cibis comedaĩ,sicut cucumeres longi arcuati,& cucurbita, & portulaca:& confert ei iuuamento maximo psyllium cum syrupo acetoso: deinde post eius digestionem succedant solutiua,sicut quæ sunt facta ex prunis,& alnisuch,

&

& tamarindis: Si vero in stomacho materia fuerit phlegmatica, tunc bibatur vinum purum, & aqua mellis, & syrupus acetosus factus cũ reubarbaro, & confectio de cymino: deinde post eius digestionem soluatur cum electuario regali, & suffuf de turbit cum zingibere, & hiera picra solutione parua; neque prætermittatur, quoniam nocebit vehementer.

De exercitio, & iuuamento eius. *Cap.* 23.

EX superfluitatibus quædam sunt superfluitates primi cibi, & expelluntur cũ egestionibus, & vrina. quædam vero sunt superfluitates, quę remanent in partibus hepatis, & cystis fellis, & splenis, deinde in venis, & arterijs, deinde in lacertis, deinde in iuncturis: & istę quidẽ superfluitates qñ successiue expurgantur, & cõtinue expelluntur, tunc remanet corpus absq; superfluitatibus. Et modus quidem expulsionis illarum superfluitatũ, quæ sunt propinquę intestinis, est cum lenitiuis, & diureticis, & exercitio. Sed modus expellendi superfluitates, quæ sunt vicinę profunditati membrorum, fit cum exercitio, & cum lenitiuis Et diuretica quidem mediocria in huiusmodi non conferunt, nisi p̃cesserint solutiua fortia supra ea, quę currunt cursu consuetudinis, vel supra ea, quæ sunt cõsueta. Exercitium vero solum per se sufficit ad duas res simul: nam ipsum soluit naturam, & prouocat vrinam, & sudorem. Et exercitium etiam adiuuat, vt quod de cibis est propinquũ digestioni, & adhuc est crudum, digeratur complete fortificando caliditatem naturalem. Et exercitium quidem est iuuamentum excellens in conseruatione sanitatis.

De nocumento propter diminutum exercitium. *Cap.* 24.

NOcumentum ex intromissione cibi super cibum, postquam est digestum sed nõ est super administratum exercitium, est maius, q̃ nocumentum ex intromissione cibi super cibum nõ digestum: Et illud, quoniam cibus qñ intromittitur super cibum indigestum, est secundum plurimum grauis, & descẽdit, & egreditur, neque sunt superfluitates eius, & corruptio eius, quę penetrent ad profundum membrorũ: quare tempore proximo seu breui possibile est, vt euacuetur cum quocunque leniente naturam id, quod erat retentum in meatibus corporis. Sed illud, quod oportet, vt per exercitium euacuetur, est superfluitas profunda, quæ penetrauit in profundum membrorum. Rectificatio quidẽ huius, si fuerit plurimum, quod faciat accidere tensionem, aut dolorem, aut vlcus, aut laborem seu lassitudinem absque causa aut accidere dolorem in membris, tunc fit cum solutione ventris forti, aut temperata, secundũ quod melius uidetur. Si nocumentum nõ fuerit plurimũ, & superfluitates non fuerint, tunc rectificatio fiat cum tolerantia famis, & exercitio forti transeunte ęqualitatem: postea administrentur diuretica post exercitium, & lenitionem, sicut syrupus acetosus de seminibus, aut syrupus acetosus de epithymo, aut syrupus acetosus de seminibus, in quo sit positum turbit cum cinnamomo quantitate moderata.

De motu supra cibum. *Cap.* 25.

MOtus supra cibum corrũpit cibum: & nocet tribus modis: quorũ vnus est, quia agitat cibũ commotione tali, quod non adhæret cibus superficiei instrumentorum circuentiũ ipsum, quare non digeritur. Et secundus est, q̃ ex motu prædicto spargitur caliditas naturalis ad exteriora corporis, & remanet pars eius interior frigida, & priuatur virtus digestiua eo, q̃ de calore naturali requiritur. Tertius autẽ modus est, quod motus talis facit descendere cibũ adhuc non digestum, quare operatur, quod dictum est. Rectificatio est sollicitari in expellendo illum cibum omni sollicitudine, postea abluere impressionem eius cum eo, de quo præcessit sermo in capitulis pręcedentibus.

Superficiei instrumentorum circuientium .i. superficiei stomachi.

De quiete multa. *Cap.* 26.

QVies multa nocet incrudando cibum: & prohibet superfluitates secundas, & tertias a resolutione: & retinet materias in iuncturis, & lacertis, & [aggregat] eas in eis. Rectificatio eius est rectificatio nocumenti sequentis ex priuatione exercitij.

Alia litera congelat.

De reliquis dispositionibus, quæ cibo associantur. *Cap.* 27.

SI autem cibo associantur aliquæ dispositiones calefacientes, aut infrigidantes animales, aut naturales, redire debeat ad id, quod dictum est.

TRACTATVS QVINTVS.

De aqua, & ijs, quæ bibuntur.

De nocumento potus plurimæ aquæ. *Cap.* 1.

POtus plurimæ aquę nocet tribus modis: quorum vnus est quod debilitat caliditatem naturalem in membris vniuersaliter, & debilitat mẽbra prĩcipalia: quare accidit eis tunc debilitas virtutũ naturalium quattuor. Membris autem instrumentalibus accidit debilitas motuum, & tremor. Secundus modus est, quod virtus sequestratiua in hepate debilitatur in sequestrando omnem aquositatem a sanguine, quare aut effunditur aquositas ad partes inter mirach & sifach, & accidit hydropisis aquosa: aut penetrat aquositas cũ sanguine ad mẽbra, & accidit hydropisis carnosa Et virtus sequestratiua in renibus debilitatur, quia accidit ex eo myctus vrinæ inuoluntarius cum difficultate in ea, & debilitant renes. Tertius vero modus seu tertia ratio est q̃ ipsa aqua multa soluit cibũ, & facit ipsum descendere ante horã. Rectificatio in habente quidẽ cõplexionẽ frigidã fit bibendo super ipsam aquam dialacca in vino, aut athanasia, aut mythridatum ita, vt prouocet cũ fortitudine, sed habentes cõplexionẽ calidã sumãt super eam prouocantia vrinam, & confectionem de seminibus, & vinum subtile odoriferũ: deinde transglutiant aquã frigidam post illud: & expectent super eam: & sint cibi ipsorum ea, quę prouocant, & sedant sitim: sicut cibus de spinachiis, & cibus de cydoniis.

De

De nocumento aquæ mali odoris, cęnoſæ, in qua naſcuntur cannulæ. *Cap.* 2.

AQuæ mali odoris, cœnoſæ, tardant deſcẽſionem ſuam a ſtomacho, & penetrationẽ cibi. Et ſitis quidẽ augetur cũ aquis huiuſmodi, & virtus debilitatur. Et quia ipſę non ſunt purę ſimplices, imo in huiuſmodi aquis eſt terreitas plurima, quare ex eis generatur humor aut phlegmaticus vitreus, aut melancholicus: & ꝑꝑ illud multiplicant ęgritudines ſplenis in hominibus, qui plurimũ bibunt de ipſis: & accidere faciunt hæmorrhoidas, & hydropiſim ꝑpter malitiam complexionis hepatis inductã ab eis, & mictum vrinæ inuoluntarium ꝑpter malitiam complexionis renũ. Rectificatio iſtarum aquarum eſt, vt ipſæ diſtillentur, ſi poſſibile eſt, aut cũ lambico, aut cum panno poſito ſuper orificium vaſis, in quo bulliãtur, & poſtea exprimendo pannũ illum: aut colantur, & purificantur tales aquæ cũ pane, aut pomis, aut cydonijs, & talis colatura eſt melior: ſi vero aquę illæ bullitę fuerint ſecundũ diſpoſitionem ſuã, ſcilicet ſecundum qđ ſunt, oportet vt ſuper eas ſumatur cõfectio de ariſtolochia, & ſumantur ſupęr eas illa, quæ prouocant vrinam plurimã, & bibatur ſuper eas vinum plurimum. Et cępę proprietatem habent in reſiſtendo aquis prædictis, quando comeduntur crudę: Et quando homo poſt potum aquarum prædictarum per diem biberit vinum purum modicum in ieiunio, & non fuerit quod prohibeat ex parte cõplexionis eius, confert vehementer.

Nota, quod ſi ponatur pãnus ſuper orificium uaſis, in quo bullitur aqua, tunc uapores aquæ recipiuntur in tali pãno & conuertũtur in aquam, quare ſi talis pãnus poſtea exprimatur, tunc ab eo exprimitur aqua ſubtilis diſtillata. Item colantur aquæ ponendo panem, aut citonia in aquis: aut faciẽdo, bullire aquas illas cum pane, aut pomis quia re per hoc fit reſidentia, & ſequeſtratio partium malarum, & ſicut panis, aut poma, uel pyra decocta cum fungis rectificant, ita &c.

De nocumento aquæ ſulphureæ. *Cap.* 3.

IStæ quidem aquæ adurunt humores, & eos putrefaciunt: quare ſequuntur in principio febres cholericæ, poſtea in fine febres melãcholicę propter aduſtionem ſanguinis ex eis factã. Et melancholicus quidem humor, qui ex huiuſmodi aquis generaꝛ̃, eſt humor melancholicus malus, ꝗ nominaꝛ̃ cholera nigra. Et nocumẽtũ iſtarum aquarum eſt cauſare icteritiam, & pruritum, & febres tertianas, & cõcluſam, & ſodã, & ophthalmiam, & catarrhos calidos, & vrinæ difficultatem, & corporis maciem. Rectificatio earum, ſi eſt poſſibile ipſas diſtillare, ſicut dictũ eſt, erit conuenientior. Et ſi bibantur cum aceto & proijciaꝛ̃ in eis lutum Armenum, & lutum ſigillatum, frangitur nocumentum ipſarum. Sed quando bibuntur, ſicut ſunt, vel ſecũdum ſuam diſpoſitionem, tunc ſyrupus granatorum cum ſyrupo violato frangit plurimum de nocumento ipſarum. Et ſyrupus quidẽ acetoſus zuccarinus factus cum aceto, & ſucco citoniorum reſiſtit eis vehementer. Et lac ſeminis portulacæ triti aſſumptũ cum ſyrupo violato, & ſyrupo de pomis eſt iuuatiuũ. Et potus aquæ roſatæ ſuper ipſas aquas prædictas eſt ẽt conferens. Amplius ſint cibaria leuia vnctuoſa, in quibus ponitur oleum, & butyrum calefactum. Et quando apparet earum nocumẽtum, & non fuerit febris cum eo, tunc bibatur lac, & butyrum calefactum. Si vero fuerit febris, bibatur aqua hordei cum ſyrupo acetoſo, & aqua granatorum muzorum.

De aqua aluminoſa. *Cap.* 4.

NOcumentum iſtarum aquarũ eſt ſtypticare, & cõſtringere naturam, & aſperare pectus & vocem, & cauſare difficultatem vrinę, & ſtringere vias cibi, & cauſare corporis maciẽ. Rectificatio nocumenti eſt adminiſtrare pinguia, & transglutire oleum oliuę, & amygdalarum ſuper eas, & vinum ſubtile odoriferum. Et ex potibus eſt ſyrupus violatus, & ſyrupus prunorũ. Et aqua hordei reſiſtit eis valde. Et aqua quidem cicerum cum oleo bono, quodq; oleũ ſit comeſtibile, eſt iuuatiua. Et magis iuuatiuũ omnibus rebus in reſiſtẽdo aquis prædictis eſt ſorbitio facta ex decoctione furfuris cum zuccaro adminiſtrata. Et confectiones de granis, vel medullis ſunt iuuatiuæ non modicum.

De nocumento aquarum vitriolarum, ſeu currentium ſuper mineram uitrioli, vel in qua fuerit poſitum uitriolum. *Cap.* 5.

NOcumentum iſtarum eſt compoſitum ex nocumento aquæ aluminoſę, & nocumẽto aquę ſulphureæ: quare accidit ex ſtypticitate, & exaſperatione res ſimilis ei, quæ accidit ex aqua aluminoſa: & ex putrefactione, & aduſtione materierum vel humorum accidit res ſimilis ei, quæ accidit ex aqua ſulphurea. Et nocumentum, quod faciunt huiuſmodi aquę vitrioli in pulmone, eſt magis vltimum ſeu vehementius. Rectificatio eſt bibere ſyrupũ de hyſſopo denominatum frigidum, & aſſumere ſyrupum roſarum cum ſyrupo de liquiritia, & aquam melonis Indi extractam poſt ipſius aſſationem in paſta, aut aquam cucumeris, & citrulli, aut mucillaginem pſyllij, & ſeminis citoniorum cum violis cõditis: quodcunque iſtorum reſiſtit nocumento prædicto.

De aqua mineræ lythargyrij, vel de aqua, in qua poſitum fuerit lythargyrium. *Cap.* 6.

NOcumentum iſtius aquæ eſt ſimile nocumento aquę ſulphureę: ſed hęc proprietatem habet vlcerandi inteſtina. Rectificatio eſt ſimilis rectificationi nocumenti aquæ ſulphureæ, & additur adminiſtratio eorum, quæ prohibent vlcerationem inteſtinorum, ſicut ſunt troc. de gummis, & troc. de ſpodio cum ſyrupo uiolato, vt reſiſtat ſtypticitati eius vehementi. Et pſyllium confert ei ualde.

De aqua mineræ uiridis æris, uel de aqua, in qua poſitum fuerit uiride æs. *Cap.* 7.

NOcumentũ iſtius aquæ eſt ſimile etiã nocumento aquę ſulphureæ: verum eſt maioris nocumenti, quam illud ſecundũ vnũ modum: & eſt, quod huiuſmodi aqua aperit orificia venarũ, & lædit ea, & facit accidere mictum ſanguinis, & fluxũ ſanguinis per ventrẽ, & ſputũ ſanguinis ex pulmone. Rectificatio eſt adminiſtrare troch. de Karabe ſuper eam, & adminiſtrare ſumach, & berberos. Et troc. de terra ſigillata remouent nocumentum eius cũ ſtypticitate, & virtute theriacali, ꝙ eſt in eis. Et ſyrupus de iuiubis ingroſſando ſanguinem. Et adminiſtrare lohoc de papauere, confert nocumento pulmonis, & renũ. Et conſidereꝛ̃ impreſſio, in quo mẽbro vehemẽter fuerit, & curetur cum eis,

eis, quæ ſunt appropriata illi membro. Et hepati quidem, & quæ ei continuantur, appropriantur troch. de Karabe. Pulmoni vero appropriãtur troch. de papauere. Inteſtinis autem approprianẽ troch. de terra ſigillata. Renibus troch alkekengi, & troch. de papauere cum balauſtiis

De aqua ſalis armoniaci. *Cap.* 8.

NOcumentum aquę ſalis armoniaci eſt, ſicut nocumentum aquæ viridis ęris, & difficilius eo. Et proprietas eius eſt nocere cerebro, & oculis. Rectificatio eſt, vt adminiſtrẽtur omnia, quæ adminiſtrantur pro rectificatione nocumenti aquę viridis æris cum extinctione vehementi facta cum troch. de camphora, & odore ipſius, & cum linimentis frigidis ſuper caput ex oleo roſarum, & aceto, & aqua roſata, & ſandalis, & ſucco olerum frigidorum, & facere oculis alconol cum aqua coriandri, & antimonio nutrito cum agreſta.

De aqua æris. *Cap.* 9.

NOcumentum iſtius aquę debilius eſt, quã nocumentum aquæ viridis æris, & quod ei ſimilatur.

De aqua naphthica. *Cap.* 10.

NOcumentum iſtius aquæ eſt debilius, quã nocumentum aquę ſulphuris, & quod ei ſimilatur.

De aqua ſalſa. *Cap.* 11.

PRoprietas iſtius aquæ eſt facere obſcuritatẽ viſus, & grauitatẽ auditus & ſibilũ in capite, & pruritũ. Rectificatio eſt extinguere cũ robub frigidis, in quibus non eſt ſtypticitas vehemens: & adminiſtrare vnctuoſa ſecundũ qđ dictum eſt in capitulis præcedentibus: & collyrium oculis facere cum tutia nutrita cũ aqua agreſtæ: & diſtillare oleum de Keiri in auribus.

De aqua amara. *Cap.* 12.

AQua amara putrefacit, & facit accidere febres cholericas: & timetẽ ex ea hydropiſis. Rectificatio eſt adminiſtrare potus dulces, ſicut iuleb, & ſyrupũ violatum: & adminiſtrare ea, quæ prouocant vrinã, ſicut medullæ ſeu ſemina melonis, citruli, cucumeris, et cucurbitę.

De aqua acetoſa. *Cap,* 13.

AQua acetoſa vlcerat ĩteſtina, & ſtomachũ, & facit nauſeam, & facit accidere hydropiſim. Rectificatio eſt adminiſtrare glutinãtia ſicut pedes, cum cymino, & quæ frangunt ventoſitatem, ſicut carui, & origanum, & aſſumere ſyrupũ de paſtinaca, & ſyrupũ de enula: & ex cibis adminiſtrare oua ſorbilia, & medullas oſſium cum ſale aromatizato cum ſpeciebus.

De nocumento aquæ bibitæ in ieiunio. *Cap.* 14

AQua bibita in ieiunio debilitat ſtomachũ & facit accidere catarrhos infrigidando cerebrum, propter duas rationes: quarum una eſt propter communitatẽ ſtomachi cum cerebro: & ſecunda ratio eſt pp aſcenſum vaporum aquoſorum purorum: nocet etiam infrigidando hepar, & ſplenem: & præparat ad hydropiſim. Rectificatio eſt aſſumere aliquid modicũ de vino puro veteri, odorifero ſuper eam: deinde feſtinare ad comedendum panem ſiccum, & tortellas tritas, & ſuich, vel ſauich, & ea, quę habẽt proprietatem exſiccandi acquoſitatem, & retinendi ipſam a veloci penetratione ita, vt reſiſtatur infrigidationi cum uino antiquo, & melle: & penetrationi cum his, quæ ingroſſant, & inſpiſſant.

De nocumento aquæ bibitæ ſuper cibum, & repletionem. *Cap.* 15.

NOcumentum bibitionis aquę ſup cibum, & repletionem eſt interpoſitio ipſius inter cibum, & inter partes ſtomachi apprehendentes, & circundantes ipſum cibum ita, ut ex hac impediatur cibus a digeſtione: Nocet etiam extinguendo vel infrigidando partes ſtomachi a fundo eius vſque ad os ipſius: & frangit virtutem digeſtiuam, & debilitat eam ſua infrigidatione: & facit penetrare cibum indigeſtũ propter fluxibilitatem ſubſtantiæ aquæ: & multoties facit accidere dolorem hepatis, & ſtomachi. Rectificatio eſt aſſumere compreſſiua ſup ipſam cum diureticis velociter, ſicut cydonia, quoniam expellet aquoſitatem velociter, poſtea prouocabit. Et non eſt aliquid in hoc capitulo, ſicut cydonium, verum oportet, ut bibaẽ poſt digeſtionem aliquid vini, aut mellis, vt frãgaẽ, quod aggregauit vel cauſauit potus aquæ plurimæ, & cydonium ſua infrigidatione: aut ſumaẽ aliquid de ſemine apij cũ penidiis. Qđ ſi accidet dolor in hepate, aut ſtomacho, cureẽ cum diacymino. Et ſi ſentitur corruptio cibi ex hoc, & declinet ad fumoſum, tunc ſoluatur cum ſyrupo de fructibus: ſi uero declinat ad acetoſum, ſoluatur cum electuario Alſeriarã, & non oportet, vt in hoc deficias.

De nocumento aquæ potatæ ſuper motum laborioſum, aut ſuper raritatem corporis a cauſis alijs. *Cap.* 16.

NOcumentum eſt rarificare corpus propter cauſas alias ſimiles eis, quas diximus de potu aquę in balneo communi. Rectificatio eſt rectificatio illius.

De nocumento potus aquæ ſuper coitum. *Cap.* 17.

POtus aquę ſuper coitum facit accidere tremorem cordis, & debilitatem eius proprie, & ea, quę diximus in balneo communi. Rectificatio eſt olfacere muſcum, & aſſumere diamuſcum dulce in habente complexionem calidam cum ſyrupo de pomis; ſed in habente cõplexionem frigidam cum uino puro; & comedat alzarauni.

Alzaraum eſt confectio.

De nocumento focha. *Cap.* 18.

POtus focha corrũpit hepar, & cerebrum, & cor, & ſtomachũ, & ſplenẽ, & inteſtina, & renes, & veſicam, & debilitat ipſa, deinde generat tremorem, paralyſim, & lepram, & baras, & mictum urinæ inuoluntarium, & lapidẽ ueſicæ, & renum, & hydropiſim: & eſt ex rebus, q̃ magis nocent neruis, & contrariatur coitu, quoniã infrigidat, & humectat, & ſpargit humiditates, quę ſunt in facie neruorũ: & facit accidere catar-

Focha eſt potus factus ex hordeo, & licet fiat etiam ex paſſulis, ſicut hodiernis temporibus tamen hic non intelligitur, niſi de facto ex hordeo.

Nocumentũ potus uini ſuper rem malam, aut ante ipſam.

catarrhos malos, & scrofulas. Rectificatio est administrare nuces, & amygdalas, & medullas fructuum:& administratio eorum, quæ prouocant vrinam. Et caueatur potatio vini super potum focha: aut caueatur potare ipsum focha super vinum: quoniam vinum facit penetrare velociter ad profundum membrorũ, & iuncturarum: imo oportet, vt super focha sumatur lambendo mel, & butyrum, & administratio prouocantium plurimorum. Et alzarauni est theriaca ipsius focha omnibus modis. Et melius focha est illud, qđ fit ex pane, & in eo ponitur multum de cinnamomo, & ruta, & origano.

De nocumento vini multi. Cap. 19.

POtus multi vini in habentibus cõplexionẽ valde calidam multiplicat cholerã in uisceribus, & venis eius:& dominium sanguinis in eo. Et timetur, ne adueniat ei repletio, quæ est secũdum receptacula, & vasa: vnde accidit apoplexia sanguinea, & mors subitanea. in habentibus vero complexionem frigidã accidunt ægritudines neruorũ omnes propter duas causas: quarum vna est humectatio superflua vel mala ex operatione vini:& secunda est conuersio vini ad acetositatẽ: vnde ex hoc nerui læduntur, & abraduntur. Et accidit ex illo apoplexia frigida, subet, lithargia, & paralysis, & tremor, & tortura oris, & stupor:& est magis incolumis, quã illud, ꝙ fit a causis alijs propter leuitatem materiæ generatæ a vino. Rectificatio est, qđ oportet habentes complexionem calidã vt assiduẽt phlebotomiam, seu frequenter vtantur phlebotomia, & euacuatione cum syrupo fructuũ, & vtantur syrupo granatorum plurimo, quoniã est eis theriaca: Habentibus uero complexionẽ frigidam oportet, vt exhibeantur troch. de absinthio, & troch. de sytaragi in aqua radicũ fortium:& administretur etiam exercitium. Et qñ sentitur tensio grauis, & sentiuntur iectigationes, tunc euacua cum pilulis alstomaticon.

Ex illo, i. ex potatione vini multi in habẽtibus complexionem frigidam.

In aqua radicum fortiũ, id est in decoctione radicum habentium uirtutem fortem.

De nocumento vini fortis, nigri. Cap. 20.

VInum forte, nigrum, adurit sanguinem, & corrumpit humores, & causat apostema in velamine seu diaphragmate, & cerebro, & phthisim. Rectificatio est, vt bibatur syrupus granatorum cum syrupo violato: & administretur syrupus acetosus simplex, & aqua hordei:& administrentur epithemata vel linimenta frigida prędicta super hepar, & cor, & cerebrum:& assumantur troc. sandalini minores:& super ipsum comedat citonia, & iuiubas:& declinet cibus ad acetosum.

Super ipsum. s. uinum forte, nigrum.

De nocumento vini subtilis aquosi. Cap. 21.

VInũ subtile aquosum in corporibus phlegmaticis facit accidere catarrhos, & ægritudines neruorum. Rectificatio est administrare super ipsum syrupum de hyssopo fortem, factum cum papauere, & bibatur cũ pauco athanasię dissolutæ in eo: & iterum sumatur de mistura turbit, & zingiberis cum melle lambitio vna, aut duæ in die secundo, & vtatur exercitio, si non fuerit corpus vehementer repletũ: & manibus comprimantur spondyles dorsi, & iuncturę compressione laboriosa.

Lambitio una est, ut assumatur tantũ, quantum digito vno capi potest de melle, aut loch.

De nocumento vini pontici. Cap. 22.

VInum ponticum, constringit naturam, & turbidat, & inspissat sanguinem. Rectificatio est super ipsum assumere vinum dulce post eius purificationem seu clarificationem, aut syrupum de melle. In habentibus vero complexionem calidam sumatur vinum album muzi saporis cum syrupo violato. verum in habentibus complexionem calidam parum nocet.

De nocumento vini in ieiunio. Cap. 23.

VInum bibitum stomacho ieiuno causat hecticam, & apostemata in visceribus, & febres putridas, & sodam dominantem. Rectificatio est assumere sup ipsum sauich hordei sumendo ipsum in modum suffuf, & frãgere virtutem ipsius, & assumere spodium cum luto armeno super ipsum vinum seu in fine mẽsę, aut iuiubas, aut cytonium. Quod si nocet, tũc ex rebus melioribus ad opponendũ nocumẽto eius est rob granatorũ acetosorum, & rob agrestæ. ꝙ si nocumentum vini est uehemens, tunc sumantur troc. camphorę in potu, neque administretur syrupus acetosus super eum: quoniã dulce non confert iuuamento plurimo; imo nocet, & conuertiť in cholerã. Et acetosum mordificat, & lędit sua acetositate, & addit nocumẽtũ sup nocumentũ uini. Amplius oportet, vt sit solicitudo in epithemando ab extra cum rebus odoriferis super hepar, cor, & cerebrum.

De eo, qui bibit vinum, & est febriens, aut patiens sodam. Cap. 24.

REctificatio nocumenti ex potu vini assumpti cum febre, aut soda, si fuerit cũ repletione vehementi, est præparare ad phlebotomiã, & extrahere materiam sanguinis, donec timeatur syncopis:& quandoq; præcedat ad phlebotomiam per horam potus rob fructuum soluti ui uel lenitiui, sicut rob de prunis, & rob alnisuch, & rob de moris, & sytupus uiolatus: Et si non fuerit repletio, tunc assumat troc. camphorę in syrupo rosarũ, aut syrupo prunorũ:& fiat epithema frigidum: & effundatur aqua frigida super caput, non in reliquis membris.

De potu vini in strictura anhelitus facta a calore. Cap. 25.

SI patiens stricturam anhelitus a calore, aut a natura cholerica biberit uinum, tunc succurrendo nocumento illius oportet, ut bibat sup eum syrupum de papauere permistum cum syrupo uiolato: & loco aquæ detur aqua rosata, & alleuietur cibus.

De potu vini in ophthalmia. Cap. 26.

SI qs patiẽs ophthalmiã biberit uinũ in principio ipsius ophthalmię, oportet, ut succurrendo nocumento eius festinet ad solutionem uentris cum decoctione myrabol. subito, & assumat coriandrum siccum cum psyllio & zuccaro super ipsum, postquam biberit:& fiant epithemata frigida super cerebrum. Et semẽ cauлis est ex eis, quæ iuuant in huiusmodi dispositione, quando assumitur cum coriandro & geneliabin zuccarino recenti sicut est.

De eo, qui bibit uinum super unam trium specierum [repletionis.] Cap. 27.

IN remotione nocumenti peruenietis ex potu super vnam trium specierũ [repletionis] oportet, vt festine succurratur, antequam accidat apostema & febris: & fiat phlebotomia vltima seu copiosa. Et habens complexionem frigidam oportet, vt assumat seu bibat loch de caulibus cum aqua vel succo granatorum: sed habens complexionem calidam bibat syrupum de papauere cum granatis, & syrupo ipsius. Et cibus sit cibus de sumach post phlebotomiam: sed ante phlebotomiam cibus sit factus de alnisuch, aut de prunis.

De nocumento uini super ebrietatem. Cap. 28.

NOcumentum vini super ebrietatem est facere sodam vehementem, & nauseam, & hecticam, & febres difficiles, & apostemata viscerum. Rectificatio & remedium est procurare, vt fiat vomitus cum syrupo acetoso, & aqua calida: deinde exprimantur granata plurima, & bibatur ex illo succo paulatim paulatim, donec expuat. Quod si accidat vomitus, reuertatur ad ipsum vice alia: quumque sedatus fuerit vomitus, exhibeaṫ rob agrestæ, & syrupus eius. Et sit cibus alhelam idest cibus ex carne bouina cum aceto preparatus, & alcharis idest cibus ex carnibus leuibus cum aceto preparatus, sicut gelatina, & pisces parui præparati cum aceto in modum gelatinæ: & abluatur, & dormiat, & administretur psyllium cũ aceto sup caput, & stomachũ: & tale psylliũ sit infrigidatum, nisi fuerit tẽpus hyemis, quoniam tunc emplastretur vel liniatur cum eo tepido caput: & cũ eo moderate frigido emplastretur stomachus.

TRACTATVS SEXTVS.

De motu, & quiete.

De motu plurimo. Cap. 1.

MOtus plurimus calefacit primo calefactione vehementi, & exsiccat: deinde in fine infrigidat. Et ex nocumentis primis est putrefactio, & facere fluere materiam malam ad profundum membrorum. Et ex nocumentis secundis sunt ægritudines neruorum frigidę, & casus virtutis: & quã doque facit accidere caphacam, & syncopin. Rectificatio est, quod oportet, vt abluatur in ęstate quidem cum aqua frigida: in hyeme uero cum aqua dulci tepida. Et suffumigetur cũ suffumigatione facta ex camphora: & sorbeat ex sorbitionibus factis cum carne, in quibus nõ sit, nisi caro contrita, & parum ciceris, & non superfluat in eo: postea inungatur cum oleo: & inungantur iuncturæ inunctione vehementi: & naribus attrahatur oleum: & distilletur in aures: & mulgeatur lac super caput: & dormiat, & quiescat tẽpore: & subtilietur cibus primo, & nutriatur cum uitello oui sorbilis, & cum alis auium: & gradatim ascendatur ad cibos cõsuetos, nisi apud casum virtutis: tunc enim exhibeatur aqua carnis fortis, cum modico vini aromatici.

De motu uehementi. Cap. 2.

OPeratio motus vehementis seu fortis est proxima operationi motus plurimi in calefactione: sed est minor ea in resolutione. In rectificatione nocumenti oportet, vt sit intentio ad æquandum complexionem calidam magis declinans, quam ad viuificandũ cum cibis: quare exhibeantur in potu rob fructuum, & aqua frigida post quietem cordis, & pulsus.

De quiete plurima. Cap. 3.

QVies plurima generat humores crudos, & prohibitionem chordarum ab obediẽtia lacertorum in motibus, & hebetat sensus: Rectificatio nocumenti est, quod si fuerit illud in longo tempore, euacuetur cum pilulis stomachicõ, aut pilulis cochiis. Si vero fuerit non longi temporis, tunc succurratur cũ exercitio forti, & fricatione, & compressione mẽbrorum in balneo.

De motu post euacuationes. Cap. 4.

OPortet, vt sorbeat super eum ius carnis cũ vino odorifero: & bibat super eum habẽs complexionem calidam syrupum de pomis cũ lætificantibus frigidis: & habens complexionẽ frigidam bibat uinum purum cum lętificantibus calidis, & diamuscho.

De motu super cibum. Cap. 5.

IAm præcessit sermo de nocumento motus super cibum: & est, quod agitat cibum, & ꝓhibet digestionem, & facit descendere cibũ ante digestionem: & causat oppilationes. Rectificatio est, vt ingenietur in eius extractione, & solutione ex corpore: postea succedant ea, quæ aperiunt oppilationes, & abluat impressionem nocumenti præcedentis: deinde alleuietur cibus post ipsum.

De vigilia vehementi plurima. Cap. 6.

VIgilia vehemẽs plurima est similis motui vehementi plurimo: verum eius nocumẽtum magis dominatur cerebro, & cordi. Rectificatio est vehementer inungere caput cum oleo uiolato, & naribus ipsum attrahere, & distillare in aurem: & olfacere aquam rosatam, & bibere vinum multæ permistionis ita, vt humectetur, cerebrum: & administretur balneatio leuis cum aqua dulci temperatæ caliditatis: & sorbeat ius spinachiæ uel secundum aliã literam ius carnium, & ferculum de cucurbita, ferculum de blitis: & assumat syrupum de pomis: & epithemetur cor cum linimentis, uel epithematibus frigidis.

De somno plurimo. Cap. 7.

SOmnus plurimus operaṫ operationẽ quietis plurimæ: verũ nocet cerebro magis. Rectificatio est similis rectificationi quietis plurimæ: verum oportet, vt maior solicitudo habeatur de cerebro: quare administrentur sternutatoria: & olfaciat muschum, & althith idest assam, & gargarizatio fiat cũ almuri, & synapi, & hiera

hiera piera. Et si dispositio requirit euacuatio-
nem, fiat euacuatio cum pilulis cochiis, aut cū
pilulis de hiera.

De nocumento coitus plurimi. Cap. 8.

COitus coactus absque desiderio nocet di-
minuendo substantiam spiritus vitalis, &
debilitando cor, & causat chafacham, & obte-
nebrat sensus, & facit cadere virtutem, & præ-
parat ad omnes ægritudines neruorum in ho-
mine complexionis frigidę: sed in homine cō
plexionis calidæ præparat ad hecticam. Rectifi
catio est secundum duos modos: quare nocu
mentum huius capituli est secūdum duos mo
dos: quorum vnus est, quod facit declinare cō
plexionem ad frigus: cuius signum est, quod
pulsus est paruus, aut rarus, aut tardus: & senti-
tur frigus in membris, & læditur homo a frigo
re: & iuuatur, & quiescit cum calore. secundus
modus nocumenti est, quod facit declinare cō
plexionem ad caliditatem, & hecticam: cuius si
gnum est frequentia pulsus cum velocitate, &
inuentio caliditatis post quietem a motu coi-
tus, & inuenitur angustia, & inflammatio post
cibum. Rectificatio igitur est secundum duos
modos: in rectificatione enim nocumenti fa-
cientis declinare complexionē ad frigus, opor
tet, vt exhibeatur in potu vinum odoriferum:
& cibetur aqua carnis contritę decoctæ cū fa-
cilitate: donec penetret in ea sapor carnis: & mi
sceatur cum aqua prædicta vitellum oui con-
quassatum, & aromatizetur cum cinnamomo,
& gariophyllis, & secacul: & odorent muscum:
& assumant diamuscum: & misceantur eorum
sorbitiones, & iura cū vino: & exhibeantur fri-
taleę factę ex ouis cum cępa, & porris: & mul-
tum vtantur ciceribus, seu multum comedant
de ciceribus: & bibant infusionem cicerum per
mistam cum vino: & balneentur cum aqua ca
lida: & vngantur cum oleo chamæmillino, &
oleo rosato permistis: & dormiant super satu-
ritatem cibi aromatizati. Et si fuerit stomachus
fortis, exhibeatur cępe assatum, & pastinaca, &
rapa, & ambo sint assatæ, & comedantur cū sa-
le, in quo sit semen pastinacæ vel carotę, aut sal
stinchorum. Si vero ex coitu prædicto declina
uerit complexio ad caliditatem, tunc oportet,
vt administrētur ea, in quibus aggregātur duæ
intētiones, scilicet extinctio, & generatio eius,
quod de spermate fuit resolutum: & hoc est, si-
cut cibus de cucurbita: & de blitis, & oua sor-
bilia sumendo vitellum: & albumen eorum: &
lac dulce: & tereniabin, & chisch confectum
cum aqua tribulorum humidorum: & sorbi-
tiones factæ de chisch, & ciceribus elixatis: &
cerebra gallinarum & gallorum: & pisces assa-
ti, dum sunt calidi actu, si fuerint ęquales tēpe-
rati in paruitate, & magnitudine: & confectio
nes factę cum zuccaro, & amygdalis excortica
tis contritis; & semen papaueris contritum, de
quo assumatur quātitas: & administrentur her
modactyli seu bugidē cum zuccaro, & amyg-
dalis, quoniam proprietatem habent in hoc: &
sorbeant ius carnium cum syrupo pomorum:
& odorent camphoram modicum, & infrigi-
detur cor cum epithematibus.

*De nocumento dimissionis coitus in consuetis ho-
minibus. Cap. 9.*

DImissio coitus in consuetis facit accidere
dolorem iuncturarum, & testiculorum, &
grauitatem capitis, & motuum, & colli dolo-
rem. Rectificatio, administretur coitus, si fue-
rit possibile: & si non, administretur suffuf se-
minis agni casti, & seminis rutę cum zuccaro
in habentibus complexionem frigidam: sed in
habentibus complexionem calidam exhibea-
tur semen lactucæ, & semen portulacę: & ex-
hibeantur cibi paucæ carnis, & acetosi: & lige-
tur plumbum super alchatin.

De nocumento coitus super cibi uacuitatem. Cap. 10.

NOcumentum coitus super vacuitatem ci
bi est, sicut nocumentum coitus plurimi.
Rectificatio eius est, sicut rectificatio illius: ve-
rum cibus ex carne est conueniens. Et vt præ-
seruatio fiat ab hectica cum troch. endiuiæ est
conuenientius.

De nocumento coitus super repletionem. Cap. 11.

NOcumētum coitus super repletionem est
simile nocumento motus super repletio-
nem; verum est vehementioris, & pluris nocu-
menti: facit enim penetrare cibum indigestum
ad profundū: & q̄nque accidit ex eo colica dif-
ficilis. Rectificatio est, vt consideretur, an cibus
declinat ad lenitatem, aut inflationem, aut cō-
strictionem naturæ: & an reperiatur punctura
in partibus mēbrorum. Quod si declinat ad le-
nitatem, tunc dimittatur, donec egeratur: dein
de bibatur post illud aqua cicerum decoctorū
permista cum modico vini potatione exuberā
ti: postea assumatur confectio de thure. In eo
uero, qui est frigidioris complexionis, exhibea
tur athanasia: deinde sorbeat ius carniū absque
ouis, & bibat infusionem cicerum absque deco
ctione. Et cibus si declinauerit ad inflationem,
tunc assumat super eum diacyminum ita, vt re
moueatur inflatio: & si cibus cōstringit natu-
ram, soluatur venter cum ijs, quæ lubricant. si
fuerit cibus retentus propter sui siccitatem, &
asperitatem, sicut est rizum, & milium. Lubri-
cans vero est sicut syrupus de fructibus, & ca-
sia fistula cum re modica ex eis, quę resoluūt,
& aperiunt, sicut cinnamomum, & turbit. Et
si fuerit ex cibis viscosis humidis constringen-
tibus, administretur super eum hiera picra, aut
electuarium alseriaram.

De nocumento coitus cum phlebotomia. Cap. 12.

OPortet ut qui administrauerit coitum cū
phlebotomia, festine sorbeat iura carniū
secundum descriptionem, quam diximus in
capitulo superflui coitus, aut intinctum cibū
cū oleo de Kerua: aut effundatur de eo super
ius carnis, & conquassetur vitellū oui calefacti
cū vino: & pulverizetur super eo aliquid modi
cū de muscho ad quantitatē grani hordei, &
bibatur: & decoquatur ferculū de pomis cum
carne contrita ducocta ita, ut destruatur sapor
carnis: postea exprimatē cępe, & fundatur aqua,
vel succus eius in eo, deinde fundatē desup pars
vna vini in partibus decē aquæ, in qua est: po-
stea sumatē farina cicerū, & fabarū, & proiiciatē
desuper

desuper ita, ut fiat sicut sorbitio subtilis: postea bulliat ebullitione, deinde fundatur in eo uitellum oui, postea sorbeatur nõ subito, seu paulatim paulatim aliquid post aliquid: deinde balneetur cum aqua calida: & inungatur cerebrum vehementer cum oleo myrtino, & rosato, & dormiat. Et vngantur pedes eius cum adipe caprarum dissoluto, colato, aut oleo rosato conquassato cum adipe anatis.

De coitu facto cum solutione uentris. Cap. 13.

NOcumentum coitus cum solutione ventris est vehemẽtius prędicto. Rectificatio est, vt primo quidem bibant rob pomorum cũ lætificantibus, aut diamuschum, postea masticetur olibanum per horam, si non accidit syncopis: deinde sorbeant aliquid modicum de zirbagi, idest de cibario facto ex brodio carnis, & aceto, & speciebus: postea sorbeant ius prædictum, deinde assumant super eum frusta cydonij, & sugatur succus eius proiiciendo fœcem eius, seu partem grossam eius, quæ masticata fuit: deinde dormiat. Quod si inuenitur inflatio, bibat modicum de uino aromatico: Si vero accidat syncopis, necessarium est sorbere aquam carnis cum uino: & inungantur iuncturæ omnes cum oleo: & exhibeantur tortellæ infusæ in vino aromatico, & aspergatur aqua frigida, & aqua rosata super faciem eius.

De rectificatione nocumenti coitus cum debilitate renum. Cap. 14.

REctificatio nocumenti ex coitu facto cum debilitate renum est, vt administrentur medullæ, sicut nuces, & amygdalæ, & auellanæ, & pineæ, & grana alzelem idest dolcigini, & grana alchalcal, & grana viridia cũ dactylis. Quod si debilitas fuerit ex malitia complexionis calidæ, tunc administrẽtur amygdalæ: & papauer, & zuccarum secundum quod diximus ante.

De rectificatione nocumenti coitus cum lapide. Cap. 15.

REctificatio nocumenti coitus cum lapide est, vt administretur confectio alzarauni, & mithridatum.

De nocumento coitus cum soda. Cao. 16.

REctificatio nocumenti coitus cum soda est epithemare caput cum mucillagine psyllij: & inungere ipsum cum oleo myrtino, & est melius: & stringere uel ligare brachia, & pedes in hora coitus, & bibere mucillaginem seminis lini.

De nocumento coitus cum ophthalmia. Cap. 17.

REctificatio nocumenti coitus cum ophthalmia est similis rectificationi nocumenti coitus cum soda, & distilletur aqua coriandri humidi cum albumine oui in oculo: & applicentur ventosæ cum igne inter duas spatulas. & dormiat resupine.

De rectificatione nocumenti coitus in patiente dolorem iuncturarum. Cap. 18.

REctificatio nocumenti ex coitu in patiente dolorem iuncturarum est, quod oportet, vt isti cũ facilitate, & leuiter faciant illud apud motum eius: & quod ante ipsum inungatur iũcturæ dolẽtes cum psyllio per horam: & quod ligent iuncturas oppositas iuncturis secũdum situationem, scilicet superioris ad inferiorem, & dextri ad sinistram ligatione forti: deinde alleuietur cibus, & administretur vomitus: & cõfert cerebrum cum oleo myrtino, permisto cum oleo chamomelino.

Ante ipsum. s. coitum.

De refectione, seu remedio nocumenti coitus in habentibus ægritudines frigidas neruorum. Cap. 19.

REctificatio seu remedium nocumenti ex coitu in habentibus ægritudines frigidas neruorum est, vt administretur electuarium de stinchis: & assiduent inungere loca dolorosa cum oleo costino, & castoreo: & administrent aquam carnis fortem permistam cum vino puro antiquo, & multiplicent ipsum: & prolongent balneationem, & odorent muschum, & ambracam continue.

Prolongent balneationẽ, idest stent longo tempore in balneo.

De rectificatione nocumenti coitus in habente complexionem calidam. Cap. 20.

REctificatio nocumenti coitus in habente complexionem calidam fit cum lacte, & tereniabin, sicut diximus: & cibo facto de papauere, & amygdalis.

De rectificatione nocumenti coitus in complexione sicca. Cap. 21.

REctificatio nocumenti coitus in habente complexionem siccam est administrare aquam carnis, & vitella ouorum sorbilium: in habente uero frigidam complexionem est administrare aquam carnium cum seminibus fortibus prædictis, & oleo de Kerua.

TRACTATVS SEPTIMVS.

De euacuatione.

De eo, qui nocetur a phlebotomia. Cap. 1.

ILle, qui læditur a phlebotomia, curatur cũ eo, quo curatur ille, cui nocet coitus.

De nocumento phlebotomiæ super potum aquæ plurimæ. Cap. 2.

IN eo, qui phlebotomatur post potum aquæ plurimę, timetur hydropisis propter expulsionem aquę attractę cum sanguine ad profundum membrorum: quare oportet, vt sit occupatus in prouocando vrinam, si fuerit calidæ complexionis cum diuretico facto ex alkekengi: si uero fuerit frigidæ cõplexionis, cum mythridato, & prouocatiuo de capparibus: & bibat vinum purum.

De eo qui phlebotomatus est post comestionem rei agitantis humores. *Cap.* 3.

IN eo, qui phlebotomatur post comestionē rei agitantis humores, timetur cursus humorum commotorum cursu cibi vel nutrimenti in venas sequentium sanguinem: quare oportet, vt bibantur ante, si fuerit complexio calida, robub fructuū acetosorum: si uero fuerit frigidę complexionis, soluatur cum eo, qđ declinat ad caliditatem, sicut loch de casia fistula. si vero accidat illud, oportet vt sis sollicitus in prouocatione sudoris post potum eius, ꝙ prohibet putredinem, & motum humorum: in habente complexionem calidam cum rob fructuum: in habente vero complexionem frigidam cum mythridato. Et si fuerit sudatio non completa, occupetur cum cibis cōuenientibus contrariis humoribus, vt frāgatur malitia eius, quod ex eis currit in venis.

De eo, qui post solutionem uentris bibit aquam plurimam. *Cap.* 4.

IN eo, qui post solutionem ventris bibit aquā plurimam, timetur hydropisis, & ęgritudines neruorum, & excoriatio intestinorum. Rectificatio est, vt prouocetur illa aqua, sicut diximus in capitulo phlebotomię: postea bibat athanasiam, aut dialaccam, & diacurcumam potionem vnam, si non fuerit complexio calida prohibens ab ea: quod si fuerit, tunc dētur prouocantia vel diuretica: deinde oportet, vt assumant psyllium torrefactum, aut semen lini torrefactum: aut gummi arabicum cum oleo rosato sufficit.

De eo, qui assumpsit cibum in hora solutionis uentris. *Cap.* 5.

IN eo, qui assumpsit cibum in hora solutionis ventris, timetur excoriatio intestinorū, & oppilatio. Quod si uenter retinetur propter ipsū, & supponantur suppositoria: si vero egreditur, timetur vehemens cholerica passio; quare oportet, vt sis sollicitus in retinēdo naturā: deinde comedāt glutinatiua, sicut uitellū oui, & pedes, & psyllium, & quæ eis similantur.

De eo, qui multiplicat cibum post retentionem solutionis uentris. *Cap.* 6.

IN eo, qui multiplicauit cibum post retentionem, solutionis ventris, oportet, vt sollicitudo sit vt fiat vomitus: quod si vomitus non fuerit possibilis, assumatur dyaciminum, si uides inflationem, & rugitum: & electuarium de casia fistula in die secundo, si uides constrictionem ventris: & exercitetur in die secundo exercitio moderato: & bibat post exercitiū tres cyathos uini: & adiuuetur cum somno, quoniā est radix. Quod si accidat egressio cibi indigesti, & excoriatio intestinorū, curetur excoriatio cū eis, quę diximus. Prohibitio uero solutionis, & regimen eius quod non soluit, existit in libris. Et hæc sufficiāt ad intentionem nostram.

Laus Deo semper.



TRACTATVS DE SYRVPO ACETOSO AVICENNAE,

TRADVCTVS EX ARABICO IN LATINVM

Per Andream Bellunensem Physicum Damascenum.

Capitulum Primum utrum in compositione radicali syrupi acetosi sint addenda semina, & radices, aut non.



Etiisti a me o Bassad, vt tibi describe rem summam, seu compendium de syrupo nominato squinzibin, idest syrupo acetoso:& manifestarem tibi veritatem in cõtrouersia, quę est inter te, & quosdam medicos de syrupo acetoso simplici. Et ego volẽs satisfacere huic tuæ petitioni auxilio dei altissimi dico, quod ille errauerit in dictis suis, tu autem recte dixisti:& illud, quia syrupus acetosus antiquo tẽpore nõ est, nisi cõpositus ex aceto, & melle: & hoc etiã exquirit nomen Iudaicum, idest Græcum·nam in idiomate ipsorum talis syrupus appellatur aluamali, vel achsumali, idest syrupus compositus ex aceto, & melle. Intentio pręterea huius syrupi est, quod confert incidendo, & subtiliãdo absque calefactione, & hoc est ex his, quæ exquirunt, quod talis syrupus sit cõpositus ex aceto, & melle solum: si enim volueris per ipsum abstersionem absque infrigidatione, tunc contentari syrupo facto de melle esset melius: si vero per syrupum acetosum volueris incisionẽ, tunc medicinæ acutę essent in hoc magis conferentes, quam syrupus acetosus prædictus: verum quia per ipsum syrupum acetosum intenditur, quod in eo cadat abstersio, & subtiliatio, & cum hoc in eo nõ sit calefactio, ideo res magis conuenientes in his operationibus essent permistio aceti, & mellis. Nam per hanc perficitur incisio, & subtiliatio, & infrigidatio, & fit fractio caliditatis mellis, & prohibitio, ne conuertatur ad choleram, & non prohibetur ipse ab abstersione & ablutione. Nam ipse per se incidit, & subtiliat, & incisio quidem, & subtiliatio vicina est, & coniuncta abstersioni. Et quia medici solertes considerauerunt ea, quæ diximus de syrupo acetoso, & cognouerunt, quod zuccarum non deficit in abstersione, imo abstergit abstersione ultima, & cum hoc est minoris caliditatis, quam mel, & magis remotum, vt conuertatur in choleram, ideo dixerunt esse vtile ponere in syrupo prædicto zuccarum loco mellis, præcipue in corporibus calidis. Nam syrupus acetosus zuccarinus non deficit in abstersione ab ipso melle:& ipse est maioris infrigidationis, quam mellinus, & magis remotus, vt conuertatur in choleram. Amplius quidam medicorum postea voluerunt, quod per syrupum acetosum non intendatur, nisi subtiliatio tantum, & apertio oppilationum hepatis, & splenis: & ex hoc consulunt, quod in syrupo prædicto ponantur radices, & semina: & hoc quidem consilium non est laudabile: nam compositio simplicium est facilis possibilis, quum volueris ex eis ipsam facere: & non est separatio ipsorum facilis. Et syrupus quidem acetosus de seminibus est calefactiuus: neque conueniens est habentibus complexionem inflammatam, & hepar calidum, neque in temporibus, & regionibus calidis: sicut istis est conueniens syrupus acetosus simplex. Et quando cum syrupo acetoso simplici indiges incisione, & subtiliatione, possibile est, quod bullias istas radices, & semina in aqua, & effundas talem decoctionem super syrupum acetosum simplicem, & contentari ipso solo, & eo, quod est fortius eo. Et quando necessarium est, ut cum incisione, & subtiliatione sit infrigidatio, non est possibile, neque conueniens administrare syrupum acetosum de seminibus: quare melius est, vt fiat semper syrupus acetosus simplex: quoniam eius infrigidatio, quando volueris, est facilis: sed in syrupo acetoso non simplici non est ita possibilis extractio seu separatio nocumenti caliditatis radicum, & seminum ab eo, quando caliditas illa non est necessaria. Et non fuerunt radices, & semina addita syrupo acetoso, nisi per quosdam de secta Alchuzi. Radix igitur in eo, & fundamentum eius est acetum, & mel, & hoc est inuentum in libris Græcorum antiquorum: uidelicet quod descriptio quælibet syrupi acetosi non est, nisi illa, quæ fit ex aceto, & melle secundum diuersitatem eius in quantitate ipsorum secundum necessitatem incisionis, & subtiliationis, & infrigidationis. Iam manifestum est, quod diximus, quod opinio, quæ intendit, vel quæ vult semina, & radices calidas ingredi in compositione syrupi acetosi, est opinio non vera, non secura: quia per hanc destruitur vna duarum intentionum a syrupo acetoso: neque perficitur intentio altera perfectione completa: quũ reperiantur res plures magis iuuantes in apertione oppilationum, si administrentur simpliciter, quam iuuet syrupus acetosus, & fortiores in hoc, quam radices, & semina ipsa administrata in syrupo acetoso, quando intentio non fuerit, nisi subtiliatio, incisio, & apertio: quoniam quando fuerit necessitas ad has intentiones tantum, tunc non est uia administrandi syrupum acetosum compositum cum radicibus propter debilitatem ipsius in hoc opere vel in hac intentione: immo oportet, ut exhibeantur in illa hora medicinæ fortes in hac operatione. In syrupo autem acetoso non est intentio vna, immo duæ, sicut diximus: & maior

maior duarum est subtiliatio, & infrigidatio. Et ab eo quidem non fit subtiliatio, & incisio, nisi cum extinctione, & infrigidatione. Et apparet etiam, quod sententia, quæ vult, quod in syrupo acetoso ponatur zuccarum loco mellis, est sententia melior, & nobilior, quam opinio, quę facit compositionem syrupi acetosi cum seminibus, & radicibus: quum zuccarum in abstersione non deficiat a melle plurimum valde: & sit zuccarum minus calidum, quã mel: & magis remotum valde, vt cõuertatur in choleram, quam mel. Et manifestum est, quod conuentius est, quod fiat syrupus acetosus zuccarinus, quia currit consuetudo hominum administrare ipsum in æstatis tempore, & in ebrietate, & dispositionibus, in quibus existimant homines, quod indigeant extinctione, & infrigidatione. Syrupus autem acetosus de seminibus secundum plurimum priuatur hoc modo iuuamenti scilicet extinctione: imo quandoque nocet calefactis, & habentibus hepar calidũ in tempore calido nocumento maximo: & in eo cum hoc est etiam maxima horribilitas vel abhominatio, pręcipue quum fuerint radices, & semina plurima; quare ex hoc fit deterior stomacho, & multo magis excitans nauseam, & vomitum, quam syrupus acetosus simplex: præcipue in eo, in quo os stomachi fuerit valde sensitiuum: nam in huiusmodi subuertitur anima ipsorum ex odore syrupi acetosi de seminibus multis, ne dum a potu ipsius. Et ex scientia Gal. eximii apparet, quod ex hoc, quod syrupus acetosus nõ est conueniens stomacho, fuit necessarium, vt fiat syrupus acetosus cum succo cytoniorum, vbi necessaria est confortatio stomachi cũ subtiliatione, & extinctione, aut confortatione absque calefactione: & dixit descriptionem huius syrupi acetosi cum succo cytoniorum in libro de regimine sanitatis. Iã diximus sufficienter in hoc capitulo, secundum quod petisti.

Capitulum secundum de iuuamentis syrupi acetosi excellentibus, & de eius nocumentis.

Dicamus igitur nunc, quod iuuamenta syrupi acetosi magna excellentia, q̃ in aliis syrupis non existimãtur reperiri, sunt incisio, & subtiliatio, & apertio absque calefactione: & huiusmodi via quidem est magni iuuamenti, multę utilitatis vel sufficientię in arte medicinæ. nã principalis uia conseruationis sanitatis est prohibere oppilationẽ, ne accidat in corpore ita, vt medici medicinas, & cibaria aperitiua appellent sana, idest conseruantia sanitatem: & hoc est necessarium in his, in quibus conuenerunt sermones ipsorum super hoc: syrupus autem acetosus operatur hanc operationem in sanitate absque calefactione corporum: quare est possibile, vt ipse propter hoc administretur semper. Et si administrarent sani ad hanc intentionem rem aliam a syrupo acetoso, quę res esset ex eis, quæ non extinguunt, & non infrigidant; tunc calefieret hepar ipsorum, & acciderent eis ægritudines calidæ. De necessitate autem syrupi acetosi, quam habent febrientes, qui indigent apertione oppilationum, quæ sunt in meatibus strictis sui hepatis, non oporter aliquid dicere, quum hoc sit clarius, & manifestius, quam quod oporteat de eo aliquid dicere, quum ab ipso syrupo acetoso febrientes prædicti: non debeant recedere, neque aliquid loco eius sumendum, neque est aliquid, quod teneat locum eius omninò: nam ipse syrupus acetosus aggregat in febrientibus hęc iuuamenta, uidelicet extinctionem febris, & infrigidationem hepatis, & apertionem oppilationum eius, & incisionem humorum grossorum, si fuerint in partibus mesaraicarum, & in inferioribus stomachi. Et hoc quidem est præcipuum, quo magis indigent febrientes. Et in syrupo acetòso etiam est sedatio sitis causatę ab inflammatione stomachi, & hepatis, quæ quidem sedatio non est in aliis potionibus seu syrupis: licet enim reperiantur potiones seu syrupi frigidiores, quam syrupus acetosus; tamen non penetrant, & non mouent uelociter, sicut penetrat syrupus acetosus: aut quia cum potionibus uel syrupis prædictis est stypticitas, sicut in syrupo facto de cydoniis, & pomis acetosis, & similibus, in quibus est stypticitas, & ponticitas: aut quia ipsæ sunt superflue frigidę generantes caliditatem, sicut est acetositas citri, & aqua ipsa ueri frigoris. Et acetum quidem ipsum licet bibatur cum aqua, tamen non peruenit ad actum sedandi sitim calidam, sicut peruenit syrupus acetosus: & illud quia in eo cadit [infrigidatio subtilis mirabilis,] & speculatio subtilis in permistione mellis cum aceto, & est, quod hepar accelerat attractionem rerum dulcium ultima attractione, & sugit ex eis vltima suctione illud, quod ei conueniens est ex natura, & ex communitate substantiæ. Quum ergo permiscetur acetum cum melle, fit illud causa, quod ex eo attrahatur attractione in maiori quantitate, & uelocius quam attraheretur de aceto solo: immo ex aceto per se non attrahitur res plurima propter paucam conuenientiam naturalem cum ea. Et si attraheretur etiam de aqua quantitas, quæ attrahitur ex syrupo acetoso, non infrigidaret, sicut syrupus acetosus, quia mel uel zuccarum in hocloco est causa, quod perducatur acetum, & aqua ad has profunditates corporis uelociter. Et si exhibeatur sitienti quantitas similis de aqua mellis simplicis, licet hepar attrahat eam fortius & velocius, tamen non ita sedat sitim, sicut sedat syrupus acetosus: nam illud, quod infrigidat, & extinguit, non est nisi acetum, & non mel: & plurima attractio hepatis ex aqua mellis facit peruenire in meatibus mel plurimum: & aqua quidem separatur a melle: quare calefacit, & causat sitim, & auget choleram, & fortasse generat oppilationem quando multiplicatur: quoniam plurimum generationis oppilationum in hepate nõ est ex cibis dulcibus, nisi propter multam suctionem hepatis ex illis, quę hepati adhærent propter suam multitudinem, vel ex huiusmodi dulcibus, quę sua multitudine coarctant hepar, & ipsam oppilant, qa ex natura dulcis non est oppilare, imò ipsũ est abstersiuum, aperitiuum: & non oppilat, nisi

Veri frigoris [...] est actualiter [...] gida. Alia liter[a ...] men subtil[...] rabile.

Multiplicatur .s. mel.

niſi quia ipſum ab hepate attractum in magna
quantitate coarctat, & oppilat meatus hepatis.
Iam ergo apparet ſubtilis ingeniatio in permi-
ſtione mellis cum aceto,& magnum iuuamen
tum ex illa. Et ex magnis iuuamētis ſyrupi ace
toſi eſt incidere materiam febrium:& illud,qa
occurrit, ei quod in inferioribus ſtomachi re-
peritur,& in partibus ei vicinis, & ei quod de
phlegmate vicinatur: & huiuſmodi per occur-
ſum in hoc loco fit ſequeſtratio materierum,
quare expellit partem earum per ſeceſſum, par
tem per vrinam:& ſi fuerint materiæ in diſpo-
ſitione lęuigantium,ſeu natantium,expellit eas
per vomitum; quare fit illud cauſa abſciſſionis
phlegmaticę,& cum hoc extinguit caliditatem
extraneam generatam ex putredine,quę calidi
tas eſt ipſa febris : quare ſyrupus acetoſus eſt
cauſa abſcindens materiam febris: & ex hoc ēt
extinguit eam.Medici namque ſolertes, qn̄que
cōcedunt, quod per exhibitionem alicuius po-
tionis augeatur caliditas febris,vt abſcindatur
materia eius , & exhibent in potu febrientibus
propter illam intentionem medicinas calidas:
qualiter ergo vel quanto magis iudicādum eſt
oportere cum feſtinatione exhibere ſyrupum
acetoſum , propterea ꝙ ipſe extinguit febrem.
& cum hoc incidit materiam eius ? Et ſyrupus
acetoſus etiā quando permiſcetur cum phleg-
mate groſſo ,incidit ipſum : quare fit ille cauſa
egreſſionis eius a corpore.Et qn̄ ſyrupus aceto
ſus occurrit humori pręparato,vt conuertatur
in choleram rubeam , prohibet ipſum conuer-
ti ad eam:& ſi permiſcetur ſyrupus acetoſus cū
cholera citrina,reſoluit eā,ſi fuerit paucę quā-
titatis, & frangit ſuperfluā eius caliditatem, &
eius acuitatem vel nocumentum:ſi vero chole-
ra fuerit multa,expellit eam per vomitum, uel
per ſe ſeceſſum,aut per vrinā. Et ex iuuamentis
etiam ſyrupi acetoſi eſt,quod ipſe aperit oppi-
lationes hepatis cum infrigidatione eius tem-
perata ita, vt prohibeat ipſum , ne inflāmetur,
aut accidat in eo apoſtema calidum . Amplius
ipſe ſyrupus acetoſus ſubtiliat cum hoc groſſi-
tiem ſplenis,& extenuat eum,& attenuat fęcu
lentiam ſanguinis,quæ eſt in eo ita,vt effunde-
re faciat plurimum fæculētiæ eius ab ipſo ſple
ne ad inteſtina, & paucifaciat effuſionem eius
ad os ſtomachi:quare in hoc eſt magni iuuamē
ti.Et ex iuuamentis etiam ſyrupi acetoſi eſt , ꝙ
ſit cauſa paucæ generationis choleræ nigræ in
corpore, propterea quod expellit materiā eius
ad inteſtina de die in diem . Et ex eis eſt impri-
mere appetitum cibi,propterea quod ad os ſto
machi pro appetitu excitando peruenit de hoc
humore melancholico,cuius uiciſſitudo eſt in
aceto, uel cuius locum tenet acetum . Et ex eis
eſt , quod ipſe ſyrupus acetoſus eſt fundamen-
tum conſeruationis ſanitatis conſeruando in-
columia hęc duo mēbra,ſcilicet hepar,& ſple-
nem: Etiam ſyrupus acetoſus aggregat conſer-
uationem amborum membrorum ſecundum
diſpoſitionem ſuam naturalem:quoniam plu-
rimum incolumitatis hepatis non eſt,niſi aper
tio concauitatis uenarum paruarum perue-
nientium a concauo hepatis ad gibboſitatem
ipſius , & prohibitio, ne accidat in eo inflam-
matio , aut apoſtema calidum. Et plurimum
quidem apoſtematum ſplenis non accidit, ni-
ſi propter multam adhærentiam fœculentiæ
ſanguinis in eo. Syrupus acetoſus etiam mun-
dificat,uel incidit,quod in pulmone de humo
ribus groſſis oportet expelli : quare per hoc
confert aſthmati groſſo uel aſthmati cauſato a
materia groſſa : & confert tuſſi factæ a materia
groſſa, non ex hoc,quod prohibeat tuſſim,im-
mo quia excitat tuſſim , & abſcindit illos hu-
mores : quare fit illud cauſa expulſionis eius,
quod in canna pulmonis reperitur, & mundi-
ficationis eius: Et propter hoc Hippocrates, &
alii antiqui adminiſtrauerunt ſyrupum ace-
toſum in fine ſolati,& rabu ſeu aſthmatis groſ-
ſi, & ſimilium ægritudinum pectoris , & pul-
monis . Hæc igitur ſunt, quæ ſcio de iuuamen
tis ſyrupi acetoſi ſublimibus . Habet etiam ſy-
rupus acetoſus adhuc iuuamenta plurima prę
ter ſupradicta, ſicut eſt iuuamentum eius in e-
pilepſia , præcipue ſyrupus acetoſus ſquilliti-
cus , & in ſquinantia , quando fit gargariſma
cum eo , & in deſcenſione phlegmatis a cere-
bro , & exſiccatione linguæ , & mundificatio-
ne phlegmatis a partibus oris: & iuuat bothor,
& alchola, & fœtori oris, qui eſt ex calore ſto-
machi : & prohibet generationem vermium,
& aſcaridum: & adiuuat ad vomitum & mun
dificationem ſtomachi : & ſoluit ſcrophulas
non ulceratas , quando cum eo permiſcetur
farina hordei : neque inflammat in ſuis iuua-
mentis plurimis . Illud autem , quod antiqui
dixerunt de ſyrupo acetoſo , eſt , quod Dio-
ſcorides dixit , quod ſyrupus acetoſus factus
cum aqua maris ſoluit humores groſſos : &
propter hoc confert ſciaticæ, & doloribus iun
cturarum , & morſui uiperarum , & ei , qui
ſumpſit in potu opium , & taphaſia , quę eſt
gumma rutæ montanæ : & cum prædicto ſy-
rupo acetoſo fit gargariſma ad ſquinantiam.
Dixit Galenus, quod ipſe eſt potio magis con-
ueniens omnibus complexionibus , & ætati-
bus pro conſeruatione ſanitatis ipſarum,quo-
niam ipſe aperit oppilationes , & uias ſtrictas,
& prohibet ne retineantur in eis chymi groſ-
ſi:& ipſe eſt ex medicinis ſanis. Et ſufficiunt ti-
bi laudes , & excellentia iuuamenta , quę Gale-
nus ſermone abſoluto attribuit ſyrupo aceto-
ſo : & non ſic loquitur in operatione aliarum
medicinarum , quia de eis non commemorat
iuuamenta, niſi etiam adiungat nocumenta ip
ſarum , a quibus cauere oportet . Et dixit Ga-
lenus , quod ſyrupus acetoſus factus cum ace-
to ſquillitico non nocet neruis : & factus cum
ſucco cytoniorum non lædit ſtomachum. Et
dixit Rufus , quod ſyrupus acetoſus contra-
riatur phlegmati , & choleræ , & prohibet ge-
nerationem amborum , & commouet appeti-
tum . Commemoratio uero nocumentorum,
& diſpoſitionum, & horarum, in quibus opor
tet cauere a ſyrupo acetoſo , eſt in principio
excoriationis inteſtinorum , nedum in hora
confirmationis ſeu ſtatus eius,& in hora zair.
Et aliena ipſum uehementer , ſeu caue ab ipſo
uehementer in doloribus matricis , & in ho-
ra generationis colicæ , ſcilicet in principio
eius uſque quo remoueatur.Et nocet patiēti te
naſmon,& hęmorrhoidas,& rhagadias in ano,

Nocumenta ſyrupi acetoſi.

& egressioni ipsius ani. Et caueat ab eo patiens nauseam plurimam, & subuersionem animę: & patiens fluxum saliuæ ab ore, nisi quando per ipsum syrupum acetosum uoluerit uomitum. Et caueat etiam ab eo patiens tremorem: & ille, in quo incœperint iectigationes: & ille, in quo timetur paralysis; quoniam ipse in summa nocet neruis: & propter hoc ipse est non iuuans stomacho, & intestinis, & uesicæ, & matrici. Et est malus ei, qui patitur distillationem urinæ a frigore uehementi, & ei, qui patitur dolorem dorsi, & genuum ab humore frigido crudo: & patientibus melancholiam, & cogitationes malas. & in summa nocet patientibus accidentia melancholica, & ei, qui patitur cancrum. Et maior ipsius lesio est in stomachicis, & sunt illi, qui uomunt cibum suum cum acetositate sua, quæ est in stomachis ipsorum: & in mulieribus, in quibus est dolor matricis antiquus. Et syrupus acetosus etiam est ex eis, quæ abscindunt coitum: & infrigidat partes renum, & uesicæ: & multitudo ipsius syrupi acetosi causat sperma subtile, non aptum generationi. Et in eo, qui multum utitur eo, & non habet fortem calorem hepatis, & stomachi, & non fuerit corpus bonæ habitudinis, multę carnis, perducit multitudo usus eius ad corruptionem complexionis illius, & ad hydropisim. Iam ergo diximus sufficienter de syrupo acetoso, secundum quod petiisti, & laudes, & iuuamenta, ac nocumenta ipsius manifestauimus.

Finis Tractatus de syrupo acetoso.



AVICENNAE

AVICENNAE CANTICA,
TRANSLATA EX ARABICO IN LATINVM
A Magistro Armegando Blasij de Montepesulano.

Textus primus. Inquit [a] *[Benchine uel ziem.]*

1 
Edicina est conseruatio sanitatis:& curatio egritudinis, quæ accidit ex [b][accidentibus in corpore.In al.quę accidit ex]causa quæ in corpore existit.

b—B.

2 Cuius prima diuisio in theoricam, & practicam : Et theorica ex tribus rebus perficitur,& completur.

3 Ex [c] [rebus autem] sunt septem naturales: & ex eis sunt. 6. & omnes sunt necessariæ.

4 Adhuc sunt alię tres in libris scriptæ,scilicet morbi,causæ & accidentia.

5 Practica diuiditur in duas species: quarũ una manibus exercetur: & alia cum medicina,nec non eo quod ex cibis ordinatur.

REMEMORATIO RERVM NAturalium : & primo de elementis.

6 PRoculdubio ex rebus naturalibus sunt elementa,ex quorum compositione existunt corpora

7 Sermo quidem Hippocratis in libro de elemẽtis in his est sermo verus: scilicet quod sint quatuor:aqua,ignis,aer, terra.

8 Probatio ueritatis prędicti sermonis est, quoniam quum corpus corrumpitur,reuertitur in easdem.

9 Si non esset nisi vnum elementum,non esset aliquod animal cũ morbo corruptibile.

Rememoratio secunda rei naturalis, & est complexio.

10 POst hęc autem scientia complexionis est ex iudiciis in medicina conferentibus.

11 Quatuor sunt potentię seu uirtutes complexionis,siue diuiserit,seu composuerit eas uir consultus.

De complexionibus in se.

12 SEnsus tactus sentit & percipit caliditatẽ, frigiditatem,siccitatem, & humiditatem.

13 Prædictę virtutes seu potentię reperiuntur in elementis a †[ ]tempore b [eo quo] augetur,seu pullulat,& in loco.

14 Elementum ponitur in ultimo simplicis complexionis.

15 Caliditas est in igne, & aere,frigiditas uero in terra,& aqua:& siccitas inter ignem & terram:& teneritas inter aquam & nubem.

16 Significatur nobis esse & generatim inter species ipsorum, quum diuersificentur adinuicem, & uniantur,siue coniungantur.

De complexionibus hominum.

17 DIuersificata fuerunt inuicem , ne essent quid unum & idem:& fuerunt coniuncta,& unita,ne uiderentur omnino contraria.

18 Imaginamur complexionem in alio ab elementis,puta in composito a [ab] eis a prædominante.

a B.ex.

19 Ponimus æquale & temperatum ad referendum ei , eo quod habeat quatuor facies coniunctas.

20 Fuerunt autem mistę & icompletę in eo secundum existimationem, ut esset pondus & mensura.

21 Si aliquod ex eis declinauerit ad aliquod extremorum, non tamen inde expoliabitur uel circunscribetur a uirtutibus prædictis;& erunt nihilominus in eo absque ęqualitate, & temperie prædicta.

22 Denominatur autem a nomine prędominantis,ut ignem, terreum,aqueum,aereum. sunt enim ex eis quæ comparantur aeri.omnes autem dicuntur b [sic per modum transitus,]& minus proprie.

b B. secundum uiam medicorum.

23 Iam quidem perfectę sunt nouem species complexionis:neque c [nunc accedam ad diuisionem nouam.]

c B. addidi in eis aliquid de nouo.

Rememoratio de complexionibus temporum.

24 NVnc autem loquar de tempore secundum opinionem,& existimationẽ:non enim cessit in eo stylus & modus inuestigandi subtilis. Hyems autem habet uim & naturam phlegmatis . Et uer excitat sanguinem: Aestas uero choleram rubeam.Et autumnus choleram nigram.

Rememoratio partium & specierum eius , quod augetur, & vegetatur.

25 QVod autem augetur & minoratur,diuiditur in species mineralium,& plantarum , & animalium corpus habentium.

26 Quod uincit & superat corpus, est medicina:Quod uero nutrit & auget, est cibus.

27 Complexio habetur & cognoscitur ex sapore,& a [hoc syllogismo uero & iusto.]

a B. & ratione uera & sana.

28 Dulcis & salsus & amarus,siccitatem,acutus uero calorem.

29 Omne liquidum , non habens saporem manifestum, est ęquale, & temperatæ forte complexionis.

30 Omnis sapor.ponticus , & acetosus frigidus est & siccus: nec non etiam omnis stypticus.

31 Omne

31 Omne habens dominium pinguedinis & vnctuoſitatis, eſt calidum et humidum: & purè inſipidum, frigidum & humidum.

Rememoratio complexionum ætatum.

32 ANimal per complexionem ſuam diuerſificatur in ætatibus: erit tamen ſermo nunc in homine ſolum.

33 Calor puerorum appropinquat calori iuuenum in complexione.

34 Iuuenes tamen declinant verſus ſiccitatem: puer verò eſt dominus humiditatis ſenſibilis.

35 Senectus autem frigida quum ponderabis eam, eſt, ſicut decrepitas ipſa: & adhuc amplius in complexione cuiuslibet ex eis ſiccitas manifeſta exiſtit: nihilominus & cruditas in humoribus decrepiti.

Rememoratio complexionum maſculorum, & fœminarũ.

36 IN maſculis exiſtit caliditas & ſiccitas, in feminis verò frigiditas & humiditas.

Secunda pars primo de ſignis complexionum ſumptis ab habitudine.

37 FRigiditas & [a] tenereitas] dominatur in [b] [complexione pinguis, & laudabilis corporis.

a B. humiditas.
b B. corpore pingui & molli.

38 Habitudo corporis macra & extenua a ſignificat complexionem ipſius eſſe ſiccam.

39 Omnes, quorum uenæ ſunt ex ipſorũ corpore latæ, ſunt calidi.

40 Quicunque autem habent contrariam diſpoſitionem eorum, habet eam propter malitiam frigiditatis.

41 Gradus quidem corporis æqualis & iuſti cecidit inter omnes.

Rememoratio ſignorum à colore corporis, & primo à colore carnis.

42 NOn ſumas ſigna a coloribus, ſi contingat eorum mutatio ratione regionis.

43 Caliditas immutauit adeo corpora incolarum in regione Aethiopum & nigrorum, quòd nigredo cooperuit uniuerſaliter corpora ipſorum: habitantes uerò in Sclauonia tantam adepti ſunt albedinem, quòd efficit & redigit eorum cutes rutilantes, & candentes.

44 Si determines ſeptem climata, ſcies ſpecies complexionum.

45 Quartum ex eis iuſtum & æquale, in quo color ſequitur poſt complexionem.

46 Fuſcus croceus choleram rubeam; ſed obſcurus [a] [brunus] choleram nigram.

a B. puluerulentus.

47 Corpus eſt rubeum ex dominio ſanguinis; & album in colore ſicut ebur ex humore phlegmatico.

48 Complexio habentis colorem miſtum ex albo & rubeo eſt ſecundum exiſtimationem æqualis & temperata.

49 Albus capillus eſt frigidæ complexionis: ſed capillus niger eſt calidæ complexionis.

50 Cuius complexio eſt diminutæ frigiditatis, habet capillos aureos flauos. Et cuius cõplexio eſt diminutæ caliditatis, habet capillos rubeos.

51 Color capillorum habentis complexionẽ ęqualem & temperatam eſt aureus, ex flauo & rubeo miſtus & compoſitus.

Rememoratio ſignorum ſumptorum à colore oculi.

52 SI corpus humiditatis glacialis & albugineæ fuerit peruium, purũ, & paruæ quantitatis, & exterius localiter prominuerit, quarum lux ſeu ſplendor fuerit purè coruſcans candens; efficietur quidem inde color oculorum glaucus, & ex cauſis contrarijs contingit antimonialis, id eſt niger, aut ſubniger ſicut antimonium.

53 Si cauſæ glaucedinis complectuntur cum cauſis antimonialitatis, fit ſaſolã. i. uarietas.

54 Si fuerit ſpiritus viſibilis paruus, fiet obſcuritas. Si uerò multus, continget inde ſplẽdor, & luminoſitas.

Rememoratio † de rebus naturalibus, & ſunt humores.

† tertiæ ...

55 COrpus eſt generatum ex humoribus uarijs & diuerſis in colore & complexione ſcilicet ex phlegmate, cholera rubea, & ſanguine, & cholera nigra.

De phlegmate.

56 PHlegma naturale eſt inſipidum, & frigiditatis temperatæ.

57 Ex eo autem eſt quod noſcitur uitreo nomine: eſt autem groſſum & frigidæ complexionis.

58 Ex eo autem eſt adhuc phlegma dulce, ꝙ quidem non abſoluitur omnino a calore.

59 Rurſus ex eo eſt quod uocatur ſalſum: & hoc uidetur uerſus calorem & ſiccitatem declinare.

60 Ex eo eſt quaſi acetoſum [a] † [ ] quum corrumpitur cibus in ſtomacho.

a †B. & eſt ... gidius co.

De cholera.

61 EX cholera ſunt uariæ coloribus: & quædam ex ea nominatur fumoſa.

62 Ex ea etiam eſt ſimilis uiridi æris & porro: iſtæ quidem ſunt magnæ malitiæ.

63 Eſt etiam alia a prædictis quæ vitellina dicitur: neq; eſt pernicioſæ uirtutis & potẽriæ.

64 [a] [Alia ſpecies ex ea,] eſt cuius habitatio eſt in Kiſti fellis, & omnes quidem declinãt & uergunt ad caliditatem.

a B. Et rubea cholera.

De ſanguine.

65 ORigo & augmentum ſanguinis eſt ab hebate, & tranſit inde per uenas eius ad totum corpus.

66 Ex eo eſt ſanguis quem continet cor. ſanguis autem calidæ & humidæ eſt qualitatis.

De melancholia.

67 SItus choleræ nigræ eſt in ſplene, neque eſt falſa opinio iſta.

68 Turbulentia ſanguinis eſt naturalis, quælibet

libet autem ab ista i nnaturalis.

69 Quæ proculdubio generatur ex commistione,& adustione aliorum humorum.

Rememoratio quartæ ex rebus naturalibus,& sunt membra.

70 a [PRincipia & radices] corporis sunt quatuor, alia autem ab eis sunt uelut rami.

71 Vnum ex his est hepar, & ipsum quidem præest cibo & nutrimento in corpore.

72 Cor autem alit corpus uita, & nisi ipsum esset corpus assimilaretur plantæ.

73 Abinde est calor qui est corpori sicut elementum, quod b †[ ]transire facit c [ipsum abzar.]

74 Ecce quod cerebrum cum neruis & d[filo nuchæ]custodit & præseruat ignem & calorem cordis ab inflammatione.

75 Ex eis est motus iuncturarum, sed testiculi sunt e [mēbra, alias] organa generationis.

76 Ex generatione eorum species conseruantur, in quorum terminatione fieret terminatio & abscissio. f † [ ]

77 Caro, pinguedo, & species glandularum sunt tanquam famulantes prædictis.

78 Ossa, & panniculi, & ligamenta sunt uelut columnæ, & fulcimenta corporis.

79 Vngues autem fuerunt in extremitatibus propter auxilium, sed pili fuerunt propter superfluitates, vel ornatum.

80 Hęc autem omnia sunt famulantia, quum perficiant statum, & figuram per radices.

Rememoratio † de spiritibus, & primo de naturali, & postea de vitali.

81 SSpiritus a [naturalis efficitur ex fumo seu] vapore laudabili puro & mundo.

82 b [Quod autem ex eo iam purificato] existit in corde, est c [illud per quod]permanet vita.

83 d[Sed generatio eius quod ex eo fertur in cerebro, & eius miringa, fit voluendo.]

84 Insunt autem huic spiritui imaginatio, ratio seu intellectus & memoria, quum cōplentur, & perficiuntur ipsius species in uentriculi cerebri.

85 In quolibet ex spiritib. est virtus propria alia ab illa quæ est in alio.

Rememoratio sextæ ex rebus non naturalibus, & sunt uirtutes.

86 SEptem virtutes numerantur in natura secundum diuersitatem earum in forma et species.

87 Ex his est virtus immutatiua spermatis, præter quod depingat ipsum.

88 Ex his etiam est virtus, quæ aliqua forma & figura informat corpora: necnon & quantitate, & numero.

89 Est etiam virtus attractiua, digestiua, retentiua, & expulsiua.

90 Est etiam ex his virtus uniens membris, quod similatur corpori ex nutrimento. a † [ ]

91 Duæ sunt species virtutis vitalis, & actionis eius, licet ex eis sint duæ partes, ex quibus est una, qua fit actio pulsus per dilatationē, & constrictionem uenarum pulsatilium.

92 Soror autem huius est illa, qua b [aguntur actiones cuiusq; agibilis,] sicut est amare aliquid, & habere illud odio: & depresio animæ, & eius exaltatio. c † [ ] d † [ ]

93 Nouem sunt virtutes, quæ ab anima numerantur, ex quibus sunt quinq. sub sensitiua, scilicet visiua, auditiua, olfactiua, gustatiua, & tactiua vniuersalis.

94 Est etiam virtus ad e [neruos]perueniens, ex qua seu per quam mouet quis artus & iūcturas suas.

95 Ex eis etiam est virtus, qua imaginantur res sicut f [videntur.]

96 Est adhuc ex eis virtus, in qua est ratio: etiam in qua est memoria. g † [ ]

97 Omnes operationes virtutum numerātur secundum ipsas virtutes, quarum sunt operationes.

98 Hæc autem operatio dicitur h [æquiuocè de quibus dicitur] sicut de attractione, digestione, & retentione.

99 Et sicut de transitu secundum penetrationem cibi, & appetitu: nam attractio est operatio simplex vnius virtutis solius, appetitus verò cibi existit ex duabus operationib. simul compositis, scilicet ex operatione sentiendi, & attrahendi: operatio autē sentiendi, & impellendi efficit transitum & penetrationem cibi, hæc enim opera ex prædictis ambobus efficiuntur:

De rebus non naturalibus a † [ ] & primo de aere.

100 SOl habet iudicia super aerem, quæ quidem in temporibus anni manifestantur ex impresionibus, climata etiam habent super hæc iudicia.

101 Aer etiam alteratur, & immutatur ratione alicuius astri orientis vel occidentis.

102 Quum enim sol appropinquat, inflammatis stellis incendit, & inflammat aerem.

103 Hoc siquidem verum est in tantum etiā, ꝙ quum inflammata elongatur aliquo modo a sole, uidemus aerem aliquantulum infrigidari.

104 Si etiam stellæ quę dicuntur infortunatę, fuerint in exaltatione sua, significabunt sup corruptionē animatorum. Si uerò quę fortunatæ dicuntur fuerint ibidem, significabunt salutem eorundem omnimodam.

105 Tanto frigidior est uilla quanto altius super montes existit, complexio uerò uillæ existentis in ualle, iudicatur calida.

106 Si uerò montes fuerint a parte septentrionis & claudat ur montibus, iudicetur infrigidari a septentrione.

107 Villa ædificata à parte meridiei iudicetur calida ratione exsufflationis illius uenti meridionalis super eam.

108 Sed si sit ex parte occidentis, habebit aer eius grositiem: si uerò ex parte orientis, habebit subtilitatem.

109 Maria habent contrarium iudicium in hoc

Marginal notes: a principalia radicalia mē. — b B. core. — c B. alebher — d B. nuca. — e B. — f B. terminatio — a B. efficitur ... — b B. ... c B. ... d B. ... — B. & effi ... eius eo. — a † B. De uirtutibus vitalibus. — b B. patitur passiones. — c † B. & illa quę disponit aliq d ad operationes. — d † B. De uirtutibus animalib. — e B. lacertos. — f B. in speculo. — g † B. De operationibus. — h B. communiter. — a † B. necessarijs.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

hoc sicut sapientes retulerunt.

110 Venti etiam generant in aere illud quod generant in eo b [mansiones.]

b B. impressiones cælestes.

111 Est quidem in meridionali caliditas, & humiditas: pro tanto generat supercalefactionem, & putrefactionem.

112 Frigiditas, & siccitas insunt septentrionali, & ideo generatur inde tussis.

113 Calor & subtilitas insunt orientali. Et frigiditas & grossities occidentali.

114 Omnis c [angulus terræ mollis cuius circunferentiæ sunt discoopertæ montibus, & habens fontes aquæ dulcis,] est quidem complexionis humidæ.

c B. locus terræ paludosæ, circa quem sunt loca aquosa.

115 Generatur autem siccitas in aere appropinquante alicui villæ, cuius terra velut locus saxosus est, & salsus.

116 Domus valde patula, & omnibus ventis discooperta est in hyeme valde frigida, æstate verò calida.

117 Ex domo autem depressa & subterranea habetur iudicium contrarium.

118 Calor inest panno facto ex serico, & cotto. Et frigus d [in rasculo, idest panno plano non lanuginoso seu velleroso, & lineo.

d B. maschail inest.

119 In compositis ex pilo, & lana inest cū caliditate aliquantulum siccitatis.

120 Iudicatur caliditas super complexionem cuiuslibet floris & cuiuslibet aromatici, exceptis. v. s. myrto, salice, nenuphare, ros. et uio lac. e [quæ quidem sunt frigida, & cum hoc aromatica.]

e B. Et aromatica odorifera sūt calida præter sādalos, & camphoram.

121 Laudabilior & utilior ex coloribus uisui, est niger, aut viridis: albus autem & citrinus f [necnon omne splendidum lædit,] & disgregat lucem oculorum.

f B. quādo splēdent & sunt puri.

Secunda ex rebus non naturalibus scilicet cibus & potus.

122 SCito quòd vera cibi actio est augere augenda, & restaurare omne deperditum ex dissolutione corporis, & ad pristinum statum deducere.

123 Est autem ex eo eligendus ille, qui in sanguinem laudabiliorem conuertitur, & transmutatur.

124 Leuis autem & subtilis, est panis tritici, & carnes paruorum pullorum gallinæ, & sicut bliti oleribus, hi enim conueniunt patiētibus ægritudinem.

125 Grossi autem ex vsualibus sunt simila, & sicut muto laudabilis duorum annorum:

126 Piscis notus habitans a [in rupibus] est cibus congruus vexato ab exercitio, & labore.

a B inter saxa.

127 Ex eis sunt subtilis malitię sicut synapis, cæpe, & allium, hi autem generant cholerā rubeam. vnde & quandoque sumuntur via medicinæ.

128 Ex eis sunt etiam generantes melancholiam: ex qua in quibusdam corporibus morbi generantur: velut hirci antiqui, boues, panis furfureus, & caseus.

129 Rursus quidam ex his causant, & efficiūt humorem phlegmaticum, sicut pisces grossi, & genera lactis.

130 Aquæ delectabiles & fluuiales conseruāt humiditatem radicalem; & causant egressū fæcum & superfluitatum, digeruntq; & deducunt cibum per uenas.

131 Melior est ex aquis pluuialis munda quoniam nihil admiscetur eis, quod inferat eis nocumentum.

132 Ex eis autem sunt egredientes a naturali dispositione earum, quarum propria actio est secundum complexionem eius, quod ad miscetur eis.

133 Omne quod bibitur ex ceruisijs, lacte, & vino nutrit corpus.

134 Potus conuertens corpus ad sui naturā est sicut oxymel ex sui iuuamento.

Tertia ex rebus non naturalibus.

135 SOmnus est quies virtutum animalium motiuarum, & sensitiuarum.

136 Ipse. n. calefacit corporis interiora, ex quo fit cibi digestio laudabilior, & melior.

137 Si autem somnus multum prolongatur, replebitur caput humoribus.

138 Ipse etiam humectat corpora, & relaxat, extinguitque calorem viuificantem ipsa.

139 Temperata vigilia excitat valde sensus, et disponit virtutes ad exercendum operationes suas, & cum hoc mundificat corpus a fęcibus, & superfluitatibus.

140 Ex longa autem vigilia contingit expergefactio, & insomnietas generans anxietatē, & angustiam animæ. Ipsa etiam dissoluit spiritus, & corpora sedat, & corrumpit splendorem & claritatem corporis & colorem eius, & profundat oculos, nocetq. digestioni, & mentem tollit & disturbat, & corpus a [infrigidat.]

a B. debili[...]

Quarta ex rebus non naturalibus.

141 IN exercitijs est quod est temperatum, & hoc decet quòd fiat, nam ipsum æquat, & temperat corpora, & efficit egressum superfluitatum & a [humiditatum.]

a B. sordium.

142 Disponit etiam corpus ad hoc ut nutriatur, & disponit paruum ad hoc vt augeatur.

143 Immoderatum autem ex eo proprie dicitur labor, qui quidem spiritum euacuat, & educit, & lassat corpus, & emacerat pingues & carnosos, & inflammat calorē extraneū & ducit etiam humiditates a corpore, & debilitat neruos ex violentia dolorum, & facit corpus senescere ante ætatem senectutis.

144 Vltimata autem quies est inconueniens, neque est iuuamentū in vltimitate eius; imò quidem replet corpus humiditatibus, sicut & glādulis, & nodis, neque disponit corpus ad aliquem cibum.

Quinta ex rebus non naturalibus.

145 COrpus indiget vniuersali euacuatione omnium membrorum per phlebotomiam, & pharmaciam, ex qua quidem est perfectum iuuamentum in vere.

146 Vomitus fiat in æstate, sed melancholia educatur in autumno.

147 Gargarismata, & dentifricia purgant, & mundificant palatum & dentes.

148 Prouoca vrinam, aliàs incidet in hydropem.

pem. Et prouocat menstrua; sin autem, corrumpuntur corpora earum.
149 Educ fæces in colica. nam in earum eductione curabitur patiens.
150 Vtere balneo ad tollendum sordes, & immunditiam. neq; sis in hoc piger si uelis educere superfluitates a corporis superficie: & cutem ab accidentibus immunditiei mundam facere.
151 Coitus etiam commendatur iuuenibus, quatenus per eum a nocumentis pernitiosis liberentur.
152 Nequaquam autem concedatur macris, senibus, aut etiam debilibus.
153 Incurret podagram, & dolores alios ille qui vtitur coitu immediate post cibum sumptum.
154 Multus coitus debilitat corpus, facitq; ipsum hæreditare uarias species nocumentorum, & dolorum.

Sexta ex rebus non naturalibus.

155 IRa animæ excitat calorem generatq; interdum alia nocumenta.
156 Timor animæ incitat frigiditatem, qui quandoque magnificatur in patiente intantum, donec lædat in ultimo.
157 Magnum & multum gaudiū impinguat corpus, & ideo multum lædit pinguem & crassum.
158 Ex lamento quidem & tristitia fertur iudicium nocumenti super macrum, & confert indigenti dissolutione.

TRACTATVS II.

De rebus extra naturam, & primo de morbis generatis in membris consimilibus.

159 MORBI ex superfluo calore in membris consimilibus absque superfluitate generati sunt sicut morbus febrilis & consumptiuus, sicut in hectica & phthisi.
160 Morbus autem ex calore cum humore, est sicut febris putrida.
161 Ex eis etiam sunt morbi frigidi absq; materia, sicut congelatio contingens ex niue, grandine, uel frigore. Et ex eis est frigus cum materia, sicut paralysis cum magna quantitate phlegmatis.
162 Ex eis est humidus absq; a [superfluitate,] sicut habitudo corporis quæ laxa uel mollis uidetur. Et ex eis est morbus humidus cum materia humorali, sicut repletio uentris in hydrope.
163 Morbus siccus cum materia est sicut cancer uel glandula. Sed siccus præter quòd in corporibus sit materia, est sicut spasmus ex inanitione.
164 In membris organicis existunt morbi cū accidit in plasmatione læsio, uel nocumētū.
165 Est autem morbus in augmento, si fuerit caput nimis magnum. Et in diminutione si fuerit stomachus nimis paruus.
166 Si uideatur forma capitis lata uel compressa, erit error uel peccatū in plasmatione.
167 Ex eis etiam est morbus in concauitate, quum accidit ei nocumentum, sicut cum planta pedis carne repletur.
168 Aut si accidat etiam quòd interponatur aliquid in poris & meatibus: sicut contingit in oppilationibus ex lapidibus renum contingentibus.
169 Aut si membrum quod debet esse asperū sit lene, vt stomachus in quo superflua humiditas exuberat, aut si quod debet esse lene exasperetur, sicut canna pulmonis quum exsiccatur.
170 Est autem numerus à natura egrediens in sex, uel quatuor digitis.
171 Interdum vniuntur duo digiti, & coniunguntur. Et interdum b [iuncta naturaliter] separantur.
172 Solutio unionis existit in c [cōiunctione membrorum, aut in separatione. In coniunctione] quidem sicut in dislocatione brachij, & incisione pedis uel manus.
173 d † [ ] Solutio in ossibus est fractura, in tunicis autem & uenis dicitur ruptura, sed solutio facta secundum latum uel longum in neruis, dicitur fixura uel punctura.
174 Solutio facta in ligamētis uel chordis dicitur e [quassatio,] & arabicè dicitur rabathe; sed facta in carne dicitur vulnus. Si tamen produceretur tempus eius diceretur vlcus. Sed facta in musculis uel lacertis dicit attritio. Sed facta in sola cute dicitur excoriatio

Capitulum de rebus egredientibus a natura uidelicet de causis morborum.

175 CAusæ diuiduntur in a [manifestas apparentes, quæ scilicet contingunt cuti, & superficiei corporum, sicut ignis, & nix, percussio, aut ruptura contingens ex saltu.
176 Ex causis etiam sunt, quę dicuntur coniūctæ: & ipsę quidem sunt inter has species differentes, & hoc quidem, quia quandiu continuatur putrefactio, continuatur febris putrida. Ex causis etiam sunt quæ antecedentes appellantur, omni repleto corpori congruentes.
177 Ex causis efficientibus uniuersaliter est quicquid corrumpit membri complexionem ex infusione humoris ad ipsum.
178 Hæc sunt potentia impellentis, & debilitas seu impotentia recipientis, & multitudo mali humoris fluentis, & latitudo meatuū, & debilitas nutritiuæ: hoc enim est sufficiēs summa earum: necnon etiam quia uidebis qualitatem in substantia corporis existentē superari, & ad suam contrariam declinare.
179 Quod generat in eo calorem est quidem causa quare contingat corpori illud quòd inde eidem contingere consueuit, usus autē esus allij est calidum in potentia. Sed calidū in actu est sicut calor solis, b [ ]
180 Ex his sunt motus animæ, sicut ira, & motus corporis, sicut labor, & corruptio & putrefactio, & cibi paruitas: & quod poros cutis claudit, & constringit sicut aer.

Causę

a B. materia.
a B. primitiuas.
b B mandibulæ innaturaliter.
c B. membris composi is, aut in simplicibus .i. in cōpositis.
d † B in simplicibus quidem.
e B. adhærech.
b † B. uel æstuatio aeris.

Causæ ægritudinum ex frigiditate.

181 CAusa verò harum ęgritudinū est quicquid in eo frigiditatē generat,& quandoque soluitur ex eo continuum,cuius virtus aut est in potētia,uelut cōtingit in hyusquiamo assumpto , aut in actu sicut in niue.

182 Fames est cum pabulum spirituum terminatur,& sicut cōtingit quum terminatur & consumitur oleum in lampade uel crucibulo . vehemens etiam saturitas , & crapula calorem suffocat,& extinguit.

183 Motus autem fortes & diurni sunt causa euacuationis spirituum , & infrigidationis corporis,quiete etiam infrigidatur calor,sicut & flamma fumo extinguitur.

184 Fortis & valida corporis densitas conclu dit calorem in corpore donec extinguatur. corpus immoderate rarū seu spongiosum de facili infrigidatur , quum sit propinquū & dispositum ad hoc ut in eo calor de facili dissoluatur .

Causæ ægritudinum ex humiditate.

185 QVinque sunt numero scripta a [humiditatem generantia,] ex quibus aqua calida dulcis super totum corpus infusa est humida in actu.

a B. humida actualiter.

186 Ex humectantibus autem in potentia est vsus lactis, & piscium delectabilium,casei recētis,quies corporis, etiam reclusio humiditatum,& immoderata refectio uel saturitas.

Causæ ex siccitate.

187 QVinque sunt siccitatem generantia sensu intellecta uel apprehēsa,ex quibus quędā actu exsiccant,sicut boreas:& quędā potentia sicut esus synapis,& tanta fames seu abstinentia per quā humiditas corporis consumatur.& omnis motus fortis & uiolētus. contingit etiam corporis exsiccatio ex ventris solutione.

Causæ ægritudinum organicarum.

188 CAusę magnitudinis membrorum sunt fortitudo,& potentia formatiuæ , & etiam nutriens.

189 Causæ paruitatis membrorum sunt contrariæ eis quæ magnitudinē efficiunt eisdē.

190 Causa corruptionis formarum est, in numero similitudinū, quod quidē ratione malitiæ complexionis existentis in matrice cōtingit,aut a [paruitate spermatis,] aut malo egressu fętus in ortu suo,ex cuius tortura cōtingit peccatum in figura, & forma.

a B. paucitate receptionis spermatis grossi coagulati.

191 Ex his etiam est nutrix,si deliquerit fasciādo ipsum , aut eleuando , vel deprimendo ipsum.

192 Vel si forsan augeatur in eo cibus , aut ad nutrimentum malus existat .

193 Aut si puer debilitate sua cadat,quum nō regitur ab aliquo,& ipsius tibia aut crus infrangatur: uel eius nasus percutiatur taliter quòd inde tēsionem & depressionem patiatur:nō enim potest materia rectificari,si moueatur quis impotēs se sustinere ratione fracturæ ossis nondum perfectè consolidatæ.

194 Hoc etiam facit multitudo humorum,sicut in leprosis:& b [paruitas]eorūdem. sicut in hecticam diuturnam,& continuas febres patientibus.

b B. paucitas.

195 Aut tortura oris & faciei contingens ex mollitie, & relaxatione nerui, aut corrugatione & nerui tensione uersus collum declinante .

196 Vestigia apostematum, & cicatrices ulcerum , & vulnerum proculdubio formas in superficie corrumpunt.

Causę clausionis meatuum & pororum .

167 SApientes dederunt operam in collectione eorum, quæ sunt de genere claudentium & obturantium poros & meatus : ex quibus sunt fortitudo retentiuæ, & debilitas expulsiuæ : interdum etiam frigus est causa huius.a † [ ]

a † B. [illegible] do.

198 Siccitas etiam coarctat eos ualde: & similiter faciunt ligaturæ:apostema etiā angustat, & b[obliquat eos per constrictionem exterius in aliquo membro generatam,] stringit etiam eos medicina styptica.

b B. constrictio exterius in aliquo membro.

199 Hoc etiam contingit interdum consolitione vulnerum & ulcerum:& etiam uerruca seu porro,& carne innaturaliter augmentata.

200 Hoc etiam humor facit,aut sanies,uel sanguis,lac coagulatum, & aqua. c † [ ]

201 Hoc etiam faciunt uermes,lapis,& fęx sicca dura, & aer. d † [ ]

c † B. s. coagulata.
d B. i. uentositas conclusa in meatibus.

Causæ apertionis meatuum.

202 CAusæ aperitionis meatuum sunt fortitudo expulsiuæ , & debilitas retentiuæ.

103 Ex his etiam est omnis medicina aperitiua calida & humida necessario.

Causæ ægritudinis in quantitate .

204 QVicquid augetur & excedit numero in nobis augetur sicut ex multa materia, vt digitus si fuerit materia laudabilis, aut † rana si fuerit materia illaudabilis .

† morbus est sub lingua, quē βάτραχον vocant.

205 Quicquid minuitur in nobis numero,cōtingit à contrario eius,cuius rememorationem fecimus .

Causę asperitatis

205 CAusa generans asperitatem est ablatio humiditatis,quæ interdum ex humore frigido contingit,puluere,stypticitate ciborum:& medicinarum.

207 Causa leniēs asperitatem est sicut humor viscosus:& omne pingue,& vnctuosum.

Causę coniunctionis,& unionis separatorum.

208 PRoculdubio omne illud de cuius natura est ut stet separatum ab aliquo, cum aliquo modo ei vnitur, si cum eodem coniungetur . Si vulnus non debite consolidetur,quòd si res in membro inopinata,ostendetur .

209 Ex hoc etiam est fortitudo immutatiuæ, & debilitas informatiuæ.

Quamuis

210 Quamuis separatio cõtingens cuilibet ex eis, de quorum natura est vt sit in situ coniuncta, sit de genere & numero ægritudinũ situs,& positionis in mẽbris organicis:nihilominus est propriè de genere solutionis diuisi,seu continuitatis, cuius quidem solutionis causæ hic referuntur.

Causæ solutionis indiuisi.

211 QVædam est humor habẽs vim & qualitatem vstiuam,a [& calefactiuam,& corrosiuam,aut hypostasis impulsa seu imbibita contusionem conferens,] vel viscositas relaxans quod mouere deberet, vel saltus cõtundens,lanians & disrumpens,vel lapis offendens,& contundens.

212 Ex eis sunt medicinæ corrosiuæ,& vstiuæ vt ferrum corrodens,& lanians: & quandoque ventus scindit ratione tensionis. Idem etiam agit ignis sicut & in cæteris.

a aut putrefa ctiuam,aut corrosiuam,& dissoluentem, aut vim extensiuam & disrũpen.

Capitulum tertium de rebus egredientibus à natura, & sunt accidentia morborum.

213 QVædam ex accidentibus reperiuntur in operationibus,& quædam in quibusdam corpori contingentibus,& quędam in egredientibus ab eodem:puta in sputo,fæcibus,egressu sanguinis,sudore,& vrina.

214 Egressus naturalis operationis à dispositione sua est triplex, scilicet ipsius debilitas, ipsius ablatio,& ipsius immutatio seu corruptio, quod in quolibet mẽbro est etiam manifestum.

215 Debilitas enim operationis visus est quũ aliquis debiliter videt, & ipsius ablatio quũ omnino visus prohibetur vel aufertur,& ipsius corruptio,& inconueniens immutatio, quum imaginatur se videre.quæ non videt.

216 Exempla accidentium proportionalia reperiuntur in accidentibus contingentibus alijs operationibus.

Accidentia super æqualitate corporis.

217 SEnsus visus attingit,& percipit interdũ aliquod ex accidentibus qualitatũ corpori cõtingentibus,sicut citrinitatem,& tumorem visu perceptibilem.Et interdum attingit & percipit auris aliquod ex eisdem,sicut sonum ventris in hydrope. Et percipit etiã ex eis aliquod sensus odoratus, quemadmodum fętorem cõtingentem in vlceribus putridis, & corruptus.Ex eis etiam est quod suo sapore gustu percipitur, sicut contingit cum acredo vel accetositas in ore percipitur. Tactu etiã quoddam ex eis cognoscitur: sic enim per tactũ cognoscitur cancri durities.

Accidentia ab egredientibus a corpore.

218 SVper accidentia ab egredientibus a corpore sumpta,excitantur quidem quinq; sensus.

219 Sicut vrina,si rubea sit vel nigra, & sputo si fuerit velut sanguis, vel sicut butyrũ,& in eo quod quidem ratione dissolutionis vel resolutionis egreditur,sicut contingit in vẽtositate,sternutatione,singultu.In vomitu ẽt requiritur interdum accetositas, amaritudo, vel stypticitas:& cum vrina fuerit fetida, significat quidem super vesicæ vlcera,& in sudore sentitur si frigidus fuerit vel calidus,tenuis,vel viscosus.

220 Hæc quidem accidentia sunt patientium passiones,& apud nos signa & demonstrationes. Et postquam feci rememorationem de his quasi transitoriè, & in generali, faciam nunc rememorationẽ de eisdem in speciali.

Rememoratio signorum.

221 OMne signum sicut dictum est,est rememoratiuum,aut præsentis indicatiuũ, vel futuri prognosticum: est tamen utile nõ necessarium nobis quod referimus ex eo qđ præterijt.sicut humiditas terminati sudoris.

222 Omne illud quod significat super illud quod iam existit, neque non etiam quod significat super illud quod speramus, est quidem mulum necessarium,cura enim conueniens fit a nobis cum auxilio huius rei.

223 Ex his quidem signis sunt quædam generália,& quædam specialia,& particularia alicui ex membris: de quibus quidem specialius faciam rememorationẽ in arte seu parte artis curatiuæ.

Rememoratio signorum indicatiuorum.

224 OMne signum generale sumitur à membris principalitatem & dominium habentibus puta ab hepate, cerebro,& corde, hæc enim secundum veritatem dicuntur principalia.

225 Vt quum est rectæ formationis seu imaginationis:& ratiocinationis seu cogitationis,sanæ memoriæ & recordationis.

226 Motus etiam & sensus laudabilis significat super capitis sanitatem, & nocumenta eis contingentia denotant proculdubio, ꝙ morbi existant in cerebro.

207 Quum cor incedit rectæ in pulsatione sua,tunc eius dispositio est pacifica & tranquilla.a † [ ]

a B. Et pulsus quando variat a consueto modo significat corruptionem, Et per diuersitatem pulsus significatur super species diuersas ægritudinum.

Genera pulsus.

228 NEquaquam fuerunt genera pulsus in numero denario posita nisi ab ore sapientis,quorum quidem primus ab ęstimatione dilatationis est assumptus: ipse enim significat super dominium & fortitudinem virtutis:& ipsius æqualitatem.

229 Magnus autem est,cuius dimẽsiones eminent a[& descendunt,]& significant sup fortitudinem secundum suam existimationẽ.

a B.vel eleuantur.

230 Paruus pulsus est contrarius in virtute,& etiam pulsus longus,& breuis.

231 Ex eo etiam est strictus, & latus, necnon etiam eminens,& profundus.

232 Genus eius relatum tẽpori motus, est uariũ & diuersum,ex quo est pulsus uelox, magnę iactatię,& significat quidem super uim & calorem.Ex eo etiam pulsus est tardus dominans congelationis vnde significat super debilitatem cum frigiditate.

233 Genus sumptum ab existimatione tẽporis quietis diuiditur in suas species, scilicet

in

in frequentem spissum & sine quiete, significantem super debilitatem virtutis & [b] [caloris,] & in rarum, sibi contrarium qui super laxitatem & frigiditatem attestatur.

b B. calorem.

234 Genus sumptum à dispositione virtutis diuiditur in fortiter pulsantem & magnũ, & in sibi contrarium debilem, cuius pulsatio profunda est & exilis.

235 Ex genere sumpto a corpore venæ per tactum est pulsus durus, qui attestatur super siccitatem, & ex eo est qui tactu mollis & humidus reperitur, significãs super sui corporis humiditatem.

236 Genus sumptum a prima qualitate corporis venæ significat rectè super complexionẽ, scilicet frigidus super frigidam, & calidus super calidam.

237 Genus sumptum ab eo quo repletur vena: declarat dispositionem & esse humorũ eius: plenus enim super humorum abundantiam, & vacuus super ipsorum diminutionẽ habet attestari.

238 Genus sumptum ex motionibus & quietibus pulsus, detegit quidem ad sensum tactus species eius, est autem ex eo species iusti põderis, & conueniens pulsibus ætatum, temporum anni & regionis. Ex eo etiam est egrediens a debito consueto.

239 Ex eo etiam est pulsus contrarius ei, quem præmisi sine pondere.

240 Aliud genus eius sumitur ab æqualitate, vniformitate, aut diuersitate, & inæqualitate ipsius.

241 Qui recte incedit vniformiter & ordinate, dicitur vnitus siue æqualis: qui uerò claudicat & deuiat in hoc, inæqualis dicitur & diuersus.

242 In diuersitate generis sumpti a numero percussionum arteriæ sunt differentiæ.

243 Differens pluribus percussionibus diuiditur in duas species.

244 [c] [In æqualitate & diuersitatibus ordinatum] & ordine carentem, quem scilicet anima percipere nequit.

c B. in ordinatum d uersum.

245 Dominus huius ordinis dicitur reuersiuus, & est secũdum dictum nostrum ille qui postquam nunc sic percussit, reuertitur consequenter ad percutiendum sicut prius.

246 d [Ex eo etiam] est cuius regressus minime sunt vniformes, & talis est qui cauda soricis appellatur.

d B. Et quidã.

247 Est etiam ex eo qui differens seu diuersus in vna percussione reperitur cum mensura quatuor digitorum.

248 Ex eo etiam est proportionatus alicui rei, & quidam sunt qui nulli rei referuntur, & sermo quidem noster erit nunc super nominatas.

249 Ex his quidẽ est pulsus intercisus, & [e] [dominus coniunctionis,] ex his etiam est altus, humilis, & depressus.

e B. ex his est habens coniunctionem.

250 Ex his etiam est in cuius percussione duo sunt ictus, & ex eis in quo sunt plures.

251 Est etiam ex eis vermicularis, & serrinus: similiter formicularis, & vndosus.

252 Ex his etiam est ille, qui tremulus dicitur: ex quo est significans super hecticam.

253 Omne quidẽ pulsus genus continet duas species, & ambæ sunt contrariæ, inter quas est vna æqualis, quæ ambabus contrarijs descendit seu reponitur in gradu.

254 Inter spẽs verò generalis diuersitas est multa, & nõ est æqualis, & media in diuersitate.

255 Ex pulsu tẽperati corporis cognosces pulsum cuiuslibet: donec scias ex eo cui lateri æquatur aut inæqualis efficiatur.

256 Omnis pulsus egrediens a dispositione cõuenienti dicitur comparari ad egressum cõplexionis eius.

257 Scito esse varias species pulsuum in diuersis ætatibus, quatuor anni temporibus, & diuersis regionibus.

258 Et ẽt in diuersis cõplexionibus hominũ, & habitudinibus: masculis & mulieribus.

259 Pulsus velocitas cum magnitudine est calido. Sicut etiam & in ætate iuuentutis, & in masculo.

260 Talis autem est in regione & habitatione meridionali, macro, prægnante, & æstate.

261 In frigido enim est pulsus paruitas, & tarditas. & cõsimilis quidem est in senibus, & f [autumno.]

f B. hyeme.

262 Consimilis quidem est in mulieribus, & in pingui carnem laxam habenti: & talis etiã est in septentrionali.

263 Cuiuslibet sicci quidẽ pulsus est durus, & cuiuslibet humidi est quidem pulsus mollis.

264 Pulsus cuiuslibet habentis cõplexionem æqualem & temperatam, similatur quidem pulsui perfecto ipsius veris.

265 Quartum clima sequitur complexio prædicta.

266 Pulsus infantis frequens est & mollis: pulsus autem senis est tardus & durus.

267 Pulsus cuiuslibet corporis multũ humorem ferentis est ualde plenus.

268 Omne corpus vacuũ a materia habet pulsum illaudabilem, & vacuum.

Signa a sputo.

269 Pectus & pulmo sunt organa animæ, quæ si quidem sana fuerint, vitæ conseruabuntur.

270 Si operationes eorum declinãt ad aliquã malitiam, cor siquidem ignietur ex sui inflammatione.

271 Et sputum quidem habet significare super accidentia pectori contingentia in quacunque ægritudine eidem contingente.

272 Ablatio sputi proculdubio super principium attestatur: significat enim quòd materia in multo est digesta.

273 Si autem fuerit paruum & tenue, habebit super digestionem debilem attestari.

274 Si verò fuerit medium & æquale, in hoc quidem significatur quòd morbus iam ad medium augmentum peruenerit.

275 Si autem fuerit multum spissum, tũc procul dubio est morbus in statu.

276 Tenuitas etiam sputi significat quòd humor faciens morbum leuis sit & subtilis.

277 Tale ẽt significat ꝙ morbus sit velocis & citæ [a] [digestionis.] Si uerò fuerit grossum, & tardum, significabit supra contrarium, & tardum. Nigre-

278 Nigredo sputi † [ ]significat super uiolentiam vstionis.
279 Sputum verò viridis coloris significat super choleram citrinam,& porrinam.
280 Sputum habens citrinitatẽ claram significat super choleram vitellinam.
281 Sputum album significat super humorem phlegmaticum † rubeum super sanguinẽ. Et sputum cuiusq; fetidum est proculdubio putrefactionis significatiuum.
282 Omne sputum sine fętore significat quòd in eius pulmone nulla sit putrefactio.
283 Si sputi figura rotunda sit:& cum hoc patiens,febrem patiatur,hoc erit quidem ex signis quòd c [in diaphragmate eius sit apostema.]
284 Si patiens non cessauerit tussire, iam quidem incidit in phthisim.Sputum autẽ egrediẽs sine tussi & difficultate, significat super perfectam digestionem. d † [

Rememoratio signorum sumptorum ab operatione hepatis.

285 GEneratio quatuor humorum est in hepate.ex cuius augmento augetur humor in corpore.
286 Omne mẽbrum rõne ipsius augetur: est nihilominus in ipso mẽbro propria operatio.
287 Ex vapore autem ipsius fit spiritus.
288 Ex reliquo corpore seu humore eius a [sano]fit corpus sanũ: est autem humor sanus, quum hepar sanum fuerit.
289 Et aquæ quidem deuehunt cibum ad ipsum: miscenturq; cuilibet humori super eũ dominanti.
290 Aquæ etiam mittuntur ab ipso hepate ad eius colatoria:& ipsæ nihilominus cum humoribus commiscentur.
291 Et ipsa quidẽ aqua fert secum colores eorum,b [necnõ ẽt omne illud quod est necessariũ in declaratione & significatione eius.]
292 Et proculdubio quicquid diximus est manifestũ, super cuius ueritatem sensus ẽt attestatur:sunt.n apud nos ex vrina significationes significãtes qualis sit processus patiẽtis.

De vrina,& primo de coloribus.

293 ALbus color vrinæ est ex signis sup multitudinem cibi & potus,seu nauseatiuam satietatem significantibus. aut super dominium frigoris,vel humiditatis phlegmaticæ:aut super fluxum vrinæ, vel oppilationis hepatis.
294 Quum autem urina videtur modicum citrina, significat quidem super paruitatẽ choleræ:sed quum est in colore ignea, significat super multitudinem choleræ.
295 Et color quidẽ clarus sub rubeo ponitur, in eo tamen est amplior cholera rubea.
296 Valde autem rubeus erit color eius a natura sanguinis,nisi tamen fuerit talis ex assũptione croci, aut applicatione alicuius tingẽtis ut alcãnæ,aut ex colica. a † [ ]
297 Si autem videatur nigra, postquã uisa fuerit fusca, significabit quidem super fortẽ algorem:si uerò talis appareat postquã præcessit valde rubea, significabit super fortem humoris vstionem.

298 Iudica autem super morbũ ex colore urinæ,nisi tamen fuerit talis ex cibo ipsam tingẽte.putà oleribus,cassia fistula,& omni re eã breuiter tingente,sicut almuri, & similibus.

Rememoratio substantiæ urinæ.

299 TEnuitas quidem substantiæ in urinis significat super paruitatem digestionis.
300 Et proculdubio efficitur urina tenuis a [p corruptionem cibi,] & oppilationem hepatis,& apostema.
301 Vrinæ autem grossities significat super digestionem. aut super multitudinem humoris phlegmatici in corpore existentis.

Rememoratio fęcis hypostaticæ tripliciter variatur ex colore,loco,& substantia.

302 CVm hypostasis uidebitur alba in colore,significabit quidem super salutem infirmorum.
303 Si autem color eius appareat citrinus,hoc erit ex acumine choleræ rubeæ.
304 Si uerò appareat rubea uelut a [sanguis, significabit proculdubio super malitiam digestionis ipsius sanguinis.]
305 Et si talis dispositio ipsius prolongetur,neque uarietur,erit ex hepate apostemato.
306 Et si fuerit nigra post intensam rubedinẽ, & petens fundum, postquam prius apparuerit in alto, significat quidem quòd iam peruenit patiens ad hoc,quòd anima separetur ab eo:& pessime cum casu uirtutis: neq; est spes de eo aliqua, neq; potest enim quicquã proficere, quum sit mors propinqua ex b [violentia] vstionis.
307 Et si appareat nigra post eius fuscedinem, præter ꝙ morbi materia sit acuta, & potissime si cũ tali fuscedine adsit aliquod signũ laudabile,& radix morbi fuerit ex melãcholia;significabit quidem super morbi cõsumptionem:& hoc secundum plurimum.
308 Si appareat nubes supernatans in superiori parte uasis,significabit super cruditatem,licèt sit in ea aliquid digestionis,quę ex uẽtositate commiscente se ei impeditur,& inde sursum eleuatur.
309 Et scito ꝙ si uideatur pendere in medio, quòd parua uentositas est in tali hypostasi.
310 Et scito quòd si præeunte citrina,fuerit alba lenis & coniuncta,& inferius depressa,& talis continuo appareat, quòd digestio morbi sit completa.

Rememoratio substantiæ.

311 CVm autem a [apparet hypostasis non continuata] significat super debilitatẽ uirtutis.
312 Si uerò fuerint contẽta in ea similia fragmentis hordei,significabit quidẽ super rasuram uenarum:sed si assimilẽtur furfuri, & b [sine]fętore,significabit super ulcera uesicę. Si autem similetur squammis metallorum, significabit super ustionem & c [& laminationem continentem.]
313 Si sanies appareat in vase,significabit super apertionem apostematis.
314 Si uerò prolongetur egressus eius cum sanguine corrupto, significabit super apostema phlegmonicum.

Marginal notes: a B. post nauseatiuam satietatem. — a B.res habens colorem ualde rubeũ ęris, est propter malitiã digestionis ægritudo sanguinea — b B. uehementia. — a B. hypostasis incipit apparere, & non perseuerat, sed desinit apparere. — b B. cum. — c B. incisionẽ.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

315 Quum autem hypostasis petit fundum, & spermati similatur, est quidem ex humore grosso & crudo:& si cū eadem sit arena mixta, scito illum cuius est, esse calculosum.

Rememoratio odoris.

a B. multitudo vel fortitudo.

316 a [PRiuatio quidem] fętoris contingit ex priuatione coctionis & digestionis, aut ex indigestione ratione indigestibilis.

317 Omne illud quod est vltimati fętoris, est vltimatæ corruptionis.

318 Si autem odor eius sit extraneus horribilis, scito illum cuius est, pati morbum uesicę.

319 Iam quidem retuli genera urinæ simplicia. ex dictis verò meis poterit quis uti in iudicijs compositorum ex eis.

Rememoratio signorum sumptorum à fæcibus, & primo à quantitate.

320 INterdum attestantur fæces super stomachū,& interdum super intestina, & ipsum hepar.

321 Fæces quidem minuuntur ratione magnę transmutationis alimenti quū conuertitur in membris:nisi illius cuius expulsiua fuerit debilis, & attractiua fortis, ratione alicuius nocumenti contingentis:& hoc quidem significat repletionem corporis patientis ex malis humoribus.

322 Si autem fuerint magnę in quantitate, erit quidem signum ꝙ cibus non præbeat augmentum corpori, aut ꝙ attractiua sit in eo debilis & diminuta,& expulsiua fortis ratione alicuius morbi vel nocumenti.

323 Si autē fęces fuerint albę, erit oppilatio vel sclirosis in meatibus Kistis fellis Et icteritia quidem est ex significantibus super hoc sensibiliter. sub hoc etiam genere est urinæ citrinitas:nisi quū corpus humore phlegmatico vel mala complexione frigida inficiatur.

324 Si uerò appareant rubeæ uel ignitæ, significant super excessum, & dominium cholerę rubeæ.

325 Sed si similentur porro aut viridi æris in colore, significabunt quidem morbū & malitiam magnam.

326 Quum autem apparebūt nigræ in colore, hoc quidem cōtinget ex forti & antiqua frigiditate corporis cuius sunt: & si tales appareant in morbo acuto, significabunt super mortem futuram in propinquo.

327 Si autem fęces fuerint duræ, significabunt super fortitudinem attractiuæ, aut super calorem urentem, vel super cibum stypticum & constrictiuum.

328 Si uero fuerint fæces molles, & liquidæ, non erit fortis attractiua in corpore: aut in corpore erit frigiditas mala:aut hoc contingit ex mala alia dispositione corporis:uel ex cibo qui soluit ventrem,& mollificat per naturam suam.

329 Si differatur & tardetur egressus fęcū post cibum sumptum, hoc quidem contingit ex difficultate digestionis ipsarum, aut diminutione & debilitate expulsiuæ, aut forti frigiditate, aut ex ventrem necessario constringentibus.

330 Si autem citius debito egrediantur, hoc quidē erit ratione cibi non constrictiui, sed potius per naturā suam mollificātis,& a [soluentis,] aut rōne humorū & humiditatum ad eas fortiter impulsarū:uel ratione mesaraicarū non sugentium & attrahentium, aut ratione nocumentorum in intestinis cōtingentium, vtpote apostematis uel ulceris, aut corruptionis digestionis, & aliarum specierum morborum eisdem contingentium.

a B.lubricantis.

331 Si egrediantur cum sono, significabunt super naturam uentositatem.

332 Si uerò fuerint mistę saniei, significabunt super apostematis in organis cibi existentia.

333 Sed si appareat sanguis cum eis, significabit quidem super ulcera,& b [tenasmonem.]

b B.excoriationem.

334 Si autem sunt multum fætidæ, significabunt super magnam corruptionem. Si uerò velut oleum supernatat eis, significabunt super liquefactionem pinguedinis corporis, & c [erūt proculdubio odoris acetosi ex humore acetoso.]

c B.si [...] ris aceto[...] illud erit [...] more phleg[...] tico acetoso.

Rememoratio signorum sumptorum à sudore, & primo quantitate.

335 SVdor multus in morbis a [humidis] factus, b † [ ]est ex accidentibus vim & naturam ipsorum referētibus, neque est sicut ille, ex quo fit iuuamentum.

a —— B.
b † B.significat super humiditatem &.

336 Superfluus autem in vltimo cum casu uirtutis patientis, contingit proculdubio ex labore,& debilitate uirtutis, & naturæ, unde mors est in propinquo.

337 Sed paruus sudor in morbis, super oppilationem,& clausionem cutis, & grossitiē humoris,& debilitatem expulsiuæ, & paruitatem digestionis,& uentris mollitiem,& fluxum significat.

338 Si appareat sudor ualde albus in morbis significabit super humorē phlegmaticum. Si uerò sit citrinus, significabit super choleram citrinā,& si niger, super melancholiā. Si autem sit rubeus, erit morbus ex sanguine,& similiter præbet nobis signa suò sapore.

339 Sudor subtilis contingit ex subtilitate humorum, & grossus ex grossitie eorundem.

340 Si autem fuerit uniuersalis in toto corpore, est bonus. Sed si sit particularis & specialis in uno loco, est malus,& illaudabilis.

341 Qui ēt contingit tempore suo una cū circuitibus ex paroxysmis febrium, aut in die critica, est quidē bonus & laudabilis:contrarij autem bonitas longinqua est & remota.

Rememoratio signorum prognosticorum generalium.

342 PRognosticatio diuiditur in referentē, & significantem morbum futurum generari in sano, & in significantem quod debet contingere patienti in morbo suo.

343 Signa autem referentia super ægritudinē futuram sumuntur ex accidentibus significantibus super repletionem uel euacuationem cerebri, aut residui corporis.

344 Significat autem super repletionem, quies, multitudo cibi, raritas balnei,& exercitij: ex his nanque accidentibus contingit repletionis ægritudo, & his contraria pronosticant super a [intentionis] ægritudines.

a B.dim[...]nis.

Signa

Signa repletionis, & primo secundum uirtutem.

345 GEnus repletionis diuiditur in repletionem penes virtutē animæ, quę si fuerit respectu immutatiuæ, & digestiuæ. nequaquam erit appetitus comedendi laudabilis, eritq; egestio mollis & liquida: neque erit digestio in urina.

346 Significatur autem super repletionem respectu virtutis motiuæ ex grauitate & læsione motus.

347 Si autem fit repletio respectu pulsatiuæ, erit quidem patens debilitas, & pigritia pulsationis eius.

348 Causa verò debilitatis animarum seu potētiarum est illud, quod nequeūt pati ex chymis: nam parum ex eis lædit & grauat eas: non autem ideo quia membrorum concauitates ex eis repleantur.

Signa repletionis secundum membra.

349 EST autem alia repletio a prædicta penes concauitates organorum, s. quum nō poterunt tolerare id ex quo membrorum concauitates replebuntur.

350 Hoc autem genus contingit ex repletione aut sanguinis puri & mūdi, aut choleræ, aut humoris phlegmatici, interdum autem animæ seu potentię fortes sunt: nec grauant eas chymi.

Signa dominij sanguinis.

351 CVm dominatur sanguis alijs humoribus, adsunt somnus & dolor capitis in excessu cum tumore & rubore uenarum. Estque possibile ꝙ inde cogitationes mutētur, cum grauitate capitis: & debilitate, & fatigatione sensuum. reperitur etiam tactu calidus cum grauitate a [humorū, &] scapularum & cum oscitatione Et b [sunt interdū grauia latera, & hypochondria, & manifestus fluxus sanguinis à naribus, cum alicibus, & ēt uenter est laxus: nō tamen multum cum delectatione, & suauitate uitæ,] & apparebūt somnia lætitiæ, & iucunda, cū varietate & multitudine colorum. accidet ēt pruritus in loco phlebotomiæ, cū rubedine oculi insolita, & apostematibus, aut variolis, aut pustulis corporis, & opinabitur se comedere dulcia in somnis, & uidebit ꝙ gustet dulcia, & si prius ea non comederit. Vnde si hęc accidētia sint in vere, aut in principio iuuentutis nouellę, significabunt quidem nobis super ægritudines ex sanguine generandas, quæ quidem de facto consequenter apparebunt.

Signa cholerę.

352 CVm dominatur cholera citrina aut crocea, apparet quidem color cutis citrinus, cum debilitate, & casu appetitus cibi, & reperit ille in quo dominatur, oris amaritudinem, & mordicationem ex ipsa cholera rubea in stomacho contingentem. acciditq; ei uentris solutio cū qua est cholera rubea & insomnietas cum profunditate oculorū, & siccitas oris & lingue: & eius vrina est in colore valde citrina, acciditq; ei syncopis, & riget cutis eius cū permistione, & perturbatione, accidit ei sitis post ieiunium, & apparent ei in somno coruscationes cū subtilitate pulsus, & calore corporis. Sūt ēt ex his accidentibus multa & frequēs balneatio in aquis calidis, & sulphureis: & motus laborio si qui fiunt in regionibus & villis a [septentrionalibus,] & frequens & continuus esus acutorum, & maxime si fiat tempore æstiuo.

a B meridionalibus. & ætas iuuentutis.

Signa melancholiæ.

353 SI uerò cholera nigra in corpore dominetur, erit quidem fuscus color corporis, cum forti & iugi meditatione & cogitatione, & appetitu cibi forti, & reperietur in ore sapor acetosus.

354 Est etiam cum malitia animæ a [intuitus fortis, & affixus.] & pulsus durus est, & tardus. b † [ ]

a B. cum quā accidit chuerub uel cubub.

b † B. Et stomachi seu uentris constrictio & morphea nigra, & timor, & vigilia absque agitatione & angustia.

355 Et urina quidem est alba tenuis, & cruda; nec est in egestione decoctio.

356 Et cibus siccus aridus, anxietas, timor continuus, & tristitia.

357 Videtur etiam quòd interficiatur in somnis: apparentque in somno eius omnia cum exterrentia.

358 Aetas senum, autumnus & c [habitationes meridionales.] & corporis macies.

c B. regio septētrionalis.

Signa phlegmatici.

359 SI dominetur humor phlegmaticus ī corpore, aggrauabitur caput eius somnus eius erit longus, & a [fatigabitur inter agēdo de facili,] & erit eius appetitus debilis, cū repletione penes uirtutem, & b [turbationē seu permistionem & sopita laxitate.]

a B. erit piger in actionibus, & motibus.

b B. pigritia in deambulatione, & sopita laxitas absque consuetudine.

360 Ex his etiam est fluxus saliuæ, & sputi, & tumor vultus, & color patiētis albus, & erit in pulsu eius c [occultatio, &] tarditas, & in urina turbulentia, & grossities, & cruditas.

c B. grossities.

361 Nec est in eo sitis, nisi fuerit phlegma salsum, aut putrefactio affuerit.

362 Ex his etiam accidentibus sunt usus omnium ciborum humidorum, & frigidorū, et ætas senectutis, & tempus hyemale, & priuatio exercitij, & balnei, & excedens quantitas cibi, & habitatio humida ratione fluminū, et apparitio mariū in somnis, & querimonia ex incubo facta & īpotētia digestionis chyli.

363 Quum autem apparebunt tempore sanitatis continuo accidentia de necessitate super aduentum ægritudinum significantia, esto sollicitus in ablatione eorundem.

Rememoratio signorum pronosticorum tempore morbi contingentium.

364 EX signis pronosticis est significās mortem futuram. Et ex eis est quod significat futuram sanitatem seu euasionem, & a [proprie ex his est scientia pronostica.]

a B. hæc in sciētia pronosticationis declarantur.

365 Ex scientia istorum uidebit medicus, & sciet, quis moriatur, retrahetq; inde manus suas a cura eius, sicut etiam uidebit ex sciētia eorūdem quis euadere debeat, & curari. pro tanto notificabit & pronosticauit illud.

366 Principium huius scientiæ, est scientia de temporibus morborum, & eo quod apparet in eis de dispositione morborum. est ēt scientia de longitudine & breuitate, & fortitudine, & uiolentia, debilitate, seu tranquillitate ægritudinum: & etiam de iudicio eius quod debet generari ex crisi in temporibus morbi.

De temporibus morbi.

367 IN quolibet morbo sunt diuisa tempora, in quorum aliquo contingit mors & vita vel salus:& sunt principium, augmentum, status. In quolibet potest mors contingere. In quarto autem quod declinatio appellatur, non contingit mors, nisi contingat error vndecunque.

368 Principium autem est in quo cōtingit nocumentum in operationibus,¦& debilitas in negocijs assuetis.

369 Et hoc quidem tempus durat, donec digestio appareat in a [hypostasi,]sputo, fęcibus, & vrina:& post ipsum apparet & cognoscitur augmentum ex longitudine paroxysmorū, febrium,& operationibus, & accidentibus.

370 Status verò est quum post dictū negociū perfecta digestio apparebit, nec paroxysmi morborū augebuntur.& accidentia in quantitate æquabuntur.

371 Accipit etiam morbus diminutionem & fit interdum crisis perfecta. Vnde quū hoc signum uidebitur, pronosticetur pax & salus patiētis nam mors minime accidit in declinatione, nisi errore super patiente commisso, aut a re b [complexionis malæ & illaudabilis,]necnon etiam omni extrinseco contrario eidem contingente.

372 Scientia autem nostra per quam cognoscimus terminum principij confert quidē in subtiliando cibum,& diætam, sicut decet, & in mediando subtilitatem eius in augmēto. Nam hoc expedit patienti donec morbus ad statum peruenerit: tunc autem decet medicum esse sollicitum ad subtiliandum perfectè diætam.

a B.exestibus.

b B.pestilētiali.

Rememoratio longitudinis & breuitatis morbi.

373 OMnis morbus perficitur in mensura: quæ si fuerit breuis, dicitur acutus, & nic aut interficit in breui tempore, aut per crisim laudabilem terminatur.

374 Ipse ēt morbus est citæ digestionis, & breuium temporum, austerus & periculosus.

375 Cognoscitur autem ex breuitate sui principij. pro tanto regatur diæta cnnuenienti.

376 Non.n.sunt multum aggrauandæ eius uirtutes, nec est auferendus & prohibendus ei cibus omnino a principio, nam forsitan caderet uirtus eius, nec etiam est debilitandus ante statum ipsius: Sed est potius prudenter in quantitate reficiendus sufficienti secundum exigentiam sui a [itineris.]

377 Si autem uideas difficultatem,& malitiam signorū,& periculorum,& dolores fortes, et violentos cum mala dispositione,& casu virtutis,& rōne diminuta & permista, ita q; uirtus nequeat morbi malitiā tolerare; pronostica mortem eius futuram ante statum, quā quidem ex malitia accidentiū ex morbo cholerico contingentium pronosticabis.

377 Ex morbis etiam est diu durans,& longi tēporis, qui chronicus seu temporalis appellatur, qui quidem minime corpus celeriter cōsumit & dissoluit, sed aut necat ipsum cum phthisi & hectica, egressu sanguinis, aut macie, aut patiens etiam longo tempore curabitur:& morbus per paulatinam dissolutionē, & digestionem consumetur.

a B.uiatici.

379 Cognosces autem ipsum ex leuitate & facilitate accidentium eius,& frigiditate cuiuslibet ex his morbis.

380 Non cibes istum patientem modico cibo, quoniam caderent uirtutes eius.

381 Inter aūt morbos istos sunt alij medij, quorum.s.tempora nō sunt absolute breuia, nec longa: unde cibus eorum in subtilitate medietur: nec sit multus, neque paruus.

De crisi & signis eius.

382 SCito q; crisis est uelox & subita mutatio quæ suo tempore ex difficultate seu malitia accidentium & pugna existente inter uirtutem & morbum generatur, ut celeriter ad uitam uel mortem perueniatur.

383 Sex sunt species mutationum in morbis contingentium. Nam aut negocia tardātur, aut citantur in eis, unde interdum conuertitur in temporibus breuibus corpus ad bonū & uitam.

384 Si fuerit laudabile quod pręcedit eam, pronosticabis sic super ipsam, scilicet super crisim securam,& laudabilem.

385 Est autem alia mutatio uelox ad prædicta, quę quidem significat mortem, in hac quidē ueloci malitia est angustus processus medici: nam hæc crisis est necans, & pernitiosa.

386 Tertia ex prædictis mutationibus est mutatio tarda inducens ad dispositionem sanitatis,& curans morbum, non tamen cū crisi, sed potius per dissolutionem paulatinam in ea contingentem.

387 Quarta autem species prædictarum mutationum est mutatio tarda ducens patientem ad interitū, nec fit cum euacuatione, sed potius cū hectica dissoluente corpus patientis.

388 Quinta autem ex prædictis est inter eas media quum inducit mortem,& malitiam ultimatam.

389 Sexta uerò perducit ad uitam in medio tēporum.

390 Hæ autem crises sibi¦inuicem dicuntur cōtrariæ compositæ.

391 Crisis quidem laudabilis accidit in statu cum perfecta digestione & uirtutis fortitudine, contraria uerò ei puta illaudabilis fit in augumento.

Rememoratio eorum quæ oportet sciri in crisi.

392 TRia oportet scire in crisi.

393 Scientiam videlicet de prognosticatione eius, & de diebus criticis, & scientiam etiam eius quod significatur per signa nobis significantia in quam crisis speciem terminetur, quum perficitur crisis cuiuslibet morbi.

394 Omnis autem crisis pronosticatur ex uiolentia accidentium quæ dicimus.

395 Et sunt permistio sensus, & intellectus, & dolor aurium & capitis.

395 Et fluxus lachrymę: angustia, a [parua famis, seu casus appetitus]motus laboriosus, et vigiliarum instantia,& dolor in pectore uel collo,& illaudabilis excitatio a somno cum motu,& rubedine oculorum.

a B.& parua fomnis.

397 Et frendere dentibus, & limatio corundẽ in somno, & eorundem percussio,& fortis fricatio nasi patientis.

398 Et interdum insinuabit aliquis commouẽ do cum labijs suis. Videbiturque interdum sugere ea.

399 Et velocitas quidem anhelitus, & desiderium trahendi aerem frigidum cum angustia,& velocitas pulsus,& frequentia, & tussis cũ infusione,& sonitu,& gargarismatis.

400 Et pulsatio cordis continua & syncopis, & conatur patiens a lecto suo surgere,& recedere.

401 Et dolor gutturis & meri cum angustia, quæ si perseuerauerit continget ei syncopis magna & fortis.

402 Et pulsatio in lateribus, & [b] [dorso, cum torsionibus violẽtis, & fortibus,& cõtinuo dolore stomachi cũ querimonia stomachi vel hepatis,]aut dolor ventris aut circa pecti nẽ,aut etiam in renibus & vesica, aut dolor fortis circa [c] [virgam,]vel in virga aut in ma trice,aut in omnibus iuncturis, aut quibusdam aut ex eis intus vel exterius.

b B. costis, & uehementia no cumẽti, & dolo ris & in stomacho dolor frequens, & queri monia splenis & hepatis.
c B. anum.

403 Quum ergo videbitur augumentum horum accidentium in die critica,erit proculdubio bonum & laudabile, & potissimè si prius digestio apparuerit: sin autem,erit qui dem contrarium manifestum.

De diebus criticis.

404 Causa quidem crisis, si sit eorum relatio uera,est quoniam luna variat actio nem in morbis.

405 Iam quidem quum peragrat, & abscindit celeriter circulum suum,est quidẽ causa celeris motus & mutationis,& fortificatur q̃dem interdum in hoc, & interdum debilitatur.hoc autem notum est in arte astronomorum.

406 Nequaquam est operatio suæ actionis sensibilis in eius iuuamẽto uel nocumẽto,sicut quidẽ est ad sensũ visibilis eius figura ex eo qđ in ea existit de claritate uel lumine solis.

407 Eius autem quarta relucet in quarto, & eius medietas in septima.

408 Et morbus quidem minime contingit nisi ex dispositione qua debilitatur opus naturæ,qui si cũ auxilio producatur, curabitur quidem patiens & vita prolongabitur:sed si cum detrimento, morietur quidem,& uita perdetur, & separabitur.

409 Crises contingũt interdum in quaternis, & interdum in septenis.Et illæ quidẽ bonę sunt & laudabiles,quibus cõiunguntur dige stio, & pronosticatio attestantes super ipsas.

410 In alijs quidem ab istis nequaquam circui tus & periodi reperiuntur ratione turbatio nis,& dubitationis contingentis in eisdem.

411 In non habentibus verò digestionẽ & pro nosticationem, contingit quidem dubium in eorum accidentibus, nec contingit crisis in his diebus,nisi quum contingit consequẽ ter aliquod sinistrum.

Rememoratio signorum super fluxum sanguinis.

412 Qvum videris morbum sanguineum, austerum,& violentum valde,cum illaudabili & impetuoso motu: cuius signa patula sint in capite,& manifesta,quæ vsque ad omnes sensus extendantur, cum rubore & pruritu nasi; erit proculdubio crisis eius per fluxum sanguinis narium.

413 Si verò accidentia ipsius deorsum, & in parte inferiori appareant cum dolore conti nuo umbilici, & præcesserit retentio menstruorum; continget quidem crisis per fluxum menstruorum.

414 Sed si pars suprema corporis incolumis fuerit, & à dolore immunis,cum dolore tamen hypochondriorum, & patiens querulo sus sit de hepate, & dolor vsque ad anum ex tendatur,nequaquam quidem committetur error si pronosticetur crisis illa futura per fluxum sanguinis hæmorrhoidarum.

415 Si autẽ morbus ex cholera rubea sit in statu acciderit́q; apostema capiti, & dolor capitis,& angustia augeantur,nequaquam qui dem est desperandum, quoniam continget crisis eius per fluxum sanguinis narium.

Signa crisis per fluxum uentris,uomitum,& urinam, & sudorem,& dolorem.

416 Verùm si eius accidentia sunt in stoma cho, & cum hoc prius conquestus fue rit patiens de hepate,cum angustia,& synco pi valida,erit quidẽ crisis eius per uomitũ.

417 Si uerò caput eius fuerit sine dolore, & cũ angustia vẽtris,& eminentia umbilici & prę cedente ventris constipatione,pronosticãda quidem erit futura crisis per fluxum uẽtris.

418 Quòd si uẽter eius pacem habuerit, & digestionem laudabilẽ, præter q morbus eius violentus sit & austerus,cum aliquantulo ta men labore,& vigilijs,circumscriptis accidẽ tibus sudoris,morbo quidem sic molli & lẽ to existente,cum doloribus pectinis, erit sermo meus veridicus, scilicet quòd crisis huius patientis continget per urinam.

419 Verùm si cũ pace & quiete & prædicta retineatur urina,præter q morbus sit in ultimo acuminis,cum apertione tamen pororũ cutis, sine forti dolore, & vigilijs & siccitate,erit quidẽ crisis eius forsitan cum sudore.

420 Si autem contingat dolor membri uel iũcturarum in acutis, continget proculdubio crisis earum per apostemata.

Rememoratio pronosticorum signorum mortalium sumptorum ex operationibus.

421 Vtere laudabili regimine ex signis sup mortem,euasionem,seu quietem,& pa cem significantibus.

422 Ex his quidem sunt horror luminis,& lucis,& fluxus lachrymæ cum [d] [rubore]motu forti,& vertigine.

a —— B

423 Et paruitas oculi in uno latere, & apertio oris absque oscitatione.

424 Et quũ quis iacet & dormit resupinus ma nibus & pedibus suis protensis & relaxatis.

425 Ex his etiam est si uideatur patiens descen dere in lecto suo,& manus & pedes suos detegere.

426 Necnon mala & illaudabilis imaginatio, qua videatur fila a pannis suis euellere.

427 Ex his etiam est vltimata grauitas: aut eius manifesta suspensio.

428 Et etiam frendere dentibus præter solitũ, &

& apponere manus ſuper caput,et puluinar.

429 Aut etiam ſi imaginetur ꝙ veſpertilionem nigri coloris capiat,& velit eum interficere.

430 Nam hoc contingente in morbo acuto, mors quidem appropinquabit.

431 Ex his etiam eſt ſi tacitus efficiatur uerboſus,& mitis pacificus, iurgioſus.

432 Aut ſi conqueratur de cęcitate,& ſurditate,vel caſu uirtutis,ratione violentię morbi.

433 Vel etiam ſi uideatur patiēti dum dormit in ſtatu,quòd cadat nix ſuper caput eius.

434 Et anima quidem inquieta, domina magnæ frigiditatis,eſt res mala & illaudabilis.

435 Ex his ſunt vigilia nocturna, & ſomnus diurnus,aut omnimoda priuatio ſomni.

436 Necnō ſi diſpoſitio ægri in ſomno & poſt ſomnū deterioretur,& cū dolore efficiatur:

437 Si etiam medicus ordinate & rectè operetur præter quòd appareat operationis intentum,erit malum.

Rememoratio ſignorum pronoſticorum mortalium aſſumptorum à qualitate corporis.

438 EX his autem ſunt facies mortuorum faciebus conſimiles,cum planitie ſeu extenſione temporum,ex morbo contingēte,& conſtrictione aurium,& ipſarum frigiditate,& earum inuerſatione,& oculorum profunditate.

439 Etiam rubor, vel nigredo oculorum, aut eorum eminentia, vel principium fuſcedinis ipſorum.

440 Aut etiam ſi quieuerint, [a] † [ ] vel ſi fuerint infrigidati: [b] [aut palpebrarum tortura.]

441 Aut ſi fuerit naſus acutus cū obliqua fronte,ex [c] [latere labij contracto uel marcido.]

442 Frigiditas quidem extremorum patientis cum ulcere,& nigredine linguæ [d] [laborioſa,& ſimilia cruciantia,ſunt quidem illaudabilia] in febre vrente,

443 Ex his etiam eſt [e] [viridis rubor] unguium, & viror in corpore cū ueſtigio nigredinis.

444 Ex his ēt eſt ictericia, ſi ante ſeptimam diē apparet cum macie hypochondriorum.

445 Et ſi frigiditas ſit in manifeſto, & ſuperficie corporis,& calor fuerit & ſit interius.et pręſertim ſi adhuc ſit,& remanſerit ſuper membra principalia.

446 Et tumor quidem vultus,cum tumore extremitatum ante duo ſeptenaria,eſt quidem terribilis, nam huius patientis materia uelox eſt, [f] [& cita,] vnde non videtur quòd ad minus duorum ſeptenariorum valeat peruenire.

447 Aut ſi quieſcat & ceſſet febris abſq; criſi, aut ſi eius fortificatio palam augeatur in diebus paribus,

Signa ex exeuntibus a corpore.

448 EX his quidem eſt fæx nigra,vel uiridis, fœtida,pinguis,rubea,& ſicut aqua [a] † [ ]butyroſa,& alba.Hæ namque malæ ſunt, & illaudabiles,

449 Necnon etiam ſi appareat diuerſorum colorum: hoc namque mortem, [b] [aut criſim futuram] ſignificat.

450 Et ſi cum caſu appetitus egeſtio ſit cholerica,cū qua egrediatur fruſtū ſanguinis cōgelatū primo: & conſequenter fruſtū carnis.

451 Et etiam ſi poſt egreſſum cholerę appareat ſanguis abſq; punctione & ſtimulatione.

452 Et ſi poſt extenuationem & macerationē corporis appareat & egrediatur fæx nigra.

453 Et quum conſtipabitur uenter in febre vrēte,& uexabitur cerebrum.

454 Si etiam egrediatur uentoſitas cum ſono inuerecundo præter ſolitum,erit malum.

455 Et urina quidem nigra,tenuis, & pauca ſignificat patientis interitum,eſtque timendū ut plurimum,& periculoſum quum accidit permiſtio rationis,& intellectus cum tenuitate urinæ.

456 Ex his etiam ſunt uomitus,& fluxus [c] † [ ] cum nigredine, & fætor ex putrefactione contingens.

457 Frequens ēt tuſſis cum modico ſputo eſt ſignum malum & illaudabile. [d] † [ ]

458 Sputum etiam diuerſorum colorum [e] [in pleureſi cum tuſſi laborioſa & difficili:] ſignificat mortis propinquitatem.

459 Et ſudor ſolius capitis ad quem,ſeu ad cuius euacuationem non ſubſequitur quies, eſt malus,

Rememoratio ſignorum laudabilium pronoſticorum.

460 SI facies eorum appareant, quales fuerint tempore ſanitatis, eorum quidem cura & certa euaſio erit manifeſta.

461 Ex his ēt eſt uniformitas,& æqualitas caloris circumſcripta macie hypochondriorū,

462 Et ſi poſt ſeptimam diem erit manifeſta & perfecta ratiocinatio abſq; malitia, & uigor motus,& ſenſuum omniū,concomitante facilitate & leuitate ſui corporis,& ſolitus decubitus,& ſomni aduentus in nocte ut plurimū ſine ſomno diurno cū vigore patientis poſt ſomnū.Omnis ēt ſomnus tollens dolorē, & perturbationem ſeu permiſtionem rōnis,& mitigans ægritudinem, eſt laudabilis,

463 Cerebrum quidem patitur ex quibuſdam membris compatiētibus ſecum in paſſione. Vnde ſi tunc euaſerit à permiſtione continua, euadet quidem patiens laudabiliter ab hoc morbo,

464 Et ſi cum apoſtemate capitis adſit ſternutatio, ex ſignis erit ſuper ſanitatem. ſignificantibus.

465 Omnis fluxus ſanguinis [a] † [ ] etiam ab aure in morbis capitis, eſt curatiuus corporis.

266 Anhelitus manifeſtus non frequēs, aut tardus eſt laudabilis:nec eſt verēdus ſi non fuerit interciſus, ſeparatus:aut orthopnioſus, cogens erigere patientem.

467 Et ſimiliter eſt laudabile quum pulſus eſt virtuoſus fortis [b] [ſine anguſtia] nec eſt anhelitus urens,nec inflammatiuus.

468 Ex his ēt ſunt bonitas appetitus,& digeſtionis cū æqualitate,& laudabili ſubſiſtentia fęcum, & [c] [colore medio] in citrinitate circūſcripta nigredine earū uſtiua, & uiriditate.

469 Aut exitus etiam humoris cum lumbricis in die critica, hoc quidem eſt ſignum uitæ, hoc.n.contingente aufertur morbus quum fuerit ex illo humore.

Egre-

a † B. & oculi ſtent continue aperti in unum locum intuentes.
b B. palpebris ipſarum accidet tortura.
c B. & labium inferius contractum uel conuerſum fuerit.
d B. cum inquietudine & diſpoſitione anguſtiāte eſt mala.
e B. rubedo & viriditatis.
f e. ad hydropiſim.
a †B. & egeſtio ſpumoſa uel.
b B. niſi illud accidat a criſi.
c † B. ſang[...] narium.
d † B. [...] e B. cum [...] cultate [...]
a B. a naribus.
b B. neque ſtr[...] ctus.
c B. & urinæ & colore æquali.

470 Egrediente cholera rubea, aufertur surditas, tolliturque inde nocumentum in morbo cerebri.

471 Sanguis etiam hæmorrhoidarũ curat morbum splenis: hoc etiam est laudabile in melancholia.

472 Et fluxus quidem aquæ, & humoris phlegmatici, est cura morbi in hydropisi.

473 Egressus quoq; cholerę citrinæ in ophthalmia festinat curam eius.

474 Ex his quidẽ signis est, vt uideas urinam similem in colore pomo citrino: cum hypostasi alba, in fundo residente.

475 Et si etiam videas sudorẽ infirmi æqualem in febre continua.

476 Et tumorẽ exterius apparentem in squinãtia, hoc enim bonum & laudabile est.

477 Tumor quidem testiculorũ in tussi chronica, est cura corporis.

478 Et similiter apostema pedis in morbis pulmonis: necnon apostema generatum in iunctura cruris, & in inguinibus.

479 Et pustulæ narium aut labiorum in tertiana est signum salutis pronosticum.

480 Et varices quidem innatæ sunt cura alopeciæ, necnon eius qđ est in uentre, & splene.

481 Et oxyregmia quidẽ in lienteria intestini contingit ex retentione cibi.

482 Et febre contingente in spasmo vel epilepsia, fit eorum cura.

483 Si patienti singultum, contingat sternutatio, est cura quidem.

Rememoratio canonum quibus vtendum est in iudicio pronosticandi.

484 Decet quidem vt quum volueris iudicare patientem, quòd utaris a [proportione.]

485 Nam ex signis sunt, quorum virtus uera est & certa. Et ex eis sunt quæ per alia falsificantur.

486 Iusta autem significatio sumitur inter mẽbra ex eis quæ apparent in capite.

487 Si ergo videas aliquam significationem iuste significantem in corpore, & aliam sibi cõtrariam sic significantem.

388 Contingit etiam ꝙ apparens super cõtrariũ corporis non sit nisi testimonia debilia.

489 Omne signum non habens contrarium significat rectè super curam & euasionem.

490 Et omne signum pronosticationis prædictis cõtrariũ significat mortẽ & perditionẽ.

491 Quum autem apparebunt tibi signa contraria & debilia, sequitur quidem ad hoc dubium. Vnde sta tunc, & prolonga iudicium.

492 Quum ergo erunt æquata in dispositionibus suis, sta. Sed iudica a prædominante, cum erunt cõtingentia in inæqualitate sua.

INCIPIT PARS SECVNDA Canticorum, & est pars prædictæ.

1 POSTQVAM ordinaui in parte theoricæ medicinę, quod seriatim audiuistis, et hoc secundũ quod in mea mente præordinauerã, incipiam quidem nunc in practica ipsius. Iam autem retuli in principio huius libri illud a [propter] quod est necessarium b [illud, cuius relationem faciam] in hoc capitulo. Operationis autẽ practicæ sunt duo modi: quorum vnus manualiter exercetur: Alter uerò medicis, & cõuenienti regimine in cibis. Est autem non modicum quod per illud regimen exercetur. Hoc autem regimen in duas partes diuiditur: quarum vna conseruantia sanitatis dicitur. Et altera ægritudinis curatiua: & hoc per vitam meam c [in perfectione medicinæ continetur.]

2 Et conseruatiua quidem sanitatis dicitur secundum veritatem de habente eam perfectè & absolutè: necnõ etiam de eo cuius sanitas est imperfecta. & huius quidem sunt secundum operationem duę species. Vna est in eo cuius debilitas permista est per totam suam substãtiam in omnibus tẽporibus suis, sicut in sene conualescente, & paruulo: in quibus .s. debilitas est per totum mista, & in eo in quo apparet aliquod signum prætẽdens metum quòd appareat in eo lapsus in aliquem morbum.

3 Alia est in eo in quo apparet morbus in aliqua ex partibus solum sui corporis, puta in cute eius, aut carne, uel ossibus eius. Et sicut etiam est in habente stomachum debilẽ frigidum d [ęgrum naturaliter,] necnon etiam in habente læsionem ab utero, & matrice: sicut in habente sextum digitum, aut e [tumorem gibbum.]

4 Et in eo in quo apparet in aliqua ætate, & in aliquo ex temporibus anni, & non in alijs, sicut humidis in complexione est debilis in pueritia, & postquàm auctus fuerit est sanus & fortis. Et siccus per complexionem destruetur uiribus in autumno, præter quòd in uere debilis efficiatur.

Regimen corporis sani perfectè & primo quantum ad aerem eius in generali.

5 Conseruatio quidem sanitatis est quoddam genus generale duas comprehendens species ex operationibus medicinæ. ex quibus est una, ut quum intendetur ad conseruationem complexionis alicuius ꝙ ordinetur ei cibus, & diæta similis. Sed quum intendetur translatio corporis eius a sua complexione, a † [ ] fiat huiusmodi eo quod contrarietur complexioni antedictæ. Verum regimen sani simpliciter & absolute est, ꝙ attenuatur ad conseruandum ipsius laudabilem dispositionem.

6 Et moretur seu faciat residentiam suam in aliqua ex ciuitatibus quarti climatis, quæ. s. perfectum aerem habeant & vaporem, b [& habeat speculam uersus heremum, & syluã, & inspiciat etiam] uersus partem orientalẽ, quia ipsa est subtilior.

7 Tempore uerò æstiuo declinet ad montes, sitque habitationis locus apertus a parte septentrionali.

8 In noctibus quoq; habitet, & quiescat in superioribus locis, & sedibus. In die uerò descendat ad inferiores.

9 Caueat etiam & uitet pannos laneos, & de bõbice, & condescendat ad subtiles lineos.

a B. | b B. | c B. est finis medicinę. | d B. naturaliter, & extenuatum. | e B. apostema. | a † B. naturali. | b B. sanum, & in loco eminenti a quo videantur loca plana, &.

10 Vtatur etiam aromaticis frigidis, ſicut ex oleo roſaceo.

11 Protegatq; oculos ſuos à puluere, fumo, uapore turbido, & corrupto, & à radio ſolis hora meridiei & feruoris, necnon ab occurſu fortis caliditatis, nec etiam attente inſpiciat figuras exiles, & ſubtiliter intricatas, nec literam minutam & ſubtilem.

Regimen comeſtionis uel cibi in generali.

12 Debeat autem ad minus quilibet comedere ſemel inter diem, & noctem, & ad plus bis; medium autem inter hoc eſt, ſi comedatur a [ter in duobus diebus.]

13 Prolongetur etiam tempus b [refectionis,] ut fiat cibi bona digeſtio. fiant etiam paruæ buccellæ, vt bene digerantur.

14 Nam omne id quod c [contundere non poteris,] erit apud te digeſtionis difficilis.

15 d [Attendatur etiam vt omne præter naturam, & illaudabile curetur] cum contrario eius conuenienti ſecundum complexionē & malitiam ipſius.

16 Sunt autem quàm plures complexiones inæquales e [cum malitia cibi rectificabiles.]

17 Vtatur ergo eis homo ſecundum vſum & cōſuetudinem ſuam. nec ſunt appetitus nec delectatio cibi omittendi.

18 Omnis namq; conſuetudo ſubito, & ſine gradatione ablata, nocet, & offendit illum cuius eſt.

a B. ſemel tantum, talis comeſtio uero nō debet eē niſi poſt 24. horas. Et ſi bis, poſt horas xii. Et ſi ter in duobus diebus, talis comeſtio debet eſſe inter xvi. horas.
b B. maſticationis.
c B. eſt difficilis contritionis ex maſticatiòne
d Et quoties appetitus deſiderat cibum malum, dimittatur comeſtio ipſius. Et ſi intētio fuerit firma ad illū rectificetur.
e B quibus cōpetunt cibi mali & illaudabiles

De ordine ciborum & rectificatione eorum.

19 Eſt autem humidum & lubricum ſtyptico preponendū. Eſtq; ſapor dulcis aceto ſo vniendus. Et ſiccum cum humido rectificandum. Et frigidum cum calido, & econtrario. Quòd ſi timeatur a [defœdatio] oleaginoſi vel eius quod eſt malæ digeſtionis ratione pinguedinis, addatur ſal eis, aut aliqd acutum, nam hæc iuuant ad ſubtiliandum.

a B. abhominatio.

Hora refectionis.

20 Poſt exercitiū quoq; eſt refectio facienda, & ipſum poſtquam exiuerit fex ab eo.

21 Eſt autem quærendus locus tranquillus & frigidus, & a vento euentatus ad laudabilem refectionem faciendum, necnon etiam tempus & hora frigida, unde decet hominem eſſe attentum in hoc regimine.

Regimen cibi in qualitate, & quantitate.

22 Tempore quidem æſtiuo eſt cibi quantitas minuenda. Eſtq; tūc ad ſubtiliter nutrientia declinandū, vnde vitandæ ſunt tunc carnes groſſæ, & vtendum eſt oleribus, & lactis ſpeciebus.

23 Et piſcibus recentibus, hædo: & agno mediocris ætatis: & pullis gallinaceis, & gallinis, carnibus quoque a [columbarum, & coturnicum.]

24 Sunt etiam ex conferentibus tunc fercula ex coriandro, & agreſta compoſita & b [ſata beg, & ceribat.]

a B. perdicum & franquilinorum.
b B. ſichbagi, & zirbagi, & diligat dulcia ſicut eſt chabiſſa, & cibaria de ſafaſit, & almeſus.

Regimen potus aquæ.

25 Si quis ergo velit a morbis euadere, diuidat regimen ſuum in tria, quorum vnum tribuatur animæ, & aliud cibo, & aliud potui vel aquæ.

26 Et parum quidem aquæ frigidæ ſatiat, & ſitim ſedat: ad hoc tamen nō ſufficeret multum tepidæ.

27 Non eſt autem aquę potus frigidæ nimium a † [ ]frequentandus, eo quòd neruis obſit.

28 Non eſt etiam offerendus potus aquæ niuis niſi pingui ſanguineo, multæ carnis.

29 Eſt etiam vitandus potus aquæ in menſa niſi b [ratione adhærentiæ, & tardi deſcenſus buccellæ.]

a †B. aut potus niuis.
b B. accidat ſerach.

30 Non eſt etiam ſumenda aqua cum cibo, nec in egreſſu à balneo.

31 Nec etiam poſt forte exercitium, & coitum, hoc enim eſt malum & illaudabile.

32 Si tamen quis ex modica tolerandi potentia ſiti urgeatur, ſumat ex ea parum, tantū. ſ. ꝙ declinatio & impulſio cibi ad inferius ſtomachi compleatur, quatenus ibidem digeratur. Sumat tamen ex aquis illam quæ ſitim ſedet & ſatiet. aut ex vino quod & quantum congruat & ſufficiat.

33 Et ſi ſumpta aqua ad ſatietatem, aut vino ſufficienti, accidat ſitis, vitentur potus eorum, quoniam talis ſitis eſt mendoſa.

Regimen uini.

34 Non eſt curandum de aſſumptione multi uini: debetq; ſufficere modicū quum eſt in vſu, nec eſt continuandus omni die potus vini: nec eſt bibendum in ieiuno; nec ēt poſt ſumptionem cibi ſubtilis vel acuti. eſtque omni tempore vitæ, niſi ſemel in menſe, ebrietas euitanda.

35 a [Et bibat uinum aromaticum: adiuncta ſibi acetoſitate mali granati, aut ſucco cytoniorum, & cucumeris, ille cui accidit ex potu uini dolor capitis, ſup calefactio, & ebrietas,] bibatq; ipſum cum aqua miſtum.

36 Et dandum eſt in potu ei qui querelοſus eſt ratione uentoſitatum in corpore ſuo exiſtē tium uinum purum & citrinum: nam fortius ex eis congruit eis amplius, expedit etiā ut cum ſalſis coniungantur.

37 Tempore autem eſtiuo ſumendum eſt uinū album & aquoſum, eo quod ſit ſubtilitati & ſimplicitati propinquius, b [cui addātur acetoſa, & ſuper comedantur ſtyptica.

a B. Et ille cui accidit ebriet[as] uel accidentia [ſi]milia epilep[ſiæ] & calefactio [ex] vino aſſumpto, tunc bibat vin[um] aromaticum. Et poſt cibum in ſecunda menſa, granata acetoſa, & cytonia, & cucumeres.
b B. & bibat ip[ſum] ſum miſtum c[um] aqua. Et comedat cibaria acetoſa, & in ſecunda menſa aſſumat ſtyptica a[c]cetoſa.

Regimen ſomni.

38 Non prolongetur ſomnus, quoniam obeſt animæ, nec etiam uigiliæ, quoniam inde debilitantur ſenſus.

39 Prolongatio uerò ſomni congruit ei, cuius cibus eſt indigeſtus: necnon ſuper a [malitiā cibi non recipientis digeſtionem.]

40 Nec eſt ſomnus prolongandus in ieiunio, & tēpore famis. Nam repletur caput fumo, & uaporibus, a fœcibus & ſuperfluitatibus eleuatis.

41 Non eſt quoq; immediate poſt cibum uel comeſtionem dormiendum accumbendo, donec ad locum digeſtionis peruenerit cibus aſſumptus.

a B. nauſeam [&] ſatietatem.

Regimen motus exercitii.

42 Non eſt exercitandum exercitio magno, & forti, nec eſt tantum quieſcendū ꝙ omittatur omne exercitium: imò eſt a [hoc uitandum.]

a B. æquali temperato e[xer]citandum.

Sunt

43 Sunt ergo taliter membra exercitanda, & per exercitium adiuuanda, ne colligatur q̄d timetur colligi in eis ex malis humoribus.
44 Eundo [b] [vel clamando] si volueris, donec appareat velox & [c] [cita expiratio.]
45 Macer autē & extenuatus non debet exercitari, ne ipsius dissolutio amplius augeatur.
46 Verum debet exercitari pinguis & multæ adipis & axungię: est tamen accingendus si habuerit ventrem magnum.
47 Tempore vero æstiuo est minuendū exercitium: quum tunc dissoluatur & subtilietur homo per sudorem.
48 Iam quidem retuli in capitulis theoricæ regimen eius: cuius corpus indiget euacuatione superflui, aut retentione contrarij [d] [addens huic quod mihi placuit.]
49 Congruit quidem vsus omnium: quorum præmisi relationem secundum qualitatem dictam, in tempore æstiuo, super calefacto iuueni, & ciuitatibus meridionalibus.
50 Et tempore quidem hyemali est vtendum contrarijs eis, quæ retulimus: vt obuietur & resistatur frigiditati ipsius.
51 Vere quoque & autumno incedendum est inter ęstatem & hyemem.
52 Congruitque regimen exsiccatiuum in vere, & humectatiuum in autumno. Vnde fugienda est exsiccatio in eodem.
53 Est autem vtendum regimine conuenienti tempore æstiuo: & in fine veris, & in principio autumni.
54 Verum in principio veris, & in fine autumni debet regimen conformari regimine hyemis. Vnde vtendum est tunc cibis calefacientibus.
55 Regimen autem eis cuius relatio dicta est, congruit habitantibus, & residentiam faciētibus in ciuitatibus, & castris. Verū [c] [mercatores] sunt regendi regimine iter agentium.

Regimen iter agentium, & primo nauigantium.

56 EST quidem vitanda nauigatio per mare in hyeme. & [a] †[ ] volens nauigare debet assumere & colligere aquam multam, & multa vasa mūda, cui pręparanda & offerenda sunt cibaria humida. Venter & natura eius est cum medicinis mollificanda. Vnde si timeatur vomitus choleræ, euacuetur per secessum: quibus peractis ingrediatur nauim, & imponat secū succos acetosos, & cum eis stypticos.
57 Et ad vitandum defœdantia, & sordes, præparet sibi mundas vestes.
58 Quum autem in aliquo ex iter agentibus multiplicabuntur pediculi, quos non possit interficere: lana cōtorta, & [b] [mersa in oleo: in quo argentum viuum fuerit extinctum, appendatur] vestibus eius, donec videantur cadere pediculi ab eo.
59 Iter autem agens per [c] [siccum regatur cum regimine frigoris.

Regimen a [*dictorum, & primo cum*] *frigore.*

60 EST ergo cauendum ne obuiet ei [b] [frigus, quoniam perdetur ratione algoris, & cō gelationis.]
61 Et reficiatur vsque ad saturitatem: ne moriatur fame.

62 Et si fuerit infrigidatus, ingrediatur balneū, & [c] [vniatur cum habentibus] corpora pinguia & carnosa.
63 Et si caligent oculi eius. visusque ipsius disgregetur ex gelu, ponatur super faciem eius peplum nigrum.
64 Et eius extrema protegantur a frigore, & oleo [d] [ ] fomententur. [e] [unde] inuoluantur pedes eius multis coopertoriis prius quam sotulares calcientur.
65 Vnde si cessante dolore extremorum non recuperent sensum, scito ea esse dissoluta & mortificata a frigore: pro tanto tunc iugiter sunt fricanda, & calefacienda cum oleo de synapi calefacto, & consequenter fascianda.
66 Et si inde pedes fuerint nigri, aut liuidi, scarificentur: & si fuerit in eis putredo mundetur. & si aliquid dissolutum fuerit, abscindatur illud ab eis.
67 Qui vero inde lassitudinem incurrerit, curetur cum oleo, & seruet regimen & diætam subtilem, fricēturque & extendantur ipsius membra in balneo, & requiescat consequenter aliquibus diebus.

Regimen iter agentis per siccum tempore calido, & sicco.

68 ITer agens tempore æstiuo & calido sic est regendus, vt scilicet prohibeatur ei ne aggrediatur iter suum hora æstus & feruoris in meridie. estque primo minuendus ne supercalefiat ex labore itineris. pro tanto extrahatur sanguis ab eo in [a] [magna] quantitate. & sic efficietur securus ab apostemate, scilicet per phlebotomiam.
69 Verum si cholera in eo dominetur, educatur ab eodē, & sic sitis malitia alleuiabitur, aut tolletur. estq; ante aggressum itineris succis cōuenientibus extinguenda. [b] [alias verēdum est, ne calore ipsius periculo exponaẗ.]
70 Et fiat vt comedat aliquantulum ex herbis frigidis, & simul & semel saturetur aqua, & quiescat quum poterit, nec irascatur fortiter [c] [aliquatenus, & moretur in locis vmbrosis:] & vitet seu dimittat clamorem & sermonem, necnon etiam bellum & iurgium, nec moretur in loco nimis calido, & sumat in potu syrupum ex succo vuę acerbæ cum succo portulacæ & aqua.
71 Et si sitiat in [d] [meridie,] teneat in ore suo pilulam vnam ad quantitatem lupini factā ex trochiscis cāphoræ. Et si timeat ne facies alteretur a sole, & nigrescat eius cutis, dissoluat seu liquefaciat rector eius oleum cum cera [e] †[ ] simul iuncta pręsertim in mulieribus.

Regimen infantis dum adhuc est in utero.

72 CVstodiatur taliter infans in vtero, ne cō tingat corpori eius aliquod nocumētū.
73 Et eligatur nutrix quę cibabit & potabit eū, vt sit boni nutrimenti apud eum.
74 Talis est etiā apponenda intentio super stomachum prægnātis: ne contingat corruptio in desideriis seu appetitibus eius.
75 Rectificetur etiam sanguis eius [a] † [ ] & ipsius superfluitates educantur: ne infantes superfluitatibus offendantur: verum si sanguis excitaretur in eis, minime tamē minuatur. Sed vice prædictę euacuationis infrigidetur sanguis, seu eius feruor extinguatur.

c B. amplectatur.
d † B. costino.
e B. deinde.
a B. sufficienti.
b B. quoniam timenda est caliditas eius.
c B. & utatur rebus facientibus umbram & his quę nares, & os cooperiūt a puluere.
d B. hora uehementis caloris.
e † B. alba.
a B. ex quo infans generatur, & nutritur.

b B.humor.

76 Si etiam[b] [phlegma] in ea excitetur: minime tamen euacuetur secessiuis, vtatur nihilominus tunc conuenienter subtiliantibus.

Regimen tempore partus.

a B. partes circa vuluam existentes.

77 QVum autem instabit tempus partus: vtendum est partum facilem efficientibus, vnde fricentur in balneo ex omni parte cum oleo ilia ipsius, & a [quod coniungitur uētri eius] ut sic nerui eius & musculi mollificētur, ne partus eius laboriosus efficiatur.

78 Vnde vtatur oleo ī cibis eius; & sorbeat brodium seu ius pingue.

79 Et protegatur a clamore, saltu, timore, pugna, & percussione, & in agone, & violentia eius offeratur ei decoctio dactylorum, & foenugręci.

b B. comprimat

80 Expedit etiam vt in partu habeatur obstetrix discreta: quę circunscripta omni pusillanimitate trahat fortiter pedes eius, & b [imprimat] ventrem eius, caute tamen & discrete: post quam subito eam surgere fecerit.

81 Et si fluat ab ea sanguis multus, offerantur in potu trochisci ex Karabe, si vero ratione alicuius impedimenti non egrediatur ab eo sanguis in conuenienti quantitate, sumat in potu trochiscos de myrrha.

c †B. seu granorum abel.

82 Et vtatur fumigijs dissolutis ex myrrha, Kytram, sauina, c † [ ] sulphure; & coloquinthida factis, si secundina non egrediatur.

Electio nutricis.

a B. pinguis & ani.

83 EST ergo nutrix eligenda mediocris ætatis, & carnosa: non tamen laxæ carnis, ꝑ complexionem suam appropinquans æqualitati, & temperiei, a [alti & erecti] corporis, & magnarum mamillarum: habens caput mundum & sanum, & oculos immunes ab omni nocumento intrinseco, & ꝙ sit sana breuiter in membris, & iuncturis suis.

b B. bonum habens odorē nō foetidum.
c †B. cum super aliquod tersum effunditur.

84 Et habeat multum lac, cuius color sit albus, nec sit nimis subtile, nec nimis grossum, & sit sapor eius dulcis, b [sine horrore aliquo] sitque coniunctum in partibus, & non fluidum. c †]

d B. & pinguibus. s. carne pingui.

85 Congruit autem vt dulcibus pinguibus, & piscibus recentibus d [cum oleo] nutriatur.

Regimen infantis quum exit ab utero.

a B. balneetur.

86 VNgatur ergo & liniatur stypticis cum fasciabitur, donec manifeste induretur cutis eius, & a [calefiat] & ab humiditatibus eius mundetur: & mediocri ligatura fascietur. b † [ ]

b † B. nec ei est tribuendum lac multum quod nauseatiuam satietatē inducat.

87 Nec est etiam ei longo tempore prohibendum lac, quoniam supercalefieret inde.

c B. planus & mollis.

88 Suntque tollenda & vitanda omnia ipsum ad iram excitantia, & ipsius somnum impedientia. si enim velit quis somnum prouocare, ponatur stratus eius c [capax, & latus satis] in loco opaco: & imponatur papauer in cibis suis: si ex ablatione somni seu vigiliarum instantia cōtingeret ei aliquod nocumentū.

89 Vtilius tamen esset multum, magisque necessarium, ne alicui infantium daretur aliquid ad comedendum excepto lacte solo: donec habuerit dentes suos.

90 Et quum surget a somno & excitabitur, necessitetur ad videndum lucem: taliter etiam quod inspiciat astra in coelo; videat etiam in die colores uarios & diuersos: quatenus d [in hoc exercitetur.

91 e [Et loquatur semper alte quicunque aut quęcunque habebit accessum ad ipsum quū uoluerit quis ipsum instruere & assuescere] ad loquendum.

92 Et ponatur mel in ore eius, leniendo & fricādo ex eo palatum, gingiuas, & linguā eius, & addatur cum eo aliquantulum thuris, & f † [ ] liquiritię.

93 Et prouocetur ei sternutatio, quatenus ipsius nasi oppilationes aperiantur & mundētur: hoc enim rectificat & clarificat uocem suam, omnes etiam sensus eius, & cum hoc dilatat pectus & anhelitum bonum facit.

94 Et uitet phlebotomiam, & pharmaciam, donec ad ętatem adolescentię peruenerit, nec resistatur apostemati, variolæ seu exiturę eidem contingenti cum g [attractione.]

Regimen conualescentium.

95 LIcet conualescētes ab ęgritudine sani existant, corū tamen corpora non sunt fortia, sed debilia, sicut sunt debiles immunes a morbo, quorū virtutibus accidit fatigatio, & sanguinis priuatio in eorum corporibus.

96 Si autem macies & extenuatio corporum ipsorum fuerit longi temporis, & chronica, reducantur paulatim ad consuetudinem ꝓpriam nec fiat hoc subito & festinanter: si vero emacerati fuerint, & extenuati in tempore breui, a † [ ] reducantur celeriter ad solita, est nihilominus gradatim subtiliandus, donec euasio corporis ipsorum sit manifesta.

97 Detur ergo ei parum ex cibo, qui tamen laudabilis sit virtutis & chymi.

98 Et sit in quiete & tranquillitate, eo quod eorum membra tenera sunt & mollia, rectificētur que eorum animæ bono b [consortio,] & laudabili sede, & ministrentur eis aromatica, & omnes flores laudabilis odoris, & gaudeant & lætentur, & c † [ ] ipsos exhilarantibus rectificentur, & vitent meditationem, & tristitiam, & ingrediantur tinas in balneo: nec tamen ibi diu d [sedeant: & ungantur ibi membra eorum oleis conuenientibus: non tamen cum forti fricatione, nam hæc efficiunt in eis calorem innaturalem.]

Regimen senum.

99 VIres & virtutes senum retrocedunt omni die, & etiam minuuntur.

100 Vnde detur eis fortis cibus in parua quātitate sumptus: qui scilicet non aggrauet mēbra ipsorum.

101 Et si euacuantur, nequaquam cholera educatur, sed potius dimittatur, cum sit in eorū corporibus medicina.

102 Nec ꝓhibeatur eis totaliter phlebotomia, si iam vsi fuerint ea: imo minuatur etiam in hoc casu sexagenarius, si corpulentus fuerit & carnosus bis in anno, nec abutatur hoc in duobus anni temporibus, prohibeatur tamē ei omnino phlebotomia ex cephalica, & sic erit eius regimen bene ordinatum.

103 Quum etiam peruenerit ad septuagesimū annum,

annum, minuatur semel in anno, nec secundetur in eo etiam in corpulentis, nec etiam est ex tunc de mediana minuendus, & si fuerit corpus eius quasi plenum; vnde cum processerit in ętate amplius v. annis, minuatur bis de basilica in duobus annis.

104 Post hanc autem ætatem est eis omnino phlebotomia prohibenda. Nam obest multum iunioribus, & decrepitis, nec etiam sunt eorum apostemata a [mitiganda,] nec est etiam attractio in apostematibus eorum fortificanda.

105 Sunt nihilominus mundificandi cum fricatione & sudore, denturque eis b [pingues scilicet ficus] per interualla, & mundificentur etiam cum cibis mollificantibus, destructio autem eorum cum medicinis est omnino prohibenda.

Regimen eius, cuius sanitas est diminuta in aliquo ex membris, & non in alijs, aut in aliquo tempore, & non alijs.

106 QVi ergo patitur in aliquo tẽpore determinato, curetur prius quam incurrat morbum.

107 Et curetur cum contrario eius, de quo cõqueritur illo tempore, & commuta tempus pro tempore.

108 Si ergo aliquis patiatur in aliquo ex membris suis, attendatur & recipiatur cura eius ex his, quę colligam in curis morborum, donec liberetur & mundetur ab illo morbo.

Regimen eius in quo apparent signa futuri morbi.

109 ET si appareat in alicuius corpore signũ significans super morbum futurum, ꝓhibeatur attente aduentus eius, quoniam occulta est causa in corpore eius pro tanto auferatur priusquam detegatur: iam autem retuli quid significat accidens apparens in corpore, & de qua ægritudine timendum sit ex eo, vnde attente curandum est de eo faciendo cessare causas eius, ex his quę retulimus in capitulo suo.

INCIPIT TERTIA PARS.

Practicæ de reductione sanitatis in ægris cum cibis & medicinis.

1 Ostquã ergo ordinaui cõtenta sub genere conseruationis sanitatis, nunc incipiam loqui de cura ipsius morbi, & hoc quidem est unũ ex generibus practicæ. hoc autem fit obuiando ei cum suo cõtrario, vt si fuerit morbus ex caliditate curetur cum frigiditate, & e cõuerso, & si fuerit ex humiditate curetur cũ siccitate: & e conuerso.

2 Curetur ergo cerebri repletio cum euacuatione, & sic fiat de membris aliis, & in patiẽte obturationem ex oppilatione fiat apertio, a † [ ] donec eius malitia fuerit rectificata & lenitas corporis nociua exasperetur, & similiter asperitas leniatur.

Rememoratio specierum medicinarum.

3 HIc quidem faciã mentionem medicinarum humores educentium per secessũ.

4 Vnde referam illam super quam dominatur aliqua complexio, & habentem potentiã educendi aliquem humorem, & habentem uim aperitiuam, aut mollificatiuam, & habentem potentiam vrendi, vel putrefaciendi, a † [ ] claudendi & aperitiuam oppilationis, & attractiuam, b [ ] exsiccatiuam, aut sanatiuam carnis generatiuam, aut sigillatiuam, & his similes in virtutibus secundis & tertijs.

a † B. aut digerẽdi, aut.
b † B. aut absterfiuam, aut rarificatiuam, aut.

Rememoratio solutiuorum choleræ.

5 EDucit autem fortiter choleram rubeam scammonea, cuius dosis est a tertia vnius drachmę, vsque ad vnum Kirat. habet etiã potentiam super alios humores, cuius quidem rectificatio fit cum cydoniis, ne lædat stomachum, & hepar.

6 Detur autem ex aloe solidum vnum, & si fuerit necesse a [duplicetur pondus illud] cum speciebus conuenientibus, & si detur multum ex eo, rectificetur cum bdellio, gũmi, & dragacantho.

a B. rectificetur.

7 Et ex myrobalanis citrinis offeratur in potu vnc. j. & tantundem offeratur de violis, sic etiam fiat de medullis casię fistulæ & tamarindis, & non amplius.

Rememoratio soluentium phlegma.

8 DEntur ad hoc dauic. ij. ex pulpa coloquinthidæ mundæ, & rectificatæ bdellio. & similiter fiat cum cucumere amaro, quod est ei simile in hac operatione, rectificato cũ pondere sui ex conuenienti ad hoc.

9 Detur autem drac. s. ex sale nitro & sale, nam expellunt phlegma: sed dentur ex turbit a [darham, ij. cum datur in potu, ponantur in decoctione sequali. ij.]

10 Et detur ad minus ex agarico b [darhan. j. & quatuor ex granis.]

a B drac. ij. & eũ datur in potu in decoctione detur aur. ij.
b B. drac. ij & similiter detur ex granis nil.

Rememoratio educentium aquam citrinam.

11 HAe quidem medicinæ educunt aquam citrinam, scilicet pondus. ij. dauic a [laureolę,] & pondus vnius dauic euphorbij nõ antiqui, tantundem ex b [tithymalo] rectificato, sicut rectificaui ipsam aloem, & etiam pondus c [darhan. j.] ex centaurea.

a B. de mezereon.
b B. sebram.
c B. drac. ij.

Rememoratio soluentium melancholiam.

12 DEtur ergo in potu ex senæ, polypodio, epithymo myrobal. Indis, & etiam ex fumo terrę, & buglossa secundum quantitatẽ, quam ex ea educere intenderis. vnde si ęqualiter & tẽperate eam velis educere da. unc. s. & ex lazulo a [darhan. v. ipse tamen est signãter periculosus & verendus.

a B. drac. s. hoc enim est proprium ad ipsam educendam.

Rememoratio compositionis medicinarum.

13 RAdix autem veridica esset, vt si posset fieri, ministraretur semper vnica & simplex medicina in omni morbo, donec eius operatio panderetur: fuit nihilominus necessaria earum compositio propter illud, quod nunc dicam.

14 Scilicet propter morborum compositionem adinuicem, & propter medicinarum adæquationem, & dulcorationem mali saporis & amari ipsarum, & ad iuuandum earũ transitum si fuerit difficilis & tardus, & rectificandum difficilem glutitionem ipsarũ a [uentris soluentium.]

a B. & quod ad iuuat ad uentris solutionem.

Quę dosis debet dari ex medicinis.

15 QVum ergo fueris attentus in compositione solutiuarum: pone debitū ordinem & numerum earum in compositione: accipe ergo cum propriis dosibus, & determinato numero, medicinas solutiuas, sicut volueris rectificatas, & diuide consequēter certis portionibus doses earum: & detur in potu ex ea secundum numerum componentium ipsam, & sic fiat quum sic componentur, quod totum compositum propinetur, & compositæ seruentur necessitati tempore opportuno.

16 [a] †[ ]

Huiusmodi sunt myrtha, sumach [b] [berberis, & fœx ferri, myrob. acacia, coralli, & emblici, lutum armenicum uel terra. & [c] [rumex seu arius.]

17 Et [d] [cuppæ glandium, sanguis draconis, & gallia muschata,] & balaustia cū spodio mista, & auellana Indica, coriandrum siccum, & [e] †[folium]cum plantagine, hæc enim styptica sunt in actione sua.

18 Et gallę, [f] [lapatium,] ribes, berberis, sunt frigida, & constrictiua.

De simplicibus medicinis calefacientibus pręter quod educant.

19 SCito quod calefacientes medicinæ secundum quod retulerunt & expertū est, sunt condisi, thus, piper, cardamomum, & piper longum.

20 Et cartamum, mentha, squinanthum, & cinnamomum, & [a] [passæ montanæ.i. staphisagria,] & capparis.

21 Et [b] [centonica, vrtica. & melissa] storax, & ambra.

22 Et lignum aloes, acorus, melilotum, cuscutæ, & zingiber.

23 Et gentiana [c] [basilicon] pœonia, lacca, & reubarbarum.

24 Et folium, laudanum, & baccæ lauri & ammeos. [d] †[ ]

25 Et anethum, & cataputia, & [e] [alcanna rubea & myrrha.]

26 Prassium, serapinum, acorus & anisum.

27 Et carui, cyminum, [f] [& seminis apij campestris.]

28 Et spica, capill. uen. [g] [satureia, & darsaan.]

29 Et casia lignea, galanga, chelidonia, & assarum, pix, hyssopus, & alchitram, pyrethrum, & balsamus.

30 Et maiorana [h] †[,] & papauer rub. & [i] [celicerta] calamus aromaticus, & camomilla.

31 Et nigella, assa fœtida [k] [terbentina,] & sulfur[ammoniacum, synapis [& allium, cubebæ,]costum.

Doctrina quæ siccum ab humido distinguit, & gradum medicinarum simplicium.

32 OMne autem frigidum & calidū erit siccum vel molle seu humidum, & ex stypticitate quidem siccitas cognoscetur: ex lenitate uero humiditas.

33 Est autem apud medicos nota graduum diuersitas. Nam immutatio & alteratio solo intellectu & ratione pcepta est ī primo gradu.

34 Omne autem cuius immutatio sensu percipitur sine violentia, habet manifestam significationem quod sit in gradu secundo. Omne autem cuius immutatio sensu percipitur cum læsione, sed non destruit, est in gradu tertio.

35 Omne autem quod sui violenta vstione, aut stupefactione, seu narcotizatione corrumpit quod immutat, exiuit a temperie vsque ad quartum gradum.

Rememoratio uirtutum secundarum medicinarum simplicium, & primo medicinæ attractiuæ.

36 SCito quod in omni maturatiuo est viscositas cum calore mediocri, & temperato, & proportionali, cū calore membri, in quo maturatio intenditur, cuiusmodi sunt adipes, pix, & gummi pini: & oleum cum cera simul mista, & oleum [a] [cum cera bene mistū, & agitatum,] & frumentum in oleo coctū.

37 Omnis medicina mollificatiua est fortioris caloris, quam sit membrum in quo mollificatio intenditur: non tamen est tantę virtutis & potentiæ, [b] [quod sui dissolutione, & subtiliatione manifestetur in corpore nocumentum] cuiusmodi sunt galbanum, bdellium, ammoniacum, storax, & medulla tibiæ ceruinæ.

38 [c] † [ ]Indurantes quidem medicinæ frigidæ sunt sicut solatrum, lentigo vallorum, & similes his.

39 Omnis medicina oppilatiua est [d] [caliditate & siccitate expoliata manifesta] non mordicans membrum cui coniungitur, & cū hoc terrestris est aut viscosa.

40 Est autem notū, quod omnis medicina oppilationis aperitiua, incisiua est & subtiliatiua: cuius sapor est salsus vel amarus: cuiusmodi sunt cępę [e] [marinæ] & radix lilij, radix [f] [prouinche, sal nitrum] capparis, & [g] [faba lupina.]

41 Et stypticum quidem potest esse aperitiuū, sed nullo modo aperiet exterius applicatū: nihilominus in potu assumptum oppilationem aperiet in membris existentem.

42 Medicina quidem mundificatiua & abstersiua est minoris subtilitatis, quam sit præcedens sicut fabæ: [h] [fortius tamen eis est dulce] sicut mel, & dulces amygdalę.

43 In omni quidem rarificatiuo, & resolutiuo existit calor temperatus, sicut est oleum catapuciæ, & chamomillæ, & oleum [i] [radicum fœniculi.

44 Omnis quidem medicina orificiorum venarum aperitiua [k] [mundificatiua] est habēs calorem [l] †[ ]mistum cum grossitie, cuiusmodi sunt allia, cępę, & fella.

45 Quicquid confert ad obturandum & constringendum meatus, debet esse stypticum, & mordicatione priuatum.

4 Omnis medicina vstiua est magni & fortis caloris, & vltimatæ grossitiei.

47 Omnis medicina putrefactiua est [m] [perfectę] caliditatis, & subtilis substantiæ.

48 Medicinę autem carnis diminutiuę sunt debiliores prædictis, sed sigillatiuæ vlcerum abstersiuæ sunt & desiccatiuę.

Medicina

a †B. Et medicinæ habent uirtutem primam, & similiter uirtutem secundā, & quædam medicinæ habent uirtutē tertiam a quibus fluunt operationes. Virtus autē prima medicinarū est sicut calefactio & infrigidatio & desiccatio, & humectatio. Et hic incipiemus adducere medicinas, q̄ infrigidant.
b B. bellirici, scoria ferri, myrobalani chebuli.
c B. alhansegi. i. rubus.
d B. cortex interior glandium subtu?us & sanguis draconis, & sicut ramech & galia & altharathit, quę omnia sunt constrictiua.
e †B. folium Indum. Alia litera hematites.
f B. Alia litera granata acetosa
a B. mahaleb.
b B sceha, & urtica & origanū, & usnen.
c B. bedoard.
d †B. & cyperi
e B. & blattæ bizantiæ, & alcanna & fuet myrrha, & andacocha.
f B. & ruta, & semen apij syluestris.
g B hasce & darsisahan.
h †B. & aniudē.
i B. sucnaha & fœniculus.
k B. granum uiride.
l B. nasth.

49 Medicina quæ a tota ſpecie attrahit humorem ſeu humiditatem aliquam, eſt bezahar, & medicinę laxatiuæ ſeu eductiuæ.

50 Omnis autem actio medicinæ attrahentis ratione qualitatis notæ fit a calore ipſius naturali & ſubtilitate ſubſtantię, cuiuſmodi sũt ammoniacum, bdellium; aut a putrefaciente, ſicut in egeſtionibus, & ſtercoribus.

51 Bezahar autem confert quum ſuperat, aut ratione qualitatis conuertentis, & immutãtis, aut ex ſui natura propria, aut eo etiam ꝙ confert educendo [n] [per modum qualitatis necantis a veneno.] Vſus autem harum non eſt conueniens tempore ſanitatis, ideoque [o] [qui vtitur frequenter eis, incurrit inde nocumentum.]

52 [p] [Hæc medicina calida eſt, & aperitiua, inciſiua, & mollificatiua.] ex ea etiam eſt quæ ſtupefaciendo confert, ſicut opium & cęteræ narcoticę.

Rememoratio virtutum tertiarum medicinarum.

53 POſt relaxationem quidem prędictorum, reperietur relatio tertiarum virtutum ſuper his quæ contingunt, & generantur, ex q-bus eſt comminutio lapidis in renibus, quæ quidem fit ex omni eo ꝙ diſſoluit, incidit, ſubtiliat, & mollificat, dum tamen calorem non habeat manifeſtum, cuiuſmodi ſunt radix aſparagi, & radix arundinis, & vitrum v-ſtum, & [a] [paſſæ montanæ. i. ſtaphiſagria.]

54 Et ſimiles iſtis habentes ſcilicet aliquam caliditatem & humiditatem, faciunt egredi ꝙ eſt in pectore per ſcreatum.

55 Quæ etiam ſunt temperatę caliditatis, generant lac.

56 Et omnis medicina iuuans ſcreatum prouocat menſtrua [b] [ ] dum auctam habuerit caliditatem, præter quod [c] [fortius] exſiccet. [d] † [ ]

57 Et hæ quidem omnes prouocant vrinam, acutæ tamen ſunt in hoc certiores, & magis conuenientes.

58 Poſtquam ergo retuli vires & virtutes complexionum medicinarum, incipiam nunc referre modos medicaminum, & antidotorũ. referam ergo omnes modos earum, quibus vtuntur medici tam in interius aſſumptis, quam in exterius applicatis. Et ſunt velut decorationes, [e] † [[pilulę, ſyrupi, [f] [loc, linimẽta, cerata, ablutiones, fomentationes, fricationes, ſtuffæ vel pyria, balnea, trochiſci, electuaria, ſuppoſitoria, licinia, clyſteria, ſtillę ſeu ſtillicidia, iniectiones, magdaleones, dẽtifricia, ſternutatoria, acuatoria, ſyringa, emplaſtra, & vnguenta, pulueres oculorum, & ſinapiſma, & ſunt caputpurgia, collyria, naſalia, decoctio, colatura, opiata, & fumigia ꝑ traiectorium, & ſine, fricatoria, ſaccellationes, infuſiones, trazcę, confectiones.]

Rememoratio rectificationis corruptionis, & ſignificationis ipſius.

59 OMnis morbus quem ſumus relaturi exiſtit vniuerſaliter in toto corpore aut ſpecialiter in aliquo ex membris eius. Qui ſi fuerit ſine materia, erit quidem cum complexioni ſuæ contrario eius cura. [a] †]]

60 Diſcernitur autem morbus repleti corporis a morbo prędicto, ſumendo experientiã ab eo per inueſtigationem artificialem, ſcilicet ſi non adſit cum eo aliquod ex ſignis ſuper repletionem corporis ſignantibus.

61 Si autem contingat nocumentum ex operatione in cura morbi, erit quidem medicamẽ ſimile, ſcilicet morbo in complexione: & recipiet iuuamentum ex eo quod contrariatur cauſæ efficienti corruptionem, & morbum.

62 Poteſt etiã ſumi ſignificatio ſuper morbum ex ſenſu tactus, & debilitate operationis.

63 Et etiam ex eo quod apparet ex illaudabilibus [b] † [ ] ſecundum ſpecies & modos ſuos: & etiam ex eo quod videtur de ſuperfluitatibus exeuntibus.

b † B. diſpoſitionibus.

64 Si ergo patientis vrinæ fuerint ſine hypoſtaſi, & reſidentiis, & pulſus inæqualis, nequaquã ex repletione patietur, ſed morbus eius reponetur potius ſub genere morbi inanientis & conſumptiui.

65 Et ſi dolor ſit in aliquo loco, ſpecialiter ſignificabit ſuper paſſionem illius loci.

66 Sumitur etiam ſignificatio ſuper ipſum ex ętate, & complexione corporis, & ipſius colore, & quatuor anni temporibus, & eorum conſtitutionibus, & ipſius propria habitatione, & ciuitatibus eius, & ex eo quod pręceſſit de regimine proprio, ex his enim fit iuuamentum ſuper cognitionem & præcognitionem morbi.

Rememoratio morborum ſignificantium ſupra morbos ex mala complexione calida.

67 SI ergo corpus patiatur de caliditate, læde-tur quidem ab omni calido, & tactu caliditatẽ reperiet: eritq; eius vrina rubea, & pulſus velox & inquietus, cum ſiti, & labore ſeu anguſtia, & vigiliarum inſtantia, cum motu inordinato, habitudine extenuata, & colore citrino & habitatione meridionali ciuitatis, & ætate iuuenili: [a] † [ ] & diſcurſu eorum quæ calorem efficiunt. pro tãto curetur cum infrigidantibus febrẽ vrentem: & [b] [omne quod laborem infert curantibus.] & ſit cibus eius ſecundum quantitatẽ virtutis, & quantitatem eius, quod apparebit ex appetitu ipſius frigidę.

a B. & æſtate, & cauſæ præteritæ.

b B. ægritudinem facientem anguſtiam.

De ſignis malæ complexionis.

68 SI vero ex mala cõplexione frigida patiaꝛ, conſtat ꝙ infrigidantia oberunt ei, & omnia calida proderunt eidem. eius etiam frigiditas ꝑcipietur ſenſu tactus. & color eius ſignanter albus reperieꝛ, pulſuſq; tardus, nec patietur ſitim, nec vigiliarum inſtãtiam, ꝙ ſi pateretur, [a] † [ ] non tamen inde moleſtaretur. & ſi cũ colore albo adſit laſſitas, & mollities corporis, ætas ſenectutis, & locus, quem inhabitat fuerit ſeptentrionalis, & tempus anni hyems, & vſus fuerit in præterito infrigidantibus; erit quidem ſignificatio certa ſuper iſto. pro tanto ſi medicetur & curetur in aliquo, curetur cum calefacientibus. & breuiter intendatur in cura eius ſecũdum curam qua curatur ſpaſmus.

a † B. uigilias.

De ſignis ex mala complexione calida & ſicca.

69 HI quidem duo morbi non priuantur altero ex duobus, vnde ſi fuerit morbus

ſiccus,

ſiccus, videbis patientem ſiccum, & ſi fuerit humidus, videbis patientem laxum & ſpongioſum. a † [ ]

a † B. uel mollem.

70 Humidum ergo exſiccetur ſubtiliter, ſiue fuerit cum caliditate, ſiue cum frigiditate, & ſiccum cum ſibi contrario rectificetur. & in omnibus ſunt prius auferendę cauſæ efficientes, ſi fiat recta curatio.

Capitulum morborum de repletione, & conditiones quæ obſeruandæ ſunt in euacuatione, & eſt totum de phlebotomia.

10

71 CVm ergo erit morbus ex repletione, nequaquã curabitur niſi per euacuationẽ.

72 In omni euacuatione ſunt. x. obſeruanda: q̃ ſi non a [poſſint ſeruari, reguletur tamẽ quãtitas, & menſuretur ſecundum exigentiam eorum.] Quorum primum eſt laudabilis diſpoſitio accidentium. Et ſecundum vt ſint morbi de repletione. Et tertium ætas a iuuẽtute vſq; ad ſenectutẽ. Et quartũ cõſuetudo euacuandi. Et quintum cõſiſtentia virtutis. Et ſextum tempus veris vel autumni. Et ſeptimum quod locus quem inhabitat ęqualis ſit in omnibus & temperatus. Octauum ſimiliter tempus pręſens. Et nonum quod patientis complexio ſit calida & humida. Et x. vt corpus bonæ habitudinis ſit, & bene carnoſum.

a B. fuerint, tũc non intẽdas ad ipſam euacuationem.

20

De ſpeciebus euacuationis fiendæ, & modis.

73 CVm ratione eius, quod generatũ eſt in aliquo ex membris corporis volueris ipſum trahere ab inde, trahe ipſum a [per euacuationẽ ab ipſo membro, aut per attractionem ipſius ſolum ad alia membra cõtraria, ſiue eis æquipollentia: & interdum fiet eius attractio ad membrum habens colligãtiam cum membro patiente,] & ſic fiat attractio cum ventoſis poſitis ſuper mammillas in cõſtrictione menſtruorum matricis.

30

a B. ex mẽbro mandante, aut trahe ex reliqs membris ſecundum diuerſitatem, aut ſecundum æqualitatem & quãdoque fiet attractio, ex mẽbris communicantibus.

74 Iam quidem pręmiſimus ſigna repletionis, & medicinas eductiuas.

40

Cura morborum ex ſanguine per phlebotomiam.

75 GAlenus quidem aperiebat venam, & ſanguinem minuebat quum erat chymus auctus, & magnificatus.

76 Fiat igitur minutio ſanguinis in corpore apparentibus ſignis: & potiſſime cum apoſtemate, ſeruatis conditionibus iſtis: non autem in aliis humoribus.

77 Fiat ergo phlebotomia in ijs, quæ intellexit in hoc tractatu, & in morbis illis etiam in quibus ipſe fecit eam.

50

78 Inchoetur ergo a phlebotomia in oĩ phlegmone, habito teſtimonio certo ſuper ipſo.

79 Fiat ergo ſiue ſit in capite interius vel exterius, necnõ etiam in tali facto in iuncturis: fiat etiam in apoſtemate facto ſub auribus, & ophthalmia oculorum, & in apoſtematibus linguæ, a [mery, gingiuarum, & ſquinantię, & in apoſtematibus inteſtinorum, & crurium & ſplenis, & teſticulorum renum, & veſicę, necnon in apoſtemate matricis & vmbilici, & iuſſari, & aliis ſpeciebus rubedinis.]

60

a B. & gingiuarum & apoſtemate gulæ, & amygdalarum, & in ſquinãtia, & in catarrhis, & in pleureſi, & peripneumonia & in apoſtemate hepatis & ſtomachi, & i apoſtematibus inteſtinorum & & ſplenis, & teſticulorum, & renum, & veſicæ, necnon in apoſtemate matricis, & umbilici, & in meſere & in ſpeciebus eriſipelæ.

80 Fiat etiam in vlceribus capitis, & oculorũ, & b [rubigine aurium ſcabioſa.]

81 Eſt etiam facienda in c [volatilibus,] & vlceribus pulmonis, & oris, & d [raſuris & excoriationibus.]

82 Et fiat in paſſione inteſtinorum: quum tamen conſtabit de notitia ipſorum, e [quum erit in eis] carnis augmentum innaturale.

83 Eſt etiam facienda in f [variola] vbicunque fiat, & ſcabie humida poſtquam fuerit notum & manifeſtum, ſicut in g [variola] oris, & oculorum, & ſicut in h [variola in hypochondriis generata.]

10

84 Eſt ergo facienda in repletione venarum, & egreſſu ſanguinis ab eis, ſicut in fluxu ſanguinis narium, & in i † [ ] manante a dentibus, & gingiuis, & etiam in egrediente ab auribus, k † [ ] & ab ore matricis, & in hæmorrhoidibus ani, & in fluxu menſtruorum, & in l [ſanie rubicunda.]

85 Fiat etiam in dolore capitis, vertigine, & fętore oris: necnon in dolore dentium: & caſu capillorum ſeu alopecia.

20

86 Et etiã in membri m [diſſolutione,] & ſpermatis egreſſu, vel expulſione, & dolore artuũ & rheumate.

87 Competit etiã in epilepſia, & in ſebel, vngue, & moro: necnon etiam in caſu, & ablatione appetitus.

88 Eſt etiam vena incidenda in paſſionibus ani, & n [ſedis, ancharum,] ſciatica, & dolore ſtomachi.

89 Sic etiam in dolore hepatis pungitiuo, & in oppilationibus eius.

30

90 Intendatur ergo cum regimine, & cura horum morborum, ſicut in cura, & regimine ſynochi cũ eductione choleræ rubeæ, poſt phlebotomiam: & uſu ciborum infrigidantium: & fuga calefacientium, & quod ſanguinem auget, & magnificat. & quod eis afſertur declinet ad ſtypticitatem, & propinẽtur eis acetoſa. o † [ ]

o † B. & mo...

91 Sumantur autem ſigna ſuper hanc paſſionem ſignificantia, ex capitulo ſanguinis dominium ſignificantium. Et in ſumma declinare ad infrigidationem & exſiccationem, eſt actus medici expediti & ingenioſi.

40

De morbis ex cholera citrina contingentibus.

92 MOrbi qui ex cholera rubea generantur ſunt ſicut vlcera in lubricitate inteſtinorum contingentia, & permiſtio rationis: ſuffocatio matricis, tertiana, ſciatica, & fluxus ſanguinis per ſeceſſum.

93 De tertiana iam fecimus mentionem in ijs quę præceſſerunt, & in ſumma, febris eſt calor extraneus per totum corpus diſperſus, nocens operationibus ſuis.

50

94 Et tuſſis, & dolor capitis: & apoſtema: a [quod ſecundum latum, & longum in corpore diſpergitur.

a B. ambu... uum.

95 Et fortis & acutus dolor aurium, & multitudo ſcabiei palpebrarum.

96 Et vlcera & apoſtemata in iuncturis: & dolor pungitiuus & mordicatiuus in eiſdẽ, & fiſſura digitorũ & panaricium unguium, & maculę apparẽtes in corpore lentibus ſimiles, & morbus cum citrinitate dentium, & veſicę dolor fortis.

60

97 Et amor hereos, & fluxus ſanguinis, & b [apoſtema exiſtens in extremitate oculi,] & citrinitas cutis, & c [uariola.]

b B. fiſtula c B. bothor

Et

98 Et maculæ subtiles, & nigræ, & oppilationes hepatis, & apostema matricis,& pleuresis & d [casus]& ablatio appetitus.

99 Et vertigo,& fissura labiorum,& dolor vuę, e[& fortis fluxus ventris.]

100 Et vlcus quod dilatatur, & dubellet,& tumor existens in ano.

101 Et pruritus,& variola,aut formica,& erysipela,& pulmonis vlcera.

102 In cura quidem horum morborum est sicut in cura febris tertianæ procedēdum:educatur ergo cholera absque phlebotomia, & attendatur ad infrigidationem ipsorum, sicut in morbis sanguineis:verum morbi cholerici specialiter humectentur,nam prædicti ambo morbi vniuocantur,& conueniunt in caliditate, necnon etiam in omni eo quod per eam infertur patientibus nocumentum. Sumantur autem signa super hos morbos significantia ex capitulo signorum dominiū choleræ significantium.

De morbis ex humore phlegmatico.

103 Omnis quidē morbus ex humore phlegmatico generatus est sicut apostema tumidum, & laxum, paralysis, & relaxatio, dolor capitis a [de frigida, & epilepsia.]

104 Et sicut scabies magna, & b [grossa, & ipsius constipatio,& retentio,] & tumores colli,idest glandulæ,& squammæ capitis,& obliuio,& dolor aurium c [de frigida, & borat] & macula alba seu morphea,& apoplexia,tussis d [sicca]& tortura oris.

105 Et sicut elephātia pedum, casus appetitus, pediculi,& tumor ani,& ancharum,& aqua oculorum, & ipsorum dilatatio,& fœtor ascellarum.

106 Et ex passionibus ventris, sicut lubricitas intestinorum,& vermes.

107 Vermes etiam ex humore phlegmatico generantur, & difficultas partus, & secundinæ retentio in eodem.

108 Et dolor renum, & febris quotidiana, & frigiditas splenis, & hepatis,& egressus seu eminentia vmbilici, & passio cum egestione saniei.

109 Et dolor artuum: & nigredo e [corporis, & viror cutis superficiei,] aut ipsius fuscedo,& morbus hydropicus,sicut vterina,carnosa,& tympanites.

110 Procedendum est in cura huius speciei:sicut proceditur in cura complexionis frigidę & humidæ. Super cuius f [complexione] vtendum est signis positis in capitulo de signis dominium humoris phlegmatici significantibus. Estque vtendum in euacuatione horum morborū, eo quod retulimus in cura per quā euacuatur phlegmaticus humor. Estque consequenter vtendum in his corporibus iis, quæ corpus calefaciant & exsiccāt: & cibo calido & subtili.& in summa curentur calefacientibus intus & exterius sicut fit in paralysi cum pilulis fœtidis: g † [ ]& similibus eductiuis.

De morbis ex melancholia generatis.

111 Omnis morbus ex cholera nigra generatus in corpore est sicut verruca, & febris,quartana, hęmorrhoides,epilepsia,polypus,& spasmus.

112 Et dolor ventris, & cancer, & morphea,& dolor capitis, & vigiliarum instantia.

113 Et apostema durum,& lepra:& quod ex cibo in corporibus corrumpitur: & tussis sicca,& splenis durities,& ventositas.

114 Et melancholica passio in capite, & retentio vrinę in ea.

115 Et passio colica, alopecia, & morsus canis rabidi.

116 Et a [ficus,] & lac coagulatum in corpore, & algor hepatis.

a B. impetigo.

117 Et caninus appetitus, & rimulatio seu ruptura in anchis facta, & lapis factus in renibus, & vesica: & tumor ancharū dolorosus: & tumor in duobus lateribus,seu hypochondriis factus: necnon etiam tumor in capite, auribus,palpebris,& pedibus generatus.

118 Procedatur in hac specie morborū secundū ꝙ proceditur in cura, & regimine lepræ, accipianturq; signa super ipsam ex capitulo signorum dominium melancholię significātium.euacuetur ergo cum epithymo vel polypodio: & cum aliis quę retuli.si autem vtatur quis calefacientibus & humectantibus, prosperabuntur ipsius opera in eisdem.

INCIPIT PARS QVARTA practicæ, & est manualis operatio quæ in tres diuiditur partes.

1 Postquam perfeci primum regimē curationis,incipiam nunc in operatione manuali:ex qua faciā primum regimen in venis magnis, & paruis: & secundum faciam in carne: & tertium in osse.

2 Ex genere venarum sunt quædam quas aperimus: & quædam quas ligamus, & a [in parte scindimus & sequestramus.]

a B.quasdam incidimus, & ex toto secamus.

3 Est autem mediana aperiēda in omni morbo capitis & pectoris, sicut in apostemate ipsius.

4 Et cephalica superior aperienda est in forti dolore capitis & fluxu sanguinis narium.

5 Et b [inferior]in medicatione nocumentorum pectori & pulmoni contingentium.

b B.basilica.

6 Et quę dicitur c [almerina arabi]in malitia morborum splenis,& hepatis.

c B. almadian.

7 Et in absentia basilicæ, debet funis brachij aperiri.

8 Venę quoque temporum sunt in cōtinuo dolore ipsorum aperiendæ.

9 Et existens post aures in hemicranea,& antiquo vlcere capitis.

10 Sed quæ sunt in d [ambabus oculorum extremitatibus] in morbis eorum aperiantur.

d B. ambobus oculorum angulis.

11 Et minuatur existens in supremo capitis in ulceribus, & apostematibus seu pustulis in superficie & cute generatis. uenæ autem e [colli sunt]in lepra aperiendæ.

e B.guidegi sūt pręcipue.

12 Et vena frontis est aperienda passionibus oculi:& in continuo dolore capitis:& f †[tinea:] aperiatur etiam in parte posteriori g †[ ]existens in continuo dolore capitis h [Et existens inter nares meatus nasi, ratione

f †B.& safati. Et uena inter nares existens quādoque phlebotomatur, quum uides bothor in pomis maxillarum,&

g †B. capitis.

h —— B.

ratione pustulæ seu variolę faciei.]& existēs sub lingua in squinantia.

13 Et aperiatur vena cauillæ in morbis intestinorum sub vmbilico existentium. Et saphena existens in tibijs in morbo crurium.

14 Et minuatur sciatica in sciatica: & vena pedis in accidentibus eius.

15 Venæ quoque pulsatiles sunt in dolore capitis incidendæ, & sequestrandæ.et in dolore oculi:quū etiā timueris ex violentia morbi,ex fluxu, & descensu aquę ad oculum.

16 Quum etiam generabitur apostema ex apertione ipsius pręter quod fluat sanguis ex ipsius superficie,incidemus & sequestrabimus eam vel cauterizabimus ipsam:aut si quis maluerit,minuatur aut omnino abscindatur,& sistatur fluxus sanguinis ab ea cum ligatura, vel cauterio,deinde curetur cum medicinis, quibus vulnera curantur, donec sanitati fuerit restitutus.

17 Ex operibus autem in carne facienda sunt scarificatio,incisio,& cauterizatio[i] [ ] sunt ex scarificationibus quædam ex quibus fluit sanguis[k] † [ ]a superficie cum ventosis, & hoc in corporibus patientibus vlcera, &[l] [variolas.]

18 Ponimus autem ventosas sine scarificatione in eo quo intendimus solum euulsionem,& diuersionem materię.

19 Et interdum coniungimus eas vacuas:& interdum cum toto vrente ad consumendum illius loci ventositates, & ad rectificandum membrorum malitiam cum caliditate.

20 Quod scinditur est sicut claui & altazar.

21 Et omne quod superfluit & putrefit in extremitatibus,sicut besbeia nasi,& digitus superfluus, aut inseparabiliter coniunctus, & coniunctio palpebrarum.

22 Et vuea eminens,præputium claudens canalem virgæ.

23 Et caro in vlcere innaturaliter aucta,& putrefacta,& vlcus ex contusione putrefactum.

24 Est etiam abscindēdum quod innaturaliter augetur in lingua, & quod cadit in auribus.

25 Est etiam caro incidenda super vitrum in membro fixum, & profundatum, spinam, aut festucam.[m] † [ ]ut inde prędicta extrahantur.mammæ etiam hominum abscindantur interdum,& varices in tibijs apparentes.

26 Et[n] [boaissar & noaissar.]

27 Et quod fuerit iam denigratum ex pinguedine,[o] † [ ]aut putrefactum ex carne.

28 Et etiam omne illud quo elongatur vulua, & omne quod augetur super gingiuas.

29 Abscindatur etiam caro venę[p] [madan,]& omne quod nobis aures claudit & obturat,

30 Et omne quod[q] [existit super visum, & velat ipsum:] & quod denigratur in nobis ex præputio:&[r] [quod claudit anum & tussea, & satera & tuffar,& non habens sextum manifestum,& ruptura] vmbilici.

31 Et vulnus quod contingit ex omni eo,quod scinditur, vniuersaliter cura cum sutura, & omne membrum vulneratum consolidando ipsum.

i †B.& apertio seu perforatio, &

k †B. & ex eis sunt ex quibus fugitur sanguis quum ponuntur super eas ventosæ & cum eis fluit sanguis

l B. bothor.

m †B. uel sagittam.

n B. hæmorrhoides, & qđ putrefit ex fistulis.

o †B. zirbi.

p B. medeni.

q B. est additū super vultum, & quod additū est in ungue.

r B. in ano, & morum, & alsethar, vel altezar & ungula oculi, & hermaphroditus, & eminentia.

Ars cauterij faciendi in carne.

32 OMne corpus cauterizatur ad sistendum hęmorrhagiam sanguinis a vena pulsatili: aut[a] [apertione] venæ magnæ fatigante medicum in resistendo fluxui sanguinis ab ea.

33 Fit etiam in corporibus humidis ad exsiccandum ea: & in carnibus laxis ad indurandum eas, & calefaciendum corpora infrigidata:necnon ad tollēdum humiditates egredientes a natura.

Ars perforationis.

34 VTimur quandoque perforatione ad extrahendum humiditatem nociuam, sicut saniem quam sic extrahimus ab apostemate, & sanguinem alicubi corruptum, & aquam ab oculo vel grandinem:& aquam a capite,& nodum.

35 Et sicut in hydrope & hernia aquosa,& carnosa.

a B. sectione

Pars tertia manualis in ossibus cuius principium debet esse in consolidationibus fracturarum ipsorum.

36 QVicquid fit per operationem in osse, est sicut in fractura aut dislocatione ipsius curabimus autem quamcunque fracturam cum consolidatione ipsius,& reductione ipsius fracturæ in osse, donec inde ad proprium situm reducatur: & ablatione cuiuscunque pungentis & mordicantis ipsū, & ligatura manu facta,quæ neque laborem, neque molestiam inferat,scilicet non nimis forti,aut debili.Inchoetur autem fasciatio a medio ipsius, & fortificetur strictura super amplius, & ligetur,& superaddantur puluilli & desuper hastellæ coniunctim.

37 Subtiliabimus quoque diœtam eius a principio, & in fine ingrossabimus eam, quatenus bene restauretur.

38 Est autem cauendum a principio, ne apostema calidum generetur. diuertendo, &[a] [attrahendo ad locum fracturæ quod infunditur] ex sanguine toto posse, & prohibendo fluxum eius cum omni frigido competenti, & prohibendo donec curatus fuerit, motum patienti.Cura enim eius sine longa quiete non perficitur.

39 Cura autem dislocationis est cum eo quod trahit ipsum os dislocatum: donec ipsum ad locum proprium redire faciat.

40 Postquam autem reductum fuerit sic: ligetur stricte:& stet sic[b] [quanto tempore dicemus,& vtatur stypticis medicinis,]& comedat patiens cibos acetosos, donec fuerit securus ab apostemate, nec timeatur de collectione sanguinis.[c] continuetur autem cura ista ad minus per mensem vnum, & interdum amplius per x. dies.] Iam ergo perfeci curā omnium morborum: & ex nunc abscindam sermonem meum,ex quo iam perfeci librum istum.

a B. repercutiendo quod effunditus.

b B. determinato tempore [illegible] applicentur [illegible] stypticę [illegible]næ.

c B. minus [illegible] tem tēpus [illegible] sanatur est [illegible] pus unius [illegible] sis, aut dierum quadraginta.

F I N I S.

Laus Deo Opt. Max.

ANDREAE DE ALPAGO BELLVNENSIS DE ARABICORVM NOMINVM SIGNIFICATV COMPENDIVM.




POstquam ego Andreas de Alpago Bellunensis physicus correctiones super libros Auicennæ, quos de medicina conscripsit, hoc est quinque libros Canonis, de medicinis cordialibus, & Cantica ex originali arabico assumptas edidi, animaduertens propter imperitiam nominum medicinarum simplicium, necnõ aliarum dictionum arabicarum excellentissimos philosophos, & medicos multum laborasse, ac varias, atque stolidas expositiones in libris prædictis commentos esse, statui in honorem Dei, & ad communem hominum vtilitatem arabicas omnes dictiones in his septem voluminibus repertas ad mentem Ebenbitar, Ebensis, Sirasi, Benagi albian, & aliorum expositorum arabum seruato ordine alphabeti pro viribus interpretari. Diuino itaque auxilio implorato prius notabo aliqua circa titulum libri canonis, nomen, & patriam auctoris declarando. Titulus igitur libri in arabico sic iacet. Liber canonis in medicina, quem princeps sapientissimus philosophus Abuhali, Alhasen: Ebenhali, Ebensina composuit. Circa quem titulum sciendum, quòd Arabes appellant aliquem hominem, si filios procreauerit, nominando ipsum primo patrem primogeniti sui specificando nomen primogeniti; deinde addunt nomen ipsius proprium significando cuius sit filius usque ad nomen aui sui. Nomen Auicennæ fuit Hasen, cuius pater fuit nominatus Hali, qui quidem Hali fuit filius Sina. & Auicenna habuit filium etiam nominatum Hali. Auicenna igitur ab Arabicis nominatus fuit hoc ordine. Alraijs Abuhali, Alhasen, Ebenhali, Ebensina. quorum verborum interpretatio est. Princeps pater Hali Alhasen filius Hali filii Sina. Et consuetudo quidem Arabum est nominare aliquẽ inquantum est pater nominando suum primogenitum, & sic Mesue & alii nominant Auicennam, Abuhali, id est pater Hali; aliquando nominant ipsum inquantum est descendens à patre, & sic dicitur Ebenhali; aliquando inquantum descendens ab auo, & sic dicitur Ebensina, & corrupto vocabulo appellatur Auicenna. Considerandum vlterius, quòd ille terminus, Alraijs scriptus per duplicem literam. ie. id est literam. i. apud Arabes importat primarium in gradu dignitatis, & honoris, & scriptus per simplicem literam. i. denotat quemcunque præsistentem & principalem in aliqua arte, & gubernatione nauis, & villæ, & similium. Auicenna autem fuit dictus Alraiis, id est princeps, seu primarius in dignitate, & honore non solum, quia fuit excellentissimus in scientiis omnibus, sed etiam, quia fuit Vzir regis Persiæ, id est primarius, & honoratior secretarius regis Persiæ. Notandum præterea, quòd Auicenna non fuit Hispanus; sicut aliqui de ipso scribunt; imò fuit Persicus ex ciuitate dicta Bochara, sicut in historia arabica de vitis philosophorum, & medicorum Arabum, & Græcorum per me ex arabica lingua in latinam traducta apparet. Quod etiam potest colligi. 2. fen, primi cap. 3. de naturis temporum, & 2. can. cap. de tereniabin, & multis aliis locis. Sciendum vlterius, quòd canon secundum expositores arabes est dictio græca, aut secundum alios est dictio Syra, & Arabes vtuntur ea, & intentio apud eos per hoc nomen, canon, idem est, quod Arabice Almestara, quod est instrumentum, & tabula filis inhęrentibus directè lineata, cum qua scriptores lineant chartas, vt dirigantur in scribendo recte. Et permutatum est hoc nomen, canon, ad vniuersale, sicut scitur, quòd hęc, vel illa, aut illa sanitas conseruatur suo simili ex cognitione istius vniuersalis, videlicet omnis sanitas conseruatur suo simili. Et iudicia quidem, & sententiæ vniuersales non dicuntur canones, nisi quia consideratio ipsarum prohibet, ne quis diuertat à via recta. Vltimo est notandũ, quòd ly, al, est quidam articulus, qui apud Arabes nominibus tantum quandoque secundum exigentiam loci præponitur, nunquam tamen eius nominis, cui pręadditus est, significatum variat. Et ideo, si aliquando in expositionibus nostris aliqđ nomẽ, cui præadditus sit articulus ille, exposuerimus; postea illud nomẽ sine eo articulo inuẽtum nequaquã exponemus; putà si exposuerimus albacham in litera A. postea inuenerimus Bachã; hoc in litera. B. non exponemus; sed remittemus lectorem ad expositionem Albacham. s. in litera. A. ex quo Bacqam & Albacham sunt idem. Et si reperietur quandoque in lectione ipsius principis aliquod nomen incipiens ab al, puta Alchalef; nec in litera. A. expositionem posuerimus: oportebit lectorem videre in litera. C. videlicet Chalef: ibi namque eius expositio inuenietur: & hoc fecimus ne inutilis repetitio fiat: ex quo Chalef & Alchalef sunt idem: & ita in similibus. Et si in aliquibus hic non ster canon non seruabitur, scito nos id consulto fecisse: vt melius manifestetur quodcunque nomen, tam cum, al, addito, quàm sine, al, idem penitus significare, vt supra diximus.

ANDREAE BELLVNENSIS, ARABICORVM NOMINVM,

Quæ in hisce Auicennæ Libris sparsim legebantur, ad mentem expositorum Arabum Latina interpretatio.

ALVSEN, seu aalusen secundum Ebenbitar scribitur per duplicem literam alef & est herba habens folia parua cito cadentia, fructus verò ipsius est maior folijs, & est ad quantitate seminis cucurbitæ figuratus ad formam clypei secundum hanc figuram.



& fructus hic habet duas tunicas, inter quas sicut in vagina à dextris, & à sinistris continentur semina lēticulis paruis similia, & in quolibet stipite istius herbæ multiplicantur huiusmodi fructus. Et stipites non eleuantur à terra nisi circa quantitatem palmi. Et apud Arabes vaginæ continentes semina dicuntur fructus. Et quia iste fructus similatur altors, quod arabice interpretatur clypeus. ideo talis herba nominatur arabice altorsia, idest clypealis. De hac herba scribit Auic. 4. can. cap. de cura morsus canis rabidi. De iuuamento etiam huius plantæ contra morsum canis rabidi scribitur diffuse in libro Ebenbitar de simplicibus. Et est valde nota in Syria.

Abadan est regio in qua reperitur aliquid ex blattis bizantijs, secundum Auic. 2. can. cap. de blattis bizantijs

Abarich, idest vasis paruis, scilicet amphialis.

Abenaui, idest babuin, & est animal simile cani, latrans in nocte, & comedit cadauera, & in Syria inter Damaschum, & Berutum reperitur tale animal in magna copia.

Abhel secundum glossam arabicam, nō est verum alharar, sed est species eius. Et in libro Ebenbitar scribitur, quòd illi, qui dicunt abhel esse alharar, errant. Et auctoritate Dios. ibidem scribitur, quòd folia arboris abhel sunt similia folijs cypressi. Et quidam dicunt, quod similantur folijs tamarisci: & quòd fructus abhel similatur aliquo modo nabach. Verùm fructus abhel est ualde notus apud aromatarios Damasci, & habet magnitudinem quasi nucis cypressi, & colorem rufum ad nigredinem declinantem. Et cortex eius habet quasdam eminentias mirabiliter & naturaliter figuratas. Et physici Orientales vtuntur huiusmodi abhel in decoctionibus ad menstrua prouocanda, sicut in Italia administratur sauina, unde ex operationibus & ex folijs abhel similibus folijs tamarisci, ut dictum est, iudicari potest quòd sit fructus sauinæ, aut species eius, & quòd non sit fructus iuniperi, sicut credunt Itali, et quòd non sit etiam fructus alharar, quæ est species pini sylucstris.

Abissiæ est regio orientalis, ad quam transit nilus fluuius, & ideo quidam opinātur ipsum ab ea originem trahere, & ab hac regione Abissini dicuntur Aethiopes orientales.

Abuhali uide in prohemio.

Abugilesa idem est, quod lactuca asini, & abuchalesa etiam est species eius

Abutilon est planta habens fructum et folia similia fructibus et folijs cucurbitæ. Sed fructus istius plantæ est longus non rotundus, & reperitur huiusmodi planta in ciuitate Gazę non multum distante à Hierusalem.

Aburbatus est nomen medici.

Abulusan seu aiulusan est pondus duorum obolorum.

Acacia uide alcharad.

Acetum almosos est brodum almosos acetosum.

Achmas est pars concaua, uel curuata in planta pedis ad latus domesticum declinans.

Achalat uide allarich.

Achasunas est species lactucę asini.

Achsunesi est pondus

Achtalach alhachel est permistio rationis seu intellectus

Achsat est pondus. vi. kist.

Achid alhaneb secundum aliquos est oleum factum ex floribus vuæ, seu vitis. Quidam alij dicunt, quòd est oleū factum ex succo vuæ multum inspissato ad substantiam mellis, & hæc videtur verior sententia.

Achsuta est nomen ponderis græcorum

Acustum secundum glossam arabicam, est interfector lupi.

Adbe uide alathel.

Adesia fafra est ferculum ex lentibus excorticatis habens colorē citrinum.

Adincharut est radix herbæ assæ, ex cuius radice extrahitur gummi assæ

Aheal, idest vnctuosum pingue, & albeet siue alalheat, idest unctuosa, uel pinguia.

Aiulusan vide abulusan.

Alanamel sunt extremitates digitorum quæ à vulgaribus pupulæ appellantur.

Alachaliun, id est calcaneo attributorum.

Alargiuan secundum Ebenbitar est herba cuius flos, & folia sunt rubea ualde, & tinctores vtuntur ea, & res colorata colore rubeo dicitur habere colorem alargiuani. Dixit Syrasi quòd color alargiuani est color compositus ex citrino, & viridi, quibus superuenit nigredo. Dixit Lachi abbreuiator Auicennæ capit. de coloribus vrinæ, quòd color alargiuani in vrina est color rubeus ad nigredinē tendens. Et hæc herba secundū quosdam arabes nascitur in mari, & ideo quandoque dicitur alargiuan marinum.

Alarde est animal habens caput paruū, & latinè dicitur tinea, & corrodit ligna, pannos, libros.

Alarsegi quidam dicunt, quòd est bulbus & quod est radix amara.

Alargiha est numeri pluralis istius nominis alargiaha, quod est funis suspensa siue suspensorium in quo pueri sedent & ludentes mouentur: & talis motus dicitur alargiuhat, & etiam altergiha.

Alastardad fricaton est fricatio reductionis.

Alasceilem vena secundum Syrasim est vena, quæ est inter digitum anularē & auricularem situata, & apud latinos communiter dicitur saluatella.

Alarchub in homine idem est quod clauicula pedis. In animalibus verò est duo additamenta neruosa habentia vngulas in parte posteriori pedis situata, vt patet in porcis & bobus. Alij verò arabes dicunt quòd est neruus grossus in parte posteriori pedis descendens, & terminans ad calcaneum.

Alacriti est illud, quod oritur in insula Cretæ.

Alaunoch, i. stannum.

Alacath seu alacad. uide alraib.

Alcharas, idest mucositates stagnantes intestina.

Alaffest secundum Ebembitar est vocabulum Persicum, & est idem quod faffasa quæ est species trifolij: quod datur equis impinguandis, & in Syria est cibus omnium animalium. Et dum est sicca, appellatur cot: & dū est humida, appellatur alrathbe.

Alarazi uide ratinegi.

Alasfan seu alasfaban est regio Persiæ & illud quod oritur, uel defertur ex ea dicitur alasfabani.

Albachauen seu alachauan est matricaria, & illa dicitur alachauen alba cuius flos est albus circunferentialiter, & in medio est citrinus, sicut patet in matricaria. Et vulgares Arabici appellant

appellant alachauem herbam quæ apud latinos dicitur calendula.

Alastergar est illud de quo scribitur. 2.can.cap.astargar.

Aladar est prosequi equum currentem cum baculis ipsum percutiendo: cum gradum seu cursum sistere voluerit. & est exercitium forte.

Alasachafe. vide enclaustrum vel tinctura nigra alasachafe.

Alaferse vide ventositas alaferse

Alaschar apud Arabes est color pilorū barbæ aut capillorum rufus, & vulgares appellant pilos huiusmodi rubeos.

Alathel est arbor nota Aegypto habens folia similia folijs tamarisci, & ex hoc quidam putant quòd sit species eius. Sed alathel est arbor magna cuius rami dilatantur & faciūt vmbram & semen huius arboris appellatur Adhe seu hadebe & est stypticum: & apud medicos orientales est ualde in vsu. Et Ebeinbitar multas proprietates scribit de hac arbore & semine ipsius, inter quas est quod semen eius impinguat: & infusio seu decoctio eius prouocat vomitum. Et appellatur etiam chermazech huiusmodi semen siue fructus, & administratur in medicinis stypticis exsiccatiuis. Et chermazech appellatur etiam fructus tamarisci.

Alame est solutio continuitatis in panniculo dura mater appellato.

Alamch & alrahune idem important, & significant læsionem cogitationis secundum diminutionem aut destructionem.

Alalem idem est apud arabes quod dolor. Verùm dolor non attribuitur nisi sensui tactus. Alalem uerò est cōmunis ad sensum tactus & ad alios sensus cum non percipiunt obiectum conueniens. Et sic secundum Ebenesis expositorem arabicū isti duo termini differunt secundum magis & minus. Secundum verò alios arabes termini isti conuertuntur. Et glossa litteralis arabica dicit quòd alalem idem est quod ęgritudo, vnde Arabes appellant membra alaleme membra infirma & si sint absque dolore. Et iste terminus alalem seu alem seu alm quæ idem sunt, deriuatur a iulē uerbo arabico quod significat idem quod dolorem efficit. Et ugia idem est quod alem apud Arabes.

Alhasch sicut scribit Ebenesis, est species volubilis quæ inuoluitur super arbores, & exsiccat eas, & ad eius similitudinē alhasch nominatur quædam ægritudo, quia exsiccat patientem ipsam, & remouet ab eo colorē splendidum vitæ.

Alahadate uide ætas alahadate.

Alastadad uide exercitium alastadad.

Alastardat vide exercitium alastardat

Alabariæ vide ossa shemie.

Alabar idest plumbum

Alantisac est tumor palpebræ.

Alasfius est herba psyllij.

Alasfar sunt extremitates palpebrarū in quibus sunt orti & fixi pili.

Alarbian ut scribunt arabes sicut Ebenesis & alij est animal aquaticum declinans ad colorem citrinum & dicitur etiam de carne molli addita in naso quæ conuenit cum hæmorrhoidibus.

Alarach est lignum arboris delatum ex Mecha, quo Aegyptij, & Syrij, & Persici cōiter fricant suos dentes.

Alachdain idest duabus eminentijs posterioris partis capitis.

Alatum ast lapis super quem frequētatur accēsio ignis, sicut lateres furni.

Alasachse est atramentum nigrum, quo vtuntur præparatores coriorum, sicut scribitur in libro alchuin arabico.

Alaseras est radix uiscosa sicut consolida, & ex eius puluere fit colla, quæ valde in usu Damasci. Et reperitur aliud alseras quod est alcanthi idest aphodilus. Et verisimile est quòd alaseras prædictum sit species consolidæ.

Alabezir idest specierum aromaticarū

Alasere idest lineamenta.

Alabathein idest duas subascellas.

Alani idest lutum comestibile.

Alacham idest re obturante foramen.

Alalheat vide aheal.

Alathba idest unius tabulæ ossis.

Alachich idest corniolæ.

Alasif secūdum quosdam est capparis.

Alasmazoni vide color alasmazoni.

Alatrongi uide calor alatrongi.

Albrengia kebuli est semen de quo habetur ab Auic. 2. can.cap. Brēgikebuli, & est dictio persica. nam brēch seu brengi apud Persicos significat rizum, & totum aggregatum scilicet brengikebuli significat rizum kebuli.

Albagadedi est illud quod oritur in regione Bagaded.

Albelut uide Gieft albelut.

Albedasnan est inflatio nasi cum rubedine fusca in ipso.

Albelchend sicut exponit gloßa arabica & Syrasis est panis azymus frixus in oleo & submersus, seu intinctus in aliquo dulci sicut mel, aut sapa, aut similibus.

Albehar est species ozymi seu basiliconis. Ebēsis autem in libro suo de simplicibus dicit, quòd est illud quod nominatur chiaugesem idest oculus bouis.

Albehar est dispnia seu difficultas anhelitus causata ex repletione arteriarum.

Albucalmun uide almencalbun.

Albengi idest hyusquiamus.

Albassari vide alcarad.

Albegi seu allebegi aut allebengi secundum Ebenbitar auctoritate Dioscoridis est radix, quæ defertur ex India habens colorem rubeum.

Albegath sunt aues magnæ, quę semper volant iuxta terram.

Albedo oui apud Arabes intelligitur pars albuminis oui viscosa, großa. Pars verò eiusdem albuminis, quæ est subtilis, apud eos appellatur alzenbach oui seu alrachich oui, nam isti duo termini idem important

Albegiendach uide allui.

Albazi est auis, quæ dicitur falco.

Albagiat uide bagi.

Albusten abruzi secundum Ebenbitar est herba cuius folia similantur folijs citruli seu cucumeris anguinalis.

Albeizadach est species balaxorum.

Albathaia sunt loca paludosa uel lacunarum, vbi nascuntur iunci & cannæ palustres.

Albesti idest pinguibus.

Albisi est medicamen, in quo cadit albis idest napellus.

Alberzachali est confectio, de qua scribitur in antidotario.

Albhere est locus circa umbilicum.

Albhaud est aldidar quæ est arbor cimicum

Alhaud idest pediculi pharaonis.

Albiram idest baculo.

Albaragen idest radicem.

Albheaim idest animalia domestica sicut iumenta.

Albalchi est regio Persiæ.

Albuscir idest tassi barbassi.

Albachā idest uerzin, & est lignum rubeum, quo tinctores vtuntur ad colorem rubeum faciendum.

Albedarumbe idest melißæ.

Alchatin est pars continens spondyles quinque qui sunt immediatè infra spondylem.xij.

Alchangiari est nomen deriuatum ab hoc nomine alchangiar quod significat gladium ualde usitatum in Syria & est ad latitudinem tendens, cuius cuspis est incisiuus, & cartilago in in fine thoracis quæ aspectum habet ad os stomachi denominatur alchangiari quia extremitati gladij prædicti assimilatur.

Figura gladij alchangiar.



Alcath vide elleborum alcabt.

Alcahab uariæ exponitur ab arabicis. Quidam enim dixerunt quòd est pars ossuosa eminens in parte dome-

stica pedis & in parte syluestri, quę quidem eminentię opponuntur directè & sunt extremitates ossium cruris videlicet cannæ maioris & minoris & talis pars communiter appellatur clauicula pedis; & ab imperitis tenetur quòd talis pars sit alcahab. Medici verò indagatores veritatis asserunt quòd alcahab est pars pedis infra duas eminentias supradictas, scilicet infra clauiculam, & incipit ab interiori parte pedis infra rasetam pedis & terminatur ad calcaneum. Et si quis bene consideret verba Auicen. primo can. c. de anatomia pedis, fatebitur quòd alcahab non est eminentia, sed pars infra eminentias, vt dictum est.

Alchad est pars carnosa musculosa situata infra oculos supra os maxillare superius occupans magnum spatium faciei. Pomus verò maxillaris qui paruum occupat spatium & à quibusdam latinis gena uocatur, ab arabicis appellatur vgene.

Alcharba naturalis idem est quod caluities naturalis. Casus verò capillorum propter vlcera seu bothor seu tineam in capite & similia dicitur apud Arabes Alcharba non naturalis.

Alchalach est inquietudo causata a calido æstuoso, aut à re alia stimulante & lædente.

Alcola est vlcus paruum quod accidit in pãniculo oris & linguę quod non est putridum proprie, illud verò qđ est putridũ proprie dicitur corrosio.

Alchafazi est saltus sursum ad rem ut cum ea saliens suspendatur, & est exercitium uelox uehemens.

Alchalambat secũdum expositores arabes maxime Ebembitar, est gummi arboris fisticorũ. Alij dicunt quod est gummi alboris albotin idest terebinti, & est terebintina.

Alcheta est cucumer longus arcuatus subtilis, qui apud latinos dicitur cucumer anguinalis seu citrulus & reperitur in Syria, & etiam Venetijs in hortis religiosorum.

Alchamich sunt res præparatæ cum aceto, & sale sicut cappares & oliuæ, & alia olera. Et sicut scribitur in libro Menagi albiam arabico alchuamich quandoq; fit ex mentastro, aut ex alijs herbis acutis cũ sale trito & lacte simul adinuicem permistis in uase obturato, & soli exposito, donec fermentetur, postea adduntur semina, aut species acutæ ad libitum & secundum exigentiã. Quidam uerò faciunt alchuamich absq; lacte permiscendo herbas odoriferas acuti saporis cum sale & farina hordei uel frumenti & parum aquæ, & talem mistionem exponunt soli per aliquot dies donec putrescat, & fermentetur, deinde vsui reseruatur, & huiusmodi est verum alchuamich apud aliquos arabes. Et nota quòd alchuamich est terminus pluralis numeri: Chamach verò seu alchamach est singularis numeri, & ideo quandoq; reperitar chamach de capparibus & similia, & per chamach debet intelligi confectio modo suprascripto.

Alcubab vel alchebab est caro minutim incisa seu trita postea compressa ad formam rotundam ad quantitatem nucis uel circa, & postea assata vel frixa in aliquo vnctuoso, uel elixata in aliquo ferculo sapido muzo, & quandoque cum prædicta carne permiscetur herbæ & species odoriferæ.

Alcherua est planta quæ dicitur catapatia maior, & apud vulgares Venetos dicitur mirasol, folia eius similãtur folijs arboris platani sicut scribit Serapio cap. proprio. Et semen ipsius est uehementer solutiuum, & apud aliquos dicitur granum regale. Et vidi ego huiusmodi plantam in magnitudine arboris ficus paruæ cum stipite & ramis notabiliter grossis.

Alchel seu alcheel secundum arabes & præcipue Sirasim est locus inter duas spatulas, inde uentosæ dicuntur alchaclie quando ponuntur super alchael.

Alchaela sunt duæ eminentiæ posterioris capitis & vicinæ duabus venis situatis in latere colli ad caput ascẽdentibus.

Alcheschar vide panis alcheschar.

Alchathaif uide panis alchathaif.

Alchambudue sicut dixit Syrasi est locus eleuatus supra nocram. Et quidam dicunt, quòd est alchafa idest pars capitis posterior quæ obuiat terræ, cum homo iacet supinus.


Alchesfir secundum arabes est rasbot idest caro callosa, & est vocabulum persicum, quod significat laminam aut stannum quibus mediantibus partes vasorum æris discontinuatæ adinuicem coniunguntur.

Alchaser. i. corpus valde infrigidatum.

Alcalchant est species uitrioli de quo in secundo can.

Alcolchotar est species uitrioli de quo in secundo can.

Alcharad uel archard est fructus arboris magni spinosi, qui oritur in Aegypto, & in regione dicta Baßera, quæ non multum distat ab insula Ormus in mari uel sinu persico, ubi margaritæ piscantur, & talis arbor ab ægyptijs appellatur Setan & licet ex hoc arbore colligatur gũmi simile gũmi arabico, tamen gũmi arabicum est illud, quod colligitur ex arbore dicta Amgailam. Et Acacia fit ex fructu arboris Setan qui alcharad appellatur & est fructus stypticus in uaginis contentus in modum fabarum & faseolorum secundum hanc figuram.



Acacia igitur fit ex hoc fructu dum est uiridis bullito cum suis uaginis vehementer, postea talis decoctio bene exprimitur & colatur & in sole exsiccatur sicut fit succus liquiritiæ. Alij verò dicunt quod in decoctione prædicta non solum decoquitur fructus cum suis vaginis sed etiam cum folijs & ramulis arboris eius. Et illa acacia dicitur albassari quæ defertur ex regione Baßera supradicta.

Alchot est fasfasa, quæ est species trifolij.

Alcharad est species pediculorum habentium plures pedes, & apud vulgares appellantur piatole.

Alchar est quoddam fluidum minerale simile pici scaturiens ex terra sicut aqua ex fonte in regione Bagaded seu Niniue, & in loco su. ortus est actu calidum fluidũ. Dum uerò super terram infrigidatur efficitur ab aere glutinosum & magis densum, quàm pix liquida, & vulgariter ab Arabicis appellatur Chir.

Alchabegi seu alchubugi sunt coturnices habentes rostra & pedes rubeos, & sunt similes perdicibus in magnitudine.

Alchata est species columborum syluestrium quorum alæ sunt longæ ualde, & pennæ ipsorum & plumæ habent colorem qualearum, & cutis ipsorum extrinseca est ualde dura, & propter hoc physici orientales præcipiunt huiusmodi columbos excoriari & cutem ab eis remoueri. Et in Syria hæc species columborũ est ualde nota, & habent pedes nigros & curtos ualde.

Alchanabiri est auis nota Damasci, et apud vulgares nostros appellatur Capelluda.

Alchathad seu alchethad est plãta spinosa conglobata valde non multum a terra eleuata.

Alchethed est species cucumeris grossi ad rotunditatem declinantis.

Alehorat est animal, quod adhæret canibus, & dicitur apud vulgares cecha.

Alchaschali idest simile papaueri.

Alchailan seu alchilan idest uestigia nigra.

Alchanna

Alchanna seu alcona sunt arbores subtiles longæ, habentes nodos sicut cannæ, sed differunt eo quòd huiusmodi alchanna non habēt concauitatē, et Arabes utūtur eis loco lancearū, & ex eis reperiuntur arbores grossæ, ex quibus conficiuntur uasa magna utilia. Et spodium fit maximè ex radicibus arborum prædictarum subtilium combustis.

Alcharamed seu alcharamid apud arabes sunt lateres in igne valde decocti, & antiquati, & indurati, carentes humiditate putrida.

Alchani seu cani. uide color alchani.

Alchaien uide color alchaten.

Alchaisum apud quosdam Arabes est planta non multum à terra eleuata, habens stipites subtiles, & folia minuta subtilia sicut folia semperuiuæ: & color eorum est uiridis, ad albedinem declinans cum quadam lanugine, & flos eius est citrinus, & ipse. folia eius sunt amari saporis & odoris acuti.

Alchencher uide condisi.

Alchude est species sodæ, quæ dicitur galea.

Alchischiæ est ferculum factū ex hordeo excorticato, & fracto

Alchafad, i. depressio.

Alchathara uel alfatara, i. res eminēs rotunda ad extra tumens.

Alcharsiæ est læsio rationis, quæ accidit quibusdam decrepitis.

Alchuzez est dolor uehemens subito accidens in tibijs dormientium, & non diu permanens, qui apud Venetos dicitur granfo, & ab Arabicis achabal & ex hoc quòd causatur à uentositate quia cito accidit, & cito recedit debet dici alcuzez; & non spasmus, quia sicut dixit Auicen raro fit spasmus à uentositate.

Alchalithi est quædam regio sic nominata.

Alchetem, ut scribit glossa arabica, est aliquid simile alchannæ. & Ebenbitar dicit, quòd est semen speciei alchannæ & est notum in Andalusia. Et bene Albiā scribit, quòd est usmæ & usme sunt filia nil.

Alchachali est herba multum cōmendata à Serapione & Rasi in hydropica passione, & apud physicos Venetos dicitur Soldanella.

Alchafagi, i. saltus.

Alchuesarecb est medicamen cōpositū.

Alchurais est urtica

Alchandarus, i. far, quod est species tritici.

Alchandicun est uinum decoctum cum aromatibus, & zuccaro, aut melle: & apud quosdam Italos dicitur clarea, & eius descriptio habetur in lib. simplicium Ebenesis.

Alcuzi est illum sic nominatum.

Alcharis idem est quod cibarium factum ex carnibus aut piscibus decoctis cum aceto & aqua.

Alchabisse est cibarium factum ex farina amyli & zuccari et oleo amygdalino aut alio oleo in modum saponiæ. Et similiter Alseludegi, & alchathaif sunt genera cibariorum facta ex zuccaro uel melle, & amylo, & alijs, quæ habent oppilare. Alchiardanach est pullus uel caro auis uel alterius animalis primo elixata, postea aßata.

Alchalt est mes Indum ut patet ab Auicen. 2. can. cap. chalt. Et quidam dicunt, quòd est granum, seu milium solis.

Alchiebabat, seu al[illegible]ubebe sunt carnes assatæ super prunas. Alij dicunt quòd sunt ballotæ quædam factæ ex carne minutim incisa, & permista cum speciebus & herbis odoriferis, & talis caro reducitur ad quantitatem nucis aut pomi parui, & frigitur, aut elixatur, & est in usu in Syria, & Aegypto.

Alchusegi sunt pisces absque squamis, sicut sunt tinchę, & similes pisces, viscosi.

Alchunchar est species cardi.

Alchiaschenegi est confectio composita scripta in 5. can.

Alchaluch sicut scribit Benagi Albian est medicamen compositum ex croco & calamo aromatico, & cinnamomo, & alijs aromaticis.

Alchade est priuatio greßus, seu ambulationis.

Alchais, id est domum frigidam uentosam:

Alchensturi uide sief alchenduri.

Alchazani, i. duris bonis.

Alchalche. i. sotularium ueterum adustorum.

Alahazach, i. disruptione.

Alcalai i. ex stanno.

Alchesf est pars media inter collum et extremitatem humeri.

Alchiab, i. claiculæ.

Alchanaberi est herba de qua in 2. can.

Alchalifi, i. autumnalis.

Alchatha est pars immediate sub alchatin, & supra os caudę.

Alcherbes est uocabulum persicum, & significat idem quod latinè stratum, seu lectum super quod dormitur.

Alchasme, i. communem.

Alchercheden est animal, quod dicitur Vnicornu habens in fronte cornu vnum, & tale cornu est contra venenum.

Aldarab ē fluxus humoralis chronicus, & apud aliquos est quid commune ad fluxum sanguinis, & fluxū aliorum humorum, & ad fluxum diuersorum colorum, & apud alios est fluxus humoralis sine sanguine, qui latinè dicitur diarrhœa.

Aldumel, i. furunculus.

Aldemamil, i. furunculi.

Aldessisi, idest similis frustulis magnis frumenti fracti maioribus quàm sint frustula suich.

Aldog est lac acetosum coagulatum de quo extractum est butyrum.

Aldubeleti, seu aldubelati est exitura, seu apostema quod colligit & facit saniem.

Aldesbod, seu aldesbet est carnositas callosa quæ generatur circa fracturam ossis, & nominatur à Latinis rosbot.

Aldebaeh est præparatio, seu incoriatio & propriè præparatio coriorum cum gallis & specie atramenti & alijs ita, ut fiant dura compacta resistentia rebus duris, & acutis ipsa frangentibus.

Aldum est arbor similis palmæ syluestri, producens fructus similes nuci Indicę, sed minores & duriores, quibus fabri lignarij utuntur in capite terebellorum suorum cum arcu commotorum.

Alduragi sunt aues, quæ dicuntur franculini latinè.

Aldib, i. lupus.

Aldib alambal, i. lupus furiosus.

Aldhen, i. mentis, seu rationis.

Alduar apud arabes idem est, quod apud nos reuolutio.

Aldebani seu aldebari, i. muscalis.

Aldab est animal simile lacerto in figura, sed quantitate maior, & est serpens habens quatuor pedes.

Aldub est animal, quod apud latinos dicitur vrsus.

Aldadkir, i. radix squinanthi.

Alderuzi est extremitas gingiuę superior ex qua dens oritur, & egreditur secundum partem eius, quę apparet uisui.

Ald ebagin uide sumach aldebagin

Aldebba, i. decollatio.

Aldiacud est syrupus, seu confectio de papauere.

Aldemest est arbor lauri.

Aldadi est granū simile hordeo notū in Mecha, et de ipso loquitur Aui. 2. c.

Aldulab est rota, in qua sunt uasa quibus aqua extrahitur & euacuatur postmodum dum ipsa circulariter mouetur, & talis rota communiter usitatur in Italia apud fullones.

Aldestembuiat sunt species melonis, & sunt rotundi parui dulces, et color corticis eorum similatur cortici coloquinthidæ uiridis maturæ, & est ad magnitudinem eius. Et uulgares Damasci appellant hanc speciem melonis senan.

Aldumeliæ, ideſt habentes naturam furunculi

Aldami,i.ex quo exit ſanguis

Aldidar,ſeu alderdar uide albahud

Aldent ſyni,i granum regum

Aldaru eſt arbuſtum habens folia, & fructus, ſeu grana ſimilia folijs, & granis terebinti ſicut ſcribitur in libro Ebenbitar

Aldebach almamul,ideſt uiſci facti cũ igne

Alem uide alalem quia idem ſunt

Alebas eſt res cooperiens caput.

Alefiniati, i in qua decocta ſunt plurima aromata

Alfhagi, i. deambulationis turpis qua homines incedunt pedibus & cruribus valde diſtantibus ad ſeinuicem, coxis uerò & genibus ſibi ualde propinquis

Alfadag uide chadeſſan.

Alferſengi,i.portulaca ſylueſtris,ita exponitur ab Arabicis

Alfengius uide alſenchal

Alſeludegi eſt confectio ex farina amyli, & zuccaro aut melle & croco: et parum quidam addunt oleũ amygdalarum et amygdalas tritas & eſt ſicut ſaponia. Et deſcriptio eius habetur in lib.Benagi Albian

Alfraeh eſt nomen commune ad omnes pullos,& quandoq; dicitur de gallina iuueni, quæ nondum oua peperit, ſed abſolute prolatum dicitur columbinus

Alfethi,i.unius anni, aut unius cum dimidio:aut duorum annorum.

Alfuachat ſeu alfuachet eſt ſpecies turturum habentium colorem camelinum ſeu cineritium. Alij dicũt quòd eſt ſpecies columborum ſylueſtrium paruorum habens colorem prædictũ, & in Syria ſunt nota ſpecies, et nomen ipſorum.

Alfeluzcharagi ſeu alfezheregi ſecundum Siraſin eſt herba, ex cuius ſucco fit lycium Indum. Et ſecundũ aliquos eſt ipſum lycium, & reperitur in India,& apud Mecham

Alhed,i.leopardus

Alfahai eſt nomen ſpeciei uiperæ, ex qua fit theriaca

Alfagiuç eſt concauitas cerebri

Alfaſd eſt euacuatio ſanguinis per inciſionem venæ artificioſam,ſ.phlebotomia.

Alfauiæ uide altuabel,

Alſatara uide alchathara, quia idem ſunt

Alfenid ſunt penidij

Alfethian uide ætas alfethian

Alfetit uide panis alfetit

Alfag uide grana alfagd

Alfeſera.i.uitis alba

Alfeſeraſin,i.uitis nigra

Alfeudenegi ſicut ſcribit Ebẽbitar tres ſunt ſpecies,ſcilicet campeſtre, montanum & fluuiale. & propter hoc per faudenegi quandoq; intelligitur, calamentum, quandoque pulegium, quandoque mentaſtrum.

Alſarſad eſt arbor mororum dulcium arborum

Alfagar,i.apertionis oris

Alfechi eſt commiſſura, quæ incipit à ſuperiori parte frontis deſcendens per naſum uſq; ad mentum diuidens faciem in duas partes dextram,ſ.& ſiniſtram

Alfalſidicum eſt medicamen cõpoſitum

Alfeſafes eſt animal ex ſpecie cecharum quæ canibus & bobus & uulpibus adhærent ſugendo ab eis ſanguinem.& Aui.de ipſo facit cap. 2. can.

Alfaruzegi eſt lapis apud Latinos turchois appellatur

Alſulfuli,i.diapiperon

Alfelfedium eſt medicamen compoſitũ cauſticum

Alfulad,i.chalybis

Alfelange eſt herba ſimilis ozymo.

Algiethu eſt ſeſſio hominis ſuper calcaneos pedum ſuorum iuncturis poplitum plicatis, & ſuper terram adhærentibus

Algam eſt paſſio animæ doloroſa ex apprehenſione al cuius damni præteriti abſq; ſpe aliqua prohibendi illud, aut ex timore alicuius mali abſque ſpe euadendi ab illo

Algarichi ſicut exponit gloſsa arabica: ſunt cortices ſubtiles interiores ouorum. Et Auic.cap. de cura algarab & apoſtematum lachrymalium dicit. Et ex eis quę mundificant eſt, ut ſumatur garichi harundinum, id eſt panniculus ſubtilis interiorum adhærens ſuperficiei concauitatis cannarum;qui panniculus ſimilatur cortici ouorum prædicto

Algarab eſt arbor nota iuxta flumen Euphratis,& arabicè etiam dicitur Athaa. Et quidam dicunt,quòd eſt ſalix,ſed non eſt ita.

Algarabe eſt apoſtema, uel fiſtula lachrymalis in angulo lachrymali oculi.

Algiſuan ſecundum gloſſam arabicam, eſt dictio perſica, & eſt dactylus immaturus & aliqualiter elixatus, et decoctus, & poſtea exſiccatus in ſole,& huiuſmodi dactyli infilzantur in chorda ſicut pater noſtri, & deferuntur de Mecha, & adminiſtrantur ad ſtringendum uentrem.

Algielban eſt herba producens ſemina, quæ & ipſa arabicè dicuntur algielbau,& apud uulgares latinos dicitur ceſerchia ſeu ceſarella.

Algaſas eſt diſpoſitio, in qua cibus remanet circa partes gutturis, & in meri non deglutitus,& non deſcendit niſi bibatur aliquid, aut collum extrinſece patiatur

Algiaſſie eſt ferculum factum ex prunis elixatis vehementer, & poſtea tritis & colatis per tamiſium in decoctione ſua miſcendo huiuſmodi miſturam cum pane cocto,aut cum his decoctis,aut cum cucurbita & ſimilibus,& eſt in uſu in Oriente

Algiaiſe eſt ſeparatio continuitatis, quę peruenit ad ſubſtantiam cerebri

Algielagiel eſt inſtrumentum factum ex duabus laminis auricalchi, quarum figura eſt in modum ſcuti rotundi parui, & eſt habens in medio quandam concauitatem,& fit ſonitus percutiendo artificioſè laminas prædictas adinuicem. Et eſt valde in vſu in Syria.

Algulamiæ uide ætas algulamiæ

Algorab uide monchar algorab

Algiemiz vel algiemizi uide ficus algiemiz

Algamur, uel alhamur eſt caro rubea continens & circuẽs radicem dentis

Algiebeli i. ſtafiſagria

Algiudebegi eſt nomen ſingulare, & algiudenat plurale, & ſignificant cibarium factum ex amylo,aut rizo cum lacte,aut zuccaro,aut melle. Et huiuſmodi cibarium quandoque ponitur inter duo folia paſtæ,& frigitur cum oleo amygdalino,aut oliuæ, aut butyro. Et quandoque fit cum muldactylis,et quandoque fit cum bateca dulciſa,& quandoque cum bateca dulci, ſeu melone dulci,quandoque cũ herbis. Et modi diuerſi in conficiendo huiuſmodi cibarium ſcribuntur in libro Benagi albian.

Al gaſam eſt membrum circa vuluam, & partes gutturis

Algobere eſt fructus, de quo Auic. facit cap.in 2.can

Algeri eſt piſcis habens ex utraque parte oris ſui aliquid egrediens ad longitudinem digiti rotundum, & magis groſſum verſus fauces, quàm uerſus extremitates & dicuntur piſces barbatiret reperiuntur tam in aqua dulci,quàm in mari.

Algiebar uide althalba.

Algiemar,i.reſtaurationis.

Algiuich eſt inſtrumentum,quo paſta dura malaxatur, & comprimitur, et eſt ligneum cuius una extremitas tenetur ſub aſcella, et altera figuratæ deprimitur in paſta, & Venetijs dicitur la crozola

Algibellanech ſeu algilbenech eſt granum paruum coloris citrini, uel rufi,quod aſportatur ex Perſia, & eſt ſemen turbit nigri.

Algerara eſt ſpecies ſcorpionis, cuius acus pungens in cauda non portatur

tur eleuata sed trahitur super terrā.

Algol,i. Veneris

Algiareth secundum Sirasim est uocabulum,& idem est quod uenæ quatuor labiorum à parte intrinseca

Albasen vide in prohemio

Albenadan uide istimbre

Albandagi uide istimbre

Albadel, idest dulce quod saporem non habet, neque substantiam grossam. Unde pro declaratione sciendum, quòd apud Arabes reperiuntur isti termini, scilicet a lhadeb, quod significat dulce supradictum, sicut est aqua & althefe, quod idem est quod insipidum: quod non attribuitur ipsi aquæ, nisi raro, sed attribuitur rei liquidæ substantiali. Mesich verò non attribuitur nisi rei grossæ sicut phlegmati, & non aquæ, tamen omnes tres termini important id, quod saporem non habet.

Albacab sunt ligamēta, seu chordę, quę nascuutur ex extremitatibus ossiū, sicut quæ sunt inter duo extrema ossium iuncturæ, seu inter os & alia membra: & annectit unum cum alio annexione forti, & propter talem annexionem fortem denominatur albacab: nam albacab arabicè est neruus camelorum contusus in villis, quibus simul cum colla inuoluuntur arcus ligatione forti, sicut fit in ciuitate Damasci.

Albagiagi est pars continens tres spondyles immediate sub alchatin.

Albasos est extremitas dorsi continens tres spondyles, & terminatur ad sieriita, quòd albasos est inferior pars dorsi, quæ dicitur os caudæ.

Albcasme uide uulnera albeasme.

Albasch, sicut scribit Ebenesis, est species volubilis, quæ inuoluitur super arbores, & exsiccat eas, & ad eius similitudinem albasch dicitur de quadam ægritudine quæ exsiccat patientem ipsam, & remouet ab eo colorem splendidum uitæ.

Albach est pars gutturis, ubi fit deglutitio cibi & potus.

Albalchum est pars gutturis, ubi canna pulmonis & epiglottis principiū habet à parte superiori.

Albaiuaniæ sunt uirtutes, quæ animali appropriantur, & huiusmodi apud Latinos vitales dicuntur; nam ulbaiuan Arabicè idem est, quòd Latinè animal.

Albem est tristitia seu fastidium de futuro malo; & est passio composita ex timore & spe.

Albauch vel albuch est species ozymi habens folia lata.

Albar secundū Ebenbitar est terra cretea viscosa, ex qua fiunt lateres.

Albarbe est animal quadruplex quod

Plinius appellat chamaleontem

Albcame est pars anterior capitis circa verticem eius. Et vena albeame secundum Arabes est situata in summitate frontis.

Albasusa secundum Sirasin est os post aurem eminens à capillis denudatum

Albansache vena est parum infra labium inferiorem à parte exteriori, et supra mentum.

Albelagel est species napelli

Albaleb significat emunctorium, seu inguen, inde albalebi, seu albalebiæ, id est emunctorialis seu inguinalis. Et medicinæ dicuntur albalebiæ, quæ conferunt apostematibus inguinum, & dicitur albaleb, quia per ipsum transit intrinsecus porus uritides, qui ab Arabicis propriè dicitur alhaleb.

Albasec,i. tribuli.

Albacur sunt ulcera non antiqua, neque multum putrida.

Albathaie, seu albadaie est lacertus paruus in domibus, & hortis communiter repertus à uulgaribus appellatur lucerta.

Albanari est farina ex frumēto in aqua loto & infuso non adeo depurata à furfure sicut simila: alij uero dicūt quòd est frumentum ipsum infusum in aqua & ablutum postea exsiccatum; & ipsum seu farina ipsius est proxima amylo

Alberisse est ferculum factum ex frumento fracto, & uehementer cocto in aqua, aut brodio carnium.

Albadesiat sunt lentigines.

Albabes est regio Australis, ex qua flumen Nili originem videtur habere. & est regio amplissima quam habitant Christiani: quorum rex est Alexander dictus Preteiane. et licet sint nigri. non tamen sunt nigredinis ita intensæ sicut Aethyopes Africæ.

Albaagi, uel albagi sunt arbores, quæ in regione Corasceni, & regione Auic. sic appellantur: & super eas cadit manna dicta tereniabin: & non multum à terra eleuantur; sicut scribunt Arabes.

Albasser est arbor, super quam cadit manna, quæ dicitur zuccarum albasser; & reperitur in Aegypto, et Mecha.

Albarsef, uide condisi.

Alberais uel alberisa est ferculum factum ex granis frumenti, uel hordei confractis, seu contusis, & decoctis cum brodio carnis, aut cum aqua, & parum de oleo.

Albedian est multa loquutio præter naturalis cum permistione rationis.

Albeal uel albeyl est cardamomum minus.

A[illegible] est auis magna sicut anser non multum uolās, & est nota apud venatores Damasci.

Albada est auis quæ dicitur miluus.

Albalesa uide venæ albalesa

Albalm uide dentes albalm.

Albarar uide abbel

Albabach ut scribit Ebengiesle dicitur prisce, quòd est origanum, & dicitur quòd est calamentum. & dicitur, quòd est folia salicis, & sunt tres species, s. montanum, hortulanum, & fluuiale. Dixit Ebenbitar quòd est species origani, cuius folia similātur folijs sisimbrij.

Albamur uide algamur.

Albab alchadara.i. granorum uiridium

Albarf uide alrased.

Albamad est herba quæ dicitur acetosa.

Albauleich est arbor spinosa, quę habet folia acetosa, & styptica maxime tempore veris

Albelamie est cibus factus ex carne grossa cum aceto.

Albaya est species tithymalorum.

Albonsol,i. squilla.

Albausegi est arbor spinosa, cuius spinæ sunt longe acutæ. Et in euangelica passione, ubi in Latina lingua habecur spinea corona, in Arabico habena albausegi.

Albaleich est arbor spinosa producens mora syluestria, & dicitur rubus.

Albudud, seu albedud est auis, quę dicitur vpupa, & apud vulgares Patauos dicitur gallus paradisi.

Albagie ex vitellis ouorum est cibus: quem Veneti fritaleam appellant.

Albalibie,i. emunctorijs

Albaza,i. zufure. quid autem sit zufure lege secundo canon.

Albalebetein,i. duo inguina.

Albalef,i. iuncus.

Albalche,i. sanguine congelato.

Albeuen,i. lasioni.

Albafagi,i. partes ani.

Albadab est pars brachy à cubito usq; ad humerum.

Albaie est species lacticinij.

Albaziz aliemeni est uocabulum Persicnm, & est idem, quod centaurea.

Aliebruba,i. mandragora.

Aliemen est regio, quæ incipit ab exitu sinus maris rubri vsque ad principiū sinus Persici, in quo est locus dictus duo maria, non multum distans ab insula Ormus, & in loco duo maria dicto expiscantur margaritæ cæteris præstantiores.

Aliembut est nomen commune ad arborem ex qua fit pix, & ad plantam in qua producitur carnub seuchi, idest xylocaracta spinæ. Et Ebenesis, & omnes alij Arabes in libris simplicium dicunt, quòd est carnub nabathi, seu carnub spinæ, cuius planta

à terra eleuatur per cubitum & est spinosa, & eius fructus est longus, & grossus ad magnitudinem dactyli magni, sed tendit ad obliquum, & nominatur siliqua, seu carnub spinæ. & licet tendat ad rotundum sicut dactylus, tamen secundum colorem & semina intrinseca similatur siliquis seu carubijs domesticis & communiter usitatis in cibo. & Damasci reperitur huiusmodi fructus.

Alibarmacham i. regionis safet.

Alierchda est uigilia naturalis

Alierich, idest uenas labiorum interiores

Aliebru alberi, idest mandragora syluestris

Alierha, secundum aliquos est ericius magnus spinosus, secundum alios verò est ericius minor

Alkali secundum exteriores arabes est cinis herba quæ ab Auic. & ab alijs vsnen, uel asnen appellatur, & pars cineris istius herbæ combustæ, quæ est in modum lapidis, & residentia reliquarum partium cineris prædicti est verum alkali, & reliquæ verò partes improprie apud vulgares appellantur alkali, & Itali appellant huiusmodi cinerem alume catina, ex quo cinere fiunt uasa uitrea, & sapones.

Alchelef, vt patet lib. 4. fen. de decoratione, idem est quòd pannus, seu macula

Alkaratan, i. mel

Alkarmit i. frustus tamarisci

Alkeiran est instrumentum, quod administratur circa partes gutturis, et solet fieri ex ligno molli, & similibus

Alkabrusi est illud quod oritur in chabros, seu chobros, i. insula Cypri

Alchesmes sunt passulæ sine arillis naturaliter productæ

Alkisch, i. ptisana

Alkischar est panis aliqualiter furfuraceus

Alkalasiæ, i. ceresorum

Alkalkal, seu alkalkit est semen granati syluestris cuius radix est mugat, de qua habetur cap. 2. can.

Alleba est pars concaua, quæ immediate est supra furculam colli

Allachalach ut scribũt Arabes est quid compositum ex succo foliorum myrti, & aqua rosata, & sandalis, & parum aceti, & aqua alkalef, aut ex succo fructuum bene redolentium, & huiusmodi mistum fluidum ponitur in vase stricti orificij, & ex applicatione postea vasis prædicti, & concussione ipsius iuxta nares sentitur odor uirtutem ualde cõfortans. Aut allachalach est mistum ex pulueribus odoriferis, aut ex rebus odoriferis grosso modo incisis, uel contusis absq; aliquo liquore permistis sumendo rosas & folia mirti recentia, puluerem sandalorum citrinorum & flores alchalef aut flores nenufaris aut alia odorifera ex herbis, aut floribus, aut folijs aut fructibus, aut alijs speciebus odoriferis calidis, aut frigidis secundum exigentiam rei. Et huiusmodi quidem sic mista confortant ualde virtutẽ.

Allebe uena est vena existens in medio furculæ in radice colli à parte anteriori parũ supra os furculæ situata.

Allebengi seu allebegi uide albegi

Allhabe barbariæ est radix nota Damasci & similatur raphano paruo oblongo. Et quidam dicunt, quòd est quædam species hermodactylorum & appellatur etiam apud Arabes buzeiden.

Aliæ est cauda arietum pinguis ualde ita ut propter suam pinguedinem sit ad pondus. x. lib.

Allimunie ut patet in lib. Ebẽgian cap. de limonibus, est ferculum factum cũ succo limonum, & modico cinnamomi, & cum amygdalis, & zuccaro, & est confortans stomachum, & potest fieri cum carne & absque carne, sicut cum herbis aut cucurbita, & similibus, & in cura sodæ minorantur aromata, quæ non miscentur nisi ad corrigendum acetositatem limonum

Allasf id est capparis ita exponit gloßa Arabica. Scribitur etiam in libro Benegi albian quòd est radix capparis

Adui Arabicè significat contorsionem, & ab hoc accidente denominatur quædam ægritudo, quam comitantur contorsiones faciei & colli & humerorum & brachiorum. Et hæc ægritudo Persice dicitur albegiendas. Et quia talem ægritudinem comitantur tensiones brachiorum cum quadam contorsione ipsorum sicut fit in patientibus alices & os.itationes, ideo dicitur etiam altemded idest tensio.

Allasach est gummi ammoniaci seu ammoniacum de quo scribit Auicen. 2. can. cap. Assach, & apud vulgares Arabicos dicitur Ußach.

Allesf uide alseigiem

Allethe est pars gingiuæ infra extremitatem superiorem, ex qua oritur & egreditur secundum partem eius, quæ apparet visui

Alluf, i. dragontea

Allengi est arbor similis seder quæ alio nomine appellatur lebach apud Aegyptios nota

Allezin uide derusitam

Almestara uide in proœmio

Almetachalem uide alphachi

Almachein, i. anguli lachrimales oculorum, & deriuatum est ab almach, quod interpretatur angulus lachrymalis oculi

Almahagiat, i. oculi egressio

Almethenein sunt duo musculi in fine dorsi sub alhosos uersus nates, quorũ unus est à dextris, alter à sinistris.

Almebathase est ex speciebus exercitij fortis velocis

Almelachese est percussio adhærendo uel approximando pectus unius super pectus alterius, & est exercitiũ forte velox

Atmagarab, i. multum seu copiosum

Almasal secundum aliquos est quid cõmune ad aquam casei, seu ad aquam lactis crudi seu ad aquam lactis decocti cum modico aceto, aut cum syrupo acetoso composito in ipso lacte hora feruoris, uel ebullitionis eius. Et ex tali mistione sequestratur pars aquosa à parte caseali quę quidem aquositas colata dicitur almasal, & etiam dicitur aqua lactis, & aqua casei

Almisusen est syrupus de susan, id est de lilijs factus cum aromatibus cuius descriptio habetur in libro Menagi albain.

Almarsegi secũdum quòd scribitur in libro Samarcandi de signis, & causis quod etiã affirmat Syrasi, est egressio tunicæ vuealis apud corruptionem corneæ causa ulceris aut bothor aut vulneris accidentis in ipsa cornea. & differt à bothor quoniam almursegi est in cornea sicut caput formicæ album, aut sicut granum perlarum paruum simile capiti formicæ. Et ego uidi in filia Maumethi talem ægritudinem. Bothor uerò non habet albedinem neque similitudinem cum capite formicæ.

Almachade est secundum omnes arabes est anus, seu fićteri.

Almarmaheigi est piscis marinus, qui uiperę similatur, & dixit Sirasir q̃d est nomen persicum compositum ex mar, quod est nomen uiperæ, & maheigi quod est nomẽ piscis, & Aegyptij appellant hũc piscem thaiãn marinum. Et propter hoc anguillæ, & alij pisces sine squamis similes appellantur hoc nomine.

Almeracha, idest pollutio, seu emissio spermatis

Almabat, uel alambit uide uenę alãbat ael almabit

Almechthelin uide ętas almeethalin.

Almele, uide panis almele

Almencalbun, seu almebacalbun est illud quod Aegyptij uocant albucalmun, & est auis aquat. ea, quam habitantes infra terram Aegypti in loco nominato alsemur uocant gallum aquæ,

aquæ, vt dicit glossa Arabica, & Syrasi

Almas, seu almes quando scribitur per literam sin, seu per literam s absque tribus punctis super ipsam, significat lapidem adamantis. si verò scribatur cum tribus punctis super ipsam literam s, significat grana leguminis similia faseolis paruis in quantitate, cuius color est cineritius ad viriditatem tendens. Et huiusmodi legumen in ferculis in Syria, & Persia exhibetur febrientibus

Almesich est sapor insipidus sicut diximus supra, vide alhadeb.

Almagieza caro secundum arabes est caro rubea permista cum multa pinguedine sicut caro musculosa in mirach animalis impinguati, aut alijs membris prædicti animalis.

Almekenase, idest scopa, qua mundificatur domus à puluere, & immunditiæ

Almesen est res dura plana sicut cos lapis, super quam fricantur sief, & aliæ medicinæ oculorum

Almentagiesene est species spicæ

Almagabin, seu almagaben sunt emunctoria, aut loca sub ascellis

Almassara apud aliquos Arabes est amplitudo, seu vas amplum, sicut lacuna, ad quod effunditur succus rerum, quæ exprimuntur. quasi hoc nomen deriuetur à succo expresso, & effuso in vas concauum

Almarzangius est maiorana, seu sampsucus

Almethacharegi sunt loca humida causantia speciem putredinis, quæ dicitur thecaregi. de qua dicetur infra vbi exponemus althecaregi. vide ibi

Almegie est ferculum factum ex almas, seu almes

Almagasi, vide Gasi

Almeneumat. i. inducentibus somnum

Almersecha, idest medicamen lætificans cor

Almuseregiat, idest partium vuæ eminentium, vel egredientium propter rupturam corneæ, quæ quidẽ partes eminentes, & exeuntes extra corneam dicuntur almuseregi


Almiubegi, idest staphysagria.

Almorastan est hospitale infirmorum

Almachadaba, vide mucadahati

Almhet est instrumẽtum cuius extremitas ab vna parte est subtilis, obtusa, non incidens, & in parte altera est extremitas subtilis habẽs in longitudine aliqualem depressionẽ à duobus lateribus, vt merito talis diuersitatis figuræ non asperæ melius deprimat aquam, & eius vsus est in ægritudine quadam oculi.

Figura autem eius talis est.



Almharud est radix aniuden

Almassoli est regio in Mesopotamia, in qua texũtur telæ ex bombice valde pulchræ, quæ apud Syros, & Aegyptios, & apud mercatores Venetos appellantur mussoli ex hoc regionis nomine. Et Principis Aegyptij, & Syri tempore æstatis sedentes in loco honorabiliori induunt uestes ex huiusmodi mussoli

Almedad est encaustrum scriptorum factum ex fumo ligni arboris pini cum gummi Arabico, & alijs, cuius descriptio habetur in libro Ebenesis

Almasere, idest apostema calidum cholericum

Almechebeb, idest costi super prunas

Almesera, idest lætificante

Almessera communiter sumptum est bothor cholericum, quod apud Latinos essere vocatur. sed proprie est tumor faciei, & capitis, accidens subito ex vaporibus sanguineis

Almaudana est planta, quæ producit grana regia, & apud Italos dicitur cataputia minor

Almedi est humiditas salualis, quæ egreditur ante coitum dum est delectatio uehemens coeundi

Almahezeragi est planta, quam Aui. appellat busirus, & latine appellatur tassus barbassus

Almerstanchaat sunt loca, in quibus sunt aquæ multæ stantes, sicut loca stagnosa

Almesetet est tertia species hecticæ

Almesamar, idest clauus

Almencheb est extremitas spatulæ vbi continuatur adiutorium cum spatula

Almetubele, idest res acutas

Almenachele est fractura ossis capitis, in qua remota est aliqua pars ossis fracta

Almeliki est auis magna aquatica

Alnasaha, idest declinans ad citrinitatem pilorum zafrani

Alnefsenie virtutes sunt virtutes ab anima deriuatæ, vel animę appropriatæ, & tales in homine sunt principium cognitionis, & motus voluntarij. & hoc nomen deriuatum est ab alnefs, quod idem est, quod anima

Alnuaheb, vt scribunt Arabes, sunt colũbini habentes pennas completas, ita, vt de proximo possint volare

Alnabach est fructus notus in Syria præcipue in ciuitate Saide, seu Sydonis, & est habens magnitudinem sebesten, seu parum minor, & saporis pontici dulcis

Alnadehi, i. digestio materiȩ crudæ cõtentæ in membro vlcerato propter dominium naturæ super materiam

Alnemer est animal minoris magnitudinis quã lynx, quod est lupus ceruarius, & alnemer est simile leopardo in figura, & colore, sed est aliquãtulum maioris magnitudinis habens pedes, & vngues ampliores, et acutiores, & oculos habet obscuros, & horribiles, sicut ego vidi. præterea est fortius, & magis ferox, et magis audax leopardo. Nam alnemer aggreditur homines, & interficit eos. Leopardus autem ab Arabicis appellatur sed

Alnemkesut, idest caro salita exsiccata

Alnisuch est species prunorum acetosorum, & secundum aliquos est species prunorum paruæ quãtitatis acetosorum, ex quibus efficitur ferculum, quod dicitur alnisuchie

Alnisuchat sunt caputpurgia cum pulueribus, aut alijs non liquidis per nares attractis

Alneman, & sisimbrium apud Arabes sunt idem, & species mentæ habentis folia declinantia ad aliqualẽ colorem pauonacium, & Venetijs appellatur menta gariophyllata

Alnatha est extremitas linguæ versus dentes anteriores, & alio nomine Arabico dicitur alseleti

Alneremisch, i. capita granatorum Indorum

Alnasa, vide color alnasa

Alnesastegi, vide sief alnesastegi

Alnathaf est confectio dura glutinosa, quæ cum masticatur adhæret dentibus, & fit ex zuccaro, aut melle inspissato per decoctionẽ ita, vt post eius incisionem in frusta parua, & infrigidationem remaneat dura glutinosa, vt dictum est, & quidam miscent in ea res calidas aromaticas, & quidam res frigidas, acetosas sicut succum limonum, aut tamarindorum, aut acetum

Alnergil, idest nux indica

Alnemechsud est species salsamenti

Alnathse, idest spermatis

Alnusul, idest radix capillorum

Alphachi in fide Maumethi sunt regẽtes populum declarando, & promulgãdo hoc, vel illud esse licitum, aut illicitum non adducendo super hoc aliquam rationem. Qui verò student libris, in quibus scriptę sunt rationes, & fundamẽta quare hoc, vel illud sit licitum, aut illicitum, tales dicuntur Almetachalem, & sunt sicut apud nos theologi.

Alraiis, uide in proœmio

Alramadi, vide sief alramadi

Alrasafe est pars anterior poplitis, quæ à vulgaribus parella vocatur

Aldra

Alrad, vide Chadessan

Alradradi, vide pisces alradradi

Alrabu est difficultas anhelitus causata ex repletione venarum, & carnositatis pulmonis.

Alrai est nomen ciuitatis Persiæ

Alraib est lac coagulatum acetosum, cuius coagulatio fit non ex coagulo sed ex calefactione ipsius, & ex permistione modicæ quantitatis alterius lactis coagulati, & acetosi, aut per se, aut ex permistione rei acetosantis ipsum, & rei diuersæ à coagulo habentis virtutem coagulādi lac, & quæ est tanquam fermentum. Caseus ergo, qui fit ex alraib prædicto apud vulgares appellatur alachat, seu alacad. Et secundū aliquos alraib est lac, de quo extractum est butyrum, & absque coagulo coagulatum, aut acetosum, aut non acetosum. Et nota, quòd ex alraib non fit caseus, nisi addatur lac nouiter mulctum, & similiter coaguletur à coagulo.

Alraheb, idest religiosus Monachus, qui fuit eximius physicus, à quo Rasis multa notabilia suscepit

Alrathbe, vide alassest

Alrachme est auis magna sicut miluus habens plumas corporis albas, & pennas alarum nigras, & comedit carnes putridas, & similia, & in Syria est in magna copia

Alrahade est piscis stupefaciens membra, licèt non tangat ipsa, & scribitur, et experimēto approbatur, quòd huiusmodi piscis existens in retibus dum approximatur piscatoribus trahentibus retia, stupefacit manus ipsorum

Alrachich oui de Alzenbach oui

Alrahaune, vide alhamch

Alrathe est auellana Inda, vt habetur secundo can. cap. rathæ

Alrhase, idest tremor

Alrasbe, vide emplastra alrasbe

Alrach secundum expositores Arabes est testudo marina. Alij verò dicūt quòd est testudo fluuialis

Alrauthe secundum glossam Arabicā est extremitas narium

Alrauend, idest reubarbarum

Alrased, seu alrasad. i. nasturtium, quod Arabicè dicitur etiam alharf

Alrehac, vide ætas algulamie

Alruie. i. declinatio

Alsenasen Arabicè idem est, quod eminentia tendens in acutū, & ad figuram pyramidalem, & quia ossa super spondyles habent talem eminentiam, ideo dicuntur ossa alsenasen

Alselamiat sunt ossa oblonga existētia in pectine manuum, & pedum, ex quibus ossibus componitur pecten prædictum, inter quæ existunt ossa parua alsemsemanie dicta, scilicet replentia vacuitates iuncturarum, seu vacuitates iter ossa pectinis manus, & pedum, & inter ossa iuncturarum digitorum. & nominantur alsemsemanie, seu sensemanie, qđ idem est propter conformitatē, quam habere videtur cū semine sisamij, quod Arabicè semsem appellatur

Alsebati, seu subeticæ, vide venæ alsebati, seu subeticæ

Alsahad est ars brachij infra cubitum habens duo focilia, & terminatur ad rascetam manus

Alseid, idest brachij

Alselha est apostema frigidum glandosum habens chistim continentem ipsum

Alsuhat est arbor, ex qua fiunt arcus in Persia

Alshearagi est uocabulum Persicum, & idem est, quod calx.

Alserab est dictio communis secūdum Arabes ad syrupos medicinales, & ad vinum

Alsemain sunt venti calidi valde herbas adurentes

Alsucharan apud Arabes quosdam est cicuta. Alij verò dixerunt, quod est semē hyusquiami nigri. Dixit Dios. ꝙ stipes alsucharan similatur stipiti fęniculi. patet autem, ꝙ talis stipes potius similatur stipiti cicutæ, quā stipiti hyusquiami.

Alsamach, seu alsemach est foramen in osse petroso in aure, sicut se habet foramen vuæ in oculo. Quandoq; uerò apud Arabes accipitur pro pāniculo, seu neruo strato in concauo ossis petrosi, & quandoq; accipitur pro instrumento auditus

Alsuichi, idest similis frustulis paruis suich, vel sauich, quod idem est, qđ frumentum, aut hordeum fractum, & torrefactum

Alsus, idest liquiritia

Alsenchal, vel alsenchar, quod est alsengius est syrupus secundum quosdam factus cum succo iuiubarum cum medicinis stypticis bulliendo, donec fiat spissus, & potest exhiberi in potu, & linimentis

Alsemne est herba ex genere lacticiniorum, & granum eius nominatur shedanegi beri, i. cannabis syluester, & forsitan facit dormire propter vnctuositatem, quæ est in eo

Alseriarā est elleborum solutiuum scriptum in quinto can. & similiter saganea

Alsurbed, idest venæ sub lingua

Alsirbagi ex raphano est cibarium factum ex brodio carnis, & aceto, & raphanis in oleo decoctis

Alsedar, idest scotomia, seu obtenebratio visus

Alsemur, vide almencalbun

Alsehedie sunt apostemata vlcerosa, ex quibus fluit aliquid simile melli fluenti ex fauo suo

Alsheb est color cineritius trahens ad quandam rufedinem, seu citrinitatem rufam

Alsami, idest ex regione Damasci

Alsacrugiæ est pondus, vel mensura

Alserengi, idest minium

Alserbegi est sorbitio facta ex frumento fracto, quæ est inflatiua, & facta cum cępe minus est inflatiua

Alseerach est auis uiridis nota Damasci

Alsemsar est arbor, quæ dicitur bussus

Alsefale est regio Indiæ

Alserax, uel alserachs, idest silex

Alserach est quando aqua, uel potus alius ingreditur arteriam

Alselach est grossitudo in palpebris, ut patet fen. tertia primi

Alsalach est serpens niger lōgus grossus, cuius pellis est nigra

Alsiniæ, uide speculum alsiniæ

Alsedenegi, idest hæmatites

Alsabiar, uide pillem alsabiar

Alsahesefran est species ozymi habēs folia minuta, & bonum odorem. Et scribitur in libro alchuin Arabico, quòd interpretatur odor regalis

Alsain, idest intestinum ieiunum

Alshauthat sunt caputpurgia, quę fiūt cū reb. liquidis per nares attractis

Alsahara est uigilia superflua præter naturalis

Alsebha est nomen cōmune ad omnes species quadrupedum, quæ dentibus & unguibus suis aggrediuntur homines mordendo, & lacerando, & quandoque mortem inferendo, sicut leo, lupus, tigris, & similia. Et ab hoc nomine dicuntur mores alsebhaie, idest mores similes moribus talium animalium

Alsebuie est dispositio rationis infantium, seu puerorum

Alshali est animal simile lupo

Alsahari, idest stella canicularis

Alseilen est lolium, seu zizania, de quo in secundo can. cap. seilem

Alshele est color uarius, idest medius inter colorem nigrum, & cęlestem seu grisseum

Alsabut est piscis sic nominatus, & notus in Persia

Alselgen, seu alselgiem, & allest sunt idem, & significant rapam

Alseleti, uide alnatha

Alsuach sunt ligna habentia in cortice suo aliquam amaritudinem, & cum huiusmodi lignis communiter fricantur dentes

Alseir est nomen medici

Alsedabi, idest ex ruta

Alsafanin est auis, quæ dicitur turtur

Alsangiar

Alsangiar est lactuca asini.

Alsebet, idest anethum.

Alsuila secundum Ebenbitar in libro de simplicibus est berengesef, quod est species abrotani

Alseudeni est auis nigra habens rostrũ citrinum, & secundum aliquos est sturnus

Alseheb, idest apparitiones igneæ

Alsababach, seu alsababech, vt scribit Ebenesis de simplicibus est species abrotani, sed Ebenbitar scribit, ꝙ est planta, seu arbor nota in ægypto, & nominatur bernuf, cuius magnitudo, & folia similantur arbori granatorum. Et succus foliorum eius confert epilepsiæ, & dolori pungitiuo, & colico, sicut scribit Ebenbitar cap. bernuf. Et auctoritate Themini nominatur etiam sabanech, vel sabanegi, & confert epilepticis, maximè pueris

Alsagi est arbor Indiæ magnus, sicut scribit Ebenbitar, & serratura ipsius assumpta in potu extrahit vermes auctoritate Rasis in libro continentis

Alsarmach, idest atriplex

Alsegiagi, i. excoriatione cutis capitis

Alsaberchan, seu alsaburchan est species ferri. quod tenerum est, ex quo fiunt claui, & huiusmodi.

Alsech.i.realgad, seu toxicum muris

Alseder est arbor nabach

Alserugi est sal, qui egreditur ex muris

Alsafachai, idest nigrefactæ

Alsager est nomen medici

Alseras est species affodilorum, quidã putant, quòd sit species consolidæ

Althefe, vide albadeb

Althoin, vel thaun est apostema pestiferum venenosum, ꝙ fit ex materia corrumpente, idest venenosa, vt exponunt Arabes. Et licet Aui. fen. prima primi cap. de ægritudinibus compositis dicat, quòd est apostema in locis, quæ sunt emunctoria membrorum principalium, sicut caro glãdosa in inguinibus, & similia, tamẽ fen.iij.quarti. cap. de althoin dicit, quòd est quodcũnque apostema venenosum, & sic antrax, quod accidit in membris non glandosis, dicitur althoin.

Altemelmel, vt exponunt Arabes, est priuatio stabilitatis, seu est inquietudo

Altherel est inflatio faciei, & palpebrarum oculorum similis cachexiæ, accidens ex permistione, vaporum cum substantia membrorum, & est dispositio similis althebegi. Et quandoque etiam accidit in tibijs; & color patientium eam declinat ad plũbeitatem, & citrinitatem propter debilitatem caloris innati

Alterbel est inflatio accidens in extremitatibus, & in membris pauci sanguinis propter dominium phlegmatis subtilis propter debilitatem digestionis. Et quidam expositores Arabes dicunt, quòd alterbel est inflatio causata ex permistione substantiæ aquosæ subtilis cum substantia membrorum. Et quidam dicunt ꝙ causatur etiam ex permistione vaporum cum substantia membri

Altochme arabicè idem est, quòd nauseatiua satietas, & exponitur à Syrasi persico, quòd sit corruptio cibi in stomacho, & Auic.xiij. iij.cap. de signis altochme, & de ablatione digestionis scribit. Et ideo sequitur quòd sit corruptio cibi in stomacho, quæ accidit cibo indigesto, & quia talis cibus corruptus est superfluitas, ideo ab eo causatur repletio. Et nota, quòd altochme non solum reperitur in digestione prima, sed etiam in secunda.

Althecaregi secundũ expositores Arabes est putredinis species, ad quam sequitur in superficie rei, quæ putrefit, color albus

Altergia, vide alargiba.

Altamari est electuarium de dactylis

Altaiugi, uel alteiugi est auis, quæ dicitur perdix, alij dicunt, ꝙ est phasianus, alij aßerunt sicut Ebenbitar quòd est auis similis coturnici in omnibus, nisi quòd sub alis habet quasdam pennas nigras, & albas

Altuabel sunt semina calida contusa, quæ super cibis sparguntur. Et quãdoque species aromaticæ calidæ puluerizatæ dicuntur altuabel, & etiã alsauie.

Altahaleb est lenticula aquæ

Althaleb est herba nascens in paruis fluminibus, & sub aquis riuulorum currentibus, & dicitur muscus aquæ


Altalch est alumen scißum, quod vulgares appellant alume scaiola, & de ipso habetur. 2.can.

Altheil, seu althil apud Arabes etiam appellatur negiem, vel negim: & est herba, quæ dicitur gramen, & plures habet species. quædam enim est lenis, quædam pilosa, & de hoc habetur in 2.can. cap. proprio. Et althil dicitur, ꝙ sunt folia trifolij, qđ non multum eleuatur à terra, & habet flores rubeos, aut albos

Altarthut est planta, ex qua extrahitur ammoniacum.

Altharathit est plãta styptica, quæ nascitur sicut fungus, & Auic. de ipsa facit capitulum. 2.can. & Damasci est valde nota, & vsitatur in retentione sanguinis per inferius in potionibus, & clysteribus adninistrata. Et secũdum aliquos Arabes est præputium terræ.

Et hæc est eius figura.



Altors, vide aaulusen.

Altors uide auulusn.

Althendue est locus mamillarum in uiris

Althedi est pars mamillaris in mulieribus

Altedarigi sunt aues, quę dicuntur phasiani

Alterub est species pini non faciens fructum

Altensa est cocodrillus

Althach est coopertorium sphæricum capitis

Altafasil uel altaffil est cibus factus excellentibus uel mes collatis, sicut decoctio seu brodium lentium forte, aut decoctio lentium excoriatarum cum multa aqua ita, ut fiat cibus potabilis. Alii autem arabes dicunt quòd est cibus factus ex lentibus uel mes, & aceto

Alterehel est mala dispositio corporis humidi causata ab ocio & à causa extrinseca

Altemed, uide allui

Ataraxacon est endiuia Syluestris.

Althute est ægritudo similis mòro, althut enim morum significat

Alternum est cantilena quæ fit cũ frequenti motione gutturis, quàm uulgares appellant golizar

Althalba sunt dactyli immaturi parui, cũ primo egrediuntur ex arbore, seu sunt flores dactylorum contenti in uagina habente figuram duarum manuum simul applicatarum, et huiusmodi uagina tempore ueris egreditur in summitate trunci ipsius arboris inter folia ipsius & dum primo incipit egredi, efficitur sicut cucumer dulcis comestibilis, qui arabicè appellatur algiemar, et comestus prohibet inflammationem sanguinis. Aliqui dicunt quod althalba est arbor dactylorum.

Altabtab est ludus in quo pila rotunda ex corio plena uento aut re alia percutitur & proiiciatur ab uno homine ad alium & alium

Atuali id est uerrucis

Altamur est animal magnum de numero rapacium

Altaluch idest fæx uel linimentum.

Altel assis idest nasturtium album uel Babilonicum, nam apud Arabes idem sunt

Alterharba. uide ætas alterharba

Altarich est species piscis parui curti ad quantitatem palmi, qui piscatur in loco ciuitatis Achalat regione Persiæ, & huiusmodi pisces saliuntur,

tur, & exsiccantur, & in diuersas regiones asportantur, ita exponit Syrasi.

Aluthar idest necessitas.

Alusem uel alusin secundum Arabes est vestigium nigrum artificialiter factum in balneo dū porositates cutis sunt aperte pungendo ipsam cutem cum plurimis puncturis sibi inuicem contiguis secundum lineationem, & figurationem intentam, postea super puncturas prædictas imponitur indicus subtilissime puluerizatus, ita ut penetret coloratum illud in foraminibus puncturarum. & dimittitur locus cum panno lineo, donec consolidentur puncturæ cum colore prædicto.

Aludacha est eminentia in cōiunctiua oculi similis bothor albo, quasi ipsi sit pinguedo uel adeps eius.

Alurasan seu alurasen est species colūborum syluestriū, qui sunt aliis maiores & noti in Syria.

Alures seu alueres apud Arabes idem est, quod radix curcumæ contrita, cuius color est citrinus, ad rubedinem declinans.

Aluardachule est radix sic nominata.

Aludha idest albaras. ita exponitur super. 1. can. cap. de homine.

Aludha est genus conchyliorum quæ appellantur porcelletæ ita exponitur. tertio. can. cap. de cura apostematum in radice auris.

Alusuas, uel alusnasi est cogitatio uel imaginatio corrupta in qua homo dubitat an id quod fecit, vel est faciendum, sit factum vel fiat bene, aut non bene, & est cogitatio dubiosa cum timore & fastidio absq; causa, & latinè potest dici sollicitudo melancholica.

Alusen idest ireos.

Alumen humidū apud Arabes est species aluminis albi coloris, sicut cerusa, aut lac, & est fluidum non petrosum, sicut scribit Ebenbitar in libro de simplicibus.

Alurel est animal terrenum simile lacerto coloris cineritii. longum ad quantitatem trium palmorum.

Aludi est humiditas quę egreditur post coitum uel ante coitum absq; delectatione & desiderio coitus & absque erectione uirgæ.

Aludhi uero cum aspiratione scriptum, est humiditas quę egreditur ex uirga ante & post egressionem urinæ.

Alureschin est species uariolarum, & est dispositio corporis, in qua apparent in corpore maculę rubeæ uiolaceæ, quæ diuersificantur in magnitudine, & numero, & colore secundum diuersitatem humoris in multitudine & qualitate sua, & scribitur in tractatu de peste arabico, quē ego traduxi quòd alureschin accidens in tempore pestilētiæ est ægritudo perniciosa secundū plurimum.

Aluhazi idest punctura.

Aludeb, idest foramini torcularis perforato in girum.

Aludchi idest caro dura ad albedinem tendens.

Aluthel est alambicum, quo vtuntur alchimistæ in distillationibus.

Alzarachat sunt instrumenta in quibus attrahitur aqua, ne detur uacuum, sicut sunt traiectoria seu syringæ, quibus utuntur chirurgici, & sicut vasa uitrea torta, in quibus per attractionem aeris à concauitate ipsorum eleuatur aqua. Vnde ex ipsis fiunt fontes artificiosi, & huiusmodi uasa arabice appellantur semarat.

Alzelabi uel zelabiæ est cibus ex pasta tenera ualde habens figuram lunarem, & talis cibus frigitur in oleo, postea comeditur cum melle aut zuccaro, & usitatur ualde in Syria, & Aegypto, & est ualde spongiosus, diuersitatem habens in partibus suis scilicet grossitie & subtilitate. Et de eo scribitur in libro Benagi albian.

Alzeit uide oleum alzeit.

Alzagi idest uitriolum uiride, de quo in secundo can.

Alzarazir apud Arabes sunt aues, quæ licet sint similes aliqualiter turdis in magnitudine, differunt tamen ab ipsis. Nam alzarazir habent plumas & pennas nigras cum aliqua albedine signatas, & apud Venetos dicuntur stornelli.

Alzersech idest amirberis.

Alzenbach oui, uide albedo oui.

Alzanbach est oleum sisaminum.

Alazarach uel alzarcha est color cęlestis seu grissus uel glaucus.

Alzedb idest butyrum crudum.

Alzimar idest uiride ęris.

Alzardach uel alzardagi idest crocus hortulanus.

Alzemone idest eos qui se mouere non poßunt propter mollificationem.

Amaracus idest maiorana.

Amgailam. uide alcharad.

Amsagi idem est, quod humiditates permistę.

Amuridus est dispositio melancholica, in qua homo semper ridet.

Anagalus est auricula muris.

Ansadius est species lactucæ asini.

Anfagiar, uide chadeßan.

Anfasalan idest separatio.

Angiadan est herba aße.

Anzarut idest sarcocolla.

Aquæ sabachiæ sunt aquę existentes in locis baurachiis, scilicet locis aridis adustis.

Aqua lactis crudi est aqua, quę colatur ex lacte coagulato acetoso, & huiusmodi lac dicitur crudum, quia non est bullitum, neq; decoctum, sed est factum acetosum et coagulatum propter mistionem alterius lactis acetosi in ea permisti, quod est sicut fermentum in parua quantitate coagulans & faciens acetosum lac, in quo ponitur.

Aqua gaderan idest aqua stans in gurgite, aut fossis.

Aqua myrrhæ secūdū aliquos est aqua in qua dißoluta est mirrha, aut in ea decocta. Alii dicūt quòd si myrrha circundetur albumine oui indurato, & sic dimittatur per dies aliquod in loco terreno humido, tunc liquefit myrrha, & liquor ille collectus in vase supposito, est aqua myrrhæ.

Aqua zuccari est aqua cannę zuccari uel secundum alios est aqua, in qua bullitum est zuccarum.

Aqua ferri idest aqua mineræ ferri.

Aqua camphorę secundum Arabes est aqua, quæ fluit ex arbore producente camphoram, & talis aqua, & similiter eius arbor sunt calida in tertio. & camphora est frigida, vt omnes affirmāt: Et de huiusmodi aqua scribitur in libro Benagi albian.

Aqua tabarzet est aqua, in qua dissolutum seu coctum fuerit zuccarum tabarzet.

Aqua sauich ordei est in aqua, in qua infusum est per aliquod tempus parum saurch hordei.

Aqua cucume est aqua calefacta in uase æneo, quod apud Venetos dicitur Cuogoma. Et barbitonsores utuntur ea deferentes aquam calidam hinc & inde.

Aqua oliuarum est aqua salita, in qua seruantur oliuæ conditæ.

Aqua casei amara fit ex contusione casei saliti, & permistione eius cum aqua quæ dimißa hoc modo longo tempore efficitur amara.

Arbor abrahan, uide bengiechest.

Arbor da li pater nostri, uide alzadaracht.

Arbor uel planta mariæ, uide segiar mariem.

Archut, ide alarchub quia idem sunt.

Argialesus est species lactucæ asini.

Arhiuan, uide alargiuani.

Argiaba, uide alargiaba quia idē sunt.

Armal seu armel seu armach secundū quod scribitur ab Auic. secūdo can. cap. proprio est lignum odoriferum seu aromaticum simile cinnamomo grosso, et nascitur in regione Iamen non multum distante à mari rubeo. Et hoc idē dixit Rasis et Ebēbitar.

Arsef

Arsef eſt planta ſpinoſa ex genere cardi producens virgultum ſimile aſparago, in cuius ſummitate eſt flos, & illud virgultum elixatur, & comeditur, quia eſt cibus delectabilis augens coitum, & Perſici non ſolum comedunt uirgultum tempore veris, ſed ipſam plantam, cum incipit pullulare, antequàm expandat folia ſpinoſa, & virgultum ſupradictum.

Arzialnil, vide bulbus.

Aſcalebi ſunt homines quinti, vel ſexti climatis.

Aſchaf dicitur ſecundum duas intentiones, quarum una eſt mollificatio corporis, & ſecundum hanc intentionem caro mulieris dicitur aſchaf, id eſt rarior ſeu magis mollificata propter paucitatem exercitij reſoluentis humiditates mollificantes ſecundum quod dixit princeps. Altera uerò intentio eſt, vt dicatur corpus multarum poroſitatum latarum ſicut caro viri habens poroſitates plurimas latas.

Aſelēgi ſeu aslagi ſeu aslēgi eſt radix quædam quæ habet folia & ſpinas. Et phyſici in Syria dicont quòd eſt ſpecies artanitæ, de qua loquitur Auic. 2. can. & fullones vtuntur ea lauando & mundificando lanam, et pannos ex ea factos cum decoctione ipſius. Et aromatarij etiam utuntur decoctione huiuſmodi radicis ponendo parum de ipſa in confectionibus factis ex melle aut ex ſapa, cum volunt dealbare confectiones prædictas ita vt uideantur ex zuccaro et amylo factæ. Et confectiones prædictæ nihil de amylo habentes ſunt viſcoſæ duræ ad maſticandum, & radix prędicta eſt ualde nota apud Damaſcenos. et ego expertus ſum, quòd eius decoctio remouet maculas veſtium & mundificat pannos.

Aſfid ideſt ſynapis albi.

Aſfidbegi vel aſfidbagi vel aſfidbegian vide bagi.

Aſfahani ideſt ex regione Perſiæ quæ dicitur aſfahan, uide laſfahan quia idem ſunt.

Aſnen, vide alkali.

Aſne, vide vſneæ.

Aſſius ſecundum quoſdam idē eſt, quod nix Sini, quæ quidē apud Ebembitar eſt lapis quidam tranſparens, ſicut ſal gemma, qui cum exponitur aeri conuertitur in pulucrem, ſicut eſt puluis aluminis cōtriti, & in ſapore eſt acutus, & ſalſus, & defertur ex India: ſed tamen iſte ſermo non eſt conformis dictis Auic. 2. can. qui dixit quòd aſſius eſt lapis, ſuper quem generatur ſal ex roratione maris cadentis ſuper ipſum. Cum etiam multi tamen vtūtur, niue Syni loco aſſius, & affirmat quod Auicen. ignorauit eſſentiam aſſius.

Aſtar eſt pondus. drac. vi. & duorum danich.

Aſtarach vide Segiar mariem & Meha ſeu Miha.

Aſtruſiun eſt ſpecies hyſſopi.

Athas eſt apoſtema in cerebro, & expoſitores Arabes multum diuerſificantur in declarando, quare apoſtema prædictum dicatur athas.

Athaa, vide algarab.

Athel, vide chermazech vel charmuzech.

Auianes eſt flos vitis.

Auicenna, vide in prohemio.

Aumali ſecundum Ebenſis idem eſt, quod ſyrupus de melle.

Azadarach eſt arbor apud Damaſcenos nominata zaizalacht, cuius flores declinant ad colorem uiolaceum cū aliquali cinereitate. & tales flores ſunt acuti odoris, fructus autem iſtius arboris habent corticem albū, & ſunt ad magnitudinem ceresorū. Et huiuſmodi quidem fructus habēt oſſa alba. ex quibus fiunt pater noſtri. Et talis arbor reperitur Venetijs & Patauij in enclauſtris monaſteriorum. & mulieres appellant arbor da li pater noſtri. Et folia eius ſunt quaſi ſicut folia agni caſti, & reperitur etiam in Syria.

Azad eſt flos ſpeciei lilij, vide ſuſen azad.

Azagithea ideſt extremitates.

Azhagi ideſt vox fortis.

Azor ideſt ſine ſine pilis.

B

Bachur mariem, vide ſegiar mariem.

Bachila eſt pondus. xx. granorum hordei & plus ſecundum alios.

Bachele ideſt fabæ, & faba eſt pondus aur. i.

Bacham, vide albacham, quia idem ſunt.

Bachele imanihe eſt olus iamenum, & eſt herba, quæ apud vulgares dicitur Bione.

Bachat ideſt manipulus.

Bace ideſt manipuli.

Buctiſuha eſt nomen medici.

Bagadet, vide Bion fluuius.

Bagi eſt nomen perſicum & eſt cōmune ad omne cibarium cum carne pręparatum. Et ab hoc nomine deriuantur iſta nomina videlicet aſfidbagi ſorbagi, ſecbbagi, & zirbagi. Vnde aſfidbagi eſt cibarium ex carne elixa in aqua ſimplici abſq; alia re. Sorbagi eſt cibarium dictum cui additur rizum aut frumentum fractū aut aliquid ſimile. Secbbagi eſt cibarium cum carne elixa in aqua cū aceto & zuccaro vel melle. Zibagi uerò eſt cibarium ex carne elixa in aqua cum aceto & melle & cymino, & bagi eſt nomen ſingulare. Bagiat verò plurale.

Bancharas ſicut ſcribit gloſſa Arabica eſt caro glandoſa quæ eſt ſicut ſtratus ſub uenis pulſatilibus & non pulſatilibus, quæ quidem appodiantur & innituntur ſuper carnem glā doſam prædictam, & hæc caro etiā nominatur marbad & maraad Arabicè, Latinè uerò menſenterium.

Baſſera ſeu baſſari, uide albaſſari quia idem ſunt.

Bathbath ſeu bethbath eſt ſpecies uirgæ paſtoris.

Batecha Inda, uide melon alraki.

Batecha viridis, uide ut ſupra.

Batecha filiſtin, uide ut ſupra.

Batecha alzachi, vide ut ſupra.

Bazard uel bezard ideſt galbanum.

Bedarungi uel bedarugi ſecūdum Ebēbitar eſt ſpecies ozymi habentis folia lata, & de eo ſcribitur in 2. can. & alio nomine appellatur Albuch.

Belha ſunt dactyli recentes crudi magis immaturi, quàm Beſſer.

Belbele eſt uas ſtricti orificij.

Bemengi eſt regio iuxta Halep ciuitatem Syriæ.

Bengiech eſt ut ſcribit gloſſa Arabica eſt granum ſeu ſemen arboris abraham, & dicitur, quòd eſt arbor mariæ, quia huiuſmodi arbor Latinè agnus caſtus appellata minorat appetitum coitus & curat pollutionē & folia eius cum ſtipitibus ſuis, cū ſternuntur ſub dorſo, prohibent pollutionem, & erectionem uirgæ. Et mulieres cum ea ſuffumigātur apud uehementiam appetitus ad coitum.

Benat noctis, ſunt ea, quæ mouētur uel excitantur in nocte.

Berazede uel bezarede eſt panis in modum fugatiæ perforatus cum digitis aut alia re & eſt bene coctus.

Berſuaſan ideſt capillus ueneris qui alio nomine ab Arabicis appellatur chusbare albir, ideſt coriandrum putei.

Berbengine, uide nux metel.

Berengeſef, uide alſuila.

Beſſer eſt dactylus immaturus recens.

Beſd & *morgian* ſicut ſcribit Ebembitar auctoritate Ariſtotelis eſt lapis unus & idem. Sed morgien eſt radix coralli, beſd uerò eſt corallus ramificatus. Aliqui uerò Arabes dicunt cō trarium huius.

Betaran. uide chadeſſan.

Bezarede, uide berazede.

Bezard, uide bazard.

Bezahar eſt lachrima cerui, quę generatur in ceruis quia cerui, comedunt viperas

viperas maxime in Persia.

Bbear vide albhear quia idem sunt.

Bichie est semen, cuius herba est nota
Damasci, & seminatur in campis, et
in hyeme datur in cibum bobus &
equis.

Birsen idest pleuresis.

Bismus est animal, quod inuenitur iux
ta napellum & nutritur eo, & ap-
pellatur Latinæ mus napelli.

Bis musbuba idest napellus moisi.

Blattæ bizantiæ est coopertorium cuius-
dam conchylij reperti in mari rubro,
& in alijs locis scriptis ab Auicen.
2. can. cap. proprio. In supradictis
namque locis reperiuntur quædam
conchylia seu animalia ostracosa, quo
rum coopertura est dura ostracosa
in gyrum figurata in modum lima-
tiarum, sed sunt magis oblonga &
maiora quàm corpora tegentia &
circundantia limatias, & in orificio
ipsorum conchiliorum est cooperto-
rium, quod clauditur, & aperitur se-
cundum volũtatem animalis inclusi
& appellatur blattæ bizantiæ, quas
ego sæpius vidi adhærentes suis con-
chylijs, quæ asportata fuerunt ex ma
ri rubro Damascum.

Bondacha est pondus. s. auellanæ, quæ
est pondus. aur. i.

Bothor idest variolæ

Brench Kebuli, vide albrench kebuli
quia idem sunt.

Buared est res comestibilis præparata
cum aceto sicut capparis, rapæ, pa-
stinaca, & similia.

Bulbus secundum aliquos expositores
Arabes est species cæpe dulcis sapo-
ris nascens in montibus & apud Da
mascenos appellatur Arabicæ arzi
alnil vel hasnil, & huiusmodi cæpe
tempore veris comeditur Damasci
propter sui dulcedinem, & in ma-
gnitudine & forma est sicut pyrum
muschatellum & est circundatum
& inuolutum à multis villis subtili-
bus coloris rufi contextis in modum
retæ, & folia ab eo exeuntia sunt sub
tilia & longa, & nascitur in monti-
bus & apud physicos Arabes ap-
pellatur bulbus.

Burnia est vas terreum intus & extra
vitreatum.

Bus aldebarindi est species slef qui de-
feruntur ex Armenia & administrã
tur in apostematibus & bothor ca-
lidis.

Buzeiden, vide albabe barbarie.

C

CAchexia, vide thebegi.

Cacozole, vide condisi.

Cadamacris est arbor sic dicta, ex qua
plurimum picis fit.

Calcadis est vitriolum.

Calt seu culb est milium solis

Calib est instrumentũ, quo matrix ape-
ritur, & vulua dilatatur, & apud
Latinos dicitur speculum.

Calchidicon est species uitrioli. Alij di-
cunt quòd est medicamen composi-
tum, & est vnguentum corrosiuum
sic dictum.

Calcuceraumenon idest æris adusti.

Camellus alnegib idest qui pascitur in
locis syluestribus. Secundum uerò
alios est camelus valde uelox in in-
ceßu & cursu suo, quem Latini dro
medarium appellant.

Cambaduti est, pars, quæ est apud oc-
ciput

Cambil secundum Sirasin est species mã
næ habens granula ad rubedinem tẽ
dentia. Quidam alij dicunt, quòd est
species alkekengi.

Canon, vide in prohemio.

Candarusium est species frumenti roma
ni, & eius magnitudo est inter hor-
deum & frumentum, sed est magis
proxima hordeo, et non habet corti-
cem, & plurimum de eo reperitur
in regione Italiæ & Romaniæ Græ-
cia, & eius cõplexio est magis pro
pinqua complexioni frumenti, &
est boni nutrimenti generans sangui-
nem conuenientem, & augmentum
facit in lacte, quoniam stringit natu-
ram. Ita exponitur à Sirasi Ara-
bico.

Canabit est species caulis nota in Syria
& est habens folia & thirsos sicut
caules, & inter folia ipsius est sicut
globus medullaris albus, in cuius sũ
mitate sunt sicut semina alba pluri-
ma aggregata, & globus prædictus
est flos canabit ante productionem
seminis completam, non enim com-
plet semina nisi post eleuationem flo-
ris prædicti valde distans à folijs e-
ius, sicut contingit in flore caulium,
& habet similitudinem aliqualem
cum specie caulium, quæ Venetijs di
citur capuzi. Et expertum est, quòd
semina capuzi seminata in Syria pro
duxerunt canabit, et semina canabit
in hortis Venetis produxerunt capu
zios.

Canaberi est auis, de qua loquitur Aui
cen. in cura colica, & dicitur quòd
est auis, quæ apud Venetos lodola
appellatur.

Canis alseluchi est canis, quo Venato
res utuntur in capiendis auibus aut
quadrupedibus.

Capilli merselan sunt capilli nutriti nũ
tonsi neque abrasi, sed longi in radi-
ce idest ab ineunte ætate, aut ex an-
tiqua consuetudine.

Carißa est cibatio acetosa, quæ apud La
tinos gelatina appellatur.

Carnub sciemi est carnub, quæ commu-
niter comeditur.

Carnub aabathi uide aliembut.

Carnub spinæ, vide ut supra.

Caras est priuatio loquelæ.

Carthas vel carathis est herba iunci ex
siccata, ex qua cõstructæ sunt char-
tæ pro libris scribendis, sicut iam cõ-
sueuerunt antiqui Aegyptij, aut per
chartas intelligitur papyrus ipse seu
iuncus exsiccatus & antiquatus, si-
cut illud quod aßumitur ex stramen-
to antiquo, quod apud vulgares Ve-
netos appellatur stuora, & fit ex pa
pyro seu iunco recenti.

Carui album idest carui commune apud
Arabes.

Carui nigrum idest cyminum apud Ara
bes.

Casbs est dactylus non bene maturus
sed propinquus maturitati non re-
cens sed exsiccatus.

Casd idest moderata non forti.

Catinus de sceni est vas quod asporta-
tur de regione sceni, & apud Vene-
tos dicit porcellana.

Caulis aquæ secundum expositores ara-
bes est nenufar.

Cazef est vas figuli coctum.

Cæpe althalchaiar secundum Arabes
est cæpe paruum oblongum acuti sa-
poris, quod apud Venetos dicitur
scalogna.

Chadeßan & sahagian secundum expo
sitores arabes est solutio continui-
tatis in superficie membri, cuius
quidem superficiei partes diuersifi-
cantur in asperitate, & lenitate in
eminentia, & depreßione, quæ qui-
dem diuersitas causatur ex solutio-
ne continuitatis supradicta. Verum
chadeßan appropriatur solutioni cõ-
tinuitatis, quæ accidit cuti & parti
exteriori superficiali corporis. Saba-
gian vero appropriatur solutioni cõ-
tinuitatis, quæ accidit superficiei in
trinsecæ membri, & propter hoc ex
coriatio, quæ accidit in intestinis si-
cut in dysenteria vocatur arabicè
sahagian, tamen isti termini quando
que accipiuntur vt synonima. Vlte-
rius sciendum quòd apud Arabes so
lutiones continuitatis quæ accidunt
secundum latitudinem aut secundũ
longitudinem aut in partes plures
aut numero paucas diuersimode no-
minantur secũdum diuersitatem mẽ-
brorum, in quibus cadunt. Nam solu
tio continuitatis accidens in oße se-
cundum latitudinem uocatur arabi
ce chesaran idest fractio. Si uero ac-
cidit secundum longitudinem eius,
uocatur sadahan idest scindens ip-
sum. Solutio autem continuitatis ac
cidens cartilaginibus & neruis se-
cundum tres diuisiones, aut est in
partes

partes duas, aut in partes plures magnas, aut paruas siue secundum longitudinem siue secundum latitudinem. Et solutio quidem continuitatis huiusmodi si secundum latitudinem vocatur betaran idest incisio. Si uerò secundum longitudinem, & eius numerus non fuerit multus vocatur sacha idest scissura. Si vero eius numerus fuerit multus uocatur sadachan idest contusio. Plerunque etiam accidit solutio continuitatis in partibus musculi, quæ si in extremitate ceciderit musculi siue cadat in chorda: siue in neruo vocatur betchan idest attritio. Si verò secundum latitudinem musculi accidat vocatur hazan idest incisio. Si verò acciderit secundum eius longitudinem, & fuerit eius numerus par uus, & fuerit eius profundatio multa vocatur fagdan idest separatio vel incisio, & si fuerint partes eius multæ & dilatetur & profundetur solutio continuitatis vocatur radani idest contusio & attritio. Et alrad & alfagd dicitur de omni eo q̃d cadit in medio musculi quomodocunque sit. Si vero accidat solutio continuitatis in arterijs & venis nominatur anfagiar idest eruptio, sed si cadat in longitudine ipsarum uocatur chataban & faselan id est incisio vel abscisio. Si verò processerit in longitudine ipsarum vocatur sadahan idest scissura. Si verò acciderit secundum modum apertionis orificiorum ipsarum vocatur tochban id est perforatio. Et si acciderit in panniculis diaphragmatis vocatur sedchan idest ruptura.

Chastitum est nomen magistri saponis.

Chataban vide chadessan.

Chalaban idest dislocatio.

Chamach vide ilchuamich.

Chalef est species salicis, & est arbor nascens in locis humidis, cuius folia similantur folijs ceresorum non producens fructum, sed flores valde odoriferos in principio veris ante exitum foliorum suorum, ex quibus floribus in Syria distillatur aqua odorifera, quæ administratur in passionibus cordialibus calidis, & est ualde in usu. Et ex floribus etiam prædictis infusis in oleo fit oleum chalef sicut fit violaceum, & ex amygdalis permistis cum floribus prædictis donec acquisiuerit odorem & humiditatem ipsorum exprimitur oleum, quod nominatur etiam oleum chalef.

Chachule est cardamomum minus.

Chanbil est semen rubeum notum Damasci quod defertur ex regione Iameni.

Chasus secundum arabes est herba super quam cadit ros, ex quo generatur laudanum.

Chachali uide alchachali quia idẽ sunt.

Chartas, vides carthas quia idem sunt.

Chaiar est cucumer communiter vsitatus.

Chadam charies seu chadem charis est granum pini minus, & est notum Damasci.

Chasurudar idem est quod galanga. Nota tamen secundum Arabes quòd licet casurudar & galanga sint idem tamen Auic. facit duo cap. in 2. can. vnum de chasurudar, alterum de chaulegian, & ambo significant galanga ad maiorem declarationem ut sciatur eandem medicinam nominari diuersis nominibus quorum vnumquodque scribitur in cap. suis per ordinem alphabeti. Et sic facit de cera, & de pluribus alijs medicinis propter rationem suprascriptam, & etiam vt quod deficit in uno capitulo perficiatur in altero.

Chabaz interpretatur malua.

Chelidunium idest memiran, & Serapio exponie chelidonia .i. memiran.

Chasab darirhe est calamus aromaticus, chasab enim canna: darirhe uero aromatica interpretatur.

Chamel stomachi est superficies eius intrinseca crisposa in modum superficiei existentis in panno de lana habentis pilos eleuatos & crispos.

Chateman idest nubes parua subtilis.

Chasem in naso apud Arabes est oppilatio ad quam sequitur priuatio odoris, & quandoque accipitur pro priuatione odoris quandoque pro oppilatione in naso.

Chaisun uel chisun significat foramen seu concauitatem ossis in naso existentis & est numeri singularis: chaiasin uero numeri pluralis.

Chanan si est sonitus accidens in naso, quo fit sepius ista uox chaha: vel secundum alios est exitus uaporis fœtidi ex naribus: sicut accidit equis.

Chabisse vide alchabisse quia idẽ sunt.

Chalegi idest ponum seu coopertorium super dentes.

Chanad est nomen medici.

Charis uide alcharis quia sunt idem.

Charegia uide odor charegiæ.

Charis alsemech tari idest cibarium ex piscibus recentibus decoctis in aqua cum aceto.

Charis albatun est cibarium ex ventribus animalium decoctis in aqua cum aceto.

Charis albachar est charis factum ex carne bouina.

Charis alsemech cum carne piscium.

Chatmazech seu charmazech est fructus arboris athel, quæ est species tamarisci, & est arbor magna nota in Aegypto, & fructus supradictus apud Aegyptios, & Syros appellatur hadebe, & in oriente multum administratur in medicinis stypticis exsiccatiuis.

Chairbua est cardamomum minus.

Chaisur est lapis pumex.

Charchus sicut scribitur in libro Ebenbitar est plantago,

Chachole idest cardamomum maius.

Chanun primo idest mense decembris.

Chazef idest testa contrita.

Cheseran vide chadessan.

Chemed est tristitia seu angustia accidens ex aere turbido.

Chede secundum Syrasim est dispositio, qua accidit ex repletione cibi.

Chetha, uide alchetha quia idem est.

Cherse vel kerse apud Arabes est nomen commune ad omnem corticem sed absolute dictum accipitur pro cortice cinnamomi maxime grosso. Darsini uerò apud Arabes est cinnamomum magis aromaticum. Cherse igitur differt à darsini sicut cortex magis aromatica & cortex minus aromatica. & per cinnamum apud latinos intelligendum est cinnamomum grossum non multum aromaticum, & per cinnamomum intelligendum est corticem subtilem cinnamomi magis aromaticum.

Cherse verò gariophyllatum est cortex aromatica habens odorem gariophyllorum quæ extrahitur ex arbore ipsorum.

Chencharzed est gummi arsef quod est vomitiuum. Et arsef est species Cardi, quæ comeditur in Hispania, & Neapoli & Sicilia.

Chir, vide alchar.

Chiaugesem, vide albehar.

Chiditan idest oculi, ex quibus fluit lippitudo grossa.

Chiach idest tortellæ panis biscocti.

Chisun uide Chaisun.

Chistis idest saccus est enim uocabulum corruptum, quia arabice dicitur Chis.

Chichuanu idest herba pulicum, & talis herba pulnerizatur in ciuitate Chairi circa dormientes & ex odore illius pulueris stupidi sunt pulices, & non lædunt.

Chie idest mastice.

Cholade idest monile.

Chomach idest præfocatio.

Chorni, uide color chorni.

Chusbare arbir, uide bersuasan.

Chulzemi est regio maris rubri.

Chuba idest impetigo.

Chusi sicut scribit Benagi albian est electuarium conferens tussi.

Chautem albayra idest terra sigillata.

Chuamich albaza ẽ zufara preparata, & con-

& confecta cum sale, & aceto.

Chur secundum expositores Arabes est sordities adhærens parietibus alueorum apum. Alij dicunt, quòd est bdellium.

Churcum secundum aliquos expositores Arabes est uenæ citrinæ, secundum alios uerò est zafaran.

Ciminum album apud Arabes est cyminum communiter usitatum.

Ciminum nigrum est nigella.

Cinnamum, uide Cherfe.

Cinnamomum, uide Cherfe.

Cinis purgationis æris est cinis, in quo æs purificatur à minera sua, & à partibus terreis, in quibus generatur.

Cobti, idest ægyptiacum.

Colchotar est uitriolum citrinum.

Colofonia, uide ratinegi.

Color rubeus alchani, seu chani est color rubeus clarus uehementis rubedinis.

Color chorui est color citrinus ad albedinem tendens.

Color rubeus alnasa est color rubeus clarus, seu purus, ita exponit Syrasi. Alij dicunt, quòd est color rubeus peruius, sicut color flammæ ignis.

Color alatrongi, idest color citri.

Color rubeus alchaten, idest color, in quo est puluerulentia, & rubedo.

Color alasmazoni, idest color similis floribus ireos.

Cocodrillus secundum Arabes si parit oua in aquis tūc generatur alius cocodrillus. Si uerò in campis iuxta aquas tūc nascitur stinchus. Et propterea dicitur, quòd stinchus sit de semine cocodrilli.

Confectio alberzachali est confectio sic dicta, de qua in antidotario.

Condisi, quod Arabicæ dicitur condes est radix nota in Syria, & est grossa sicut digitus pollex habens saporem, & odorem acutum, neque similatur elleboro, neque est species eius, sicut dicunt Latini. Ebenbitar enim in libro de simplicibus dixit, quòd neque Dioscorides, neque Galenus loquuti sunt de ipso. Et dixit Isacheben hamran quòd condisi est radix plātæ, cuius pars interior decliuis est ad citrinitatē, & pars extrinseca corticalis est nigra, & ipsius planta similatur alchencher, quod est alrasef, quod est species cardi, quæ in Sicilia appellatur cacozolæ.

Confectio albesd, idest confectio corallorum.

Cornu spicæ quid sit ignoratur.

Cot, uide alasfest.

Cotyla est pondus. unc. x.

Creta, quæ comeditur est lutum comestibile.

Cubrus est insula cypri inde cubrusi, id est cyprius.

Cucumer capparis est fructus capparis, qui subsequitur ad florem eius, & est cucumer paruus uiridis durus cōtinens semina, & in forma, & magnitudine similatur cucumeri asinino.

Culb, uide calt.

Cunicum est cucuma, seu uas æreum, quo barbitonsores utuntur portando aquam calidam.

Curasciæ, idest ex mari rubro.

D

DAb, uide aldad, quia sunt idem.

Dactyli heiron sunt dactyli magni bene maturi.

Dactyli alsehir sunt dactyli magni bene maturi.

Dahab est animal medium inter lupū & canē comedēs cadauera, & comeditur caro eius ab hominibus, & reperitur in Syria in magna copia.

Danich est pondus scrup. s.

Darsini, uide cherfe.

Darb, uel darab, uide aldarab, quia idē sunt.

Daruch, est pondus libr. iiij.

Darirhe, uide chasab darirhe.

Debach est arbor, quæ producit uiscum, & accipitur quandoque pro uisco, et fructus eius est sebesten.

Desle, uide Gion.

Deud secundum Arabes est granū speciei alkerue, de cuius proprietate est, quòd medulla alba intra corticem eius minuatur cum tempore, donec totaliter finiatur, & non remaneat, nisi cortex, ut experimēto uisum est, & in quibusdam regionibus tardius consumitur, in quibusdam uerò citius, & est granum regis & medulla ipsius trita, & mista cum pauco oleo, & aceto confert tineæ linita abrasis capillis.

Dentes alhalm, idest dentes prudētiæ, quia in ætate, in qua nascuntur isti dentes, ratio & prudentia est perfecta.

Dentes muris apud Arabes sunt additamenta superflua dura nascentia in extremitatibus unguium iuxta carnem secundum latitudinem ipsarum situatis, & uulgares Veneti appellant ipsa spelli.

Denan sunt uasa, in quibus reperitur in unum.

Derezi, & suun idem sunt & significant commissuram, inde derezan, et medaruzan, quæ sunt idem, & interpretatur commissuralis.

Derdar secundū Arabes est arbor producens linguam auis, in qua arbore generantur quædam capita inflata, in quibus est humiditas, ex qua generantur uermes in modum cimicum, qui quum egrediuntur uolant sicut muscæ paruæ.

Deuiafes est nomen medici.

Derusitū est species vuæ uulpinæ, quæ nominatur allezin.

Dhau diei secundum Arabes est hora secunda, seu tertia diei.

Dhelizi apud Arabes est transitus ex uno loco ad alium sibi diuersum.

Dhenegi est lapis uiridis, ex quo fit puluis, quo utuntur pictores.

Diacodion est confectio de papauere, de qua scribitur in antidotario, & dicitur Arabicè diacude.

Diachebed regum est confectio, cuius descriptio habetur in antidotario.

Diebbardich est medicamen compositum causticum Rasis.

Diuidaru est planta ex genere tithymalorum.

Diochen, idest milium.

Duadens secundum aliquos expositores Arabes est sanguis draconis.

Duaden alderdar, idest fructus, seu flos alderdar, quod est arbor cimicum, ut patet secundo can.

Dubellati, uide aldubellati, quia sunt idem.

Dub est arbor, quæ dicitur platanus.

Dumel, uide aldumel, quia idem sunt.

Durdi Arabicè est fæx rerum subtilium fluidarum non uiscosarum, sicut uini aceti, & similium.

E

EBen hali, uide in proœmio.

Ebensiua, uide ut supra.

Electuarium alcabt, idest electuarium ex scoria ferri, seu ex residentia, aut fæce ferri.

Embuba, idest cannula.

Emplastra alrasbe sunt emplastra in quibus cadit merdasengi, & plumbum, & alia frigida sicca.

Enclaustrum, uel tinctura nigra alasachafe, idest tinctura, qua magistri sotularium præparant, & lingunt corria, ex quibus efficiuntur sotularia.

Aes cyprium est aurichalcum.

Essere, uide almessera.

Aetas alahadate apud Arabes est ætas recens, seu uiridis, & nominatur hoc nomine propter propinquitatem eius ad tempus suæ natiuitatis.

Aetas almechthelin, idest ætas prima senectutis.

Aetas alterharba est ætas, in qua pueri fortiter mouentur, & crescunt.

Aetas algulamiæ, et arehach, idest ætas pollutionis, seu ætas, in qua incipit egredi sperma, quousq; barbescat.

Aetas alsethian est ætas, quando barba est completa, quousque desinat crescere.

Exercitium alastadad est exercitium præparationis, scilicet præcedens exercitium forte.

Exercitium alastardat est exercitium debile.

debile frequens forte.
Eylbua est cardamomum minus secũdum Ebembitar, & est granũ apud Italos appellatum melegete, & dicitur etiam Heijbua. & Tin alsil, & Thairbua.

F

Faba ægyptiaca secundum Ebenbitar non est lupinus, sed est vere faba, in cuius concauitate reperitur res viridis, cuius sapor est amarus, & reliquæ partes non sunt amaræ. In alijs autem fabis non ægyptiacis non reperitur sic illa res viridis, tamen Auicen. cap. de lupinis dixit, quòd lupinus est faba ægyptiaca, & intelligitur illa in cuius concauitate non reperitur illa res viridis vi saporis.
Fabæ pondus, & pondus aur.i.
Fagdan, vide Chadeßan.
Fagaiæ est flos alcannæ
Fagalesus, seu fagilinius à quibusdam Arabicis putatur esse arthanita illa, quæ est sicut rapæ.
Fangekest, idest agnus castus, qui alio nomine in Arabico etiam appellatur Bengekest.
Farfiun, vt exponit gloßa Arabica est alsucharan, idest cicuta.
Faselan, vide Chadeßan.
Fasfasa, vide alasfest
Fatrasilium, idest apium montanum, hoc enim est fortius quam apium, & quam petroselinum.
Fater, seu fatera est fungus
Faudenegi, vide alfaudenegi, quia sunt idem
Fechan, idest dislocatio à loco suo, vel distorsio eius
Fed, uide alnemer
Fedchan, vide Chadessan
Fel secundũ expositores arabes est radix nenufaris Indi. Alij autem, ut Ebenbitar dicunt, quòd est fructus.
Feludegi, uide alfeludegi, quia idẽ sunt
Felizaberegi, vide alfeluzabaragi, qa sunt idem
Felendisiun est medicamen cõpositum
Felengiar, seu fei engi est pondus dr.i. & quarta
Felfelmunu, idest radix arboris piperis
Ferismus arabicè idem est, quòd latinè priapismus, & secundum Ebencof Arabicum talis ægritudo sic appelltur, quia patiens eam similatur statuæ hominis, quæ pingebatur in balneis, cum uirga multum erecta causa risus, ut allicerentur homines ad balnea
Fesafes, idest cimex, uide alsesafef
Feterat, idest tepores, & remissiones
Fex croci hortulani est illa fæx, quæ remanet de croco post eius infusionẽ in aqua limonum pro tinctura rubea facienda.

Ficus algiemiz, uel algiemizi est ficus pharaonis, & tales non oriuntur in ramis subtilibus iuxta folia, ut alij ficus, sed in trũco, & in ramis grossis
Fibachaliasuch, idest in commissura coronali, ubi terminatur sinciput, ita exponunt Arabes.
Filzaheregi, uide alfeluzah aragi, quia idem sunt
Flos salis est assiuside quo Auicenn. 2. can. & dicitur etiam flos assius, & ab aliquibus appellatur nix sini
Flos squinãthi, uide superius squinãthi
Focha est potus, qui fit aliquando ex pasulis bullitis cum aqua, aliquãdo ex farina hordei, & aliquando cum medulla panis, & quãdoque additur menta, aut ruta, aut apiũ. Et quandoque ponuntur in eo aromatica, & quandoque nõ secundum diuersas intentiones, & quandoq; fit ex melle.
Focha alcharam, idest flos uitis
Fora, uide sabot.
Fuchi, ut declarat gloßa Arabica exterior est species arboris iembut
Fulad, uide alsulad
Fulfulmun, uide felselmum, quia sunt idem.

G

Gadu est apostema durum
Gallus aquæ, uide almencalbun
Galeme mulieris, idest appetitum eius superfluum coitus
Gallinæ alfethi secundum expositores arabes sunt gallinæ, quæ nondum peperunt oua
Galiæ, idest galia semper aromatizata cum musco, aut alijs odoriferis
Gam, uide algam, quia sunt idem
Ganagana, uide scaculos
Ganæ, idest loqutio resonans in naso
Garichi arundinum, uide algarichi
Gasi, idest sincopis, unde almagasi, idest syncopizatus.
Gauonis, idest amygdalarum gulæ
Gede, seu giede est ciuitas in littore maris rubri quasi æquidistans ab extremitatibus ipsius maris, & distat à ciuitate Meche itinere duorum dierum. Et ad hunc locum Gedæ confluunt naues ex India portantes piper, & zingiber, & alia aromata, quæ postea per mare rubrum in nauibus paruis uersus littus non multum distans à Sinai monte asportantur, & postea deferuntur super camelos in Syriam, & Aegyptum. Gedi, seu giedi, idest ex ciuitate Gedæ supradicta.
Gererati, uide algiererat, quia idem est.
Gessa, idest durities
Giaures, idest panicum.
Giasir, idest opoponacum
Giedul sunt rami uenarum, quæ sunt sicut rami, & suachi sunt rami giedaul, & ruada sunt rami suachi ita, quid giedani sunt rami minores, quã rami uenarum proprie, et suachi sũt minores, quàm giedaul, et ruada minores quàm suach
Giest albelut secũdum Arabes est cortex interior subtilis glandium adhærẽs in edullæ ipsarum, & est coloris rufi, & dicitur Giest glandium
Giepsin, idest gypsum præparatum igne & artificio, & est laminosum, cuius lamina subtilia sunt transparentia, & peruia
Gies, seu gips est gipsum non præparatum, sed naturale ex minera sua extractum
Giensefran est species basiliconis
Giezar sunt radices, quæ Venetijs uulgariter appellantur carottæ
Giazarbari est pastinaca syluestris
Gieduar, vide zeduar.
Gienun apud Arabes est nomen commune ad omnem alienationem, & permistionem rationis, & ad stultitiam, seu defectum rationis, & imaginationis. Et quia ex stultitia, seu permistione rationis, & alienatione, quæ accidit in ægritudine, quæ dicitur melancholica, multoties accidit dæmoniũ secundum opi. Auic. & dæmonium ab Arabicis dicitur gien. Ideo deriuatum est hoc nomen genun, quod est commune, ut dictum est. Et patiens defectũ rationis, aut alibuam speciem melancholiæ ab Arabicis cõmuniter appellatur mugienun, idest patiens gienun. Et species illa alienationis, quæ est superflua, & inquieta, & cum motu furioso, seu iracundo apud Arabes appellatur gienut mefrath, i. dæmoniũ superfluum. Et per gienun absolutè quandoque intelligitur mania, ut patet ab Auic. cap. de mania. Et Ebenesis in expositione sua super librũ samarcandi cap. de mania dixit, ꝗ Rasis, & quidam posteriores dixerunt, quòd algienun, seu gienun interpretatur agitatio, seu furiositas ĩ moribus, & gestis. Et quia maniaci sunt quasi in continuo motu furioso prædicto. Ideo mania proprie, & conuenienter appellatur Arabicè gienun, Latinè uerò dicitur dæmonium
Gietf afrid, uel afrench, idest corticis interioris afrench
Gion fluuius differt à fluuio Desle. Nam Desle Arabicè est fluuius in Mesopotamia, iuxta quem erat ciuitas Niniue, cuius adhuc restant uestigia, iuxta quem fluuium etiam est situata ciuitas hodiernis temporibus Bagaded ab Arabicis nominata non multum distans à loco Niniue, & fluuius prædictus apud Latinos Tigris nominatur, & est unũ ex quatuor

quatuor magnis fluminibusriginẽ habentibus secundum fideles à paradiso terrestri. Gion verò est fluuius in regione Corasen inter ciuitatem Samarcandi, & inter ciuitatem Here appellatam, quæ est valde magna, & nota apud Persicos, & talis fluuius Gion, sicut mihi relatum est à multis, qui ipsum uiderunt, maior est quàm fluuius Nili, & ab Arabicis affirmatur, quòd sit vnum ex quatuor fluminibus supradictis.

Gips, vide Gies.

Gipsum gipsatum est gipsum, quod est adhærens muris & parietibus albificatis ex ipso.

Giumeizi, vide ficus algiemiz.

Gluten alimbat, & gluten albotin sunt vnum, & idem.

Gluten gariophyllorum secundum aliquos Arabes est gariophyllum grossum, in quo est gũmositas, & appellatur Venetys antosano.

Gomaris, idest linimenta, seu pulueres.

Grana alchauzi, idest medicamen compositum, de quo scribitur in antidotario.

Granum ben est frustus similis fistico paruo ad aliquam rotunditatem tendens, & iuxta corticem ipsius durũ continetur medulla vnctuosa ad citrinitatem tendens. Et huiusmodi quidem fructus oritur in Oriente, & reperitur etiam in Syria.

Granum alzelem est granũ, quod apud Venetos appellatur dolcegini, & nascuntur etiam in Aphrica, & alio nomine Arabico dicuntur Habalzizi.

Grana algul, vide segiar mariem.

Granum nil est semen nigrum repertum in planta volubili, cuius flos habet colorem azurum, & figuram campanellæ similem tendentem ad longitudinem aliquam, & huiusmodi planta non est herba, ex qua nil, seu indicum conficitur, sed est species volubilis nota, & semen huius plantæ in oriente administratur ad euacuandum humores grossos phlegmaticos & melancholicos, sicut dicit Auicen. 2.can. Vsmæ verò quòd est folium nil, de quo dictum est supra, est folium herbæ, ex qua exprimitur succus, qui exsiccatus dicitur nil, seu Indicum. Et granum nil, quod administratur ab Auicen. in cura vermium non est Indicum, sicut quidam putãt, sed est semen repertum in planta volubili supradicta.

Granum viride est fructus arboris nominatæ albotin apud Arabes, apud Latinos verò terebinthus, ex qua colligitur gummi terbentinæ, seu terebentinæ veræ, quod apud Arabes appellatur gummi albotin.

Grana alharar sunt grana abel, de quo in 2.can. & est fructus sicut nux cupressi habens colorem rufum, & sculpturas in cortice exteriori mirabiles.

Grana alfagd sunt semina agni casti, qui Arabice dicitur fengiecast, & dicitur alfagd, idest priuans coitum, quia proprietatem habet minuẽdi sperma

Grana alcrada sunt grana viridia, quæ sunt fructus terebinthi.

Grana aldarath sunt scebram & nominantur aldarath, quia exhibita in potu causant in ventre turbationes, & ventositates plurimas.

Granatum melasiæ est granatum dulce habens grana magna.

Gubera est fructus notus in Syria styptici saporis, de quo Auic. 2.can. capitulo proprio.

Gummi albotin, vide granum viride.

Gummi albelat, sicut scribitur in libro Alchuin, est medicamen compositum ex glutine facto ex pellibus vaccarum, & ex lapide marmoris puluerizato, & hoc idem scribit Ebẽbitar. Quidam alij dicunt, quòd gummi albelat est medicamen simplex delatum ex India. Sed prima opinio est verior. Et in libro Menagi albiam scribitur, quod est quid simplex minerale, & secundum alios est, quid compositum artificiale conferens vlceribus desuper puluerizatum, & ibidem ponitur descriptio cõpositionis istius gummæ mistæ, quæ vt exsiccetur, applicatur parietibus calce linitis, & post exsiccationem eius remanet sicut gumma extensa in figuram tabulæ subtilis marmoreæ, & ideo appellatur Arabicè gummi albellat, nam albellat significat tabulas marmoreas.

Gumera est linimentum, quod ponitur super faciem.

H

HAben idem est, quod hydropisis.

Habitran est herba odorifera, quæ defertur ex Mecha.

Habel almesachin est herba, quæ dicitur funis pauperum, & est species lebleb.

Hab alzizi, vide grana alzelem.

Hacar, vt exponit Syrasi est apostema, aut vlcus.

Hacsunesi est pondus, vt patet in capitulo ponderum.

Hadebe, vide charmazech, & alathel.

Hagiar alagi, idest lapis eburneus

Haie est nomen commune omnibus serpentibus.

Halmes, idest permistioni rationis.

Hamica; vt scribit Auic. cap. de variolis circa finem est ægritudo media inter variolas, & morbillos, & est saluior ambobus.

Handachocha est trifolij species habẽs plures stipites eleuatos à terra ad quantitatem duorum, vel trium palmorum producẽs flores citrinos odoriferos, & est planta valde nota in Syria, & ex floribus eius efficitur oleum valde conferens, & expertum in passionibus neruorum.

Harba, vide alharba, quia sunt idem

Harsef est species cardi, quæ apud Siculos comeditur, & nominatur apud ipsos cacozolæ.

Harsuil, vide bubus.

Harmel est species rutæ syluestris

Harimun animal, quale sit ignoratur

Harire est ferculum factum ex frumento minus contrito, quàm sit farina eius decocto in aqua, aut in iure pulli. Et hoc ferculum quandoque fit ex hordeo excorticato, & confracto in modum similæ frumenti, & vsitatum in Syria.

Hasce apud Arabes est thymus, super quem inhæret epithymum

Hasech, vide alhasech, quia idem est

Hasef, idest asperitas cutis bothoralis

Hathas est apostema calidum accidẽs cerebro secundũ Syrasim, & Ebencof non connotando sitim, neque sternutationem aliquã, sicut dicunt Latini, sed hoc nomen impositum est tali apostemati à primis impositoribus sic

Hauleich, vide alhauleich, qa sunt idẽ

Haurrumi, vel hauz seu hauzi rumi est arbor, cuius gumma est karabe, sicut scribit Ebembitar.

Hazan, vide Chadessan.

Heali secũdum Syrasim idem est, quod butyrum dissolutum super ignem, qd butyrum sit recens, & acceptum ex butyro crudo nouo: tale enim super ignem dissolutum tendit ad albedinem. Sed auctor Samarcandi in tractatu suo de cibarijs dicit, quòd brodium carnium cum aceto, quod dicitur sechbagi, vel almosus denominatur Heali.

Heam apud Arabes est passio animæ permista ex spe, & timore, sicut quãdo aliquis timet aliquod damnum futurum cum spe tamen aliqua, quòd illud possit amoueri

Hedian est alienatio mentis

Heilbua, vide Eylbua, quia idem sunt

Heiuphistidas, seu heuphistidos est hypoquistidos.

Hemdam est nomen regionis Persiæ

Heræ, vide Gion

Herba mendaria quid sit ignoratur.

Herba apostematum est species semper uiuæ.

Hesme, uel Hesame est plures solutiones ossis in modum scissurarum absq; extractione, vel remotione alicuius partis ossis.

Hetchan, vide Chadessan.

Heuphi-

Heuphistides, uide heuphistidas.

Heum almegius secundum Ebensis est berba quę dicitur merbię.

Heil, idest cardamomi minoris.

Hesargiesan, seu Hesargiesen est uitis alba secundum doctores Arabes, & de ipsa loquitur Auic. 2. can.

Hezabi est species cantilenæ sic nominatæ.

Humadiæ est cibus factus ex carnibus & brodio ipsarum cum agresta, & alijs acribus.

Humain est nomen medici, quem Latini appellant Ioannitium.

I

IAbrua, uide aliebruaha quia idem sunt.

Iacut apud Arabes est nomen cōmune ad rubinum, saphirum, et hyacinthum citrinum, tamen iacut absolute prolatum significat rubinum.

Iasuch, idest sincipitis.

Iegarach alras, idest ut uehementer ungatur caput.

Iegam, uide aliembut.

Iembut, uide aliembut.

Iezemen idest deperdat motum.

Istimbre & albenadā & alandagi sunt termini, qui sæpius reperiuntur apud Arabes. Et istimbre proprie idem est, quod assimilatio nutrimenti, scilicet qđ est de humiditatibus secundis ad nutritum. Albenadan uerò est alteratio cibi facta à colore naturali ac sit potus conueniens uirtuti naturali qđ Latine dicitur digestio, et est communis ad alterationē, cibi in stomacho, et in hepate, & in uenis, & ad actionem in superfluo, ut ad benignū humorem reducatur. Alandagi autem est alteratio materiæ facta à calore ad hoc, ut talis materia si est mala reducatur ad benignum, aut ut præparetur ad expulsionem materiam grossam subtiliando & subtilem ingrossādo, & per materiā in hoc loco intelligitur superfluitas aut humor non aptus assimilari nutrito. Differentia tamen inter albendam & alandagi habetur ab ipso Auicen. cap. de uirtutibus naturalibus.

Iuleb est nomen persicum significans zuccarum cum aqua rosata. Et Arabes expositores per iuleb absolute nō intelligunt nisi zuccarum cum aqua rosata dissolutum & bullitum in modum syrupi.

Iulem, uide alalem.

K

KAlef est species salicis, & est arbor magna habens folia latiora quā folia salicis, & in pricipio ueris facit flores ualde odoriferos, & de ipso diximus in Chalef, quod est idem

KalKalangi est confectio composita, cuius descriptio habetur in v. can.

Kamaha quidam dicunt quòd est calamus aromaticus, alij quòd est medicamen exsiccatiuum.

Karmezi est uermis.

Kef est manus, quæ continet pectinem & digitos, & huiusmodi pars est cōmunis ad partem domesticā & sylueſtrem palmæ, seu manus.

KeKenhi est species solatri.

Keliati est mensura.

Kenina, idest uase uitreo.

Kerfe darsini idest cortex cinnamomi

Kerfe uide Cherfe quia idem sunt.

Kermezi, idest Kermes.

Kesb alkeruæ est fax, quæ remanet ex compressione alkerua, quando ex ipsis granis contritis exprimitur oleum.

Kesb sisami est illud quod remanet post expressionem granorum sisami contritorum, ut ex eis exprimatur oleum, et est illa fęculentia expressa, in qua nihil quasi remansit de oleo.

kessengi est genus tuberum.

Kiest est ciuitas in Persia.

Kilgiæ est pondus lib. i. s.

Kist, seu kust est pondus vnc. xx. secundum alios uerò est pondus libr. i. s. secundum alios libr. iij. & secundum alios libr. iiij. uide in V. can. capi. de ponderibus.

Kisse, idest culcitra, seu linteamina.

L.

LAbe barbariæ, uide alabæ barbariæ quia sunt idem.

Lachrima cerui, uide Bezahar.

Lachat, idest incisio.

Lana merbazi est lana capræ subtilissima, ex qua fiunt zambelotti, & alia uellera subtilia.

Lapis piperis est lapis, qui reperitur inter grana piperis, & similatur piperi in colore & magnitudine.

Lapis murichis. lapis masfius ambo ignorantur quid sint.

Lapis anachatis, uel achatis secundum quosdam est alumen album, & secūdum quosdam est ferrum sandalinū, scilicet species ferri, quod in suis fracturis & in partibus confricatis habet colorem sandali rubei.

Lapis sanguinis est sanguis draconis et secundum aliquos est hæmatites

Lapis taselis, uel baselis secundum aliquos Arabes est lapis besd idest corallus.

Lapis iasb idem est quod lapis iaspis.

Lebeni, idest storax liquida.

Leblab est uolubilis, seu lupulus, ut patet uerba Auic. & Mesue considerantì.

Lebub sunt grana, seu nuclei auellanarum amygdalarum, & fisticorum.

Lelsarzadache, idest super pastā durā.

Lesan alhamel, idest linguà arietis, & est plantago.

Lethe, idest humidæ uiscosæ, seu mali odoris.

Lignum crucis secundum omnes Arabes est lignum radicis pæoniæ.

Ligamentum alagiagi est cerotum, uel emplastrum ex stypticis constringēs & prohibens pulsum arteriarū, quando super eis applicatur.

Linx, uide alnemer.

Liurello, idest uase.

Ius, uide alluf quia idem est.

Lufha, idest pomum mandragoræ.

Luhach est additamentum cartilaginosum replens uacuitates iuncturarū, sicut est in iunctura inter spatulam & brachium.

Luluma, idest concauitas.

Lutum capitis est lutum comestibile, quod mulieres prægnantes, et alij habentes appetitum corruptum comedunt, & apud aromatarios orientales communiter venditur. Et mulieres maxime vtūtur eo in balneis liniendo caput pro capillis prolongandis, & ideo dicitur lutum capitis, & etiam lutum comestibile, & est boni odoris, & saporis. Et dicunt Arabes, quòd est obiectū delectabile sanguisugis, & ideo si locus liniatur eo, ipsæ volūtariè se ad illud suspendunt. Et dicitur etiam alijs nominibus Arabicis, scilicet lutum corascenum lutum alnisaburi, lutum aromaticum, lutum alcubrugi, idest cyprium. lutum alnahagi lutum samiū secundum Arabes est lutum albū frangibile, & est species luti Romani, & dicitur stella samius, vel stella samus.

Lutum albolera est bitumen iudaicū, vel secundum alios est lutum sigillatum.

Lutum alhar est lutum purum absq; putredine, & malo odore.

Lutum albharire, seu lutum albhayra vel abayra est terra sigillata.

M

MAchid vaccinum est lac vaccinum, à quo propter multam eius concussionem in vtre, aut in alio vase extractum est butyrum.

Machonaeh apud Arabes est linteamen ex serico, aut ex lino, quo mulieres orientales vtuntur cooperiendo collum, & humeros, & alligatur parti posteriori capitis, & descendit per dorsum.

Macharad est forfex acuti capitis ad incidendum.

Machilum secundum aliquos est confectio sic nominata.

Mach dunes, idest petroselini.

Magra est terra rubea, seu lutū rubeū,

& de ipso scribitur. 2.can.

Mahaur est axis pertransiens per aliquod corpus sphæricum sicut duo poli super quem circulariter mouetur.

Maheigi, uide almarmaheigi.

Mahaleb est granum notum in Syria.

Maudanæ est herba, quam Veneti catà putiam appellant.

Mahafa est uehiculum illud, quod cõmuniter dicitur sbara.

Maheizaberegi est species lacticinij, de quo Auic. 2. can. facit cap.

Maluchia est species maluæ, et Damasci est in usu, & datur infirmis febriẽtibus.

Mar, uide almarmaheigi.

Marbad, uide Bancharas.

Marmacor seu marmauzi est herba, quam uulgares Veneti appellant herbam sancti Ioannis, cuius semen est semen maru.

Maran alrasul est unguentum apostolorum. ita exponitur ab Auic. v. can. cap. de vnguentis. Dicitur enim unguentum apostolorum, quia Gal. composuit ipsum pro cura ulcerum, quæ fuerunt in cruribus apostolorum secundum quod arabes affirmant.

Mast seu mest sicut exponit glossa Arabica est alraib, quod est lac coagulatum acetosum, & minoris acetositatis, quàm lac acetosum, quod nominatur aldug seu aldog.

Masacuma est spuma uitri liquefacti, quæ cum infrigidatur, fit sicut sal, ut scribit Alehuin.

Maßere est tumor accidens oculis, & in facie subito ex uaporibus à sanguine eleuatis, & tumefit facies, & nasus, & frons, & alteratur multum dispositione naturali.

Mecha est ciuitas in qua est sepultura Maumethi, inde mechiæ nomen denominatiuum significans quod nascitur, uel defertur ex hac ciuitate.

Mechul est mensura.

Mechuch est mensura.

Medaruzan uide derezi.

Meded idest quid successiue restaurans.

Medicina alhalebiæ uide alhalebi.

Medicamen alrasium secundum quod exponitur ab Arabicis est medicamen, quod applicatur ulceribus seu plagis capitis cum fractura ossis. Et hoc medicamen describitur ab Auicen. fen. iij. quarti.

Medufat idest compositis.

Medeli idest secundum situm extensum uersus inferius.

Medini, uide uena medini.

Meha seu miha est nomen commune ad storacem liquidam & siccam. Et astarach est species meha ut patet. 2. can. cap. de storace. Et quidam per astarach intelligunt storacem calamitam, quidam uerò storacem siccam nigram.

Meiubegi idest stafisagria.

Mel tabarzet secundum auctores Arabes est zuccarum tabarzet dißolutum, quod remansit in uase, in quo fit zuccarum tabarzet, & non fuit coagulatum sed remansit liquidum sicut syrupus.

Melones zachi sunt anguriæ aquosæ, in quarum concauitate continetur plus de aqua, quàm de medulla.

Melones alfelestini sunt angurię longę tortuosæ uersus stipitem, cum quo cõiunguntur, & nascuntur in Aegypto, & ibidem nominantur batheca abdeleui.

Melones Indi sunt anguriæ uirides, quæ communiter nascuntur, & vsitantur in pluribus regionibus.

Melon alraKi est melon Indus. i. anguria communis, quæ apud Arabes quãdoq; appellatur batheca Jnda, quãdoque batheca uiridis, quãdoq; batheca filistin, quandoque batheca alzachi.

Memiran est radix nodosa nõ multum großa citrini coloris, sicut cucuma, minor tamen est & subtilior, & asportatur ex India, et apud physicos orientales est ualde nota, & usitatur in paßionibus oculi.

Menachele, uide almenachele.

Mendel idest uas.

Meruzi uel mezui idest declinando ipsam ad pectus.

Merdasengi idest lithargyrium.

Mesich, uide alhadeb.

Mest, uide mast.

Mesue quem allegat Auic. fuit filius Mesue antiquior, qui multa scripsit in medicina. Alius autem fuit Mesue posterior, qui composuit librum Mesue nominatum approbatum ab omnibus Italicis, in quo multoties allegantur uerba Abuhali idest Auicennæ. Et ego uidi librum Arabicum filij Mesue antiquioris. Sed librum filij Mesue posterioris nullibi in Arabico reperire potui.

Mesiha est nomen medici.

Mestarun est pondus.

Mesha est pannus factus ex pilis asinorum, et caprarum, et quandoq; ex pilis caprarum tantum, & Arabes habitantes loca deserta faciunt sibi tentoria, et saccos ex huiusmodi panno grosso.

Mesas est radix cornu caprini. Alij dicunt quòd est pars cornu iuxta pedes animalis.

Metarach est exercitium compositum ex debili & tardo.

Mezui, uide meruzi.

Mibachtegi est sapa, seu succus uuæ decoctus usq; ad consumptionem quartæ partis.

Miha, uide meha.

Miha sceile idest storax liquida.

Miha mumiai secundum expositores Arabes est mumia dißoluta. Et in libro synonymorum Arabico scribitur quòd almumiali & mumiæ, sunt idem.

Mißusen uel mißusan, uide almißusen, quia sunt idem.

Monchar algorab idest rostrum cornicis.

Morusæ membra apud Arabes expositores sunt membra, quæ suscipiunt uirtutem à membro principali.

Morgian, uide besd.

Mora alfarsad est mora alba dulcis.

Mora scemi est mora nigra saporis muzi.

Mores alsebhaiæ, uide alsebha.

Mucla secundum Arabes est pars exterior oculi, quæ nobis apparet.

Mucadahati seu almachadaha est nomen commune ad instrumentum, cũ quo inciditur coniunctiua oculi, & inde penetrando & intromittendo dictum instruenmtũ inter corneam, & uueam deprimitur aqua ad partem inferiorem, & ad instrumentum supradictum penetrans & deponens aquam, sed non incidens habens extremitatem penetrantem obtusam non acutam, ne penetrando lædat tunicas oculi.

Mudaha idest discooperiens os cum unica solutione.

Mugienum, uide Gienun.

Mugath est radix, quæ reperitur apud aromatarios Damascenos, & est ualde in usu in cura doloris dorsi, apud totam Syriam & Aegyptum.

Mun est uocabulum Persicum, & est idem quod cera.

Muraba idem est, quòd hoc nomen cõditus, condita, conditum. Et propter hoc per zingiber muraba intelligitur zingiber conditum, & sic de alijs.

Muriafilun est planta, de qua Ebenitar, & alij scribunt, quòd mirabiliter resistit uenenis.

Musa est frustus suauis nascens, ubi oriuntur cannæ zuccari, & de ipsa habetur. 2. can.

Mußoli, uide almußuli.

Mus napelli, uide Bismus.

Mutuaßem est nomen regis.

N

NAbati appellatur illud quod oritur in quadam regione orientali nominata Nabat, quæ non multum distat à Niniue ciuitate, & à Bagaded iuxta tigrim fluuium situata.

Nabacha est pondus scilicet quantum est granum nabach de quo in. 2. can.

Nacham est auis magna paludosa. Et secundum

secundum Arabes de hac intelligit Auicen. 2.can.cap.de Nham siue secundum aliam literam Nacham.

Napellus albus apud Arabes intelligitur radix napelli alba.

Napellus cineritius intelligitur radix napelli quæ est cineritij coloris.

Nardin idest spica nardi.

Nargil id est nux Indica.

Nasturtium babeli idest nasturtium babilonicum & est nasturtium album.

Nathaf est res condensata in modum dactyli, quæ deglutitur.

Nathif idest loch spissum.

Nebit arabice idem, est quod vinum Latine.

Ned primum secundum Arabes est suffumigium perfectissimum compositum ex ambracan & xyloaloe & musco perfectissimis, & valde electis.

Negiem vel negim seu negieme quod Arabice dicitur althil est species trifolij eleuati à terra ad quantitatem palmi tantum, & producit flores quasi in figura pyramidali & in colore rubeos aut albos.

Nermisc, uide alnermisch.

Nerdi, uide os nerdi.

Nesrin est rosa habens odorem acutum, & vulgares apud Hispaniam & Barbariam appellant rosa muscata, & Damasci dicitur rosa nesrim,, vel neserin, & est species rosæ syluestris.

Nesastegi idest amylum linitum.

Nesuad vel nuduad est liquor aromaticus.

Nesestegi citrinũ est species amyli, quæ artificiosè fit citrina.

Nesestegi alasfor idest fæx seu residentia croci hortulani in succo limonum pro tinctura rubea facienda, sicut fit in Aegypto & Syria apud Samaritanos.

Nham est auis, quæ dicitur structius.

Niazech idest stella comata.

Nil est herba, ex qua exprimitur succus, ex quo conficitur Indicum tingens.

Nisabur est nomen regionis Persiæ, vnde nisaburi, scilicet quod est ex ea regione.

Nix sini, vide Asius, & flos salis.

Nodi melini sunt nodi, quorum materia coniuncta est sicut mel.

Nuaged sunt dentes maxillares vltimi qui nascuntur ab annis. xiiij. vsque ad ætatem consistentiæ.

Nua est pondus .ʒ.iij. secundum aliquos & secundum alios. ʒ.v.

Nuduad, vide nesuad.

Nura idest calx & significat etiam psilotrum.

Nux regalis secundum Arabos est nux quæ communiter est in vsu, quia est nux maior, & delectabilior gustui.

Nux metel secundum quod scribitur in libro Ebenbitar & secundum omnes physicos Syrios & Aegyptios est fructus cuiusdam plantæ cuius statura, & folia similantur melongenæ, & apud aliquos Arabes appellantur berbenginæ idest similes melongenæ & florem habet album magnum oblongum, & fructus eius, qui dicitur nux metel est sicut nux aspera, cuius cortex est spinosus, & grana seu semina huius fructus sunt sicut semina pomi manaragoræ, & sunt dulcia pinguia. Cortex autem spinosus similatur cortici spinoso fructus cuiusdã plantę, cuius folia sunt similia folijs hederæ paruis & stipites eius inuoluuntur super virgulas sicut volubilis, & fructus istius plantæ & sicut nux viridis, in cuius cortice sunt spinæ grossæ acutæ, & talis fructus à mulieribus Venetis & Patauis appellantur caranze, & ex isto fructu fit oleum ualde sedans dolores hæmorrhoidarum. Et aromatarij & physici orientales vtuntur hoc fructu in stupefaciendo, & affirmant quòd ipse sit nux metel, eo quia habet conditiones quas scribit Aui. de nuce metel, & facit operationes eius sicut docet experientia. Illa uerò nux quam Veneti appellant nux metex, & quæ reperitur inter nuces muscatas non habet spinas, quas scribit Auicen. & talis nux. quæ asportatur ex India ignoratur quid sit à physicis orientalibus & ab Italis connumeratur inter stupefactiua.

O

ODor charegiæ est odor rei humidę putridæ habentis in superficiæ pilositatem atque lanuginem, quæ à Venetis dicitur muffa.

Oleum Chalef uide chalef.

Oleum zaubach apud vulgares arabicos est oleum liliorum alborum, tamen apud physicos peritos est oleum factum ex floribus iasimini.

Oleum alseini secundum aliquos est oleum dethaim, quæ est herba notissima Damasci. Et Auic. in libello de secretis quem ego traduxi, scribit de ea mirabiles proprietates.

Oleum alrazachi secundum Arabes est oleum factum ex susen albis.i. lilijs albis.

Oleum de susen absolutè est oleum de susen asmagiuni idest lilijs cœlestibus factum cum spica & alijs aromaticis sicut declaratur in lib. Mochtar arabico.

Oleum siragi est oleum sisaminum.

Oleum de aqua secundum aliquos est oleum omphacinum. Alij verò dicunt quòd est oleum ablutum cum aqua.

Oleum alzeit idest oleum oliuæ.

Oleum hortense est oleum, quod fit ex oliuis non syluestribus.

Ormus vide alcbarad.

Os nerdi est os positum in fine pectinis pedis uersus partem syluestrem, & in parte connexa ipsius pedis, & tale os habet figuram hexagonam & denominatur nerdi, quia assimilatur taxillo hexagono, quo antiqui ludebant, et illi taxilli fuerunt appellati, nerdi ab inuentore, qui fuit philosophus clarissimus & appellabatur Nerdi.

Ossa hemie vel alaberiæ sunt ossa parua post aures, quæ sic appellantur, quia assimilantur extremitatibus cuspidis sagittarum, & acuum.

Oslatum apud Arabes appellatur os alchatin.

Ouum venti est ouum super quod non cecidit hora coitus roritas, & virtus masculi, & apud vulgares dicitur ouum venti, quia cum sit absque virtute masculi non est aptum ad conceptionem.

P

PAnis almele secundum Arabes est panis coctus super lapides calefactos & coopertus cineribus calidis.

Panis alcheschar est panis factus ex farina permista cum furfure.

Panis albauari est panis factus ex farina frumenti prius abluti, & infusi in aqua, quod quidem frumentum post eius ablutionem & exsiccationem mollitur vna vice & non pluribus uicibus sicut quando fit simid seu similia.

Panis alchathaif est panis decoctus in patella absque aliquo unctuoso.

Panis alsetit est panis non bene decoctus, qui postta diuisus in partes exsicatur in vmbra, & ex eo cum oleo amigdalico & aqua conficirur ferculum.

Panie ex fractura similæ est panis ex farina frumenti loti bis molliti, quia p primam molituram separatur furfur grossum, postea iterum molitur illa farina à furfure depurata.

Pilulæ alsabiar sunt pilulæ assaiaret, & denominantur alsabiar ab Arabicis, quia administrantur apud somnum, Alsabiar enim significat illud quod est amicum somno, vel quod administratur apud somnum, & est uocabulum Persicum.

Pilulę asechiæ, & pilulæ biberem sunt pilulæ sic denominatæ à medicis.

Piper longum secundum quosdam arabes est primus fructus arboris piperis, quia est flos arboris piperis, sicut est flos auellanarum, & post huius-

m odi florem producitur piper rotundu m. Nam huiusmodi flos cum magnificatur, tunc grana, quæ prius in flore prædicto erant vnita, separaneur & efficitur flos ille, sicut botrus, seu racemus berberis, in quo pendent grana. Et experientia docet, quòd grana piperis completa colliguntur ex botris similibus botris berberis. Quidam autem alij dicunt, quòd piper longum producitur in arbore alia specie diuersa ab arbore piperis.

Piscis sesa, vel besa qualis sit ignoratur.

Pisces alradradi sunt pisces petrosi.

Plumbum alcalai est plumbum declinans ad naturam stanni.

Porrum scemi habet in radice sua caput grossum valde.

Porrum nabathi non est ita, & ambæ species sunt notæ Damasci.

Pruna armena sunt pruna delata ex Armenia absque cortice exsiccata carnosa valde. Et ego vidi ipsa transmitti principibus Syriæ, & Aegypti in munus ipsis gratissimum, & gustaui ipsa in sapore dulcia, & delectabilia, & expertus sum ipsa in infusione, & decoctione magis lenire, & soluere, quàm Damascena. Et hoc idem asserit Ebenbitar arabicus, cap. de prunis. Et ideo verificantur verba Auicen. 2. can. cap. de prunis, qui dixit. Et Armena sunt magis abstersiua, & vehementius soluentia.

Pullus chardanegi secundum Sirasim est pullus primo aliqualiter elixatus, postea iuxta ignem assatus.

R

Rachezan idest penetrando.

Rachame, vide arachme, quia sunt idem.

Racht, idest diuersorum colorum.

Racemus in arbore nucis est flos nucis.

Radani, vide chadessan.

Rahada, vide alrahade, quia sunt idē.

Raib est lac acetosum coagulatum, & est maioris aquositatis, quàm mast, seu mest.

Raithane est species piscis.

Ramech est compositio ex rebus stypticis, cuius descriptio habetur in antidotario.

Rapa parua secundum Arabes est species rapæ, cuius folia sunt similia sicle, & radix eius est rubea interius, & exterius. & Damasci appellatur Suandar, & comeditur in ferculis cū acetosis, & speciebus sicut rapa.

Rasbot, vide alchesfir.

Rased, vide alrased, quia sunt idem.

Ratinegi. i. gumma pini. Et secundum glossam arabicam nominatur etiam calsonia, & in Syria arbor eius nominatur alarari.

Ratiaha est species piscis.

Rathbe, vide alrathbe, quia idem sunt.

Razane, idest quies corporis, seu eius stabilitas.

Realgar, vide alsech.

Rechi, seu alrai est ciuitas Persiæ.

Rhaunæ est nocumentum in operationibus cogitatiuę secundum diminutionem, aut destructionem.

Rhai alaman. i. pastus columborum.

Rigil idem, quod aggregatum ex coxa, & crure & reliquis partibus pedis.

Riba alsabian i. ventositas puerorum. Quidam per riba alsabian intelligūt ventositatem grossam intra caput, quæ ipsum replet ita, vt commissuræ capitis aperiantur. Et quidam alij exponunt in libro canonis, quòd est magnitudo capitis causata ex apertione commissuræ propter ventositatem & humiditatem in eo aggregatam. Quidam verò intelligunt speciē epilepsiæ, quæ proprie accidit pueris in ætate pueritiæ. Et quidam nominant hanc ægritudinem Sarrha alsabian, & est quòd puer moueatur motu epileptico, & quandoque torquentur mandibulæ, & oculis accidit Sachus idest dispositio qua oculi continuo aperti manent semper intuentes in vnum locum.

Rihan suliman, idest giensafran, quod est ozymum gariophyllatum.

Romaniati est cibarium ex carne cum granis granatorum & passis.

Ruada, vide Giedual.

Rubus canis est rubus, qui producit flores albos similes rosis syluestribus, post quos producit fructus similes oliuis, qui in tempore autumnali efficiuntur rubei, & maturantur, & ab aliquibus comeduntur, & sunt in sapore dulces ad ponticitatem, & stypticitatem declinantes, & in concauo ipsius fructus est quædam lana, seu lanugo, aut pilositas cum semine, sicut in capitibus rosarum domesticarum. Et secundum aliquos semē prædictum tam in rosis syluestribus, quàm domesticis est verum semen rosarum.

Rubien est species piscis.

Rumi apud Arabes antiquos appellata fuit regio quarti climatis, quod etiā obseruatur hodiernis temporibus, scilicet, vt quicquid oritur in illa regione appelletur rumi, seu rumię non intelligendo.

Romam in Italia, sed Syriam, Turchiā, & Greciam, quæ rumi ab Arabicis appellatur.

Rusachtegi, idest de ære adusto, nam rusastech significat æs vstum.

S

Sabizegi, seu sabizech sicut scribitur in libro Benagi albian dicitur de cortice mandragoræ, & de specie melongenæ syluestris, cuius fructus est sicut pomum paruum, & in cortice exteriori est spinosum. Et secundum Ebenbitar dicitur nux methel, & est stupefactiuum.

Sababich, vel sananich est planta producens carnub nabathi, seu carnub seuchi.

Sababech, vide alsababach, quia sunt idem.

Sabanech, vel sabanegi, vide vt supra.

Sabot, vel sabut est piscis, qui reperitur in flumine dicto Fora apud Persiam.

Sabag apud Arabes vocatur omne sa[...]rosum, in quo caro, vel panis inti[...]gitur.

Sacha, vide Chadessan.

Sachus, vel sachas, vide Riba alsabian.

Sachafilus, vel scaculos secundum Alchurasi, & Ebensis expositores Arabicos est apostema accidens in conca[...]uitatibus arteriarum cerebri ex sanguine grosso effuso ad ipsum, & putrido, & appellatur.

Sachafilus similitudinarie. Nam sachafilus verum est mortificatio membri, quam præcedit Ganaga, idest cācrena.

Sachari, idest durorum.

Sachragiæ quid sit ignoratur.

Sadahan, vide Chadessan.

Sadachan, vide vt supra.

Sadenegi, idest hæmatites.

Saderuan, vt scribit Ebenbitar est me[...]dicamen Indum.

Safurahaun est auis parua circa piscinas existens, quæ confert ad lapidem renum, vt scribit Auicen. in 3. cap. cap. proprio.

Saffaf idem est quod salix, & salix appellatur etiam Kalef, quia post florem non facit fructum, neque relinquit fructum post se. Verùm Kalef proprie est species salicis habens folia latiora quam folia salicis, & in principio veris facit flores valde odoriferos.

Safan, idest osenm.

Safauseli, vide squinzibin safauseli.

Saganea est electuariū scriptū in v. ca.

Saban vbique in Arabico habetur vbi in Latino habetur adeps, & sabam idem est, quod vnctuositas congelata circa renes & zirbum adipinum. Et vbi habetur pinguedo in Arabico habetur semen quod interpretatur vnctuositas congelata sub cute & inter musculos sicut apparet in porcis, et in arietibus castratis in Syria existentibus, quæ quidem vnctuositas apud vulgares Venetos appellatur lardo.

Sabagian

Sabagian, uide Chadessan.

Sabane est species salsamenti facti ex piscibus paruis, salitis, & vsitatur in oriente uersus Bagaded hodiernis temporibus.

Said est regio iuxta Nilum distans à ciuitate Chairi itinere sex dierum.

SaKaif ab Arabicis appellatur papauer rubeum, quod reperitur in campis.

Sal uiperæ est sal, qui ponitur, & reperitur in uentre uiperæ salitę.

Sal tabarzet est sal durus mundus clarus, seu salgemma.

Sameriuma sicut scribitur in libro Alcuin est saudenegi idest calamenthum.

Sanich, uide sababich.

Sariha alsabian, uide Riha alsabian.

Sarsar est animal quod Pataui appellāt grillo, & est paruū cantans in nocte.

Sarm seu sargi est intestinum, quod ad anum seu ad sicteri terminatur.

Sassasa, uide alrathbe.

Scaculos, uide sachafilus.

Sceba seu sciba est species absinthij habens folia minuta, & plures ramusculos, & est herba nota Damasci nascens in locis syluestribus, & pistores comburunt radices & stipites ipsius in farinis calefaciendis, & de hac planta loquitur Auicen. 2. can. cap. Sceba. Et sceba Armenum seu corascenum est illud quod Latini appellant semen sanctum.

Scenium dicitur illud, quod oritur in regione scemi idest Syriæ.

Sceilem, uide alsceilem quia sunt idem.

Scelita est electuarium, de quo habetur in antidotario.

Sceitaragi est radix delata ex India, & est rubificatiua, de qua in 2. can. cap. Scitaragi.

Schingibin, uide secaniabin.

Sciba, uide sceba.

Sebesten, uide Bagi.

Sechbagi, uide Bagi.

Sech est galia non semper aromatizata

Secaniabin quod Arabice dicitur schingibin est syrupus acetosus, et est communis ad mellinum, & zuccarinum.

Sechirusiæ idest sefiroticæ.

Seda, uide alsedar.

Seder est arbor ex cuius folijs fit puluis, quo Saraceni utuntur in balneis, & reperitur hæc arbor in terra promissionis circa Sidonem, et ciuitatem Safet.

Sefaibe idest nascens ad radicem mōtis.

Sefaiba idem est quod partes laminosæ seu partes latæ subtiles, sicut partes squamosæ.

Segiar mariem seu arbor uel planta mariæ, sicut scribit Ebenbitar, est herba, quæ dicitur alachaen, quæ est matricaria, & apud aliquos uulgares Italus nominatur herba sanctæ Mariæ. Et segiar mariem dicitur etiam de arbore, cuius folia similantur folijs arboris cytoniorum & ex ea colliguntur grana algul in Aegypto. Et in Græcia colligitur storax sicca gummosa Aromatica & odorifera, quæ ab Auicenn. 2. can. dicitur astarach, & apud vulgares Arabes dicitur bachur mariem hoc est suffumigium mariæ.

Seles in Arabico aliquando significat flexibilitatem & mobilitatem facilem, aliquando significat laxitatem & quid laxum non compactum, sicut iunctura non stricta non compacta ligamentis fortibus, quæ faciliter moueatur aut flectatur. Et secundum diuersitatem locorum, in quibus reperitur iste terminus, diuersificatur intentio ipsius.

Selgem, uide alselgem quia sunt idem.

Selgiem alsogar idest rapæ paruæ.

Selel alnachel est mel dactylorum.

Selk idest bilitis.

Selami idest in nodo uno digitorum.

Semen est butyrum coctum siue antiquum siue nouum. Et quandoque accipitur pro unctuositate congelata sub cute, uide Saham.

Semen maru, uide Marmacor.

Semiemaniæ, uide alselamiat.

Semsem, uide ut supra.

Semarat, uide alzarachat.

Seman apud Arabes est auis, quæ apud Venetos qualea appellatur.

Semid apud Arabes est farina ex frumento grosso modo trito cum mola ita ut cortices furfurei grossi separentur & remaneat medulla tritici prædicti in modum granorum milij paruorum, quæ medulla sic trita & mundificata à furfuribus Latinæ dicitur simila. Et apud aliquos non solum illa medulla tritici grosso modo trita, sed etiam pars subtilis ipsius medullę trita subtiliter & mundificata à furfuribus appellatur simid seu simila seu flos farinæ.

Semach est separatio continui eueniens in panniculo subtili cooperiente craneum.

Semum idest acre uehementer calido.

Semegenium idest nigrum.

Semachu idest super partem dextram aut sinistram capitis.

Senan idest dentalis.

Senasen idem est, quod spina uel illi simile.

Senchar idest lactuca asini.

Senegiar idest lactuca asini.

Sembadegi est res mineralis apud vulgares Latinos appellata smerio, cum quo arma & alia ex ferro constructa absterguntur, & fiunt lucida, & polita.

Senasene idest marginis cōcauitatis spōdylium.

Sengiabue est granum sebesten, sicut exponit Ebensis.

Sendar idest uitis nigra.

Serengi est miniū, quod est rubeum ualde, & fit ex adustione plumbi.

Serasif est pars micach chartilaginosa, quæ continuatur cum extremitatibus costarum mendosarum ita, quod extremitas costarum mendosarum dicitur serasif, & est iuxta hypochondrium.

Seragi alchatrab sicut scribit Menagi albian est herba proxima hyssopo, ut etiam scribit Auicen. cap. de lampade alcotrob. Aliqui Arabes dicunt, quòd est mandragora habens figuram humanam. Alij autem diuersificantur circa expositionem huiusmodi nominis.

Seregi uuæ idest rob uuæ.

Setan, uide alcharad.

Sextarius est pondus. ℥. vj. s.

Shad, idest cyperus.

Shemie, uide oßa shemie.

Shedanegi beri, uide alsemne.

Shed est fauus mellis.

Sherzur est regio Persiæ.

Sicla nigra secundum aliquos est planta quæ in Syria appellatur suandar, cuius folia sunt similia folijs siclæ paruæ, & color ipsorum est ualde uiridis ad nigredinem declinans, & radix est rubea ad magnitudinem raphani oblonga, & habet corticem grossum supra corticem sicut cępæ. Ebembitar autem connumerat hanc plantam in specie raparum, & scribit, quod semen raparum, quod proprie ingreditur theriacam, est semen suuander prædictæ. Et in Syria radix supradicta rubea in hortis nascens comeditur elixata in ferculo, & condita cum aceto, & oleo, & sale, sicut fit salatutium ex carotis, seu ex radice bautiarum domesticarum. Et radix ista etiam cocta & condita in aceto solo aut in zuccaro. sicut condiuntur rapæ, seruatur longo tempore & comeditur. Et radix prædicta etiam sicut relatum est a fide dignis oritur in Macedonia circa ciuitate Durachij & Alexij in locis campestribus. Et semen huius radicis seu rapæ nascentis in locis campestribus. uidetur magis utilis pro theriaca conficienda, quam semen hortulanæ.

Sief almezidachiana idest sief Alchuch idest sief stellæ.

Sief alnesastegi idest sief de amylo.

Sief alchenduri idest sief de thure.

Sief alramadi idest sief cineritium, de quo in antidotario.

Sigilla lacune idest terra sigillata.

Silach, vide alselach, quia sunt idem.

Siliqua de Syria est Siliqua, quæ comeditur ut patet. 2. can.

Simila, uide simid.

Sinia idest ex regione Sin.

Siracost est manna quæ apud Italos usitatur.

Sirachs est radix silicis nota apud aromatarios Damascenos, & est in usu contra uermes.

Siragi, uide oleum siragi.

Siragi storacis est unctuositas storacis

Sisimbrium, uide alneman.

Sorbagi. uide Bagi.

Sosati idest pleuresis. Quidam Arabes tamen dicunt, quòd sosati proprie est apostema costarum.

Speculum alsiniæ est speculum artificiosum, in quod siquis inspiciat uidetur os suum esse tortuosum.

Spica nigra est spica nigræ aromatica, quæ declinat ad nigredinem.

Spodium, uide alcanna.

Spuma absinthij secundum aliquos Arabes est succus absinthij spumosus subtilis depuratus à parte sua fæcali residente. Et quidam dicunt quòd est succus depuratus, aut non depuratus, & dicitur spuma, quia talis succus secundum plurimum habet spumam.

Spuma psyllij idest mucillago psyllij.

Squinzibin safauseli idest syrupus acesus de cydonijs.

Stellæ alderari sunt stellæ luminosæ, sicut scribit glosa Arabica.

Stella samius uel samus, uide lutum samium.

Stincus, uide Cocodriluus.

Suachi, uide Giedaul.

Suādar. uide sicla nigra, & rapa parua.

Suasera secundum Ebenbitar est muschus diaboli, & est species abrotani.

Subet sari idest dormitio uigilatiua.

Sucharan apud aliquos est hyusquiamū nigrum, sed apud medicos peritos est planta appellata cicuta.

Suchutū est semperuiua, sed glossa Arabica dicit, quod est aliud.

Suffumigatio alchanios est suffumigatio rerum odorabilium bullientium in aqua rosata & euaporantium ex uase, in quo bulliunt, quod habet orificium strictum.

Sufertun sicut scribitur in libro Benagi albian est semperuiuà, & secundum alios est species mandragorę.

Suichi, uide alsuichi.

Suele idest sasfase seu trifolij.

Sulegian est ludus, in quo equitando percutitur pila rotunda lignea cum baculis, & huiusmodi ludus est in usu in oriente.

Sumurion puto quòd sit herba habens stipites concauos, & folia similia foliis apij, sed maiora, & apud mulieres Venetas appellatur leuistico.

Sumach albagadedi est sumach album seu minorem habens rubedinem, & dicitur albagadedi, quia asportatur ex regione dicta Bagaded.

Sumach aldebagin idest sumach, quo pręparantur coria & pelles.

Superius squinanthi idest flos squinanthi, qui similatur floribus cannularū uerum est ualde paruus in quantitate. Et ego emi huiusmodi florem delatum ex Mecha, & erat continuatus cum stipite, & folijs squinanthi.

Surbagi seu surbagiet est cibarium factum ex brodio cum pauco rizo, aut melle, & alijs, quæ in ferculis ponuntur. & est fluidum, & est ualde in usu in Syria. Arabes namque non bibunt aliquid in prandio aut cęna sed loco potus sorbent huiusmodi ferculum. Sanius enim putant quam aquā frigidam. Vinum autem ex lege est eis prohibitum.

Suristan est medicamen compositum.

Suri est uittiolum rubeum.

Surgi parietum idest illud, quod egreditur ex parietibus, & muris, & est sicut sal.

Surethun est testiculus.

Susan, uide almissusen.

Susen azad idest floris lilij nondum maturi seu nondum aperti.

Sitbragi quid sit, uide. 2. can. & est quasi simile casæ ligneæ, uerum frusta eius sunt subtiliora, & est nota apud aromatorios Damasci.

T

T*Abrasten est ciuitas Persiæ.*

Tachir apud Arabes est substantia medullarum tritarum dura post expressionem seu extractionem olei ab ipsis cum uehementi compresione factam. Et sic tachir amygdalarum est substantia dura, quæ remansit post expressionem olei ab ipsis tritis. Et similiter dicatur de tachir granorum ben, & nucum & fisticorum, & similibus.

Tassia quidam dicunt, quòd sunt grana rutæ syluestris. Quidam dicunt quòd est aliud.

Tachib est ciuitas Persiæ.

Tamar heyrun sunt dactyli magni bene maturi.

Tanur est species furni in oriente, qui est ualde in usu, & est factus ex luto cocto sicut testa, cuius longitudo est trium cubitorum, & latitudo ipsius est duorum cubitorum uel circa, & figuram habet rotundam, cuius orificium est strictum in parte superiori, reliquæ uerò partes sub eo existentes gradatim dilatantur vsque ad extremum eius inferius, & circunquanque partem furni appositi sunt lapides, & lateres calce luto armati, & cum calefactus est cū lignis subtilibus accensis remanentibus prunis in fundo eius: tunc pasta mollis extensa in modum placentæ applicatur eius lateribus, ipsisq; adhærendo coquitur à calore lateris tanur: & calore ignis & aeris in ipso existentis: orificium namque clauditur.

Tedmur est regio uersus orientem inter bagaded & Damascum situata.

Tenur corporis secundum Sirasim est pars corporis concaua comprehendens uiscera.

Tenchis alras idest declinationem uel demissionem capitis uersus anterius.

Tenaseb idest glutinis albotin.

Terbentina est gumma arboris producitis frustum, qui dicitur granum uiride.

Terenjabin seu trangibin est species mānæ, quæ in oriente est ualde in usu, & de ipsa habetur in 2. can.

Terchia idest gradatim procede.

Terid idest pannis comminutus in iure pingui.

Tertiana triangulata idest quartana.

Tesfid idest capitis apud arabes est figura capitis priuata cōmissura coronali aut commissura laude propter priuationem eminentiæ partis anterioris, aut posterioris capitis. Alij dicunt, quod est figura capitis non habens commissuras prædictas, vnde sequitur nocumentum in operationibus cerebri.

Thabaun uide althoin.

Thaian marinum, uide almarmaheigi.

Thairbua uide eylbua.

Thasugi est pondus.

Thaiun, uide. oleum alscimi.

Thabahegiat sunt cibaria præparata cum carne, ex quibus quoddam est acetosum, quoddam salsum, sicut scribit Benagi albian.

Thaibabi est quædam regio.

Thalisfar est folium oliuæ Indæ. Alii dicunt quòd est lingua auis.

Thala est uinum coctum usque ad consumptionem tertiæ partis.

Thebegi apud Arabes idem est quod tumefactio quædā similis cachexiæ. Vnde cachexia est tumefactio faciei & extremitatum causa debilitatis hepatis. Sed thebegi est nomen commune ad cachexiam ueram scilicet, quæ prouenit uitio hepatis, & ad tumefactionem membrorum similem cachexiæ prouenientē ab alia causa, sicut tumefactio oculorum & faciei ex somno prolixo & alia consimilia.

Thefel est fæx rerum uiscosarum sicut olei & similium. Quandoque uerò durdi & ehefel sunt idem.

Theat

Thear eſt tempus in quo mulier eſt mũda à menſtruis.
Timaſil uide eylbua.
Tochban,uide chadeſſan.
Trangibin,uide tereniabin.
Trebel eſt tumor membri, cauſatus à materia phlegmatica.
Tri eſt cibarium ex paſta frumenti quãdoq; fermentata, quandoq; non, & vulgariter dicuntur leſagnette.
Trochiſcus niger apud quoſdã Arabes eſt trochiſcus andaron.
Tubal eſt ſquamma, ſeu cortex cadens de ære, aut ferro ignito percuſſo à malleo.

V

Vchachal uide alchuzez.
Vdha,vide aludha.
Venæ alabathi ſunt venæ brachij infra baſilicam.
Vena medini ab aliquibus vocatur vena ciuilis, & eſt ægritudo accidens præcipue in ciuitate Medini apud Mecham,vbi ſepultus eſt Maumethus.Et licet ægritudo prædicta accidat in terris Aethyopũ,tamẽ multiplicatur maximè in ciuitate prædicta. Et quia etiam eſt bothor, quod vlceratur, ex quo poſtea egreditur aliquid ſimile venæ, quod non ceßat prolongari, & quandoq; habet motum vermis. Ideo denominatur vena Medini.
Venæ citrinæ apud Arabes ſunt curcuma, apud alios verò ſunt radices memiran.
Vena aſcellaris, ut dixit Siraſi,eſt vena quæ apparet inter partem inferiorem brachij, & partem domeſticam ipſius,& ipſa eſt ramus baſilicæ,vt dixit Auic.
Vena alſabad eſt vena adiutorij.
Venæ albaleſa ſunt venæ partis poſterioris capitis ſupra foueam nocræ, & eſt pars, ſupra quam appodiatur caput apud reſupinationem corporis.
Venę alſebathi, ſeu ſubeticæ ſunt venæ arteriales ſituatæ ſub uenis guidegi.
Vena alhaleb eſt vena deſcendens ad inguina,& ueſicam, & dicitur porrus vritides.
Vena almabat uel almabit eſt uena quę eſt ſub genu.
Ventoſitas yalferſe idem eſt,quod apud Latinos ventoſitas groſſa cauſans gibboſitatem,& de ipſa loquitur Auicen. tertia primi cap. de ægritudinibus infantium.
Vermis apum eſt uermis, qui reperitur in aluearibus apum.
Vgene,uide alchad.
Vgia.uide alalem.
Vgiur, ideſt puluis,uel ſuffuf.
Villi mechij,ideſt, qui ex Mecha deferuntur ſunt villi corticum arboris, ex quo extrahitur bdellium,& ſunt albi ſubtiles longi, ſicut filum lineũ tendens ad goſſitiem aliquam,& ex ipſis fiunt chordæ,& in balneis oriẽtalibus, & in domibus apud mulieres ſunt valde in vſu ad abſtergendas & lauandas manus cum ſapone & aqua, nam huiuſmodi villi inciduntur, & complicantur ſicut manipulus ſtuppæ lineæ,& cum ipſis lauantur manus ut ſupra.
Vinum aldadi, eſt uinum in quo decoctum eſt aldadi.
Viſcus Romanus eſt gluten albotin.
Vitrum Pharaonis,eſt vitrum clarum.
Vmed,ſicut ſcribit gloſſa arabica,eſt calor æſtuoſus vehemens abſque flatu ventorum.
Vnguentum Apoſtolorum, uide Marã alraſul.
Vnguentum alhauarin,ideſt unguẽtum diſcipulorum Chriſti:
Vreſan,uide aluraſan, quia idem ſunt.
Vſmæ,vide granum nil.
Vſnen,uide alkali.
Vſneæ eſt herba naſcens in arbore quercus,& Damaſci eſt nota, & dicitur Arabicè aſnæ, & eſt muſcus quercinus.
Vßach,vide allaſach.
Vulnera ælhaſme ſunt vulnera in quibus frangitur, uel ſcinditur os capitis.
Vua montana,ideſt ſtafiſagria.
Vzir,vide in prohemio.
Vzifur eſt uocabulum corruptum,nam Arabicè dicitur zengiufer,quod eſt idem apud arabes, quod Latinè cinaprium. & vbi apud Latinos reperitur vzifur, debet intelligi zengiufer.

Z

Zachema,ideſt coryza.
Zazi,ideſt branchos,ſeu barbolas ſeu vncinos.
Zaizalacht,uide azadaracht.
Zarur eſt ſpecies ſorbę,uel meſpili ualde nota in Syria.
Zared eſt concatenatio annulorum ferri cõcatenatorum in lorica, quę apud uulgares zaradia appellatur.
Zebd,uide alzebd,quia ſunt idem.
Zeduar,& gieduar ſunt idem, & eſt radix nigra ex India delata, quæ ab Aegyptijs, & Syris exhibetur contra venenum, & venditur magni precij.
Zedoaria,apud Arabes quoſdam appellantur cyperi Indi, quia naſcitur in India, & ſimilatur cypero.
Zelabiæ,uide alzelabi.
Zemanæ eſt priuatio motus in manibus, aut pedibus propter mollificationem.
Zengiufer,uide uzifur.
Zenziar,ideſt uiride æris.
Zenziaria,ideſt ſimilis æruginí æris.
Zenzi ſunt Aethiopes orientales.
Zerbagi eſt cibarium quoddam.
Zerſechie eſt uocabulum perſicum, & ſignificat. cibum factum ex granis berberis.
Zerſech,uide alzerſech quia ſunt idem
Zibib, eſt uua paßa magna exſiccata, & habet arillos.
Zirbagi,uide Bagi.
Zuccarum ſulimentum, eſt zuccarum rubeum.
Zuccarum alhaßer,uide alhaſſer.
Zuccarum albaizech, eſt zuccarum de quo Auic.2.can.cap.de zuccaro.
Zufare quid ſit lege.2.can.
Zurunbat eſt radix illa,quam aromatarij Veneti appellant zedoariam.

FINIS.

ANTIQVA EXPOSITIO Arabicorum nominum.



Alguarifcen eſt genus columbarum.
Aalgak.i..tribulus.
Abbel, ideſt iuniperus.
Albelairon, i.grana citri.
Abelius.i.grana capitis, & eſt ſtaphiſagria.
Abgas.i.panniculus ſubtilior, & tertius quo embryo inuoluitur.
Abbel,i.fructus iuniperi.
Abir ſpecies eſt exituræ.
Abolſufel,i.piper triangularis.
Abrahomia.i.vlcera, quæ ſunt in vltimo malitia.
Abūſebegue ſecti.i.ſomnia pmutabilia.
Acati.de cuius ſucco fit acacia.
Acetret, eſt medicina, quæ fit ex aloe, hiera maſtice, & myrobalanis.
Aced.i.gēus abſinthij coloris ſubalbidi.
Acemana.i.contractio.
Achatini, eſt quædam ſpecies lactucæ aſini, annulus ſimiliter.
Acinges.i.uitrum tritum.
Acor eſt folium, quod aſſimilatur acetoſæ ſylueſtri, & dicitur bertacti.
Acratus, & alſunigie lapides ſunt.
Adab eſt animal, & moratur in aquis.
Adamarchi,i ſimila.
Adabac,i.viſcus.
Adalaſi.i.ungula eaprina.
Ademeſt,i.laurus.
Adereb, i fluxus ſanguinis per inferiora cum fit ab hepate tantum.
Aderere aromaticum.
Adboc,i.lac,vel adech.
Adib,i.lupus.
Alibk,i.muſcus.
Adoe.i.lac acetoſum, de quo extractum eſt butyrum, & dicitur adhoc.
Adruculudidos, eſt auis parua ſemp mouens caudā valēs ad lapidē renum.
Adulbus.i.eritius montanus.
Aduduc eſt nycticorax, & ſecundum alios eſt auis, quæ dicitur bubo.
Aduzaruzegi,i.gallus, & galiina.
Aenut.i.antimonium.
Aſafaragenis,i.mala cydonia.
Afazaz calulminum.
Aficume eſt quaſi nubes in nigro oculi, & dicitur ulcus ſordidum, habens cruſtas. & nominatur aduſtiuum.
Aflicē.i.ophtalmia cū i primis apparet.
Afrana, ideſt cibus de carne cocta infrigidata.
Afur,i.crocus hortenſis.
Agib animal eſt.
Agrios, ideſt argentum viuum.
Agumbatalo,i.ſtrignum.
Agufa,i.hyſſopi ceratum.
Abaſcenobar,i.nucleus pini.
Abelſenobar ſichir. i. grana pini minoris.
Abugiliſe.i.lactuca aſini, uel lactucella maior, & nominatur ſimarem, et ſincarem, & ſuper tithymallo.
Aieſir,i.vigil.
Ainemen,i.ſiſymbrium.
Akakamati, ideſt auis, & dicitur frangens oſſa.
Akauſuri, aragic, aleſcad, akscrek omnes ſunt diuerſæ ſpecies camphoræ.
Akan atu, ideſt inſtrumentum, quo aliquis ſuſpenditur.
Achaiaſin.i.ſupremæ partes naſi.
Achael. i. cū aliquis impeditur in proferendo ſermonem, vel antequā proferat.
Achaſebdac.i.naſturtium.
Achais,i.acetum compoſitum ex duabus ſubſtantijs diuerſis, una calida, & alia frigida.
Arhaleum,i.ſtannum.
Acheſcen, ideſt cibus factus ex hordeo excorticato.
Alauim eſt una ſpecierū calamēthi, & alia de qua dicitur calamēthū hirci.
Alafebeoſaſar,i.diptamus.
Alarnade Romanum ſiſeleos.
Alabrib, ideſt hypericon, & uocatur ſyriace vua dæmonis.
Alabel,i.uini potus.
Alalcheti eſt ſpuma alba quę ſimilatur bedeoard.
Algarab eſt ſal.
Alaunoch.i.plūbum nondum mūdatū.
Alanutoiden eſt qđ alabaſi. ſ.plumbū.
Alaſaf,i.diſudatio.
Alaſer, ideſt radix uitis.
Alachan, ideſt locus ubi collum iungitur capiti exterius, & poſterius.
Alarutola.i.calcanei locus.
Aladhalic.i.epithema de odoriferis.
Alahacani, eſt os, per quod completur iunctura.
Alafar.i.concauitas.
Alarfin.i.enula.
Alaſceam.i.ammoniacum.
Alabari.i.frumentum depilatum decoctum cum multa aqua.
Alaaſis eſt centaurea minor.
Alagem, uel alhaſrac i.peritenocn qui habet lac.
Alabi docenec.i.trochiſci ſtellæ qui nō permittunt uitam recedere.
Alazar almares i.lapis lacteus, qui cū fricatur, facit lac, cuius uirtus eſt, vt hæmatites, ſed debilior.
alazaracoē.i.petra ſerpētaria, et ē trib. modis vna quaſi nigra, alia ſub uiridis immiſtis lineis albis, & alia uiridis.
Alazar lazuad.i.lapis lazuli.
Alazaraſtengi.i.lapis ſpongiæ.
Alag,i.ſanguiſuga.
Albuzer.i.dactyli.
Alborati.i.umbilicus.
Albed ſanez eſt rubedo extranea ſimilis rubedini leproſi.
Albelladorium.i.anacardinum.
Alberdi.i.papyrus.
Albagla amtamcha.i.portulaca.
Albara acora ſcema.i.rapa.
Albens.i.nux muſchata.
Albeleet.i.myrtus.
Albeldilgar.i.fraxinus.
Albeſara ſegel.i.mala cidonia.
Albeldil beldemez.i.grana vlmi.
Albenben de quo fit oleum muſcellinū.
Albedarungi.i.baſilicum.
Albategin.i.extremitates oſſium quæ iūguntur in digitis.
Albelgaga.i.cucurbita.
Albarachia eſt tabula magna cum qua æquatur os fractum.
Albacal eſt breſilum.
Albeſandaru.i.uirga paſtoris.
Albechauahati i.reſiſtentia malitiei.
Albondechindi.i.nux de India.
Albazal.i.cepe.
Albenezid.i.gummi albotin.
Albin.i.uua ſicca.
Albarnabet.i.cancer in naſo.
Albungia.i.auellana.
Albeti eſt arbor pini cuius gumma dicitur gumma pini, & eſt colophonia.
Albotin. i.arbor cuius granum dicitur granum uiride.
Albius eſt lacticiniū bochorniz, qđ nominatur marinū, quoniā ibi naſcitur.
Albertiriace cupreſſus latine eſt pinus, cuius gummi dicitur colophonia.
Alberengieſitiū ozymū cum florib. ſuis.
Albedilen.uel alcatiui, vel ſanguſator ideſt incubus.
Albutira ē ſpecies calamēt hi ſylueſtris
Albela.i.flores palmarum.
Albaras eſt morphea alba ut lac, uel nimia eius albicatio.
Albezard. i.lapis qui omni ueneno reſiſtit, & ideo uocātur qui veneno reſiſtunt albezahar.
Alcarondo.i.roſa uineę egebat.
Alcubezareun, adarar, atemar, altelaigi, altatati, aſceterac, aues ſunt.
Alcatati caro.i.caro narium, uel renū.
Alcolate ē ſpēs fungorū quæ cōceditur.
Alcorath.i.animalia quæ dicuntur ugileſe fexis, & ſunt cunigi.
Alcard.i.cimices.
Alchatinis panis q eſt de genere tritici.
Alcheel eſt locus iter duas ſpatulas ſub collo ubi ſ.cōiungitur collum dorſo.
Aleuchefeti encauſtrum eorum qui pręparant coria.
Alcumur eſt diminutio uiſus propter nimium aſpectum.
Alcola ſunt parua apoſtemata in orę.
Alcurat.i.urtica.
Alcuttab.i.ęgritudo.
Alcandaros.i.triticum Romanum.
Alcurati eſt fluxus uentris ex excoriatione factus ſecūdum quoſdā alcatatur ſyringa, uel id quod inijcitur per ſyringam.
Alcosbot.i.apoſtema.

Alcu-

Alcunicalis est certa species hecticæ, in qua apparet forma quæ est in decrepitis quantum ad colorem.
Alchort.i.palma sylvestris, & fit de succo alchar syrupus de succo palmarum sylvestrium.
Alcalat.i.stamnum.
Alchoc arbor est.
Alcanzi est species cretæ.
Alcornagi.i.humex, vel facta acetosa.
Alcoocal.i.spina.
Alcuruesik.i.fructus tamarisci.
Alcarme.i. uitis, & dicitur cochar, quando inciditur.
Alcakar.i.thapsia.
Alchecaracha, uel arcādros.i.pyrethrū
Alchisita.i.draganthum.
Alchlamita.i.fermentum.
Alchacher.i.alcasior.
Alcoisos.i.cardui capita.
Alchakab.i.ligamentum à posterioribus tendens anterius, & ab anterioribus retro rediens.
Alchatin.i.locus dorsi in directo renū, vel articulus est in Arabico.
Alcule.i.paruæ pustulæ in ore.
Alchaseran.i.bruscus.
Alcube.i.caro assata super prunas.
Alcubabe.i. ulcera nigra melācholica, quæ sunt ad sanandum difficillima.
Alcuzez.i.tetanus, & quandoque pro particulari ponitur.
Alcarti.i.punella agrestis.
Alcubugi est auis quæ dicitur alauda capeluta.
Alcamezit.i.nux tamarisci.
Alde.i.oua.
Alderez.i.concauitas.i.uentriculus cerebri.
Aldubellet sunt apostemata magna.
Aldabac.i.gluten.
Aldeguaric.i.mēsura cōtinēs. 4. libras.
Alestorab.i.storax.
Alengesis dicitur enula, & est duorum morū una habet citrinū florem, alia albū, sed melior est cū citrino flore.
Alefereascen est uitis alba.
Alemel sunt ossa subtilia, & minuta, q̄ sunt in digitorum extremitatibus.
Alema capitis.i.cacumen.
Alefeniati.i.species sicut piper, & similia.
Alebec.i.siligo.
Alesceri.i.tamariscus masculus.
Alezorasen.i.raphanus.
Alefer.i.vitis.
Alestrati.i.rimæ.
Alefatu.i.rotula genu.
Alebreati.i.cantabrum.
Alfachi.i.medicus.
Alfegin dicuntur omnes species boni saporis, quæ cibarijs admiscentur, vt piper, & zingiber.
Alfanea.i.locus inter meatum & labiū inferius.
Alfae.i.cum caro interior fit nigra. & est ibi solutio continuitatis, hoc fit quādoq; ex ꝑcussione, et sine uulnere

Alfasarsai sylvestris est portulaca habens lac, & est tithymallus.
Alferisius est spēs lacticinij pernitiosi.
Alfidabeget.i.condimentum.
Alfirsedi est species mori, & est dulcis.
Alfat, idest medulla panis infusa, & facta vt pila.
Alfuturati est ægritudo.s.quando exuberat uelamen cerebri, & apostematur, & fit ut fungus.
Alfesire.i.radix uitis albæ.
Alfagi.i.agnus castus.
Alferuzegi.i.smaragdus.
Alfese, vel atetem sunt ægritudines linguæ quando aliquis non potest proferre nisi sese, uel tetem.
Alfaie.i.excedens, & est os super galsamata habens quatuor latera, duo superius & duo inferius.
Alfexis.i.animal existens in locis, & apud Arabes dicitur agil.i.cimex debilem habens cutem.
Alfila sunt species nodi.
Alfeed est pediculus qui nascitur in inguine.
Alfeseri est nasturtium basiliconicum.
Alfit.i.sinapi album.
Alfurfungi.i.asparagus.
Alfigel.i.folia salicis.
Alfa.i.malum mandragoræ.
Alguelemiti, & rehu.i.ætas quæ est a prima spermatis emissione, uel emissionis potentia vsque barbescant.
Algeherit.i.sunt quatuor venæ labij.
Alguassen.i.herba similis lilio, & dicitur lilialis.
Alguarized.i.electuaria.
Algeduar.i.zedoaria.
Alguardagone.i.chelidona.
Alguesgues.i.alienatio, & quando secum loquitur aliena.
Alguardenigi, uel scimossis.i.ophthalmia magna.
Algasamata est caro panniculosa sub uua pēdēs cooperiens caput cannæ.
Alguama.i.desideriū maliū, ut carbonū.
Algaras.i. caro frigida.i. cum caput igni cum aceto coquitur.
Alguadi est humor qui egreditur à virga, cum quis tangit mulierem.
Algargaz.i.punctura quæ ꝑtrāsit cutē.
Algeromati sunt uulnera vltima in corruptione longata consolidatione.
Algra est læsio, quæ non mouet os de loco suo sed attrahit quod ipsum continet, nec est de genere tortionis.
Alguitar. i. alienatio.s.quando homo loquitur plane, & cum ratione.
Alguesceni faciei est nigrum, uel album colorē, & apparet in principio morpheæ, & lepræ, & dicitur guascen.
Alguatha guakif, conficiens.
Alguandau est pediculus, qui nascitur in inguine.
Alguasa.i.quando aliquis tristatur, & nescit quare.
Algenares.i.milium.

Algeorascen.i.acorus.
Alathatal.i.fluxus humorum à capite ad tracheam arteriam, ex quo fit tussis, uel arteriæ passio.
Alhasar, hasebram, alerbe, athenite, almenientia, uel alagarati, vel chamæleon, & pentaphylli sunt septem species lacticinij. Sed lac lacticinij absolute est lac aleibe, & est illud, quod nominatur hirifica alcarnem.
Alharba.i.lancea.
Alchacuhen est herba similis cotulæ fętidæ.
Alhangesi.i.rubus.
Alhangi est herba similis centaureę minori.
Alhasaph i.excorticationes, quæ in fissuris iuncturarum ꝑꝑ sudorem fiunt.
Alhatier.i.puluinar, & sunt duæ uineæ collo.
Alhasue.i.ægritudo oculi similis fumo, & pulueri super nigro oculi existēs.
Alhadad.i.decollatio, & apostema est quo uidetur homini, quòd decolletur.
Alhadani.i.loca quæ sunt post aures.
Alhereis.i.pultes quę de frumēto fiunt.
Alhunior, vel alhauiran.i foramen in quod intrat dens.
Alharat.i.alheretit.i. interior pars labiorum.
Alhalibleb est species volubilis.
Alhauti est uir æqualis complexionis, & fortis corporis.
Alhehesur.i.femina.
Alhaliben.i inguina.
Alhebil.i.illud quod dicitur gumma napelli.
Alharbe est animal uenenosum, & est auis quę dicitur bubo.
Alhehelim.i.bebale.
Alhasce.i.folia senticis.
Alhasegi est inferior pars coxæ.
Alhaguahaen.i.parua animalia, ut aranea.
Alhiada.i.polium.
Alhosos sunt tria ossa quæ sunt inferius in cauda.
Alhauis sunt ossa lata, quæ sunt sub renibus parum.
Alhalegi.i.a.xiiij.anno usque ad.l.
Alhilineti sunt additamenta acularia ab acu.
Alhasce. i. arbor similis rutæ.i.stœchados Arabicum, & secundum alios hyssopus hortulana.
Alihar.i.priuatio luminis.
Alicod.i.ægritudo qua oculi egrediuntur ad exteriora.
Aliebut est species xylocaractę, & dicitur, quòd est de genere pini.
Alihema.i.uertex.
Alintisar.i.quando foramen uuæ fit latius eo quod fit in natura.
Alieursen est fractura minima partium
Aliabri, uel assibresagi.i.radix mandragoræ.
Aliathelic.i.priuatis.
Alimbat.i.terebintina.
Ali.i.grana ebuli, uel sambuci.

Aliada

Aliada.i.polium:
Alkaseri.i strictura narium.
Alchuted.i.planta cuius gummi est dra gacanthum.
Alchitili est fructus tamarisci.
Alchitran.i.pix liquida.
Alchobob.i.succi acetosi.
Alchadra.i. grana viridia & est alfal-sasa.
Alchaiasiz i.supremæ partes nasi.
Alchechcd.i.citruli.
Alchaichaluf est ægritudo corrodens membra,& quandoque transit in he sthiomenum.
Alcharte.i.lignũ de quo fiũt hastæ lan-
Alchetinici.i.maiorana. (cearum.
Alchidad nigrum in quo inuoluuntur capilli & manus.
Alchesmes.i.vuæ passæ sine granis.
Alcherset.i. nasturtium.
Alcharmez.i.grana.
Alchinati.i.bdellium subalbidum.
Alhenda.i.conastrello.
Alchaab duo.i.cauillæ duæ.
Alckeil.i. sub collo vbi iunguntur furculæ dorsi.
Alkiuetu.i.color qui fit ex sanguine.
Alkitran.i.pix. (le.
Alluos.i.dulces, vel cõfectiones de mel-
Alliathã sunt apostemata cruriũ grossa.
Allugati est species tithymalli.
Almunda.i.rotunditas,in qua continetur oculus.
Almodus idest iunctura ad similitudinem dentis serrę.
Almekeni.i.duo anguli oculorum.
Almaium.i spica celtica.
Almasal. i. cibus factus de lacte acetoso,& farina hordei.
Almuzei , vel amuzeragi vuæ egressio. & dicitur impetigo. (aquæ.
Almaik. i. sapor insipidus sicut sapor
Almacor est vulnus quod fit à sella cũ quis equitat,& similibus.
Almarod.i.radix herbæ altit.
Almechenis est genus lacticinij,& est simile portulacæ.
Almelib,almeliachbuz,& est orobus.
Almifar.i.lactuca asini.
Almuri apud Arabicos est salsa.
Alumbersem.i.bersem. (scholæ.
Almeiemetesteui nomen loci,in quo sũt
Almuhe, vel alcchidu est instrumẽtum quo oculi perforantur.
Almarinem vel almarti syluestre.i.marrubium syluestre.
Almagaaani.i.fauces,& similiter alcasim.
Almesus.i.liquor acetosus.
Almuiati.i. cibi cum aceto parati.
Almadil vena est.
Almechem.i.locus à cingulo inferius.
Almismar est modus similis capiti claui
Almuiati.i.medius corporis ex vtriusq; lateribus mensura quatuor digitorũ ab alborati.

Almeliletu.i.dispositio caliditatis totius corporis ante febrilem dyscrasiam.
Almochoati.i.defectio ossis.
Almuscum.i.magna,& dicitur quòd sit gypsum.
Almahaleb.i.vera.
Almasdaru,& algem confectionessunt
Almasus.i.casia.
Almeizahangi.i.genus lacticinij.
Almatir idest vermis qui inuenitur in granis.
Almastice.i.mastix.
Almeaseia storax liquida.
Alnechelmate.i.palma agrestis.
Alnustansta. i. forma capitis oblonga vtrinque plana,vt copertura domus.
Alnesci.i.amylum.
Alnudac.i.flos rubeus.
Alnufa.i.cataputia.
Almora.i.calx extincta.
Alnuzaragi.i.fixura in oculo.
Alocen.i.cotula.
Alosor.i.grana squillæ.
Alohosos.i.cauda.
Alohocat.i.elcunaria mollia que labuntur.
Alorsingen.i.hepaticum.
Alrodab.i.lutum.
Alrasefati.i.annulus geniculi.
&lrosboth.i. porus qui post ossis fracturam creatur.
Alrasatum est species veneni.
Alscordion.i.scordion.
Alsamach est foramen auris.
Alsaguaid caro.i.caro fœtus de vtero recenter egrediens.
Alsangita.i.triticũ cũ aqua bene coctum
Alsuled.i. ferrum.
Alsumesi pondus est in antidotario.
Alscebedenesli.i. semen cagnabis.
Alsarsadab.i.morus.
Alsuledati i.vrina hircorũ mõtanorum.
Alsegi vltima quæ fiunt in capite.
Alseilez est serpens rolute sicut araneę.
Altarsati.i.punctura sanguinis in oculo.
Altreta.i.uiridis.
Altaitibiati.i.herbæ quæ nascuntur in aqua vt coca,& pulmonaria quæ dicitur vlcus,& alta.i.herba quæ nascitur in flumine.
Altesum.i.medicamen capitale.
Alteraxacon.i.troxumia agrestis.
Altelca.i.pyra,& fitsyrupus altelea.i. de pyris.
Altiele.i.dactyli.
Altusugi pondus est.
Altubig.i.glutinum glandium.
Alterera.i.aromaticum.
Altararat.i.serpens volans.
Altanptia vel porcus luti est bestia multos habens pedes acuti veneni.
Aaltifa.i.altifelgestf, et est abrotanum
Altit assa. (syluestre,
Altigiaris.i. lignum aloes.
Altin alamen.i.bolus armenicus,
Altabasir .i. spodium.

Alumbari.i. locus super calcaneũ tetro
Alusnen,i.culcasia.
Alumen iameni.i.scissum.
Alumbetis tracti.i.phrenetici.
Aluebe.i.palpitatio.& est ægritudo, vt lassitudo.
Aluthsagi.i.apostema oculi cum pruritu
Alusnen,& vsne idem est.
Alulen.i.cibus pullorum.
Aluratin est species sabafati,& sunt ul cera mala,quæ apparent in crure.
Aluenie.i.ammeos.
Aluf.i.dragontea.
Alusen. i.furfurata.
Alzubumec.i.vnctuosa.
Ambrinas græcè est cunicella.s. herba quę dicitur cauda equina.
Amelus est species tithymali.
Amibazed pondus in antidotario.
Amusaragi est ruptura corneæ modica.
Anagallys.i.auricula muris.
Anasceni.i.piscis salitus.
Ambasati.i.extenuatio.
Andacocha.i.susurata.
Anegib.i.camelus arabicus.
Aniuden.i.herba de qua fit assa fœtida, & dicitur silphium.
Anigabilem. i. arbor gummæ Arabicæ
Annulum quasi nubes sub nigro oculi submersa habens profunditatem.
Anzarut.i.sarcocolla.
Aquiauroth. i. species formicæ,quæ sola paruæ radicis inuenitur.
Arabi.i.lacertus.
Aradradar.i.pisces petrosi.
Aracamati est auis frangens os.
Arbor Marię est buchormariem.
Argeatum.i.genus instrumenti quo aliquid ita fit quòd quiescit,& non quatitur.
Ariegi .i.atramentum.
Armenisi.i ficus sicca.
Armem.i.grana sine musco.
Arteriæ subtenni.i.faciens dormire, & sũt duę uenę,quę apparẽt in gutture.
Alteria alguendi.i.venalis.
Artanita buccormariẽ, & est cyclamẽ.
Asachel. i.spica celtica.
Arsarnac.i.ægritudo palpebræ superio-(ris.
Asathar.i.origanum.
Asaragi.i.uirga pastorum.
Asartagiti vel asiluregi.i.puluis qui cadit de parietibus salis, & est salin-(gens.
Asala assuse.i.radix lilij.
Ascaraiat est herba similis myrto habẽs in medio sui annulum similem oleo, & assimilatur semperuiuæ.
Alcadid est locus à cubito vsque ad rascetam.
Ascarata pondus est,in fine antidotarij inuenitur.
Ascures.i.nux Romana.
Ascebul.i.color paleæ.
Ascebesebram species est tithymalli.
Ascebete una est de. 28. mansionibus Lunę.

Ascerebacati,

Ascerebacati, scoria eius in medicina ponitur, & dicitur species ferri esse quæ est chalybs.
Ascolame.i.aphodilus.
Aseid.i.os, quod est à capite usque ad manum compositum ex duobus.
Asesefeni.i.pastura camelorum.
Asedeb est arbor cuius granum dicitur granum regum, & dicitur mecterariæ
Asebrin i.arbor chitran.
Asestra.i.inuersatio palpebræ.
Asecher est ebrietas.
Aseßeiguasil.i.eupatorium.
Asech sunt tubera, quæ apparent ante eruptionem sicut in leprosis.
Aseba.i.parcila, & est gummi abietis.
Asered.i.acetosa.
Asfur.i.crocus hortulanus.
Asinil.i medium inter album, et nigrũ.
Aschelati.i.terra sclauorum.
Asomat.i.atriplex.
Asol asel alchame.i. lingua arietis, & est plantago.
Aßamahum dies caniculares.
Assuric.i.atramentum rubeum.
Assius est lapis, super quem nascitur sal cuius flos dicitur asius, & eius generatio est ex rosa, & imbre qui cadit super eum.
Aßebar hastella est.
Aßebebasa.i.mandragora.
Aslatalati pondus est in antidotario inuenitur.
Asumbedehi.i.lapis quo inciduntur lapides alij.
Asusen.i lilium, & multis ex modis melius est ireos.
Atacarie.i.medicina acuti saporis.
Atagdan.i.rugæ in facie.
Ataro.i.lentiscus.
Athaib.i.acetosum.
Atanigi reptile est.
Atasus.i.inflationes.
Atanatum.i.apostema pestilentiæ.
Ataugitanum. i.apostema in carne glãdosa.
Atansa.i.tamariscus.
Ateiei perdix masculini sexus.
Atherabel.i.apostema.
Aathiatim.i.confusum vnum æd exercitium compositum ex fortitudine, & velocitate.
Athaulaicran.i.senticum.
Athaes aspis est serpens diuersos habens colores.
Atiritalon dicitur omne apostema in carne glandosa natum.
Atitir.i.squinanthum.
Atorcut.i.arbor de qua gumma, quæ dicitur ammoniacum, colligitur, & quandoque uocatur id quod aurum adhærere facit.s.consolidatio auri.
Atrium sunt instrumẽta, per quę fiunt distillationes sicut instrumenta aquæ rosatæ.
Atrona.i.citrus.
Ausfeac.i.coagulum ceruinum, & genitum buffali.
Auchar locus, qui est in inferiori parte gulæ.
Aumeli.i.oleũ dulce spissum sicut mel.
Auneb.i.vuulę.
Ausci species est nenufaris.
Ausici.i.ramus.
Autartelhos febris.i.quotidiana interpollata.
Axufoni pondus est.
Azaraca est instrumentum simile cãnę, per quod pueri attrahunt aquam, & cum volunt, uiolenter expellunt.
Azacareled pondus est in antidotario.
Azamach arabice.i.gummi arabicum.
Azamech.i.auripigmentum.
Azadar.i.acetosa montana.
Azarot.i.sarcocolla.
Azalaltarosa.i.radix porri.
Azereazen.i uitis alba.
Azedaraz, & adoraz, et abenagi aues sunt.
Azereon,i.sirigi.
Azenza.i.cantharides.
Aziuazar vel azinizar.i.buxus.
Azon.i.semperuiua.

BAcidem est testiculus vulpis
Bachat pondus est.
Bachati pondus est.
Basacaron.i.psyllium.
Bahasce similis virtuti lentium.
Bakilla est faba.
Bakim est prassium.
Bakabat.i.basilicon.
Bala est succus palmæ, in qua dactyli nascuntur.
Balgesar abusten pestinaca hortensis.
Balkaseruce.i.granum lini.
Balut, idest glans.
Bamulitis est lacticinium, quod assimilatur myrto.
Bangiora.i.urtica.
Barachia.i.salsa.
Barchian. i.arbor, & assimilatur folijs acetosę syluestris.
Bartak.i.meatus.
Barathien.i.apostema pestilentiæ.
Barat est uitrum salsum.
Barascecum,i.lentigo maior.
Barba hircina,i.hypoquistidos.
Bassara est illud quod apparet.
Batheca.i.melo.
Batarum est caro longa in ore matricis orta, & est dura.
Batrahentem.i.capillus ueneris
Baurach kebuli semen indum est.
Baucia syluestris.i.daucus.
Bebonigi,i.chamomilla.
Becurdumen,i.carduus syluester.
Bechat.i,cataputia.
Bedarungi est ozymum fluuiale est bederabina, secundum quosdam est alabit
Bederezengi loco eius ponitur in lætificando pondus ipsius de seta, & partes ponderis ipsius de cortice citri.
Bedil.i.papauer chordosum.
Bedeoar est spina alba.
Bedemenegi confectio in antidotario.
Bekat.i.citrulus.
Belemon,i.tithymallus, qui assimilatur portulacæ syluestri.
Belsabi,i.napelli.
Belador,i.anacardus.
Beliataligena.i.galbanum.
Benzi i.hyusquiamum album, vel toron.i.semen nigrum.
Benen maius semen tinctæ declinantis ad albedinem, & albi semen quod dicitur piper album.
Bengi,hyusquiamus.
Benuard,i.odor rosæ.
Berengesif,i. abrotanum in libro simplicis medicinæ dicitur enula.
Berseguascen, i. coriandrum putei, uel lapillus veneris, & persicæ dicitur bursungua; & syriacæ capillus veneris porcinus, & arabice capillus algul.
Berasine persice est fœniculum.
Berilie est piscis.
Bersendaru, & varsese adari, & est uirga pastoris.
Beremehez est species frigidi fœni.
Berasicam: & be lerkeb herbum, & herba iudaica idem.
Berbetinem est siphac, & dicitur beriteron.
Bernara,i.zedoaria.
Beseher,i anatan.
Besasar alfar,i.cæpe muris, quod est idẽ quod squilla.
Besed,i.corallus.
Betaderz,i ozymum
Bezard,i.lapis viridis, in quo tanta uis existit, ut omne uenenum expellat
Bezaharat i.resistentia uenæ.
Bezeriad,i.virtus bengi
Bezard est galbanum
Bezol gradatum est instrumentum quo euacuatur aqua herniosi
Birisen quandoque pro pleuresi inuenitur
Birsen est apostema capitis propter communitatem diaphragmatis factum.
Bisus est quædam species arboris pini
Bisac,i.saliua hominis ieivni
Bitiiron est panniculus sub siphac existens, & dicitur rotundus
Bizeri,i.semen
Bizeri alcarafz,i.apij semen
Bizeri cotne,i.psyllium
Bizeri carmi,i.semen maluæ maioris
Bizeri cubeiz i.malitia minor
Bizeri uma,i.semen trifolij
Bizeri carat,i.semen porri
Bizeri bengi,i.semen hyusquiami
Bizeri bangiora,i.semen urticæ
Bizeri giasef,i.semen trifolij
Bizeri gardel,i.semen synapis
Bizeri olimath,i.semen lapatij
Bizeri arascien,i.semen nasturtij
Bizeri alasal,i. semen sapulæ
Bizeri chiten,i.semen lini
Bizeri olbe i.semen fenugræci
Bizeri nemen,i.semen sisymbrij
Bizeri antancha,i.semen portulacæ

Bizeri

Bizeri falagagel.i.semen rutæ.
Bizeri asormat,i.atriplicis semen
B.zeri fugi.i.semen raphani
Bizeri uerd.i.semen rosæ
Bizeri zerzir.i.semen cariotæ
Bizeri raginna.i.semen urticæ
Boari est vmbilicus
Bonadacha,i.auellana
Bothor est eminentia in cute,s.apostema parvum, siue pustula
Botin est eminentia
Brebat,i.uirga pastoris
Bresilis.i.corallus
Bucormariem.i.herba Mariæ,i.artanita, & est cyclamen
Budeig.i.polypodium
Bule.i.cucumer Indus, & similis cucumeri capparis
Buri est ramex, uel hernia ex lapideitate apostematis
Burdacatō est pondus in modū auellanæ
Burules,i.apostema calidum in inguine.
Burisemne,i.apostema lene ex sāguine, & ventositate
Bural deeb.i.limatura auri
Bural fada.i.limatura argenti
Busderbendum est collyrium de ammoniaco latum
Butibede,i.scabiosa
Buzeiden est medicina Inda, loco eius ponitur been.

CAab.i.os per quod iunctura completur in crure
Cadunus est nomen Græcum,& est diabet.
Casesci.i.vespertiliones
Cahaa.i.calcaneus.
Cahana,i.vinum album,& debile
Cailagelam,i.semperuiua
Calcule est herba similis uermiculari
Calcudis.i.atramentum album
Calcanthum,i.atramentum uiride
Caldicum.i.album
Calcutia assimilatur asufuen,& est herba,quæ uocatur cassula cordis
Cales est alumen Indum
Calcateron est ægritudo oculi, quæ assimilatur ungulæ
Calcanul est ozymum montanum
Calos.i.pannus faciei
Calib est instrumentum, quo caro addita trahitur a profundo
Camaduci,i.occiput
Cæmbil est terra rubea minuta,quæ affertur de Media,aut Athena,& cū fricatur super manum, ingreditur cutem:de qua fit unguentum,& penetrat manum
Canesis,i.cura pro uniuersali
Canzi est species terræ cū qua abluitur.
Canereos est semen ferulæ
Cātasmich sunt cibaria quorū quædam cū sale, quędam sine sale condiūtur
Canifeties est species ostrachi, & gaugiel similiter
Canguarus,i.auium ventres

Cancer secundum quosdā est uenæ,& dicitur esse memithe, idest chelidonia quæ est parua,& magna dicitur algurduene
Carpatia.i.ferula.
Carcamum,i.crocus hortulanus
Carmeth,pondus est
Carati,i.lumbrici terrestres
Caras est cum aliquis vult loqui,& nō potest nisi sæpius mouendo linguam & os.
Cares est genus cibarij, i. cibus infrigidatiuus
Carmesion.i.fructus tamarisci
Carmata dicitur apostema, quod nascitur sub ascellis in carne glandulosa, & cū est nigri coloris est mortifera.
Carafz.i.apium
Carmos est grana capillorum algul. i. capillorum ueneris
Caragiati.i.lacunalis
Carnub.i. xylocaracta
Carakilus.i.lacticiniū, quod dicitur masculus,& est unum genus, & post ipsum omnes sunt fœminæ.
Carabitus.i.phrenesis
Cassi dicuntur quinque ossa quæ sunt in pectore,& cassi.i.storax.
Cascu, i. cum aliquis stat super pedum extremitatem
Cascas,i.papauer
Cassuriæ,i.atramentum album
Cassurudar.i.galanga
Cassanum est uitium quod fit in caruncülis narium quę simulantur papillis.
Basbor.i.coriandrum
Catin.i.locus exterior in directo renum.
Catarios,i.centaurea
Catmia.i.maluauiscus
Causi quandoque pro particulari theatro ponitur
Cauerat,i.alatida
Cauguamich sunt composita, & simplicia,quæ comeduntur post cibum sicut capparis,&c.
Caulis aquæ nenufar figulus quæ nominauit granum sponsum
Cauilati.i.dolor capitis māsurus, fixus, chronicus,& dicitur ouum
Caugalib est tabula magna, cum qua æquatur os cruris fractum
Caucar genus cardui
Calechia.i.cucumer agrestis
Cæpa muris,i. squilla quia mures interficit,& cœpa canna idem est
Cesis i.semen dauci
Chartas.i.charta de panno
Chadab algasdir.i.ferrugo colcotar,i.illud quod dicitur surrigena
Chesin.i.siler montanum
Chimosis,et dicitur ophthamia magna, & dicitur alguardenegi
Chianseni.i.finis superioris partis nasi
Chasabaltaleb. i.testiculus vulpis, & est satyrion
Choilolobaceb.i.acetum squilliticum.

Cicarus est apostema in membro uno ad aliud transiens sine manifesta causa
Clymia auri,i.fęx auri
Clymia argenti est fęx argenti,quæ eleuatur super locū:in quo infunditur.
Clymia alsada.i. cadimia argentea
Clymia alędech.i.cadimia auri
Cochium est animal marinum, cuius uirtus est propinqua castoreo
Cocior alchradar.i.cortex thuris
Cocior atala alcappar. i. cortex radicis capparis
Cocioratala rascenegi, i. cortex radicis fœniculi
Cocior atala rumen,i.cortex radicis mali granati (celsi.
Cocior atala asalutri. i. cortex radici
Colcodea persicum nomē est deriuatum à colcodeo,qui est dator uitæ
Colcotar est atramentum citrinum
Cola est apostema in ore, & lingua, & Gale.nominauit ea colon cum in facie perseuerāt, & cum putrefiunt ulcera maligna
Cometre.i.pyrus
Conitum est medicina uenenosa
Condros,i.triticum Romanum
Confectio lohoc,i.quando linitur
Cordumeni,i.carui agrestæ
Corat,i.portus
Cossore,i.spuma maris
Cotyla est mēsura nouē continēs uncias
Ceat,i.iuncus de Nilo,de quo fit acacia
Crocoma, uel cucurma est fœx olei de croco.
Cuati halhanic, est herba, quæ dicitur pupilla oculi, & inuenitur in aquis (stantibus.
Cubeiza,i.maluauiscus.
Cubeiz i.malua
Cucuria,i.semen citri
Cumeis,i.urtica
Cumenet,i.amomum
Cunce,i.aphodili
Cupreßus syluestris,i.iuniperus
Curac,i.urtica
Curcuma est quasi chelidonia
Curathia,i.mucillago quæ egreditur
Curati est species fluxus uentris
Cursus tres sunt species,una earum dicitur laudanum
Causa nomen demonis, unde arcusa,i.arcus demonis
Cuzegi quando aliquis impetuose caput vertit retro, uel cum loquitur mouet ipsum, uel cum facit strepitum ore quando loquitur, & semper profert idem,nec scit quid dicat, uel cū aliquis loquitur,sonum facit,aut recordatur, uel aliquid facit quod extraneum uidetur
Cyminum nabatium,i.commune
Cyminum carmenum.i.siseleos.

DAbac.i.gluten
Dactyli Indi.s.tamarindi
Damuarich mensura
Danic pōdus est triū granorum hordei.

Daps

Daps glandis.i.cortex eius pilosus.
Darchimet pondus est
Darchimet daurach pondera sunt
Dar diascebab.i.fæx vini
Dar dicesle.i.sęx olei
Darsesian est velut spica
Darsulful.i.piper longum
Darsceni.i.cinnamomum
Dardiascet.i.fęx olei
Darsisaba. i. arbor grossa habens spinā grandem, & dicunt quidam quòd est radix spinæ
Dardagi est crocus hortulanus
Darsiseban.i.grana alkilkil
Dat.i.capra
Dedi nomen persicum est, & est pediculus vulturis
Defermulij.i.pulegium ceruinum
Deinde est de genere iuniperi, & dicitur pinus inde
Deilex locus est, de quo fit transitus ad alterum locum, & proprie quando est super terram
Demenul.i.carbunculi
Demest.i.laurus
Dem alachuen.i sanguis draconis
Dem albacar.i.sanguis vaccæ
Dem alcamer.i.sanguis columbarum
Demest.i.laurus
Demolua.i.malua
Dende est res similis linguæ auis posita in medio sui
Dentibus muris.i.maculæ, quæ fiunt in facie maxime infantium propter comestionem panis corrosi à mure
Dareb.i.corruptio stomachi assimilatur elleboro in folijs
Deraria.i.cantharis
Detin est granum simile hordeo longū, & strictum, & est amarum
Digiti Hermetis. i.flores hermodactyli
Dinarugua est arbor similis rutæ, & dicitur zufere, & dicitur albaze, cuius granum est simile almuden
Dipsacos græcum nomen est, & est diabetes
Dirdar.i.fraxinus
Doch acetosum est lac absque butyro.
Doronigi radix herbæ similis zedoariæ.
Dubellet.i.apostema magnum
Dun calagrot.i.oleum
Dun albuard.i.oleum rosaceum
Dun benesfecis.i.oleum de violis
Dun albencara. i. oleum de semine cucurbitæ
Dun algeus, i.oleum de nucibus
Dun alsusen.i.oleum liliaceum
Dun arani.i.oleum laurinum
Dun alarich.i.oleum de squinantho
Durusatyras est res quæ uoluitur super arborem antiquam, & sunt glandes.
Duragib auis est
Duramet uocatur zedoar, & est triplex, scilicet de corasceni, Hierosolymitana, & Hispanica.

Eberta mensura quædam est
Ede illa est prouincia quædam
Efiriet.i.antimonium
Egena est vas rotundum, & est locus apud extremitatem oculi
Egeddæ.i.blactę bizantiæ
Elbunæ.i.cibarium
Eleuis.i.cicer
Eledion.i.aphrodilus
Elen.i.tristitia de eo quod futurum est, & uigilare facit, sed tristitia de præterito dormire, quæ Arabice alosut appellatur
Eleser.i.vitis
Electra.i.saponaria uel herba fullonum
Eleteil est locus ubi dorsū ceruici iungitur
Eliemelik est corona regis.
Elkalimbat.i.terebinthina
Elnındar.i.olibanum
Elmubatasse.i.exercitium sub quo continetur species luctaminis
Elubie.i.faseolus
Eluesce.i.amylum
Embuba suctorium est.s.cannula qua sugitur aqua, vel aliud liquidum quod cadit in aurem
Emburisme empurisma. i.apostema leue ex sanguine
Emdros,i.expulsorium
Emerukie est albacuem alba, & amaracum.
En caras.i.mesaraicæ
Endagaue est cardamomum minus
Hepar adib.i.hepar lupi
Ersimum est quodam genus sisami
Eseute pondus est
Esticos Græcæ hectica febris est
Esue.i.galia muschata
Esul.i. Indicus
Ethel.i.semen iuniperi
Euasdalbiar.i.butbus caninus
Eutoras piscis est
Euzebez nomen est chordæ grauē reddentis sonum.
Exalmasus, i.casta
Ezegi, i.atramentum.

Faba Aegyptiaca est lupinus
Fafarisan est uitis agrestis nigra, & uocatur untana.i.uiticella.
Fagia est granum simile ciceri habens granum sicut mahaleb
Fag, i.agnus castus
Fariscon.i.prassium
Farea. i. mandibulæ magnum uillosum
Fareton est centaurea minor
Faricos dicitur febris causon.
Farfas dicitur quod sit napellus, alij uenenum interficiens
Far est medicina turchia
Fasuricon est medicina ad scabiem
Fasis est species arboris pini
Fasfaga.i.trifolium, quod datur equis ad impugnandum, & est similis sulæ
Faßaig, i.portulaca
Faudeget.i.calamenthum
Fausel.i.auellana Inda
Faugetchest.i.agnus castus
Fauzeligiliegi.i.mentastrum montanū.
Faucos est apostema in carne glandulosa.
Felēgiesif est abrotanū syluestre.
Felengienisch. i.ozymum gariophyllatum secundum quosdam melilotum.
Feluzesabaragi. est herba de cuius succo est litium.
Felizabaragi.i.fel elephantis
Fellebalim est species calamenthi
Fen est modus locutionis cum de vnare transitur ad aliam
Fenuchia alchemelion
Fentechie, i.dactyli
Fersesin est de genere alfarise
Ferinos est species apostematis, quod dicitur desenes
Feruzegi.i.smerillus
Fesire est hasarasez. i.uitis alba.i.aryonia
Fesesisis est animal sicut acorot existēs in lectis apud Arabes dicitur igil.
Fesula est species lactucæ asini
Fesul est semen
Fetirat.i.interpositiones
Fetirat nomen est anhelitus
Fhued, i.os stomachi
Fiscalia est potus qui cum hordeo, & aqua cum melle permistus vomitum prouocat
Fistula est stipites albi pilosi, immoti sunt pilosi, & odor eius est sicut odor myrrhæ
Fisk est genus rubeum
Flenia.i.pęonia
Flos kiles est flos salicis de torrente
Foca est aqua hordei acetosa cum speciebus vt zinzi, & similia, & est in uasis paruis terreis quæ bene opilata sunt et cum aperiuntur, in altum salit
Foca est quædam descriptio. in 5.can.
Forosmos, uel timbelez, i.arefactio, & est secunda species hecticæ
Fuca fit de pane abramarchio, & menta, & apio
Fusel est propinqua virtuti sandali
Fusel est quædam nux, quę nascitur in India, & est similis nuci muschatæ
Fugule est apostema post aurem
Fulfulimon est ozymum montanum
Futfulminue.i.radix piperis, uel lignū suum
Fulfer alasbiat, i.piper album
Fururati, i.fungus
Furfus est caro addita in ore matricis orta
Fursus est ad modum cuiusdam uisceris
Furlulentis est species aranearum
Fusor est materies volubilis
Futratez dicitur ægritudo quando dura infrigidatur mater, & apostematur.

Gabgog.i.grana solis
Galangen, i.galanga
Galb, i.grana solis
Gambut.i.rosa uineæ, & dicitur algarū, & secundum Almansorem est spina alba florem habens citrinum
Gamedui est instrumentum chirurgicū.

Ganeu.i.quãdo hõ uidetur loq per nares
Gareb.i.fistula in angulis oculorum do mesticis
Garab est arbor super quam generatur borax
Gardau. i.pediculus qui nascitur in inguine & sub ascella
Gasid.i.eupatorium
Gau.i.vrina
Gaukileb.i.urina canis.
Gauzemel.i.urina cameli
Gausegi.i.urina hominis
Gausabium.i.urina puerorum
Gauezi est medicamẽ uulnerũ neruorũ
Gedeuil uenarum.i.uia uenarum
Gedeguil est uia siue canalis minuti intestini
Geleniabin.i.mel rosaceum
Gemen.i.opopanacum
Gencun est gumma rutæ agrestis,& est anacardus montanus
Gensuci pondus est
Genlut.i.corium serpentis
Gestebesren est res similis amygdalæ. & habet duas spinas in capite
Gese est durities.i.cum accidit in palpebris difficultas motus ad eleuandũ uel aperiendum
Gesaminum.i.rosa ex qua fit sambacũ.
Geusadoa.i.castanea
Geuszbne.i.nux muschata
Geushalamel.i.nux cupressi
Gezar.i. baucia
Gezir.i.opopanacum
Gilbenez est semen turbit nigri, & cuiusdam uirtutis cuius est elleborus albus,& est species albi ellebori
Gion est fluuius
Granum nil est cartamum Indum
Granum azelem dicitur piper Nigrorum uel Aethiopum
Granum anasien est granum existens in quantitate piperis. & in colore eius
Granum alkikil assimilatur piperi albo, & persicẽ dicitur darsisahan, & est arboris tremulæ.
Granum uiride cuius semen dicitur albotin & quæ ex ea est dicitur atharo
Grana almahaleb.i.grana nere. i.grana cerasi,& similia
Grana arasced.i.nasturtij
Grana lumbrorum.i. cataputiæ
Grana nigra.i.nigella
Guaril aquaticus, i.stincus, sed verius stellio
Guasemabras.i.stellio
Guadam i.ostracum
Guardenigi,i.ophthalmia magna
Guacce est diminutio auditus absq; destructione
Guac siracum,i.punctio
Guaci est uulnus quod fit in profundo
Guaid.i.polium
Guale est ægritudo quædam
Guarisdẽ est auis, & genus columbarũ
Guahen est indignatio,quæ est infra torsionem
Guadahum,i.venera
Gubes est q̃dã species rubeæ ad pallorẽ declinans similis croco pulverizato
Guberich sunt venæ labiorum
Gures.i.lapis, qui i felle bouis reperitur
Guelmeum.i.folium Nili
Guesgin, i.inquietudo eius qui solus loquitur
Guescir,i.opopanacum, in alio guesir, i. galbanum
Guidez est uua quæ in gutture versus collũ inuenitur,& sunt duæ ex utraque gutturis parte, quæ dicuntur guidezi
Gutinar.i.flos mali granati
Gumera sunt confectiones liquidæ quas mulieres faciunt, quibus liniunt facies suas
Gummi alchuret,i.dragacanthum
Gumera.i.mespila
Gur.i.laurus
Gusme est quoddam genus tuberum, id est fungorum
Guzden,i.talpa.

Habel,i.minutus.
Habel kalimbat,i.genus fistici
Habitus,i.species volubilis, & dicitur alageb
Hagneris, i.electuaria stomaco cõuenientia,quæ fiũt de cydonijs,uel de pomis, vel de prunis boni saporis,siue non
Hailem,i.malus odor
Halauakaid,i.racemus
Haltit, i.medicina Inda similis hermodactylis
Halebleb est spẽs uolubilis habens lac
Halacdan, i.in locis qui sunt post aures
Hamaiciumi,i.senticum
Hamelon est species mezerion,& dicitur chamæleon
Harromati.i. granũ cuius uirtus est uirtuti hordei propinqua, et est mediũ inter triticum & hordeum
Harmelli herba quæ editi inuenitur,& assimilatur cicutæ, loco eius posuit Constantinus cicutam,& errauit
Harrire,i.iuniperus
Harcum,i.latum,i.parum
Harbe,i.bubete auis
Hasek,i.tribuli
Hasaf,i.morbillus
Hasce ẽ hyßopus qui nascitur in hortis
Hascilus est apostema in lachrymali oculo apparens, & cum rumpitur fit fistula:quæ dicitur garab
Hasce dicuntur apostemata acuta quæ nascuntur in matrice,et dicuntur alasce,quia assimilantur folijs usce
Hassech,i.sandonicum,loco eius ponitur origanum
Hasafan est medicina armena, & dicitur persica, cuius virtus est uirtus euphorbij
Hausegi.i.ramus
Hearsilus,i.lactuca asini
Hebel,i.sauina
Hebi.i.cardamomum minus
Hegribersia. i.ægritudo habens acuitatem ut nasturtium
Helch.i.viscus
Hasisades est semen barbæ hircinæ
Heil est species cardamomi
Helcudan.i.in locis qui sunt post aures
Hertisce quiddam simile piperi
Herbum.i.herba indaica
Herba uiiri est herba qua uitrum abluitur & est parietaria
Herbũ,i. orobus,& est amalictarda, est aurum Romanum, i.archirosa,cuius gumma dicitur charaba (tum
Herba Mariæ,i. athanasia uel tamacetum
Herba fluminis, i.lenticula de amne
Hersen semec alcanabotis
Hesdeben,i.lignum indum
Tesertazen,i.vitis alba
Hetis dicuntur res acutę
Hetisati,i.actio
Hetebet,i.liquefactio
Hezetufes dicitur amarugina
Hismulum emplastratio omnibus cõis
Hiustis dochi,i.hypoquistidos
Holus iudaicum,i.althæa
Gonfa nasturtium
Hosmatus,i.tria grana cydoniorum quę est quarta pars libræ
Hucuriz est species lacticinij
Hudubub est auis quæ clamat de nocte
Hulemodus est cibarium
Humaim arabicè, Ioannitius latinè
Hyßopus humida est sordities aggregata super lanam ouium

Iabral est radix mandragoræ sylue-stris
Iagueris, i. electuaria stomacho conuenientia quæ fiunt de cydonijs, uel de pomis,uel de prunis,nihil amaritudinis habenti a boni saporis sint siue so lutiua,siue non
Iabarich,i.interior pars labiorum
Iaibedi est rizi
Iamenum,i.fumum
Iar fluminis, i.iuncus fluminis in aqua habens flores similes nenufari
Ibanange est mustella
Ibet,i.profunditas somni
Ibenes,i.bellua
Idefobe,i.cardamomum minus
Id quo aurum adhæret,hoc nomen cõuenit ammoniaco, & quandoq; conuenit cuidam rei quæ fit ex urina infantium mota in mortario æreo cum aceto in sole donec coaguletur
Icum cimeu,est herba publicum
Iecteri chumet,i.herba pulicum
Ieleniabin.i.zuccarum rosatum
Igil,i.cimices
Iefee,i.sinciput
Illicinus est genus serpentis
Imne est fructus sycomori,& sunt ficus agrestis duræ acetosæ
Inarimatu.i.instrumentum quo suspenditur aliquid (tur aliqu
Indicum.i.granum nil.

In-

Indebegi.i.cibus qui fit de nucibus paruæ plantæ super quas pinguedo arena aßata defluens funditur, quibus quandoq; herbæ coctæ admiscentur.
Ininoctica.i.dormire facientia.
Interfector patris sui.i.sutirion.
Interfector apum.i. nenufar
Isfidebegi.i.pullorum cibus, qui dicitur rafeta.
Istagar est salsa ex amygdalis,& sale, & aqua.
Iudacud est polium maius
Iudaiba.i.polium minus
Iudebi,cibus quidam ad coitum ualens

KAbk.i.tortellæ.
Kafitius nomen ponderis est
Karion est lignum Indum.
Kachaßim est locus post partem supremam nasi.
Kalidicon est medicina quædam.
Karates animal est venenosum.
Karabe est gũmi arboris dictæ nux romana ad citrinitatẽ tẽdens & est Ke
Karmezich.i fructus tamarisci. (kat.
Karabitus est apostema capitis calidũ, & est birsen.
Karmem.i. grana.
Karon.i. lignum Indum,& non elongatur quin sit mugat
Karmene genus animalis, quod dubitat Auic. an sit basiliscus
Karbe est animal venenosum faciens oua, quę venenosa sunt.
Kasbas.i.papauer
Katas.i.atriplex
Kebenzkesez est genus tuberum solidũ adunatum in magnitudine testiculi, & scrofulę.
Kebikengi est lupinus syluestris, & sunt species quatuor
Kecsumesi est mensura.
Kedusul est genus serpentis
Keisum.i.abrotanum.
Keisim.i.leuisticum
Keichen est gumma horribilis saporis, & secundum aliquos est sandaracha
Kefelot sunt porri nabathi.
Keimati est medicina sicca pro pueris
Kechengi est species solatri.
Keleitati est mensura quædam.
Kemelium est species mezerion.
Kemac.i. condimentum.
Kemini est vas vitreum in modum phialæ habens orificium strictum.
kemanec est genus cibarij
kemic est mensura.
kenim.i.mensis
kenif sunt dies caniculares
kersumus est ægritudo, quæ est magnitudo virgæ præter naturam, & dicitur etiam kersumus ægritudo qua quodlibet aliud membrum præter naturam excrescit
ermet est pondus.7.chirat
kerua.i.pentadactylus, & est resin.
kerbera.i.curcuma.
Kerfe.i.aromaticum, & est species cinnamomi grossi.
kercherfebe est cubebe.
kercules.i.locusta magni corporis non habens alas.
kercasus.i.liquiritia.
kerba.i.canicularis.i.hyusquiamus
kersenati.i.aranea.i. hectuna propter sui paruitatem.
keret.i.citroli
keste.i.herbus.
kesumen est pondus.
Kesmes,i.paßulæ enucleatæ.
Keted,idest frutex cuius gummi est dragacanthum.
ketemon est ægritudo oculi,& est quasi nubes.
keuzauguen est persicum nomen, latine lingua bouis.
Kien est quædam regio.
Kildaru asaraxi,& felix.
Kilus succus ciborum.
Kirudo.i.sanguisuga.
kisk hordei est hordeũ fractũ uel ptisa-
kist mensura est. (na.
Kiskar.i.eleuatum.
kitran est pix.
kosilnum pondus est.
koßen est cortex glandium.
kũ hendẽ est rei leuis sicul alusnati lutea, & in rabie nominatur stercus columbarum & baldac,in Aegypto nux henden.
Kusele sunt fustes nigredini attingentes radicibus rubeæ similes.

LAc de sersi.i.herba hircina,uel hypoquistidos.
Lac alraib.i.lac acetosum.
Lactuca asini.i.uirga pastoris.
Laclachatum est medicamen quoddam confortans stomachum.
Lacterides dicitur almendana cuius fructus dicitur eße amarus,& est catapútia.
Ladach est confectio ex musco gariophyllis, & similibus, qua liniunt se mulieres.
Laguauir Arabicè,latinè ea quæ sequũ
Lagenaga.i.borago. (tur.
Lalebraz.i.lecten.i.super vmbilicum.
Lalec est res quæ diu masticatur.
Lãbas alcubub est herba propinqua hys
Langa est genus tithymalli. (sopo.
Lans.i.amygdala.
Lanuga.i.flos arundinis.
Lapis ad æstatem est margarita,& est lapis luminis quod confert oculis
Lapis bresil.i.corallus.
Lapis iudaicus.i.lapis agapis.
Lapis Vulcani dicitur feme, & præparator corij.
Lapis danascen.i.uiridis quo acuunt.
Lapis alagi est lapis similis oßibus elephantum.
Lapis hardis.i.alumen albũ simile zuc
Lasar.i.lachrymum silphij. (caro.
Laserpitium.i.silphium.
Labales sunt epithemata ex rebus bene redolentibus, sicut aqua myrti, sandali,camphora,& similia.
Lẽticula aquæ est herba quæ erigitur super faciẽ aquæ in terris lacunalibus
Lenticula de anne est herba fluuialis.
Lepus marinus est animal ostrocosum lutosum.
Lilium cæleste.i.ireos.
Lilen.i.mercurialis.
Lingua canis.i.fructus fraxini.
Lochiati regio quædam est.
Lubue est arbor sigie.
Lubue est storax,& mel allubue est storax liquida.
Luf est herba quæ dicitur luf serpentis, & est serpentaria.
Lulume est ungula.
Luse dicitur hernia ex apostemate.
Lutum.i.creta.
Luteesula.i.uerrucæ.
Lutum albothera.i.terra sigillata.
Lutũ lemiũ.i.propinquũ luto armeno.
Lutum samium est sicut lutũ sigillatum in operationibus suis, & est stella semius,quod idem est quod talch.

MAceria est locus inter anum, & uuluam.
Madio est æstuatio uel angustia.
Madion.i. auis diuersorum colorum.
Magnuda.i.scammonea.
Magra.i.aqua lactis. (tæ
Magnesia est lapis in uirtute marchasi
Mahaleb.i.vera.
Marmorea dicitur faba inuersa.
Maru.i.marrubium.
Marmacora secundum quosdam est aristolochia longa.
Marmacor est species sumuse, & Arabice est lingua bouis, & dicitur scalue, & est alsafrens susume, & alia quænominatur marmues,& est alia quæ dicitur meisidaf.
Marchasita est fæx æris sicut clymia auri,fæx auri, & sicut antimonium de minera plumbi.
Marastron.i. hospitale.
Marmenta.i.marrubium montanum.
Marcur est uermis qui inuenitur in grana.
Maran.i.emplastrum.
Maroch est species aniuden.
Masuragi.i.ægritudo quũ pupilla aperitur minus.
Masacumia.i.illud quo uitriantur uasa
Mathahaze.i. pannus factus de pilis capræ.
Mecadatin,nomen instrumenti pro tela oculi auferenda.
Mediem.i.tortuiscus, & est herba fæ-
Meha.i.storax. (tida.
Mchibẽthene est illud quod dicitur granum regum, & arbor eius nominatur asubeth.
Mebezeregi est sicut scebran. quidam

numerant eam inter lacticinia
Meiones arechij alebin dicuntur, habent collum longum, & sunt palestini uel Indi
Melalac est mel acetosum coagulatū
Melcuridus.i.cucumer sarracenicus
Melch legumen credo faseoli
Melissa.i.sine granis
Melanochion.i.opium
Memiren.i.Chelidonia
Merdasengi.i.lithargyrium
Mersulem est lignum asparagi
Meridada.i.maiorana
Merdeseris.i.plumbum ustum
Meruba.i.facta
Mes est quædam ægritudo
Mescatramesir.i.pulegium ceruidum.
Messe est proximum substantiæ fabarū
Mesemen, idest locus sub teneritudine costarum
Messos genus est cibariorum sicut colū bi in aceto cocti, in quorū uentre ponitur menta uel gelatina, vt c.7.de cibatione habentium hecticam
Mest est triticum
Mesit.i.aqua lactis
Mesus.i.liquor acetosus
Metheca.i.sebesten
Metaham est capra
Methus est locus inter spatulas
Meta.i.storax
Mezameiz est genus serpentis uel uermis pilosus
Mezerion.i.anabula
Michadi.i.forfices
Micla est compositum ex pane azymo & oleo
Michatesem.i.euersio cutis in non naturalem colorem
Miliaris genus serpentis
Ministrum.i.mensura
Mismis.i.chrysomela
Mismar est nodus rotundus paruus similis capiti claui
Molochia est species maluæ
Mosichibe est species galangæ
Mucalif est tertia species hecticæ
Mugadhod est succus qui in radice xylocaracte nascitur
Mugat secūdum quosdam est radix granati syluestris
Mula est pars illa oculi, quæ videtur
Mutachelim.i. præpositus, qui docet Sarracenos qualiter debent orare, & matrimonium contrahere
Mulalac dicitur alladac quæ est confectio ex musco, gariophyllis, camphora, & alijs odoriferis cum aqua rosac. cum qua aqua iam multa turbi da liniunt se mulieres
Mum purum est parietes domorum apū, in quibus faciunt oua, & pullos, & mum nigrum, est sordities fenestrarum forinsecarum
Mundulimon est bdellium, & muclemedac idem
Muri.i.garus
Muredascon est flos, & habet stipites frangibiles subtiles ad cineritatem, & citrinitatem declines
Mura.i.myrrha
Muraba.i.conditum
Murzia est quædam terra
Murchion est tertia species aranearum
Musa fructus
Musaiaha est similis virtutis neremisch
Musaac cibaria sunt ex pullis, anetho, agresta, & ficubus facta
Musaac Arabice, latine cōnexa dicitur
Muscus aquæ.i.pulmonaria aquæ
Mustchin est vnguentum de calcadis.

Nabathi est commune quod simile reperitur in omni loco
Nabit est potus qui fit ex dactylis, & ficubus, & alijs ab uuis ex quolibet fructuum
Nabach est nomen ponderis
Naducē est dispositio mala matricis diuersa à mola, & uocabulum persicum est
Napellus dicitur quòd sit bryonia
Napellus Moysi est herba nascens cū napello. napellus uerò Moysi est animal quod in radice napelli moratur, et est theriaca omni ueneno
Napta e st petrelæum
Nasseseni.i.scolopendria
Natif.i.cōfectio ex melle sicut penidij
Naurnacon ē dictio attributa sali nitro
Neditus, idest apostemata in radice auris nascentia
Nefrin est similis narcisso in uirtute, et rosa sera.i.sambucus syluestris
Negesich.i.ignis descendens
Neheguidegi, uel neguiden sunt quatuor dētes extremi.s. molares, qui in alio loco ne guedij vocantur
Nemen.i.sisymbrium.
Nenufar, & Gal. uocauit caulem aquæ
Neremis.i.musaha, & est flos pæoniæ, uel pæonia
Nerciden.i.spica romana.s.celtica
Neregil.i.nux indica
Nerseiendaru.i. berseiendaru.i. virga pastoris
Neraberti.i.ameos
Nesestengi.i.amylum.
Nesaa.i.sciatica
Neurianton.i.rubeum
Nigra uena.i.matrix
Nison.i.martius
Nitrum.i.baurach armenum
Noduar.i.liquor quandoque pro aceto quandoque uerò non
Nonbilech est cum aqua funditur ab alto super aliquem.s.embrocando
Nubin est terra quædam
Nuola.i.ea quæ post cibum sumūtur vt fructus frigidi
Nux henden est terra granosa sicut cicer declinans ad citrinitatem, qua mustum clarificat eijciendo fæcem
Nux methel est similis nuci uomicæ.

Oabel acara.i.cucurbita
Oca herba est palustis quæ in fluminibus oritur
Offien.i.opium
Oegi.i.acorus
Oleum de ben.i.muscellinum
Oleum decamum.i.decem specierum
Oleum omphacinum est oleum de oliuis immaturis
Olizatrum.i. petroselinū macedonicum
Omorensis.i.dilatio
Omoronensis non medicaminis
Orale est pannus de seta quo cribratur subtiliter
Opthармicum prouocatiuum sternutamenti.

Panis chistar est fermētatus panis
Pastus columbarum, & camelorum est herba habens grana sicut granum myrti, & ei proximum
Pedecolone est græcū nomen, & pōdus duplū totius qđ balneo est cōueniens
Pediculus vulturis nominatur pedi per sice, & merule græce, & tafatis iudaice, & est bestia sicut pediculus qui in inguine nascitur
Pentaphyllon est quinque folium
Pes locustę est sicut olus iamenum
Pes coruinus est herba uirtutis hermodactylorum
Petalum est residentia in urina, & dicitur crinoides
Pheludez ē cibus ex farina tritici cum (melle
Phitanos.i.febres erraticæ, ut sextanæ
Piper aquæ est herba ut olus nascens in aqua, & approximat in gustu sapori piperis
Pisces aradrada.i.petrosi uel parui
Planta noctis est bothor paruæ
Plumbum algalai.i.stannum
Polygonia, & polygonos dicitur sanguinaria
Psylotrum est medicamen depilatorum
Pulicaria & psyllium idem est
Pumex & fenic.i.lapis Vulcani
Pupilla oculi est eruca aquæ, & est herba boni odoris, et oritur in aquis stantibus.

Raan salomoniaca est similis anetho humida: & dicitur quod folia eius sunt sicut malua, & quidam nominant eam habasalcrum
Racha est species trifolij
Rachaba.i.os pectinis
Radix alexet.i.radix uitis
Radix ausce est radix mandragoræ
Raham.i.myrtus
Rab.i.lac acetosum
Raledialemen est fumus terræ
Ramich est confectio quædam constrictiua qua fit galia muscata.
Rasga uel rapha, idest patella, vel oculus poplitis
Ratuba est alcor
Ratinigi.i.colophonia, & gumma pini, &

& nominatur arbor eius alberci,
Rauedſeni.i.reubarbarum
Rechi regio quædam eſt
Remehac eſt linimẽtum prohibens cani
Reſni.i pentadactylus (ciem
Ribes.i.acedula
Rimegi eſt lapis ſicut cancer
Rob.i.uinum coctum inſpiſſatum
Roba.i.auellana Indica, & eſt fructus in magnitudine auellanæ ſimilis pa-paueri
Robub i.ſucci inſpiſſati ſine alterius cõ-miſtione
Robilie i. legumen
Rocen pondus eſt
Roiora eſt illud quod ẽ in aere apparẽs ſicut ſtella cadens quæ eſt in motu
Rõa eſt cum aliquis ſine cauſa ridet
Roſa fœtida eſt, flos pæoniæ
Rosbot eſt porus uel conſolidatio oſſis
Roſetim.i.pondus quoddam
Rotab dactyli immaturi
Rubus canis, planta eſt habens fructũ ſicut oliua habens intus lanam
Rucalia herba eſt
Rufue.i.tri
Ruſatagi eſt vſtum
Rutubut eſt color ſanguinis putreſacti in facie, & eſt beſtiola exiſtens in ſu-perficie aquæ, quæ ſuper eam moue-tur diuerſis modis ſine ordine, ad cu-ius proprietatem dicitur chutubuth quædam ſpecies melãcholiæ, quã qui patitur uiuos homines abhorret, & appropinquat mortuis
Rutela ẽ animal araneæ ſimile quod no-minatur alfeched, & ẽ uenatrix mu-ſcarum, & nominatur pliud.i. rapax
Sabra eſt ſpecies ozymi
Sabras animal eſt
Sabin eſt genus ſerpentis
Sacculos eſt apoſtema cerebri
Saccos eſt animal paruum ad ſimilitudi nem cuius tubera leproſi apparent
Sacaichnahamẽ.i. flores papaueris ruſi
Sacuſulondurion.i. albutueben, & eſt ſcolopendria
Sacraiati eſt pondus
Saculufudurni ẽ animal quoddam cãpe (ſtre,
Sadurit.i.ſcotomia
Sadaf.i.conchulæ marinæ
Safurion eſt auis quæ frangit lapides
Saguicla eſt triticum fractum cum mul ta aqua coctum
Sagluuſcolon eſt quarta ſpecies aranea rum, ſuclion verò quinta
Sabafat ſunt maculę rubeæ, quæ fiunt cum puſtulis paruis
Sabara ſubetia.i. uigilatio dormitatiua
Sabal.i.dæmon
Sabafati.i. bothor humida quæ emittit (uirus
Sabira eſt atramentum quod in encau ſtro ponitur
Sabaſatos eſt lapis quidam
Sachaic eſt flos papaueris ruſi
Sachiachariamc eſt roſa rubea ualde

Saluatella ſiue ſeylem eſt uena
Salguaſora alberengeſiſ, & abrotanum ſunt idem
Sandaros eſt almedon, & eſt uernix quæ dicitur ſandaracha
Saporbala.i.ſaccus palmæ in quo dacty li naſcuntur
Sarnabraus.i.ſtellio
Sarſoc uel ſanar.i.ferrum
Sarmac apoſtema bucum auris
Sare eſt paſſio quando homo maxime ſentit pruritum
Saſaf.i.ſalis
Satarbari.i.ſylueſtris.
Satil eſt medicina Inda
Satps animal eſt cui glãdulæ ſimilantur
Sauich hordei eſt hordeum fractum cũ multa aqua coctum
Saulige eſt locus quo ſuperiores partes corporis tantum mouentur
Surigen.i.hermodactyli
Suchion.i.fractura ut ſauic
Scandix.i.melo romanus
Scat eſt arbor in Aegypto
Scatabregi carnis.i.brodium
Scedenegi.i.amylum
Sceni vel ſcemi, vel ſcini eſt locus qui-(dam
Sceibar eſt lapis lazuli
Scere eſt infectio cutis ſicut impetigo, differentia tamẽ inter ſcere, & impe tiginẽ eſt, quia ſcere totum membrũ tenet uel medietatem corporis, impe tigo uerò ſunt maculæ diuerſæ
Scea romanum.i.abſinthium ſecundum quoſdam
Scea.i. ſtæchados arabicum
Sceha.i.tribulus
Scedenegi uel ſedine eſt hæmatites
Scebran eſt ſpecies lacticinij
Scerbin eſt arbor alchitran
Scerantum.i.ſtinchus de mari rubro
Scehedenegi ẽ ſemẽ canabis uel ſemegi
Sceſcortici.i.anticirca romana
Scenem.i.ſalſa facta ex piſcibus
Sceirazirai eſt lac ueſpertilionis, & ſe-cundum quoſdam eſt urina
Sceſabra ſecũdum Almãſorẽ eſt nomen græcum, & interpretatur myrtus re gum, & ipſa eſt baſilicon originale parua habẽs folia, ſummitatẽ habet longam in qua naſcũtur flores, quo-rum color eſt, ut color uiolarum
Seiſetati ẽ genus ſerpẽtis: & etiã ſelſir
Scutu dans.i.teſticulus vulpis
Sebel eſt ægritudo.ſ.quando uenæ in o-culis apparent
Sebaſſet ſchebeta eſt mandragora
Secacul eſt uene ſicut zingiber, et affer tur ex India
Sedem eſt uena, quæ eſt inter auriculã-rem, & in raſceta manus
Sedere dicitur uertigo quæ facit homi-nem cadere
Sedenegi.i ſemen granati ſylueſtris
Sefilos, ideſt apoſtema naſcens in carne glandoſa

Seſiros.i.ſcliros, & eſt apoſtema
Seguendeguig.i. partes uiarum uenarũ, quæ in alias diuiduntur uenas
Sebeniabin.i.ozymel
Sebene, & buzi, ſalſæ ſunt quæ fiunt in Aegypto
Seilen.i.gaſalibu.i.lolium
Seitaragiem herba ſimilis naſturtio.i. capſia
Seigi eſt genus oſtracorũ, et ẽ uenereum
Sekeri.i.ebrietas
Senkeſud eſt arbor croci hortenſis
Sol eſt medicina inda ſimilis zingiberi
Seleguai.i.caſia lignea
Solon.i.ſanguis draconis
Selec eſt ſiligo
Selgen.i.napus
Semurion eſt ſpecies apij ſylueſtris
Semaris.i.ſardellæ
Sen eſt ſapor quidam
Senuburnoſan.i.ferrũ naturale ſicut eſt
Sentus eſt ſpecies marrubij.
Senuſemiati.i.ſtans ad ſolem
Senuat eſt lactuca aſini habens folia ſi cut lactuca
Sepitabuumen eſt quædam ſpecies ſorbæ
Serpium eſt ſpecies tribuli
Serembligi.i emblici in lacte infuſi
Seradi eſt quando aqua ingreditur tra-cheam arteriam
Seraſif.i.hypochondria
Seſuoſcik ẽ ſimilis abrotano in virtute
Sceſinacabar.i.heil
Setis ſunt duæ arundines quæ ſunt inter adiutorium, & manum
Setegi eſt medicamen acutum
Seterigi.i.fumus terræ
Setaſiſu.i.oſſa pectoris.ſ.thoracis
Setaria.i.capſia
Setaragi.i.tapſia
Seukar.i.pes columbinus cum quo tin-gitur oculus uel cera
Sibane ẽ mania accidẽs cũ ſirſen calida
Sicla.i.blitis
Sief.i.ſuccus
Sila.i.apoſtema in principio ſicut glan dula, poſtea multum augetur
Silac.i.groſſities palpebris cũ rubrie fiũt oculi
Silla ſpecies ſunt nodi
Sileculi ſemperuiua eſt
Siliquã nomen ponderis
Simarem uel ſincare i.lactuca intelligi-tur magna, & eſt lactuca aſini
Simenia õſſa ſunt acuta, quæ in ſpondyli bus eminent
Sindeiudar.i. lac arboris quæ ſimilatur iunipero
Siagemalſce.i.hepaticum
Sinfes eſt quddam animal
Sipt aſſimilatur magnæ araneæ longos habenti pedes
Sir eſt medicina Inda (denegi
Sirengi.i.azarion, & eſt virtutis ſce-
Sirſen. i. apoſtema calidum quod fit in uentriculis cerebri, & quando eſt frigidum

frigidum dicitur lethargia, & quando est compositum dicitur subeth asari.s.dormitatio uigilatiua
Sirsen.i.phrenesis
Siragi.i.lac fici.
Sirakius fagus est centaurea minor
Siserum.i. cresiones senationes.
Sitra est arbor cuius fructus nabai
Situlæ sunt radices quædam
Sobonec est herba Mariæ.s.sacannaa
Sod.i.Cyperum.
Soda.i.dolor capitis.
Sohat est arbor magna in Aegypto.
Sol.i.sambucus
Solbez.i.almeizara, & est arbor parua unius brachij, habens folia parua ut buxus
Sorem i.congelatio
Sosata sunt apostemata quę accidunt in uelamine, & partibus pectoris
Spina iudaica.i.nigra
Spina alba.i.bedeoard
Spica acchia.i.nereiden
Spuma maris.i.pumex
Storax est quædam species storacis secundum Diosc. & alios est gummæ oliuæ
Storax assemia.i.lubria romana.
Stellio.i.lacerta uiridis
Stella feminis.stella terræ, lutum semiũ idem sunt, & talK etiam
Strichnum facit semen quod dicitur uua lupina.
Subeth est passio quam qui patitur, stat subtus, & uidetur semper dormire, & uocatur, & uix respondet
Subeth quandoque ponitur pro profunditate somni
Subeth asari.i.dormitatio uigilatiua
Suc.i.galia musi hata
Succutum.s.semperuiua, sed secundum quosdam est mandragora.
Succudus quandoq. sublimat clymia, & quod sublimatur est tutia bona, & quod redit inferius ex clymia nominatur succudus
Succharum.est species hyusquiami albi
Sucu.i.clymia
Sucos est spe ies congelationis quando æger intuetur in vnum locum
Sucudrium. l.allium agreste
Succi alifir est succus alerage, & dicitur abrotanum syluestre
Sucution.i.testiculus uulpis
Suffuf est medicina sicca pro pueris
Suffuf sunt puluerizata quæ in os proijciuntur, & post ea aliquid bibitur.
Susufet.i.pulueres qui per se sumuntur.
Subud.i.radius qui est vt ignis flans in aere.
Sufeni est locus in quo oritur anisum bonum
Sulcitum.i.acetosum
Sulatum est ægritudo oculorum, quę accidit pueris propter fletum, & est quasi scabies
Sulem est medicina r omana.
Sulem est os quoddam in digitis
Sula.i.herba arthretica
Sulemet sunt ossa ex quibus componuntur digiti.
Sule.i. grana uiridia, & eius arbor producit terebinthinam
Sumbebig.i.sumeril, quo cæteri lapides perforantur.
Sumeiz.i.ficus Pharaonis
Surabes.i.tasea
Surum est nigella
Surin.i.species lacticinij
Suriar.i.caro ostẽditur secundũ partem
Suregi.i.oleum sisaminum
Surabiete cibarij nomen est, & raphanati.
Surinus est mus paruus contrarius napello in uirtute
Surie species atramenti
Susar.i.buxus
Susati est caro mollis existen. in interiori parte palpebrarum
Susen.i.ireos
TAbulos febris est, et dicitur febris liparia
Tabarzet.i.album, & sæpius ponitur pro zuccaro albo
Tabrasten regio quædam est
Tasea taseata est duplex una quæ est alba, altera uiridis, alba quæ fit ex sola aqua, & carne, & uiridis quæ fit ex carne, & aqua & coriandro vel consimili herba uiridi
Tasaris nomen Indum est, & est pediculus vulturis
Talisafar sunt cortices styptici ex India delati
Talalon est species ęris
Taliz.i.masculus struthio
Talch.i.uitrum dulce, & est gypsum
Tanoni.i.apostema carne glãdosa natũ
Tanguebil sunt omnes species quæ in cibarijs ponuntur, ut piper & cinnamomum, & reliqua
Tarcon.i.pyrethrum, et est radix altar con montani
Taratis est hypoquistidos, secundum quosdam est frusta ligni nodosi ad grossitudinem digiti, & habet virtutem balaustiæ
Taraxis.i.ophthalmia non uera
Tarsum uel taxas est destructio auditus
Tarim.i.bonum malum
Taro.i.lentiscus
Tarisilon est planta nascens in uere, & flos eius est similis croco hortulano
Taracha.i.pisces uel oua piscium sicca.
Taraxacon.i.scariola agrestis
Tarabit est crusta ligni nodosi grossitudinem digiti habentis
Taxabuch est retractio cum vnus pes offendit alium
Tasaugi est pondus trium granorum hordei
Taui est auis habens dentes in palato.
Tesie.i. gumma rutæ agrestis siue montanæ
Tegmaton est satietas nauseatiua.
Telosiö, i.muscus qui nascitur in lapidibus.
Tereniabin est species mannę.
Terra alcori est fumus in quo decoquitur terra
Taselenum est quædam species sorbæ
Testiculus canis, & testiculus vulpis sunt plantæ. (satyrion.
Testiculus vulpis.i. buzeidem, & est
Thaum est apostema quod fit in carnibus laxis vel subascellis, uel post aures, uel inguinibus
Therisinus.i.ægritudo quædam
Theriaca alfaroc.i.à morte liberans
Thuctaminis.i.pulegium.
Tille species uini est, seu uinum coctũ quod dicitur sapa uel epithema
Tilub est muscum lapidis qui est ut hepatica, & dicitur tulub, & uocatur etiam oga
Tinscmus est.stella, quæ est in cælis
Tinchar est borax, & aliud minerale, & aliud artificiale, & dicitur capistrum auri
Tirsim.i.September
Torongi.i.citrum
Tortellæ.i.panis biscoctus
Tosugi.i.scammonea
Tri.i.minuta facta de tritici farina
Triscalis est genus serpentis
Tricla piscis est
Troxymel agrestæ est taraxacon.i.endiuia syluestris.
Tubel est scoria uel batitura, vnde tubel ferri, vel tubel ęris
Tubin.i.grana solis
Tuderi est herba habens folia similia folijs prassij, & nascitur in tectis, & habet radicem quadratam
Tuchib masculi.i. faciens brachia erecta plana stare uel iacere
Tululie substantia uerrucali
Tursie.i.ammoniacum
Turserius.i.stella
Tyria est ægritudo cutis capitis
VAríces.i.uenæ tortuosæ, quæ sunt in cruribus, uel albi
Veditus est apostema
Venæ constrictæ.i.lumbrici terrestres
Venera.i.cocela
Venæ alosmel, uel alesfind.i.amel alba
Venæ alfalungi.i.radicis asparagi
Venæ citrine.i.radicis chelidoniæ
Venę tinctorum.i.radices rubeæ
Veremisch electuarium quoddam est
Vesestengi est amylum
Vicor.i.squinanthi.
Vitem.i.uenæ quæ procedunt in uitis
Vnaba sunt additamenta duo in cerebro carunculararum mamillarum
Unguentum Veneris.i.vnguentum apostolorum
Vola magna est quædam mensura
Vrac Indi.i.folium
Vsago

Vſago.i.impetigo

Vſne ſunt cortices tenues ſubtiles circunuoluti ſuper arborem glandium. & pinum & nucem, & habet odorẽ bonum, & dicitur aluſne, & uſnet eſt lanugo quæ in arboribus auellanarũ uel paruarũ nucum inuenitur.

Vſnem fullonum eſt herba de qua fit alchali.

Vtbuen.i.uirgæ minutæ ſuper quas ſũt flores habentes alba folia

Vua paſſa montana.i.ſtaphiſagria.

Vua vulpis eſt ſolatrum

Vzifur, & ſedech.i.cinabrium.

X Ebet.i.anethum

Xiraxeti, id eſt rob de ſuccis fructuum ſorbilium.

Xyloaloe lignum aloes.

Y Abrio eſt radix mandragoræ

Yliſci eſt ægritudo quam aliquis incurrit propter amorem.

Z Air eſt fluxus uentris, qui fit in inteſtino recto

Zambac.i.iauſeminum.

Zametio, vel zamenena.i.priuatio greſſus.

Zarea.i.ſorba

Zarneb.i.ſolatrum

Zaror: uel zarur.i.ſorba, & eſt alia ſpecies ſorbæ quam Græci nominant reſilinum. & aliud ſentabrum.

Zarahũt uel maſmacora.i.ariſtolochia

Zarnec. i.auripigmentum

Zebezaibar.i.ſpuma maris.

Zebaragi eſt animal quoddam

Zegi.i.uitriolum, & eſt atramentum

Zibrabegi genus cibarij eſt.

Zinzibil.i.zinziber.

Zinziber carmenum eſt herba cuius folia aſſimilantur folijs ſalicis aliquantulum citrina rubeum habens ſtipitem acuti ſaporis ſicut zinziber, & credo quòd ſit perſicaria.

Ziniar.i.uiride æris

Zohode i.cyperi

Zuccarum aihuſar.i.cadens ſuper albuſar, & eſt manna

Zufe.i.hyſſopus

Zufere.i.arbor quæ dicitur alhaſce, & eſt ſimilis rutę, & dicitur dinarugiua


Zufeſeſe.i.iuiubæ nigræ

Zugus eſt fuſtis ſagittæ

Zuhumez.i.unctuoſa

Zurumbet.i.zedoariæ

FINIS.





VENETIIS, M.D. XCV.

Apud Iuntas.

INDICES
RERVM MEMORABILIVM IN AVICENNAE
De re medica Libris.

NEC NON IOANNIS COSTAEI AC IOANNIS PAVLI MONGII

Annotationibus, locupletißimi.

Qui, quantum cęteris in ordine sint præstantiores, quamq; alios omnes hactenus impressos, breuitate, ac facilitate antecellant: eos, qui legerint, æquos iudices futuros speramus.



VENETIIS, M D XCV.

Apud Iuntas.



VENETIIS. M.D.XCV.

Apud Iuntas.

INDICES RERVM MEMORABILIVM IN AVICENNAE

De re medica Libris.

NEC NON IOANNIS COSTAEI, AC IOANNIS PAVLI MONGII

Annotationibus, locupletissimi

Qui, quantum cæteris in ordine sint præstantiores, quamq; alios omnes hactenus impressos, breuitate, ac facilitate antecellant: eos, qui legerint, æquos iudices futuros speramus.




VENETIIS, M D XCV.

Apud Iuntas.

Typographus studiosis S.



RAETER summam, quam in excudenda Auicennæ medicina, diligentiam adhibuimus, admonebat nos res ipsa, Indice quoque copioso esse opus; vt scilicet vobis nihil desit, quod studia vestra promoueat. Collecti igitur duo sunt Indices: alter quidem eorum omnium quæ in ipso Auicennæ contextu visa sunt digniora memoratu; alter verò eorum quæ in Annotationibus, & primis, & in nostra hac editione additis occurrere. Quo autem iudicio, fide, ordine confecta hæc sint omnia: quid tunc commodi, tum copiæ accessurum sit vobis; vos ipsos, studiosi, iudices facio, neque pluribus doceo. Illud tantum polliceri & testari ipse possum, nihil hic prætermissum, quod vsui vobis fore intellexerim. Suscipite ergo alacriter operam nostram, & valete. Deus vero Opt. Max. studijs vestris faueat.



INDEX RERVM MEMORABILIVM IN RE MEDICA AVICENNAE.

Sciendum est, numeros 1. & 2. denotare primum, ac secundum Tomum: a, vero, & b, designare primam, ac secundam columnam reliquos maiores numeros primum paginam, secundum versiculos.

 sim

Adeps

Aegri-

INDEX

Aer

INDEX

AERIS CORRUPTIONI conferunt.

ALBARAS CONFERT.

ALBARAS CONFERENTIÆ composita.

alopeciæ

INDEX

ANCHARUM DOLORIbus conferunt.

ANCHARUM DOLORIbus conferentia composita.

ANGUSTIAE CONFERENtia composita.

Animæ

INDEX

ANI DOLORI CONfert.

ANI DOLORIBVS conferentia composita.

ANI EGRESSIONI, & mollificationi confert.

ANI EXITVI CONFERVNT.

ANI VLCERIBVS DIFficilis consolidationis confert.

ANI PVSTVLIS CONfert.

ANI CORRVPTIONI conferentia composita.

ANI DOLORI CONferunt.

APERITIVA COMposita.

APHTHIS CONferunt.

APIS PVNCTVRAE conferunt.

aposte-

INDEX

APOSTEMATA MATURAT.

APOSTEMATA RESOLUENTIA COMPOSITA.

appeti-

INDEX

APPETITVI CANINO conferentia composita.

AQVA AENEA, ET FERREA conferunt.

aquam

Aristo-

asthmatis

INDEX

Cro-



INDEX

C

CAECITATI confert.

CALCANEI EXCORIAtioni confert.

Came-

CANCRIS CONFERVNT.

CANCRIS CONFERENTIA composita.

CANCRENAE conferunt.

CANITIEM ACCELERAT

CANITIEM RETARDAT.

CANITIEM PROHIBENTIA composita.

CANIS MORSVI conferunt.

CAPI-

casiæ

CATARRHO CONFERT

CATARRHIS CAPITIS conferentia composita.

causon

CEREBRI AEGRITVDInibus conferentia composita.

chole-

CHOLERÆ CONFErentia composita.

CHOLERAE SOLVTIVA composita.

CHOLERÆ VOMItum sedantia composita.

CHOLERAM TEMperant.

CHOLERAM LENIVNT.

CHOLERAM EDVCVNT.

CHOLERAM NIGRAM educunt.

CHOLERAM ADVstam soluunt.

CEREBRI OPPILAtionibus.

cibi

INDEX

CICATRICIBVS CONferunt.

cinnamo-

COGITATIONES delet.

COGITATIONEM subtiliantia composita.

COITVS DESIDERIVM sedant.

COITVS DESIDERIVM facientia composita.

COITVM ADIVVANT.

COLICAE CONFERUNT.

COLICAE CONFERENTIA COMPOSITA.

COLICAM FACIVNT.

COLON BONA SVNT.

COLATORII OPPILAtionem aperit.

CEREBRO CONFERT.

Colly-

COLOREM BONVM faciunt.

COLOREM CLARIFIcantia compoſita.

COMPLEXIONI calidæ conferentia composita.

COMPLEXIONI frigidæ conferentia composita.

COMPLEXIONIS malitiæ conferentia composita.

COMPLEXIONIS malitiæ principio conferentia composita.

CONCIPERE FACIENTIA composita.

CONSOLIDANTIA composita.

CONTRACTIONI conferentia composita.

CONTVSIONI confert.

CORDIS TREMORI calido confert.

CORDIS TREMORI conferunt.

CORDIS ÆGRITVDINIBVS confert.

CORDIS APOSTEMAtibus conferentia composita.

CORDIS DOLORIBVS conferunt.

CORDIS PVLSVI CONFErentia composita.

CORDIS PVLSVM DElentia composita.

crisis

INDEX

Cutim

DIARRHAEAE CONFErentia composita.

Digestio

INDEX

DIGESTIONIS DIFFICILIS, uel tardæ sunt.

DIGESTIONI CONFERENTIA composita.

DIGESTIONEM adiuuat.

de

Ebrietas

ELEPHANTIAE CONferunt.

ELEPHANTIASI conferentia composita.

AD ELLEBORVM CONferunt.

ad

EPIGLOTTIDIS APOstematibus confert.

EPIGLOTTIDIS APOstematibus conferentia composita.

EPINYCTIDIBVS CONferunt.

EPILEPSIAE CONFERunt.

EPILEPSIAE CONFErentia composita.

EPILEPSIAM EXCItant.

ERVCTVATIONI ACEtosæ confert.

ERVCTVATIONI ACEtosæ conferentia composita.

ERVCTVATIONI ACIdæ conferentia composita:

ERVCTVATIONEM mouet.

ERVCTVATIONEM remouet.

ERVCTVATIONEM facientia composita.

ERYSIPELATI CONferunt

EXCORIATIONI CONferunt.

ESCHARAS LENIT

EVPHORBII ANTIDOtus est

Ex-

EXITVRIS MATERIErum grossarum conferentia composita.

EXITVRAS APERIT

Extenua-

Febris

febrium

FEBRIVM PERIODIS conferentia composita.

FEBRIBVS PESTILENTIALIBVS conferunt.

FEBRIBVS PHLEGMATICIS conferunt.

FEBRIBVS PHLEGMATICIS conferentia composita.

FEBRIBVS ACVTIS conferunt.

FEBRIBVS ETHICIS confert.

FEBRIBVS PERIODICIS conferunt.

FEBRIBVS PERIODICIS frigidis conferentia composita.

FEBRIBVS CHOLERICIS confert.

FEBRIBVS FRIGIDIS confert.

FEBRIBVS CONFERENTIA composita.

FEBRIBVS DIVERSIS conferentia composita.

FEBRIBVS ANTIQVIS conferentia composita.

Alche-

FLVXV SANGVINIS conferentia composita

FLVXVI VENTRIS CVM sanguine & sanie conferentia composita.

FLVXVI VENTRIS conferentia composita

Unguen-

FOETVM EXTRAHVNT

FOETVM INTERFICIT

FOETVM CONSERVANTIA composita

FORMICAE CONFERVNT

Myrthus

FUNGORUM NOCUMENTO confert

FURFURES REMOVENT

FEBREM TERTIANAM sanant

FEBRIBUS MELANCHOLICIS confert

FEBRI QUOTIDIANAE confert

FURUNCULIS CONFERENTIA composita

GS



GALEATAE PASSIONI conferunt

GENV DOLORIBVS conferentia composita

GENVVM DOLORIBVS conferentia composita

GENIBVS HVMORES grossos extrahentia composita

GENVVM VENTOSITATIBVS conferentia composita

GINGIVAE SANGVINEAE conferunt

GINGIVAE DOLOREM sedant

GINGIVAE APOSTEMAtibus conferentia composita

GINGIVAM STRINGENTIA composita

GINGIVAM CONFORTAT

GINGIVARVM VLCERIBVS conferunt

GINGIVARVM APOSTEmatibus conferunt

GINGIVARVM MOLLIficationi conferentia composita

GIN-

HECTICÆ CONFERENTIA composita

Hemi-

HEPATIS AEGRITVDInibus conferunt.

HEPATIS AEGRITVDInibus conferentia composita.

HEPATIS FRIGIDItati confert

HEPATIS FRIGIDItati conferentia composita.

HEPATIS OPPILATIONI conferunt

HEPATIS OPPILATIONIBUS conferentia composita

HEPATIS DOLORIBUS conferunt

HEPATIS DOLORIBUS conferentia composita.

Empla-

in

INDEX

hepati

humidi-

HVMIDITATIBVS CONferentia composita

HYDROPI CONFERVNT

INDEX

HYPOCHONDRIORVM tensioni conferentia composita

HYPOCHONDRIORVM doloribus confert

HYPOCHONDRIORVM doloribus conferentia composita

ICTERITIÆ CONFERENTIA composita

ICTERITIÆ OCVLI confert

ICTERITIÆ NIGRÆ conferunt

IGNIS VSTIONI conferunt

IGNI PERSICO CONferunt

ILIVM DOLORIBVS confert

ILEOS DOLORI CONfert

ILIORVM DOLORIBVS conferentia composita.

ILIACAE CONFERVNT

INDEX

Infans

INFANTIUM ægritudinibus conferentia composita

INFANTIUM doloribus conferentia composita

INTESTINI RECTI DOLORI confert

INTESTINO RECTO conferunt

INTESTINA MVNDIFICANTIA composita

INTESTINORVM rasurę ex phlegmate salso confert

INTESTINORVM rasuræ conferunt

Intesti-

INDEX

INTESTINORVM ulceribus conferunt

INTESTINORVM ulceribus conferentia composita

INTESTINORVM ulceribus, & rasuris conferentia composita

Athana-

IVNCTVRARVM doloribus conferunt

IVN[illegible]RARVM doloribus confe[illegible] composita

IVNCTVRARVM mollificationi conferunt

IVNCTVRARVM apostematibus conferunt

IVNCTVRARVM vlceribus conferunt

IVNCTVRARVM tremori conferentia composita

Stercus

LASSITVDINI conferunt

LATERIS DOLORI conferunt

LATERIS DOLORI CONferentia composita

LATERVM TENSIONI conferentia composita

Lendes interficiunt

Lupini

Mammillis

matricis

matricis

Matricis

Medi-

medi-

INDEX

Cancer

I N D E X

a Motu

Muscu-

N

Vrticæ

Syrupus

Neruorum

Neutrius

Oculorum

§ P §

Lactuca

paralysis

in

INDEX

phleboto-

phlebo-

= 871

phlegma-

pisces

Præfocationis matricis conferentia composita

Præfocationi conferentia composita

Pruri-

INDEX

Pulsus

Q

INDEX

Renum

Reolu-

S

ad

INDEX

INDEX

Sanguinis sputum retinentia composita

Sanguinis vomitui conferentia composita

INDEX

Saniei sputo confert

Saniei sputo conferentia composita

Sanitatem conseruantia composita

in

Sciaticæ conferunt

Sciaticæ uenæ conferentia compoſita

Scirrbus

Scrophula-

Singultus

Siti conferunt

Siti conferentia composita

Aqua

INDEX

Medi-

INDEX

Spodium

Electua-

INDEX

Empla-

Aqua

INDEX

Stupe-

INDEX

Syncopi

INDEX

ST



INDEX

trochisci

Calamus

INDEX

uen-

uentoſi-

Q

Suffuf

Vermium

INDEX

Confe-

Villorum

&

Virtuti conferentia composita

Viscerum apostematibus conferunt

Viscerum duritiei conferentia composita

Visceribus conferunt

Visceribus conferentia composita

ulcus

elon-

INDEX

Vomitui conferunt

INDEX

Vuę inflammationi conferunt

Vuę apostematibus confert

Vuæ casum sanat

Vueam minorat

INDEX RERVM MEMORABILIVM IN ANNOTATIONIBVS IN AVICENNAE MEDICINAM COPIOSISSIMVS.

in

INDEX

S Aqua-

Caro

D

DANESI DANESSI7 obseruatio Tomo 1. pag. 875.

E

Elementis

F



L

M

N

P

INDEX

S

INDEX

Sympto-


Vermes

FINIS.

Vtriusque Tomi folia sunt quinquaginta supra quadringenta.



VENETIIS, MDXCV.
Apud Iuntas.



FINIS.

Vtriusque Tomi folia sunt quinquaginta supra quadringenta.

VENETIIS, M D X C V.
Apud Iuntas.

